B motus rectus naturaliter,diuidit in duos motus cōtrarios: hoc aūt non vī in circulari : circularis enim non contrariat circulari : manifeſtū eſt ex his,ꝙ motus ſimplices ſunt tres.& poſt declarabit certius,cum declauerimus ꝙ motus circularis nō contrariat circulari. D.teſtificat ſuper hoc,& dicit.& hoc ſequit hoc,quod dixit ſuperius, ꝙ corpus componit ex tribus menſuris.i. oſtēdit motus ſimplices eſſe tot hoc, quod prædiximus,ſ. corpus componi ex tribus menſuris,ſ. ꝙ trinarius eſt numer⁹ perfect⁹. quaſi igit diceret ꝙ iſti motus ſunt tres,quia trinarius ē numerus ꝓfectus, & corpus componit ex
C tribus menſuris,ſ. ꝙ cauſa eoꝝ eadē eſt,& eſt ꝙ trinarius numerus perfectus eſt, nō quia menſuræ ſunt tres, inquantū menſuręſunt motus tres. & ſic intelligendum eſt.

Quoniam aūt corporum illa quidē ſunt ſimplicia, hęc aūt cō poſita ex his:(dico aut ſimplicia quidē,quæcunq; motus principiū habēt ſm naturā,puta ignē, & terrā,& horum ſpēs,& cognata his:) neceſſe eſt & motus eſſe D illos quidē ſimplices,hos aūt miſtos quodāmodo:ſimpliciū quidem ſimplices, miſtos āt cōpoſitorū moueri aūt ſm p̄dominās.

Et,cū corporum hoc quidē ſimplex eſt,hoc aūt compoſitū ex ſimplici: & eſt dicere corpus ſimplex, oē corpus,in quo eſt principium motus naturalis, v.g. ignis, & terra, & ſimilia formis eorū,& generi: & etiā neceſſario motuū hic quidē eſt ſimplex, hic aūt compoſitus. & motus corporū ſimplicium ſimplices, & motus corporū cōpoſitorum erunt diuerſi: ſed tamen monentur ſecundum motum corporis ſimplicis in eis dominantis. E

Cū poſuit motus naturales ſimplices ſenſui manifeſtos eē tres, vult demonſtrare ꝙ cā eſſe motuū ſimpliciū eſt ſimplicitas corpoꝝ motorū,& d. Et,cū corpoꝝ,&c.&,cū quędam corpoꝝ ſunt ſimplicia, & q̄dā cōpoſita,neceſſe eſt vt quidā motus ſint ſimplices,& quidam cōpoſiti.& dicit ſimplex,oē corpus,&c i. omne habens principiū aliquod in ſe principiorū naturaliter mouentium ſm locum. & non eſt quæſtio ꝙ deſcriptio corporis cōpoſiti eſt intellecta ex eo,quod eſt,q̄ in ſe habet principia plura vno. Et,cū manifeſt ū eſt ꝙ corpora ſunt aliqua,in quibus nō eſt,niſi principium vnum tm̄ principioꝝ mouentiū, vt ignis, & terra,& ſibi ſimilia,ſ. ꝙ eſt, ſicut dixim⁹, ſm formas eoꝝ, manifeſtū eſt ꝙ aliqua corpa ſunt ſimplicia:&,cū ſint corpora ſimplicia, ſunt mot⁹ ſimplices. 7

motus

G mot⁹ enim ſimplices ſunt ſimpliũ corporum, & cõpoſiti compoſitoꝝ. *Et, cum quædã compoſita nõ mouent naturaliter, niſi à ſimplici dominãte, etſi in ipſo ſint diuerſa: quãuis exiſtimet per ſenſum in plurib⁹ eorũ eſſe æqualem motũ, & vnum: & põt aliquis dicere fingendo ꝙ ita eſt in motibus elementorũ, dixit: & motus corporũ compoſitorũ erunt diuerſi: ſed tñ mouentur ſm motũ corporis ſimplicis dominantis i. ꝙ motus eorũ erunt ſm naturam corporis ſimplicis dñantis ⁊ impoſſe eſt enim in corporibus cõpoſitis aliquã cõponi æqualiter. & nos poſt declarabimus. Et, ſi eſſet aliquod cõpoſitum æqualiter, contingeret ꝙ aliqđ corpus non moueretur oĩno, ſed ſtaret in quocunq; loco poneretur, ſ. ſtaret aut ſuperius, aut inferius, aut in medio duorũ contrariorũ, & moueretur in cęteris. quod nõ inuenit. & dixit totum hoc, ne aliquis fingeret ꝙ iſta elementa quatuor nõ ſunt ſimplicia. Et, cum motus eorũ ſit ſm partem dominantem, erit rect⁹ ſm dñium abũdantis, aut erit incuruatus, aut ad inferius, vt turbines deſcendentes ex aere ad terrã, aut ad ſu I perius, vt turbines aſcendentes, aut circa medium, vt mot⁹ ventorum: & etiam ſunt ſeptentrionales, & dextri, & ſiniſtri, & ad ante, & ad retro. omnes enim iſti præter ad ſuperius, & ad inferius ſunt compoſiti.

*Mot⁹ mixti ẽ ab elemento dominante. Idẽ 2. de Aĩa. 14. 39 & 2. de Generа. 49. Idẽ hoc in 1 extu ſeq. ⁊ Impoſſe ẽ ſ corpibus cõpoſitis aliq̃ cõponi ęqualr. ꝙ hoc, vi đ H 2. de Gen. cõ. 48. & 4. Metau. cõ. 10. & 10. Meta. cõ 23. & 2. Collig. 62. vltimo

Si igitur eſt ſimplex motus, ſimplex aũt eſt circularis mot⁹, & ſimpliicis corporis ſimplex ẽ motus, & ſimplex motus ſimplicis corporis: (& enim, ſi compoſiti ſit, ſecundum prædominans erit:) neceſſariũ eſt eſſe aliquod corpus ſimplex, quod natum eſt K ferri circulari motu ſecundum ſuam ipſius naturam.

Et, cũ motus rectus ſit ſimplex, & motus circularis ſit ſimplex, corporis ſimplicis eſt motus ſimplex, et motus ſimplex habet corpus ſimplex. ſi ergo in corpore compoſito inueniatur motus ſimplex, erit ille motus corporis ſimplicis dominãtis in illo. Manifeſtũ eſt igitur ex his, quæ diximus, quòd neceſſario ẽ corpus ſimplex, quod per naturã eius mouetur motu circulari. L

Quia eadem nã eſt principium motus vnius, neceſſe eſt vt eadẽ natura habeat eundem motũ, & econuerſo. &, quia corpus ſimplex eſt habens eandem naturã, oportet vt corpus ſimplex habeat eundem motũ. &, quia naturę plures vna neceſſe eſt vt habeant plus vno motu, corpora, in quibus ſunt plures vna nã, oportet vt habeant plus vno motu. & forte, ſi habuerint vnũ motum, erit ſm corpus dominans ſimplex, non ſm ꝙ eſt compoſitum. Qm̃, ſi eſſet ita, contingeret vt cõpoſitũ ſit ſimplex. M motus enim vnus nõ prouenit niſi ab vna natura: & habens vnã naturã neceſſario eſt ſimplex. &, cum hoc poſitum eſt ſic, & etiã quot motus ſint ſimplices, oportet vt corpa ſimplicia ſint ſm numerum modorum motuum ſimpliciũ. &, cum poſitũ eſt ꝙ motus circularis circa mediũ eſt ſimplex, neceſſe eſt ꝙ corpus, qđ mouet illo motu, ſit ſimplex neceſſario. Ariſto. igitur, cum poſuit ꝙ natura eſt principiũ motuum corporũ, ſ. motuum localium, & poſuit ꝙ corpora

g Ex hoc cõ. 8. ſumi ſolet quòd idẽ motus arguit eandẽ nãm, et diuerſitas motus diuerſitatẽ naturæ.

A ꝙ corpora ſimplicia habent principium vnius motus, compoſita autẽ habent plus vna natura, ex quib⁹ declaratũ fuit ꝙ corpora ſimplicia nõ habent niſi motus ſimplices, &, cum hoc dictum ſit, & deſcripti ſunt modi motuũ ſimplicium, poſuit etiam quod ſequit ex his, & eſt ꝙ, ſi inuentus eſt motus ſimplex, oportet vt habeat corpus ſimplex. i. manifeſtũ eſt ex his, quæ diximus, cum mot⁹ ſimplices ſint, & vnus eoꝝ eſt motus circularis, & oẽ corpus ſimplex hẽt motum ſimplicem, & omnis motus ſimplex habet corpus ſimplex, neceſſe ẽ B vt mot⁹ circularis habeat corp⁹ ſimplex. Sed tñ tacuit conſequens iſtius *probationis: qm̃ ſequitur à conſequenti parte, quod ſequit ab hoc, ꝙ poſuit præcedens: & poſuit cõſequẽs hoc, ꝙ corpus ſimplex habeat motũ ſimplicẽ, & mot⁹ ſimplex habet corpus ſimplex. Et hoc, quod ſequit ab hoc, quod poſuit præcedens, & põt accipi pars præcedentis, ſicut nos fecimus. qm̃, qm̃ acceptum fuerit cum præcedenti quaſi p̃cedens, concludet concluſionẽ quęſitam. Et, quia ꝓpõ dicens ꝙ mot⁹ ſimplex eſt corporis ſimplicis, quæ ẽ pars præceden C tis, põt contradici ab aliquo dicente ꝙ motus ſimplex eſt corporis cõpoſiti, d. reſpondendo, ſi ergo in corpe cõpoſito inueniatur mot⁹ ſimplex, ille motus erit corporis ſimplicis dominantis in eo i. & quocunq; modo ſit, neceſſe eſt ꝙ oĩs motus ſimplex habeat corpus ſimplex, aut ſingulare p ſe, aut pars compoſiti. Et voluit dicere ꝙ, cum inueniatur pars compoſiti, neceſſe eſt ꝙ inueniatur p ſe. &, cum ita eſt, neceſſe eſt vt numer⁹ corporũ ſimplicium ſit ſm numerũ motuum ſimpliciũ. Et, quia concluſio, ſicut diximus, collocatur in ſyllo potentia propinqua, narrauit illud, quod ſequit ex hoc, quaſi dicat ipſam actu: & ſi non dixit, dicẽdo manifeſtũ eſt igit ex his, quæ diximus, ꝙ neceſſario eſt corpus ſimplex, qđ p naturam eius mouetur circulari motu. & iã apparuit ex ſermone noſtro, qũo hoc ſequitur neceſſario ex propoſitionibus poſitis. Et laborauit. Io. Grãma. ſm ꝙ narrauit Alfa. in contradicendo ꝓpõni, dicenti ꝙ omnis motus ſimplex idem ſm ſpeciem eſt corporis ſimplicis eiuſdem ſm ſpẽm, ex hoc, ꝙ, cum in corporibus diuerſis ſm ſpẽm inuenitur vn⁹ E mot⁹ ſpecie, v.g. quia in aere, & igne inuenit vnus mot⁹ in ſpecie: fiſt fingit de terra, & aqua. quapp nõ ſequit vt oĩs vnus mot⁹ in ſpẽ habeat vnũ corp⁹ in ſpẽ propriũ. Et hoc quidẽ, qđ dixit, nõ eſt ita. mot⁹ enim ignis eẽt idem cũ motu aeris, ſi mouerent ad eundẽ locũ ſpecie. quia iã dictũ eſt ꝙ motus vnus ſpecie eſt, qui ad locũ vnum ſpecie eſt. locus aũt ignis neceſſario differt à loco aeris. & iõ, ſi aer poneretur in loco ignis, deſcenderet ad inferius. fiſt de motu terrę, & aquæ, ſ. ꝙ ſpecie differũt in ſe propter diuerſitatẽ ſuorum locorum. F

D Vtrũ oĩs mot⁹ ſimplex idẽ ſecundũ ſpeciẽ eſt corporis ſimplicis eiuſdẽ ſecũdũ ſpẽm.

Io. Grãma tici ſoło.

Improbatio.

Aqua aſcẽdit ĩ terra, & aer deſcendit in igne.

Violentia enim cõtingit illo, qui alterius, & alterius eſt, ſm naturã aũt impoſſe: ſi vnus quidem ſit vniuſcuiuſq; ſimpliciũ motus is, qui ſm naturam.

Et etiã, quoniã poſſibile eſt vt aliquod corpus moueatur motu aecidẽtali, manifeſtũ eſt igitur, quòd in alio corpore ſit motus naturalis: ita quòd impoſſibile ẽ vt illius corporis ſit natura ẽt alius motus.

Cum

Cũ posuit ꝙ motus circularis sen
G sibilis in corpe cœlesti circa mediũ
est simplex naturalis, vnde sequeret
ꝙ esset corpis simplicis, voluit affir-
mare hanc demõnẽ. qñ aliquis põt
dicere forte ẽ iste motus in hoc cor-
pore accidentalr, tñ est vnũ elemen
torũ quatuor. Quare dixit, respon-
dendo, manifestũ est, ꝙ si aliqs mo-
tus inueniat in aliquo corpore acci
dentalr, necesse ẽ ꝙ in aliquo corpe
sit nãlis, ita, ꝙ illud corpus non ha-
beat aliũ motũ naturalẽ. &, cũ qua-
tuor corpora habeant motũ natura
H lem ꝑter circularẽ, necesse est vt sit
nãlis alij corpori. Et hoc ostẽdit p
suũ sermonẽ, dicentem: Et etiã qñ
pos'e est vt aliquod corpus, &c. i. ꝙ
iste motus circularis, si existimetur
esse ī hoc corpore accñtalr, ita ꝙ sit
ignis, aut aer, manifestum est ꝙ ne-
cessarium est vt inueniat naturalr
in alio corpore carẽte alio motu na
turali: cũ sit impos'e in simplici cor-
Impos'e ẽ ī simplici corpe duos motus nãles esse. vide cãm co. præce-dentu.
pore duos motus esse naturales. Et,
quia vnum quodq; istorum elemen
torum habet motũ naturalem, ma-
nifestum est ꝙ, si mor9 circularis sit
in aliquo illorum accidentaliter, ꝙ
necessarium est vt naturaliter sit in
I quinto corpe. & iste modus demon
strationis post affirmabitur, ſm ꝙ
existimo. Et quasi voluit ꝓbare sic,
ꝙ iste motus aut erit in hoc corpore
naturaliter, aut accidentaliter, posi-
to ipsum vnũ esse elemẽtoꝝ. igitur,
cum sit aut naturaliter, aut accĩden-
taliter: si naturaliter, necesse ẽ vt in
corpore simplici sint duo motus na
turales: ergo accñtalis. &, si acciden-
talis, necesse ẽ vt in alio corpe sit na
turalis, ita, ꝙ in illo corpe nõ sit alius
motus naturalis: quapropter neces-
se est vt sit aliud corpus quintum.

Amplius, si motus ꝑter na K
turã contrarius est ei, qui ſm na
turam est, & vnum vni contra- Vnũ vni cõtrariũ. idẽ. 10. Me ta. 14. & 17.
rium, necesse est, cũ simplex cir-
cularis sit, si non erit ſm naturã
latí corporis, ꝑter naturã ipsi9
esse. Si igit ignis, aut aliud quip-
piam taliũ est circulariter latũ,
contraria, quæ ſm naturã ipsius
est latio. erit circulari. sed vnum
vni contrariũ est: q̃ aũt sursum,
& deorsum inuicẽ cõtrarię sunt.

Et etiam motus naturalis con-
trarius est motui accidẽtali, & re- L
gula est maxima vt vnum non ha-
beat contrarium nisi vnũ, & quòd
motus circularis est simplex. si er-
go iste motus non naturalis est in
corpore moto, necesse est ipsum esse
accidentalem. Hoc quidẽ corpus,
quod mouetur hoc motu circulari,
aut est ignis, aut est aliud corpus
aliorum corporum similium igni,
erit ergo motus naturalis contra-
rius motui circulari. & iam dixi- M
mus superius quòd vnum est cõtra
rium vni: motus ergo ad superius
est contrarius motui ad inferius,
non contrarius motui circulari.

Hęc est alia demonstratio ꝑter 10
demonstrationem prędictã. demon
stratio enim prima fundata est sup
duas propositiones: quarũ Vna est,
ꝙ motus circularis ẽ simplex: Secun
da autem est, ꝙ omnis motus sim-
plex est corporis simplicis: & ex eis
concluditur quòd motus circularis
necessario est corporis simplicis, pre
ter corpora mota recto motu.

Hæc

A Hæc aũt demõstratio fundatur su
per hoc, ꝙ iste motus circularis ne-
cessario est naturalis alicui corpori,
aut alicui elementorũ quatuor, aut
corpori quinto. Si alicui corporum
quatuor, v.g. igni, vt dicũt Antiqui,
erit accidentalis igni. qm̃ si nõ esset
accidentalis, contingeret vt haberet
duos motus contrarios, s. motũ ad
inferius, & ad superius: & iã dictum
est ꝙ vnum contrariat vni. &, cum
accidentalis sit vnicuiq; quatuor, ne
cessario est naturalis corpi quinto.
& hoc manifestũ est ex verbis magi
B stri, quã uis sint difficilia. Et quasi
verba ista cũ digressiõe nõ reperiunt ī codice antiquo.
ista probatio est ad affirmandũ pro
positionem minorem sumptam in
syllo primo, s. ꝙ in corpore cœlesti
inuenit motus naturalis circularis:
& ꝓpõ maior est cõis duobus syllo-
gismis, s. ꝙ quilibet motus naturalis
simplex debet habere corp9 simplex
Obiectio. proprium. Sed in hac probatione
est ambiguitas non pauca. quia ipse
posuit ꝙ motus, quo mouet corp9,
si non est ei naturalis, est extra natu
ram. deinde posuit ꝙ illud, quod est
extra naturam, est in vltimo egres-
sionis. Sed põt aliquis dicere ꝙ mo-
C tus circularis est isti corpori acciden
talis, sicuti est igni, & aeri, & corpus
illud est ignis, vel aer. & ſm istã con
trarietatem, quod est medium, non
sequit positioni suæ in corpore mo
to motu recto, vt vnum habeat con
trarium, plusq̃ vnum, nisi sit positũ
in vltimo remotionis, vel distantię.
& propter hoc vr̃ ꝙ motus circula-
ris corporib9 motis motu recto, est
medius inter motum naturalem, &
contra naturã: quia lapis molẽdini,
sicut dictũ est in Quinto de auditu
Naturali, habet duos mot9 extra na
turã ad sursum, & est contra veracẽ, & circularẽ, & est quasi medius ĩter duos motus. Et nos dicimus ꝙ ex isto sermone apparet, ꝙ iste motus corporib9 motis motu recto nõ est nec naturalis, nec extra naturã. Nã, si fuisset extra naturã, sequeretur ꝙ vni esset contrariũ plusq̃ vnũ: quia illud, quod est extra nãm vnicuiq; eoꝝ, est contrariũ naturali. quia, cũ posuit ꝙ oẽs mot9 simplices in istis corporibus quatuor sunt contrarij, quia ista corpa sunt contraria, oportet, ꝙ si aliquis istorũ motuum simplicium inueniat in alio corpe, cui nõ est nãlr, vt sit cõtra naturam: quia, qñ non est naturale contrario suo, E
est cõtrariũ suo motui naturali. Et,
qñ verificauit hoc de motibus sim-
plicibus pertinentibus istis, qui sunt
simplices, & vnus vni, nõ abierit qn
*proportio negetur ei ſm naturam, *a.l. ꝓpõ
& contra nãm. si aũt contra naturã,
oportet vt vnius sint plura contra-
ria. &, si est ſm nãm, necessarium est
corpori simplici inesse duos motus.
quod est impos'e. Motus aũt circu
laris aeris, ignis, & aquæ, dr̃ æquiuo
ce, quia est circularis corporibus re-
ctis, nõ corpori rotundo. & ꝓp hoc
nõ est ꝓprietas alicui quatuor cor- F
porũ habens contrarium naturale,
nec ipsa est naturalis, sicut sequebat
ex sermone habito de motu simpli-
ci ꝓportionato quatuor corporib9.
& ꝓp hoc posuit Aristo. in propo-
sitionibus, quas posuit ad manifesta-
tionem huius scientiæ, ꝙ motus cir
cularis est simplex, i. ꝙ motus elemẽ
torũ circulariter nõ est simplex, neq;
circularis, & hic est ista q̃stio g. auis.
Vnde Ptole. concedit, vel asserit ꝙ Cõtra Ptole mæum.
in cœlo sunt sphæræ, quarum poli
sunt perforati. quod est impos'e. qa
impos'e est ꝙ aliquid moueatur cir
culariter

D Solutio.

G cularitꝛ ſm naturam, niſi ſphęra: & ſphæra habet centrũ, & duos polos: centrũ, quia in loco vno mouet naturaliter: polos, quia mouetur ſm vnam diſpõnem. Et ex hoc manifeſtum eſt, ꝙ planetæ ſunt partes corporis rotundi, nec mouent motu locali per ſe, ſ. variando locũ, ſicut eos oportet dicere eſſe, qui epicyclũ opinantur. Et hac probatione vſus eſt, ſicut patet in aſſertiõe minoris propoſitionis primæ demõnis. nã propoſitio maior in illa figura dicebat, ꝙ quilibet motus naturalis haberet proprium corpus naturale: & poteſt

H aliquis dicere ꝙ non eſt remotum, quin iſte motus ꝑ naturam inſit vni elementoꝝ: manifeſtum in illo ſermone, quod ſequit ꝙ vnum corpus naturale habeat duos motus nãles.

Et virtus huius loci habet vim ꝑ ſyllm ad impoſſe, cuius* categorica compoſita eſt ex duobus ſyllis. & ꝑ hoc poſuit ꝓpõnes, & incœpit à propoſitione maiori, quæ ẽ in vno duorum ſyllorum categoricorum concludentium impoſſe, dicẽs: dico aũt ẽt ꝙ motus naturalis eſt contrà motum accidentalem. & iſte ſyllis ſic cõponitur. Corpus motũ motu recto

I mouet motu circulari accidẽtali, ſ. extra naturam: & omni motui accidentali contrarius eſt motus naturalis: concludit ex hoc, ꝙ circularis eſt contrarius naturali in corpe moto. Et, qñ adiungetur ad hoc, ꝙ corpus motum motu recto habet motũ rectum accidentalem, accidentalis eſt contrarius naturali, qui eſt in ipſo, ſ. vnus, ſequit ex hoc ꝙ vnum habeat contrariũ pluſq̃ vnum: quia motus non naturalis alicui iſtorũ corporũ eſt naturalis contrario illius corpis. Et, qñ recordatus fuit ꝓpõnis maioris vnius duarũ figurarum categoricarum, aſſumpſit ꝓpõnem, cuius cõtradictoria eſt vera, ad quam formã ducit ſyllm ad impoſſe, & dixit ꝙ in canone maiori eſt ꝙ vnũ vni eſt cõtrariũ. & canon maior appellat prima Philoſophia. Et ꝙ dixit ꝙ motus circularis ẽ ſimplex, non eſt propoſitio, quæ ſit pars ſyllſi ad impoſſe hic poſiti: ſed poſita fuit illa ꝓpõ, vt cognoſceremus ꝑ eam, ꝙ motus, de quo dixit hoc, eſt ſimplex: & ꝙ motus ſenſibilis elementorũ circularis nõ eſt ſimplex: & ꝙ circularis de eis dr æquiuoce. Et, cum poſuit propoſitiones, quibus vult vti in iſto ſyllo ad impoſſe, & dixit: ſi ergo iſte motꝰ non eſt naturalis in corpore moto, erit accidentalis, & hęc eſt hypothetica ſyllſi ad impoſſe, & poſtea poſuit ꝓpõnes, quæ iunctæ iſti cõtradictoriæ, vel contrariæ cõcludunt impoſſibile dicẽs Hoc quidem corpus, qđ mouet iſto motu, aut erit ignis, aut aliquod corporũ ſimilium igni. & vult ꝑ ſimilia, quæ mouentur motu recto. Et d. erit ergo motus naturalis contrarius motui circulari. i. qñ aliquod corporum motorũ motu recto ex neceſſitate debet hẽre motum rectũ naturalem. &, cum ita ſit, oportet vt habeat motũ naturalem cõtrarium circulari. & propterea ꝙ motus accidentalis rectus in ipſo eſt contrarius naturali, oportet ꝙ vniꝰ ſint plura cõtratia. quod eſt impoſſe. & hoc ſignificauit ſermone ſuo, dicendo ꝙ vnum vni eſt contrarium.

D. d. erit ergo motus ſurſum contrarius motui deorſum: motus autẽ circularis non habebit contrariũ. i. propter iſtud impoſſe, quod ſequit. &, cum motus circularis nõ habeat contrariũ, non eſt poſſibile in iſtis

corporibus

* Vel maior.

K

In canone maiori eſt ꝙ vni vnũ contrariũ ẽ. vide. 10. Me. t. c. 14 & 17. vide imitationẽ ab Auer. 8. Phy. cõ. 62.

L

M

A corporibus ꝙ moueant motu circulari accidentaliter: ergo quod mouetur eo, eſt motũ naturaliter, & eſt corpus quintũ. Et hic ẽ alius ſyllis, quem adiũxit ſyllo ad impoſſibile: & videtur ſyllis hypotheticus: & eſt antecedens contradictorium falſi. conſequens autem eſt ꝙ motus ſurſum eſt cõtrarius motui deorſum, ſ. ſi ponimus ꝙ iſtud corpus ſit ignis, aut econuerſo ꝙ ſit terra, deinde tacuit ſuã intentionem, quod eſt conſequens antecedentis, quod manifeſtauit, dicẽs ꝙ circularis nõ eſt igni, neq; alicui motorum motu recto,

B neq; naturalis, neq; contra naturã.

Si vero alterũ eſt corpꝰ, quod circulariter feratur præter naturam, erit ipſius aliquis alius motus ſecundum naturam. ſed hoc impoſſibile eſt. ſi enim qui ſurſum, ignis erit, aut aer: ſi aũt qui deorſum, aqua, aut terra.

Si ergo aliud corpus, præter iſta corpora prædicta, mouetur circulariter ſecundũ accidens, neceſſario habet alium motum naturalem. quod eſt impoſſibile. erit enim aut motus ad ſuperius, & tũc erit aut

C *ignis, aut aeris, aut motus ad inferius, & tunc aut aquæ, aut terræ.*

11 Cum declarauit ꝙ impoſſibile eſt vt iſte motus circularis ſit alicuius corporum ſimplicium recti motus, neq; natura, neq; accidẽte, & poteſt aliquis dicere ꝙ eſt accidentalis alij corpori præter iſta corpa mota motu recto, & omnino non erit naturalis corpori moto ſm circulum: hoc enim poſſibile eſt poni in loco ꝓpõnis minoris dicẽtis ſi prima demõne

D ꝙ iſte motus. i. circularis eſt naturalis corpori naturali: qñ poteſt aliqs dicere ꝙ eſt ei accidentalis, ſiue ſit vnũ elementoꝝ, ſiue aliud, aut naturalis ei, ita ꝙ ſit vnum elementorũ quatuor. Et, cum primam poſuit demõnſtrationem, incœpit deſtruere iſtos tres modos, cõfirmando ſuam demõnem, & dedit tres demõnes contradicentes iſtis modis: & quædam eorum, ſicut diximus, auferunt dubitationem contingentem in minori ꝓpõne, & quædam in maiori primæ demonſtrationis, per quam probauit quintum corpus eſſe. ſm hoc ergo intelligẽdus eſt hic locus: E non ꝙ quælibet iſtarum demõnũ ſit ſufficiens per ſe. prima enim demonſtratio dat, ꝙ iſte motus circularis debet eſſe corporis circularis natura: & omnia, quæ diximus poſt ex tribus ſermonibus ſunt confirmantia primũ ſermonẽ. Cum ergo d. Si ergo corpus alius, præter iſta, &c. vult dicere ſi aliquis dixit ꝙ iſte motus poteſt eſſe accidẽtalis alij corpori præter iſta, quæ recte mouentur, neceſſario continget vt hoc corpus habeat motum naturalem, ꝑter motum iſtorum quatuor corporũ. ſed hoc eſt impoſſe. Non enim eſt motꝰ F rectus naturalis, ſi non confitetur à nobis ꝙ motus circularis ſit naturalis, niſi ad ſuperius, aut ad inferius. ſi ad ĩferius, neceſſario erit aut aqua, aut terra: ſi ad ſuperius, erit motus neceſſario aut ignis, aut aeris. Si ergo iſte motus, erit accidẽtalis alicui corpori, impoſſibile eſt vt ſit aliud ab vno iſtorum elementorum.

Perfectũ prius nã ẽ impfecto. Idẽ. 8. Ph. 7. & 2. Cœli. 23.

At vero & primã quidẽ neceſſariũ eſt eſſe talẽ lationẽ, perfectũ enim prius natura eſt imper

G fecto.circulus autem perfectorũ
est,recta vero linea nulla. neque
enim infinita:haberet enim ter-
minum, atq; finem. neq; finita-
rum vlla:extra enim oẽs aliquid
est:augeri enim contingit quan
cunq;. Quare,si prior motꝰ prio
ris sit natura corporis,circularis
aũt prior recto, qui vero sup re-
cta simplicium corporum est(et
enim ignis sup recta sursum fer-
tur, terræ vero deorsum ad me-
dium) necesse est & circularem
motum alicuius simpliciũ esse
H corporũ. mistorũ enim lationẽ
diximus esse secundum prædo-
minans in mistione simpliciũ.

Et etiam motus circularis est primus motus motuum necessario. perfectum enim & completum est ante diminutum, & est prius eo prioritate naturæ. & quòd circulus est perfectior figurarum,linearum autẽ æqualium nulla est perfecta,siue finita, siue infinita. quoniã,si infinitum, erit diminutum,
I *nõ erit perfectum:non enim habet complementũ,neq; finẽ:perfectum enim habet complementũ: et finẽ. si finitũ,etiam erit diminutum,cũ habeat continens:quapropter possibile est eum augeri in omnem partem,& crescere,Et etiam reuertamur, & dicamus quòd, si primus motus est naturalis primo corpori, & motus circularis est principiũ motus æqualis,& est motus æqualis simplicibus corporibus, vt est ignis vadẽs ad superius æqualiter,* K *& terra descendens ad inferius,s. ad medium, & necessario erit motus circularis quorundam corporũ simplicium.& iam diximus superius quòd corpora composita sunt secundum corpus simplex, existens, & dominans in eis.*

Hæc est alia demonstratio à prę- 12
dicta.& vult declarare ꝙ motus cir-
cularis est naturalis corpi moro hoc
motu, & incœpit dicere: Et etiã mo
tus circularis,&c.i. ꝙ motus circula
ris est prior fm naturam oĩbus mo- L
tibus naturalibus. D.d.causam,per
quam declarabitur hæc propositio,
dicendo:perfectum enim & comple
tum,&c.i.ꝙ motus circularis est pri
mus omniũ motuum.nam est per-
fectus,& alius motus diminutus: &
quod est perfectũ est prius diminu-
to:ergo motꝰ circularis est prior re-
cto. Et,cum hęc ꝓpõ,dicens ꝙ mo Perfectũ ẽ pri⁹ dimi nuto. Idẽ 8.Phy.t.c. 75. & 2. Cę.t.c.23.
tus circularis est perfectus, & rectus
diminutus, non est manifesta ꝑ se,
ĩcœpit declarare eã, & d. ꝙ circulus
est perfectior figurarum.i.ꝙ motus
circularis est perfectior motuũ: pro
prius enim est corpori circulari: & M
quod est circulare,est pfectius figu-
rarum:ex quibus contingit ꝙ motꝰ
circularis est in eo,quod est pfectio
ris figuræ:& quod est pfectioris, est
perfectius:ergo motus circularis est
perfectissimus motuum. Et,cũ sit
ꝓpõ,dicens ꝙ circulare est pfectius
fm figuram recto,incœpit declara-
re eam,dicendo.linearum aũt ęqua
lium nulla est pfecta,&c.i. ꝙ corpus
circulare differt à recto,quia est fini
tum, & impossibil sẽ in eo additio:
corpus aũt rectarum dimensionum
est

A est diminutum, siue finitũ, siue nõ.
D. incœpit declarare hoc, dicendo
qm̃,si infinitum,erit diminutũ,non
perfectum,&c. & compositio istius
sermonis est in secunda figura, ita.
Corpꝰ infinitũ nõ hẽt cõplementũ,neq; finẽ. vide.3. Ph.t.c.64 Omne corpus infinitũ nõ habet cõ
plementum,neq; finem:& oẽ corpꝰ
perfectum habet complementũ, &
finem:ergo corpus infinitũ non est
perfectum. D.d. Si finitum,etiam
erit diminutũ,&c.i.&, si posuerimꝰ
corpus rectarum dimẽsionum fini-
tum,non erit finitum, nisi ꝑp corpꝰ
continens ipsum exterius: ergo pos
sibilis est additio in eo, inquantum
B corpꝰ:& oẽ,in quo possibilis est ad-
ditio,est diminutum:& quod est di
minutũ, non est perfectum: corpus
igitur rectũ est imperfectum. Et
oẽ hoc, quod affirmauit in corpore
recto,intelligẽdum est per negatio-
nem in circulari. *corpus enim cir-
culare vr̃ nullo modo posse recipere
additionẽ,& maxime ex sua concau-
itate:quare est perfectum. Et diffi-
cile ẽ imaginari corpus circulare in-
finitum,nisi ex parte superficiei ex-
trinsecæ: & ipse post declarabit †ꝙ
corpus circulare impose est vt sit in-
finitum ex parte superficiei extrin-
secæ.& vr̃ quod huius apparet prin
cipaliter est ꝙ corpus rectum est di-
minutũ ex oĩbus modis:& ꝙ rotun
dum est perfectum ex parte cõcaua:
&est dubium in gibbositate. Et,cũ
declarauit ꝙ motꝰ circularis est pri-
mus motuum in natura,incœpit de
clarare ex hoc illud,quod intẽdebat
declarare, & est, ꝙ motus circularis
existit fm naturã in corpore, quod
mouetur eo,& d. Et d.etiã reuerta-
mur,& dicamus. Iste sermo ẽ quasi
syllꝰ hypotheticus: sed tñ posuit in
eius præcedenti maiorem ꝓpõnẽ,
Oẽ,in quo posꝰ ẽ ad ditio, ẽ di-minutũ. Idẽ ꝫ c.4. & q̃ ibi. *Corpꝰ circulare nó vr̃ posse recipe additionem,& maxie ex sua concauitate. †Infra,t.c. 38. & ide.

C quæ potest esse per se in syllo catego D
rico,& ab ea concludit quæstio,quę
ꝓpõ maior est,motus primꝰ est na-
turalis primo corpori. qm̃, qñ huic
propositioni fuerit adiũcta hęc alia,
scilicet ꝙ motꝰ circularis est primꝰ,
erit conclusio, ꝙ motus circularis ẽ
naturalis. Alia aũt accepta in præ-
cedente faciũt perfectum præceden
tem ꝑ se in syllo hypothetico facto,
& confirmato per locum à digniori.i. Si motus circularis est prior na-
turaliter motu recto: & motus recti
existunt naturaliter in corporibus
simplicibus:tunc multo fortius mo
tus circularis existit in corpore sim E
plici.& hoc non cõtingit posteriori
motui,s.recto,nisi quia inuenitur in
eo ex præcedente. & ideo locus iste
est necessarius in p̃cedente,& poste-
riori nãr. Et cum d.& iam diximꝰ
superius ꝙ corpora composita,&c.
dixit muniendo se ab aliquo,dicẽte
ꝙ motus simplices inueniuntur in
corporibus compositis. & hoc iam
dicebatur superius, sicut dixit.

Ex his igitur manifestum est
ꝙ esse nata est quædam substan
tia corporis alia,præter eas,quę
hic sunt,consistentias,diuinior, F
ac prior his omnibus.

Quoniã igitur hoc corpus aliud est,& alia substantia,præter ista corpora, quæ nobis vicinantur,est substãtia,& corpus nobile,& glorioſum, & esse primum omnium istorũ corporũ manifestum est.

Manifestum est ex demõnibus 13
prędictis ꝙ hoc corpus cœleste neq;
est vnum elementoꝝ quatuor, neq;
factum est,neq; compositum ex eis,

G ſed eſt alia natura præter iſtas naturas, & eſt corpus diuinũ: non enim generat', neq; corrũpit', vt declaratũ eſt in Phyſicis, & vt declarabit' hic. quapropter eſt primum corporum ſimplicium, & compoſitorũ, cũ ſit ingenerabile, & incorruptibile, & ſm partem, & ſm totum, alia autẽ, quæ ſunt ſub eo, ſunt generabilia, aut ſm totum, aut ſm partem.

Corp⁹ cœleſte é primũ corporũ, & ſimpliciũ, & cõpoſitorũ, cũ ſit ingñabile, & icorruptibile, & ſm partẽ, & ſm totum.

Atq; ſi qs adhuc accipiat omnem eſſe motum aut ſm naturã, aut præter naturam, & eum, qui alĩ præter naturam eſt, eſſe alteri ſm naturã, quale qui ſurſum, & qui deorſum fiunt, patiũtur, ille enim i gni, hic aũt terræ præter naturam, & ſecundum naturam eſt, quare neceſſarium eſt et circularem motum (qm̃ his præter naturam eſt) alterius cuiuſdam eſſe ſecundum naturam.

H

Vide cõr. Zim.

Et, ſi aliquis dixerit quòd omnis motus aut eſt naturalis, aut accidẽtalis, & motus, qui eſt naturalis quibuſdam corporibus, eſt accidentalis alicui aly corpori, v.g. aſcenſus, & deſcenſus. motus enim ad ſuperius eſt naturalis alicui corpori, & accidentalis alij, igni enim naturalis, terræ vero accidentalis: ſimiliter motus ad inferius terræ naturalis, igni accidentalis: neceſſarium eſt nobis dicere quod, cum motus circularis eſt accidentalis his corporibus, non eſt dubium quin ſit naturalis alicui corpori.

14 Hæc eſt demonſtratio Quarta ad verificandum motum circularẽ naturalem eſſe corpori moto p ipſum, & eſt ꝓpõ minor primę demõſtionis, ſuper quam ſuſtentat' in hoc loco. & apparet ex ea, ꝙ eſt demõ ſm confeſſionẽ aduerſarij, non quia eſt demonſtratio in ſe. & non eſt ita. qm̃ nõ induxit ipſam, niſi tali modo, ꝙ, ſi fuerit confeſſus, contingeret contrario. qm̃ manifeſtum eſt ꝙ aduerſarius oĩno confitebitur. D. igitur Et, ſi aliquis dixerit, &c. i. ſi aliquis dixerit ꝙ omnis motus aut eſt naturalis, aut accidentalis: & confeſſi fuerim⁹: ſequeretur ꝙ in quolibet modorum motuum, erit motus naturalis, & alius extra naturam. v.g. quia in motu ad ſuperius eſt naturale, & accidentale: & ſi't eſt in motu ad inferius. D.d. & motus, qui eſt naturalis quibuſdam, accidẽtalis alij corpori. i. cum poſuerit iſte dñs aliam ꝓpõnem cõceſſam à nobis, & eſt ꝙ vnus motus ſpecie naturalis alicui corpori, erit accidentalis alij, & ecõuerſo, v.g. ꝙ mot⁹ ad ſuperius eſt accidentalis terræ, & naturalis igni. ſi't motus ad inferius terræ naturalis, & igni accidentalis. D.d. neceſſarium eſt nobis dicere ꝙ, cum motus circularis, &c. i. &, cũ dicens confeſſus fuerit iſtas ꝓpõnes, cõtinget ei, inquantum motus circularis eſt vnus motuum ſimplicium, ꝙ, ſi alicui corpori fuerit accidentalis, v. g. igni, aut aeri, aut alij corpori, neceſſe erit ꝙ alij corpori ſit naturalis. iam enim poſuimus ꝙ omnis vnus motus ſpecie, fuerit ſi accidentalis alicui corpori, eſt naturalis alij: quãuis magiſter non poſuerit, niſi cõuerſam, ſed tñ intendebat dicere cõuertentem. Cum enim poſitũ fuerit ꝙ oĩs motus naturalis alicui corpori, neceſſariũ eſt vt in alio corpore ſit accidentalis,

K vide ſ. hoc lib. cõ. 10.

L

M

A talis, ſ. in eodẽ modo motuum, continget neceſſario per locũ à digniori ꝙ, ſi motus accidentalis fuerit in aliquo corpore, ꝙ ſit naturalis ſ. alio. &, ſi non, continget vt ſpẽs motuum eſſet ſm accidens tm̃, non naturaſ't oĩno. quod eſt impoſſibile. naturale enim eſt prius accidentali. Et Aui. renuit hanc propoſitionem, & d. ꝙ noluit ipſam concedere, ſ. eſſe mot⁹ circularis in corporibus motis recte ſm accidens, qñ intelligetur ex accidente motus contrarius motui naturali, continget vt idem habeat plura contraria vno, vt d. Ariſt. & ideo videmus ꝙ confeſſe inducit iſtã demonſtrationem, ſ. ꝙ, ſi conceſſum é aduerſario ꝙ in corporib⁹ motis recte eſt motus circularis accidentaſ't, Propoſitio autem, dicens ꝙ motus accidentalis quibuſdam corporibus neceſſariũ eſt vt ſit naturalis alij corpori credetur vſ't, cũ confeſſum fuerit ꝙ ignis in circuitu mouetur ſm accidens, ſi't aer. & ideo cõfeſſa hac propoſitione, quam renuit Auic. cõtinget quæſitum. Et forte intendebat Ariſt. per motum accidentalem vniuerſalius prædicto, id eſt oppoſitum eſſentiali, non contrarium naturali: motus enim contrarius naturali non inuenitur, niſi in aliquo quatuor corporum ſimplicium: oppoſitus autem eſſentiali inuenitur in pluribus eorum vno. ignis enim & aer mouentur in circuitu, ſcilicet ꝙ motus eorum eſt compoſitus ex recto, & circulari. &, cum fuerit poſitum huius antecedens, ſequitur, vt viſum eſt, motum circularem eſſe naturalem corpori circulari. Propoſitio autem, dicens quòd motus accidentalis corpori alicui, neceſſario erit naturalis alij corpori, eſt vera

Vtrũ qd ſ. ſit alicui ꝓter nãm, alicui ſit ſm nãm, Aui. rñſio

B

Auer. reſponſio.

C

naturale enim in aliqua ſpecie neceſſarium eſt vt ſit prius accidente, & impoſſibile eſt vt poſterius ſit ſine priori, & ꝙ aliquod ſit accidentaſ't, & nunquam eſſentialiter. ſed tamen non videmus ꝙ circulare ſit in aliquo accidentaliter: quapropter non eſt verum ꝙ omnis motus naturalis ſit accidentalis alij corpori: & cõuerſum eſt verũ, vt intelligaſ' ex acidente oppoſitum eſſentiali.

D

Nãle ſ. aliq ſpecie neceſſariũ é vt ſit prius accñte. vide conſſe ĩfra c. 62. conſſe. 4. Phy. 43. & 67. cõſſe 2. de Aĩa. 133. & 3. d Aĩa 28. vi de conſſe de quiete. 2. Cœ. 14. Idẽ 2. Cœ. cõ. 17. ad

E

finẽ. & te. cõ. 83. & 18. Idem 3. Cœ. t. c. 18. et 4. Cœ. c. 41.

Ad hæc autẽ, ſi eſt circularis alicui latio ſecundum naturam, palã eſt ꝙ erit vtiq; aliquod corporum ſimplicium, ac primorũ quod natum eſt, quemadmodũ ignis ſurſum, & terra deorſum circulariter ferri ſecũdum naturam. Si autem præter naturã feruntur ea, quæ feruntur circulariter, circulari latione, mirabile, & omnino irrationabile eſt continuum ſolum hunc motum, & ſempiternum exiſtentem, præter naturam eſſe. videntur enim in alĩs citiſſime corrumpi quæ præter naturam ſunt. Quare, ſi eſt ignis id, quod circumfertur, quemadmodum aiũt quidam, non minus ipſi mot⁹ iſte præter naturã eſt, quàm qui deorſum: ignis enim motũ, eum videmus eſſe, qui à medio ſm rectam.

Quę ꝓter nãm ſunt, citiſſime corrũpũt'.

F

Et etiam, ſi motus circularis ſit naturalis, manifeſtum eſt quòd aliquod corpus priorum ſimpliciũ mouetur motu circulari naturali, ſicut ignis motus ad ſuperius, & terræ motus ad inferius. Si ergo corpora, mota motu circulari nõ mouen

G *tur, niſi accidentaliter, hoc eſt mirabile, & extra rationem omnino, ſcilicet vt motus accidentalis tantum ſit continuus, & æternus, & infinitus. & viſus teſtatur contra rium. videmus enim res accidentales corrũpi, & finiri cito. Et etiã, ſi illud, quod circulariter mouetur, eſt ignis, vt quidã dicunt, accidentalis eſt ei: videmus enim quod motus ignis eſt aſcendere æqualiter*

H *ad ſuperius.*

15 Hæc eſt demonſtratio Quinta, oſtendens motũ circularem eſſe naturalem. Et dicit: Et etiam, ſi motus circularis, &c. ideſt & hoc manifeſtum eſt. quoniam omnis motus ſimplex eſt proprius corpi ſimplici. eſſe autem motum circularem naturalem ipſe declarat in hoc loco, dicendo Si ergo corpora mota motu circulari, &c. ideſt & impoſſibile eſt vt iſte motus ſit accidentalis corpori rotundo. declaratum eſt enim in Lib. prædicto ꝙ iſte motus eſt continuus, & perpetuus, & impoſſibile eſt continuum perpetuum eſſe accidentalem. D. oſtendit ipſum eſſe cõtinuum per ſenſum, & dicit, & viſus teſtatur, &c. ideſt cœlum non videtur corruptibile, neq; conſumptibile per ſenſum. Hæc autem eſt ex propoſitionibus, de quibus d. Albumaſar, quòd non inducũt ad primæ certitudinis ordinem: ſed tamẽ nullus ſenſus contradicit eis, neq; ratio.

I

Aliq̃ ſunt ꝓpõnes, q̃ nõ ducũt ad primæ certitudis ordinẽ tñ

Deinde dixit: Et etiã, ſi illud, quod mouet̃ motu circulari, &c. ideſt ex hoc apparet ꝙ impoſſibile ẽ vt hoc corpus, quod mouetur circulariter, ſit ignis. quoniam, ſi eſſet ignis, eſſet motus circularis ei accidentalis: motus enim ignis naturalis eſt aſcendere ſuperius: & in eodem corpore non ſunt duo motus naturales, cum non habeant, niſi vnã eandẽ naturã.

K

eis nullus ſenſus contradicit, neq; ſ.

Quapropter ex omnibus his aliquis ratiocinando crediderit, quòd eſt aliquod p̃ter corpora, quæ hic, & circa nos ſunt, alterum ſeparatum, tanto honorabiliorem habens naturam, quanto quidem plus diſtat ab ĩjs, quę hic ſunt.

Et habens rationem poteſt ex omnibus p̃dictis ratiocinari, quòd aliud corpus eſt præter iſta corpora vicinantia, & continentia nos, ſeparatum ab eis, cuius natura nobilior eſt naturis eorum ſecundum ſuam remotionem ab eis, & collocationem eius ſuper ipſa.

L

Ideſt, bene poſſunt illi, quibus innatum eſt intelligere rationes, cõgregare ex omnibus iſtis, vnam rationem, ex qua contingit neceſſario ꝙ eſt aliud corpus præter corpora quatuor, cui⁹ natura ẽ nobilior, &c. ideſt ꝙ ẽ prius eis naturaliter, & terminans ea ſm longitudinem, ideſt quia natura eius eſt glorioſior eis ſ̃ cundum remotionem in loco, ꝙ remotio duarum naturarum abinuicem in ſubſtantia eſt ſicut remotio earum in loco. quapropter videm⁹ ꝙ vilius eorum eſt terra, & nobilius eſt ignis. & non tantum elementa ſuccedunt ſibi in hoc, ſed etiam in corporibus cœleſtibus. vnde Ariſt. in lib. de Animalib⁹ d. ꝙ natura Lunæ ſimilis eſt naturæ terræ.

16

M

Corpa cœleſtia ita ſunt diſpoſita i nobilitate, ſicut diſpoñt̃ i ſitu. Nã lunæ é ſiſis nãæ terræ. Idẽ 2. cap de Subꝫ orb̃, & 2. Cœli. 32. 42. & & 49.

Summa

SVMMA QVINTA.

Corpus circulare, & ſimplex nec graue eſſe, nec leue.

QVoniam aũt eorum, quæ dicta ſunt, hæc quidem ſupponunt̃, hęc aũt oſtenſa ſunt, manifeſtum eſt ꝙ neq; leuitatẽ, neq; grauitatẽ habet corpus oẽ. Oportet autem ſupponere quid dicimus graue, & leue, nunc quidem ſufficiẽter quoad in præſentia eſt opus, diligentius autẽ rurſus, cum cõſyderabimus de ſubſtantia ipſorũ. Graue igitur ſit, quod ferri natum eſt ad mediũ. Leue aũt, quod à medio. Grauiſſimum aũt, quod oĩbus ſubſtat, quæ deorſum feruntur. Leuiſſimum vero, quod omnibus ſupeminet, quæ ſurſum feruntur. Neceſſe eſt aũt omne, quod ferr̃ aut deorſum, aut ſurſum, aut leuitatẽ habere, aut grauitatẽ, aut ambo, non aũt ad idem: ad alia enim ſunt grauia, & leuia, vt aer ad aquam, & ad terram aqua.

Vide cõuiuium.

B

Graue qd. Leue qd.

C

*Manifeſtum eſt ergo ex propoſitionibus prædictis, & ex his demõſtrationibus quòd primum corpus *volubile, quod circulariter mouetur, neq; habet grauitatem, neq; leuitatẽ. Quapropter videtur rectũ declarare graue, et leue quæ ſunt. & dicemus in eis ſecundum neceſſitatem in hoc loco ab eis. demonſtratio aũt ſufficiens, & perſcrutatio abundans erit in futuro, cum notæ fuerint ſubſtantiæ eorum. ponamus ergo quòd Graue ſit deſcendens ad medium, & Leue aſcẽdens à medio: & ponamus Grauiſſmũ, reſidens ſub omnibus deſcendentibus ad inferius, & Leuiſſimum, quod ſuper omnia aſcendentia eleuatur. Si igitur ita eſt, omne corpus, vadens ad ſuperius, aut inferius, neceſſario habet grauitatem, ſeu leuitatem, aut ambo inſimul, non eodem modo, ſed in reſpectu, ſicut in reſpectu aeris ad aquam, & aquæ ad terram.*

*a.l. nobile

D

E

17 Cum declarauerit ꝙ natura corporis, quod circulariter mouet̃, differt à natura corporũ, quæ recte mouent̃, vult modo declarare quæ natura eſt eius, declarando eam eſſe naturã, neq; grauem, neq; leuem, & ꝙ corpora non diuiduntur tm̃ in iſta duo oppoſita, vt exiſtimatur, ſed in tres naturas, grauẽ, leuẽ, & neq; grauem, neq; leuẽ. vt eſt in ſubſtantijs, quæ non ſunt innatæ dici eſſe in altero contrariorum. v. g. lapis neq; dr̃ eſſe loquẽs, neq; mutus, & puer neq; dr̃ ſapiens, neq; inſipiens. &, cũ hoc non bene appareat, quouſq; declaratũ ſit quid ſit graue, & q̃d ſit leue, incœpit prius deſcribere ea, poſtquã demonſtrauit ꝙ ex ſermonibus prę dictis apparet hoc. i. ex eis, quæ declarata ſunt, ꝙ impoſſe eſt, ꝙ illud, qđ circulariter mouet̃, moueatur recte: & ex illo, quod poſt dicet, ꝙ leuia, & grauia mouent̃ recte. Et d. Manifeſtum eſt ergo, &c. i. manifeſtum eſt ꝙ corpus circulare neque eſt graue, neq; leue. qm̃, qm̃ adiunctũ fuerit ei, quod declaratũ eſt, ꝙ non mouetur neq; ad ſuperius, neque ad inferius:

F

G & ꝙ illud, quod habet grauitatẽ, aut leuitatẽ, mouet his duobus modis: concludit in ſecũda figura ꝙ corp⁹ circulare neq; eſt graue, neq; leue.

Et ideo d. poſt. Quapropter vī rectum graue, & leue declarare quæ ſunt. i. ꝙ hoc non declarabit anteqũ notũ ſit quid ſunt graue, & leue. & dicem⁹ in eis ſm neceſſitatẽ, &c i. ꝙ in hoc loco nõ loquimur de definitionibus eorũ, niſi quantum modo ſufficit. perſcrutari aũt de eis, & dicere opiniones Antiquorũ de ſuis ſubſtantijs erit in Quarto tractatu iſti⁹ libri. D.d. ponamus ergo ꝙ graue

H eſt deſcendens ad medium, & Leue aſcẽdens à medio. & hęc deſcriptio vīs vī eſſe graui, & leui ſimplr, ſ. igni, & terræ: & graui, & leui ī reſpectu, ſ. aeri, & aquę. aqua enim grauis eſt in reſpectu aeris, & leuis in reſpectu terræ. & ideo, ſi eſſet in centro mundi, ſ, in loco terræ naturali, mouereť ad concauitatẽ aeris. ſiſt aer eſt grauis in reſpectu ignis, leuis ī reſpectu aquæ. aqua ergo collocať ſub deſcriptione grauis vno mõ, & ſub deſcriptiõe leuis alio modo, quãuis magis abundet in ea grauitas. eſt. n. grauis ī duob⁹ locis, ſ. ignis, & aeris,

I & leuis in loco terræ. ſiſt & aer collocať ſub deſcriptione grauis, & leuis. ſed deſcriptio leuis dominať in eo: eſt. n. leuis in duobus locis terræ, & aquæ, & grauis in loco ignis. Et ītel ligendũ eſt ex deſcriptione grauis, & leuis naturã, quæ innata eſt ad mouendũ ad mediũ, vel à medio, ſ. habitũ, & formã, ex qua procedit hæc operatio, & ſi hoc nomen grauitas, & leuitas non dicantur vulgariter, nisi de *accidente. D. deſcripſit graue, & leue alia deſcriptione, & d. & ponamus graue, &c. i. deſcribimus etiã graue ꝙ eſt illud, quod grauitate præcedit oĩa grauia, & reſidet ſub oĩbus deſcendentibus ad inferius, i. quieſcit ſub eis. Hæc quidem deſcriptio eſt accepta ex quiete ī loco proprio, prima aũt ex motu. & cũ d. reſt det ſub oĩbus, eſt deſcriptio grauis ſimplr, ſ. terræ. aqua enim non reſidet ſub oĩbus. Siſt cum d. Illud, qđ pręcedit oĩa grauitate, eſt deſcriptio grauis ſimplr. & ẽt videtur ꝙ hęc deſcriptio cõtinet in ſe ẽt duas deſcriptiones: quarũ altera eſt illud, quod p̃cedit, & altera reſidet. D. etiã dedit duas deſcriptiones leuis ſimplr, & d. illud, quod p̃cedit leuitate. i. oĩa

L leuia. D.d. ꝙ eleuatur ſuper omnia aſcendentia ſuperius. & forte intendebat componere vnã ex duabus, vt eſſet manifeſtior ex vtraq; proprietas coniuncta graui, & leui, ita, ꝙ faceret vnam deſcriptionem. D.d. Si igitur ita eſt, omne corpus vadẽs ad ſuperius, &c. & hoc, quod d. manifeſtum eſt. qm̃ hæc deſcriptio conuertitur ſuper ſe, ſicut innatũ eſt deſcriptionibus. qm̃, ſi graue eſt illud, qđ ad inferius deſcendit, neceſſario oẽ deſcendens ad inferius eſt graue. & ſiſt, ſi leue eſt illud, quod aſcẽdit ad

M ſuperius, neceſſario omne aſcendẽs ad ſuperius eſt leue: &, ſi ſimpliciter, ſimpliciter: &, ſi in reſpectu, in reſpectu. ſiſt de graui. quapropter d. non eodem modo, ſed in reſpectu, &c. i. &, cum dixerimus ꝙ omne deſcendens eſt graue, non eſt intelligendũ eodẽ modo, ſ. graue ſimpliciter, ſed intelligendum eſt ex eo illud, quod intelligendum eſt de deſcenſu. Si igitur deſcẽſus eſt ſimpliciter, & graue ſimpliciter, & deſcenſus in reſpectu, & etiam graue in reſpectu: & de aſcẽſu, & leui ſimiliter.

Aqua, ſi eſſet ī cẽtro mũdi, mouereť ad circũferentiã aeris.

Grauitas magis abundat in aq̃ q̃ leuitas: ecõtra in aere. Docuñ.

*a. l. actiõe

Corpus

A Corpus igitur, quod circulariter fertur, impoſsibile eſt habere grauitatem aut leuitatem. neque enim ſm naturam, neq; pręter naturã contingit ipſum moueri, aut ad medium, aut a medio. Nam ſm naturã non ineſt ipſi q̃ ſup recta fit latio: vna. n. erat vniuſcuiuſq; ſimpliciũ: qua re erit idem alicui eorum, q̃ ſic ferunť. præter naturam aũt lato aliquo, ſi qui deorſum fit, pręter naturam eſt, qui ſurſum fit, erit ſm naturam. ſi vero qui ſurſum

B præter naturã, qui deorſum ſm naturam. poſuimus. n. contrariorum, cui alter præter naturã eſt, alterum eſſe ſm naturam.

Manifeſtum eſt ergo modo, ẽt quod corpus rotundum non habet grauitatem, neq; leuitatem. impoſſibile eſt enim moueri ad medium neq; à medio motu naturali, neque motu accidentali. Motus enī æqualis non eſt ei naturalis: quoniã non eſt proprius, niſi corporibus ſimplicibus. ſi ergo moueretur eo motu,

C *erit cum illo corpore idem. & , ſi ergo corpus rotundum moueretur motu accidentali, aut eſſet motus eius ad inferius motus accidentalis, & motus eius ad ſuperius motus naturalis, aut moueretur ad ſuperius motu accidentali, & ad inferius motu naturali. & iã præ diximus, cum alter motuum contrariorum fuerit naturalis, alter erit accidentalis neceſſario. & corpus rotundum nullum habet con-* D *trarium omnino.*

Cum declarauit ꝙ oẽ leue, aut gra 18
ue mouet aut a medio, aut ad medium: & iam declaratum erat ꝙ corpus rotundum non mouet neq; ex medio, neq; ad mediũ, neq; naturaliter, neq; accidentaliter: concludit ex hoc ꝙ corpus rotundum neque eſt graue, neq; leue. Et d. Manifeſtũ eſt ergo mõ, &c. D. propalauit minorẽ propoſitionẽ, cum maior eẽt iam declarata. D. incœpit declarare eã, & d. Motus. n. æqualis, &c. i. cauſa in hoc eſt, ꝙ motus rectus nõ eſt E ei naturalis. qm̃ iſte motus non eſt naturalis, niſi alicui corpori ſimplicium, ſ. elẽntorũ. i. qm̃ iſte mot⁹ non eſt niſi naturę corporũ elementariũ non naturæ corporis rotundi. D.d. rõnem, dicendo: ſi ergo moueretur hoc motu, eſſet idẽ cum illo corpore. i. ꝙ, ſi hoc corpus rotundũ moueret motu recto natura, eſſet corpus rotundum idem cum illo corpore, quod naturaliter mouet illo motu: eſſet ergo corpus rotundum vnum elemẽtorum quatuor. qnod eſt impoſſe. vnus. n. motus in ſpẽ non eſt, niſi vnius corporis in ſpẽ. Et, cum F declarauit ꝙ impoſſe eſt corpus rotũdũ moueri motu naturali recto, incœpit deſtruere ſecundã partem, & eſt ꝙ etiã impoſſe eſt moueri motu recto extra naturam, ſ. violenter, & d. ſi ergo corpus rotundum moueret motu accidentali, &c. i. ſi hoc corpus rotundum moueret recte ex tra naturam, & ſimplr extra naturam, aut erit iſte motus ad inferius extra naturam: quapropter neceſſario contingeret vt motus eius naturalis eſſet ad ſuperius, & tunc eſſet neceſſario

G ceſſario aut ignis, aut aer. quod eſt īpoſſibile. D. etiam d. aut moueret ad ſuperius, &c. i. ſi motus eius ad ſuperius eſſet accidentalis, neceſſario eſſet motus eius ad inferius naturalis: quapropter tūc erit aqua, aut terra. Et, cum poſuit ꝙ, cum poneret ꝙ haberet vnum motum iſtorum motuum accidentaliter, contingeret vt oppoſitus motus eſſet naturalis, fecit rememorationem illius, ex quo apparet hoc, & d. & iam prædiximus ꝙ, cum alter motuum, &c. i. & iam prædiximus, & apparet expotentia noſtri ſermonis, ꝙ qñ poſuerimus alterum duorum motuū cōtrariorum ſimpliciū in aliquo corpore naturaliter, contingit ꝙ alter ſit accidentalis in eo. &, ſi non, cōtingeret duos motus eſſe ī eodem corpore naturaliter. & iam poſuit in ſermone p̄dicto ꝙ impoſſibile ē duos motus eſſe naturales in corpore ſimplici. Et intentio eius ex iſta propoſitione non eſt, niſi eius cōuerſa, dicens ꝙ, cum in aliquo corpore poſuerimus alterum duorū contrariorum eſſe accidentalē, neceſſe eſt vt alter ſit ei naturalis, & hæc conuerſio magis ē occulta q̄ prima. poteſt I aliquis dicere non eſt remotum vt in corpore rotundo ſint duo motꝰ recti inſimul accidentaliter, ſ. motꝰ ad ſuperius, & motus ad inferius, & naturalis ſit ei circularis. Et, cū ſub inteliexit hoc Ari. d. & corpus rotūdum nullum contrarium hēt omnino. i. ſi aliquis duorum motuum rectorum eſſet in eo accidentaliter, oporteret vt corpus, ī quo eſt naturaliꝫ, eēt ei cōtrarium: & nos declābimus ꝙ corpꝰ rotūdū nō hēt ꝓtrariū.

Qm̄ autem ad idem fertur totum, & pars ſm naturam, vt tota terra, & parua gleba, accidit K primo quidem ipſum neq; leuitatem habere vllam, neq; grauitatem. aut enim ad mediū, aut â medio poſſet ferri ſm ſuam ipſius naturam. Deinde, ꝙ impoſſibile ſit moueri eo, qui ſecundū locum fit, motu aut ſurſum, aut deorſum detractum. neq; enim ſm naturam contingit moueri motu alio, neq; præter naturam aut ipſum, aut particularum vllam. eadem enim ratio eſt de toto, & parte.

Idē ē lo totius, & tis qđ ꝙ liter īte gendū ē vide c. ꝙ tertij pl pro hoc vide id. t. c. 73. c. 80 & &2. cœ. & 92. 1 & 102. & 4. cꝙ com. 1

Et etiā locus mouens totum idē L *eſt cum loco motus partium eius, v. g. tota terra, & vna gleba mouentur ad eundem locum. & cum ſint, ſecundum quod diximus, non eſt dubium quòd corpus rotundum neq; habet leuitatem, neq; grauitatem omnino. nam, ſi haberet grauitatem, aut leuitatem, poſſibile eſſet ipſum moueri à medio, vel ad medium. Manifeſtum eſt etiam quòd corpus rotūdum primum im* M *poſſibile eſt moueri motu locali, neque ad ſuperius, neq; ad inferius, neq; alio motu accidentali, neq; ſecundum totum, neque ſecundū partes. ſermo. n. de toto, & parte idē eſt, ſicut iam diximus ſuperius.*

Quia fundamentū demonſtratio 19
nis, ꝙ corpus rotundum non habet grauitatem, neq; leuitatem eſt ſup duas propoſitiones, quarum altera eſt ꝙ corpus rotundū nō mouetur neq; à medio, neq; ad mediū, alte-

ra

A ra autē eſt, ꝙ illud, quod ita moueꝫ, eſt aut graue, aut leue, & iſtæ ſunt iā declaratæ ratione, vult declarare mi norem ſenſu, & ratione. Et fundamentum eſt ſup duas ꝓpoſitiones. Quarum altera eſt intelligibilis. i. ꝙ locus totius corporis grauis, aut leuis idem eſt & partis. quo. n. mouetur graue, cum fuerit extra cētrum, illuc moueret terra tota, ſi eſſet extra ſuum locum. natura. n. partis corporum ſimilium eadem eſt cum natura totius definitione. &, cum ſit eadem definitione, eadem eſt forma: &, cum eadem forma, cadē eſt actio
B proueniēs ab illa forma. ſi igit actiones prouenientes à graui, & leui ſūt iſti duo motus, neceſſe eſt vt ſic proueniant à parte, ſicut a toto. Secūda autem propoſitio eſt accepta à ſenſu. & eſt ꝙ non apparet in partibus corporis rotundi motus neq; a medio, neq; ad medium: ergo neq; leuitas, neq; grauitas. &, cum non in partibꝰ, ergo neq; in toto. &, cū ſint, ſm ꝙ diximus, non eſt dubium, &c. i. &, cum ſit corpus cœleſte ſm hoc, ſ. ꝙ partes eius non videntur moueri à medio, neq; ad medium, manifeſtum eſt ꝙ neq; eſt graue, neque
C eſt leue. D. d. nam ſi haberet grauitatē, aut leuitatem, poſſe eſſet, &c. i. poſſibile eſſet in iſto longo tempore, vt partes eius viderent moueri, vel à medio, vel ad medium, quapp non hēt grauitatē, neq; leuitatem. & ſtellæ cadentes non ſunt cœli, vt exiſtimant quidā. ſtellæ. n. cœli notæ ſunt non tranſmutabiles. &, ſi ſtellæ cadent à cœlo, diminuerent in iſto lōgo tempore. & poſt dicet de cā calefactionis ſolis, quia nō ſequit vt oē calefaciens ſit ignis. Et Alex. ſm ꝙ Themi. narrat de eo, dicit, ꝙ Ariſt.

Stellæ cadentes non ſunt cœli.

dixit hunc ſermonem opponendo, D & contradicendo dicentibus cœlum delatum ſuper totū: & ꝙ, ſi hoc non eſſet, caderet: reſpondendo ꝙ, ſi eēt ita, oporteret ꝙ in iſto longo tpe caderent eius partes. Qm̄ igit corpora cœleſtia non ſunt vnū quatuor elementorū, bene manifeſtum eſt ex iſto ſermone. Quòd aūt non ſunt compoſita ex eis, vt plures Antiquorū putabant, manifeſtū eſt ex hoc. qm̄, ſi eſſent, eſſet motꝰ eorū aut ad ſuperius, ſ. ignis, aut ad inferius. ſ. terræ. oē. n. compoſitū tēdit ad locum partis dñantis. Et ēt, ſi eſſet in loco, neceſſario haberet continens ipſum extrinſecū: cùm hoc ſit natura loci. E

Oē cōpoſitū tendit ad locū partis dñantis Idē ſu. 7. 8. &. 12.

SVMMA SEXTA.

Circulare, ſimplexq; corpus, nec generabile, nec corruptibile, nec alterius mutationis, præterq; localis motus, ſuſceptiuū eē: ſimpliciaq; corpa quatuor eē nūero.

Similiter aūt rationabile eſt exiſtimare de ipſo, & ꝙ in generabile, & incorruptibile, & inaugmentabile, & inalterabile ſit, propterea ꝙ ſit quidem oē id, quod generat, & ex cōtrario, & ſubiecto quodam: & corrumpit, ſiſt & ſubiecto quodam F & a contrario, & in cōtrarium, quemadmodum in primis dictum eſt ſermonibus. contrario rum aūt & lationes contrariæ. Si igitur huic nihil contrarium contingit eſſe, ex eo quia lationi circulari non ſit aliquis contrarius motus, recte vr natura id, qđ futurū erat in gñabile, & incorruptibile, exemiſſe à contrarijs. in contrarijs enim eſt generatio, at ꝙ corruptio.

Contrariorū latio es cōtraria.

Et

C *Et oportet nos dicere ẽt, quòd corpus glorioſum non eſt factum, neq; generabile ab aliquo, neq; cadit ſub corruptiõe, neq; recipit augmentum, neque diminutionem, neque tranſmutationem, neque alterationem, neque aliquam tranſmutationem. omne enim generabile non generatur, niſi ab aliquo ente ei contrario: neque corrumpitur niſi in ſuum contrarium. & iam diximus quòd motus contrariorum corporũ ſunt contrary. Et, cũ ita ſit, corpus primũ non habet contrarium oĩno. non. n. motus circularis habet contrariũ. conſulta igitur bene fuit natura, cum fecit hoc corpus glorioſum, nõ generabile, & remouit ipſum a cõtrarijs. generatio enim & corruptio neceſſario exiſtunt in contrarijs.*

H

20 Cum declarauit ꝙ corp⁹, qđ circulr̃ mouet, eſt naturæ quintæ, qm̃ natura mouens circulr̃ eſt alia à nã ſ. motus æqualis, & declarauit ip̃m ne

I que graue, neq; leue, vult ẽt oſtẽdere ꝙ non eſt gñabile, neq; corruptibile, neq; augmentabile, neq; diminuibile, neq; tranſmutabile, neq; alterabile alteratione paſſiua. Et d. ne que gñabile ab aliquo, & non d. neque gñabile ſimplr̃. qm̃ hæc ẽ dĩa ĩter opinantes ꝙ hoc corpus eſt creatũ a prima cã, & opinantes ipſum eſſe primam cãm, ſ. ꝙ dñtes ſic eẽ primam cãm, opinant̃ ipſum non eſſe gñabile ſimplr̃, & dicentes ꝙ eſt cauſatum à prima cã, opinant̃ ꝙ nõ eſt gñabile ab aliquo. & ꝙ, ſi diceret̃ eẽ gñabile à nullo, & in nullo tpe, bene K poſſet hoc inſtitui ſm̃ vocem, & ſm̃ tranſmutationem: gñabile vero eſt terminatũ tpe, & gñabile ab aliquo. & hoc nomen gñationis eſt vulgariter, qđ Ariſt. vult remouere a cœlo. Et intelligit p trãſmutationẽ, qđ eſt tranſmutabile tribus modis. & intelligit p alterationem, alterationem, quã ſequit̃ gñatio, & corruptio. alteratio. n. q̃ eſt illuminatio, nõ eſt impoſſibilis. Et, cũ d. hoc, incœpit ponere propõnes, ex quib⁹ hoc apparet. oẽ. n. gñabile nõ gñat̃, niſi ab aliquo ente ei contrario. & hæc propoſitio eſt vera in gñatione ſimplici, & com L poſita, ſ. in gñatione quatuor ſimplicium corporum ab inuicẽ, & in gñatione cõpoſitorũ ab eis. ſed compoſitum eſt eis contrariũ, ex quib⁹ cõponit̃: ſicut medium dr̃ cõtrarium extremis contrarijs, ex quibus componit̃. & hoc erit, qm̃ id', qđ componit̃ à primis contrarijs, fuerit prima compoſitio, non mediante aliquo compoſita: vt cõpoſitio mineraliũ, & plantarũ, q̃ non fiũt a ſemine, ſed ab elementis, & gñatio aĩalium, quę p putrefactionem gñant̃. compoſitũ aũt à primis contrarijs mediante ſecũdo compoſito, vt gñatio ſan- M guinis à pane, & mẽbrorũ à ſanguine, eſt ei contrarium, ex quo fit, ſm̃ ꝙ media, q̃ ſunt inter extrema contraria, contrariant̃ ſe abinuicem, cũ ĩter extrema fuerint plura vno medio: ſicut contrarietas colorum, qui ſunt inter album, & nigrum adinuicem. Manifeſtum eſt igit̃ ſiue in cõpoſitis, ſiue in ſimplicibus ꝙ oẽ gñatum generatur à contrario. & hoc confirmat̃ p inductionem, & rõne. Generans. n. ſiſt̃ eſt gñato, & cõtrarium ei, ex quo fit gñatum. non. n. agit in materiã gñandi, niſi inquãtum eſt contrarium. Si ergo illud, ex quo eſt gñatio, eſſet ſiſt̃ gñato, non poſſet gñans agere in materiã gñandi. nihil. n agit ĩ ſuum ſiſt̃, ſed in contrarium. D. poſuit propoſitionem ſecundam, & d. & iam diximus ꝙ motus contrariorũ corporũ ſunt contrarij. i. ꝙ motus contrariorum corporũ ſimplicium eſt cõtrarius. & non eſt dubitãdum quin cõcludat̃ ex his duabus propoſitionibus, q̃ quis ipſe non ꝓpalauerit hoc, quod motus oĩs gñati ſimplicis eſt contrarius motui eius, ex quo gñatum eſt. Si ergo motus alicuius corporis non hẽt contrarium, ergo neque illud corpus hẽt contrariũ. &, cum non hẽt cõtrarium, ergo neq; eſt gñabile, neq; corruptibile. Quapp d. poſt. Et, cum ita ſit, corpus primũ non hẽt contrarium oĩo. nõ. n. notus circularis hẽt motũ contrarium. i. declaratũ eſt ex ſuo ſermone, non ꝙ hoc ſit manifeſtũ per ſe. D. d. conſulta igit̃ bene fuit natura, cum fecit, &c. & innuit p hoc ꝙ impoſſe eſſet hic gñatio, & corruptio, ſi non eſſet corpus non gñabile, vel corruptibile. Hoc eſt conſilium primum ex operatione naturæ. Conſilium aũt ſecundum eſt ꝙ, cũ voluerit facere corpus neq; gñabile, neq; corruptibile, non fecit ei contrariũ, neq; gñauit ipſum ex cõtrario. qm̃, ſi hr̃et contrarium, corrumperet ipſum oĩno. quapp neceſſe eſt vt omne gñabile ſit corrubibile. Et ex hoc apparet bene ꝙ corpus cœleſte non eſt compoſitũ ex materia & forma, ſicut ſunt quatuor corpora ſimplicia, & ꝙ eſt ſimplex. formę enim q̃ ſunt in materia, contrariæ ſunt. & ſi eſſet forma in materia ſine contrario, tunc natura ocioſe ageret, cũ in iſta materia non ſit aliqua potẽtia oĩno. in materia. n. non eſt potẽtia, niſi apud ſeparationem eius a foꝛa. Si igit̃ ſubſtantia materiæ eſt in potentia, & fuerit aliqua materia, cui⁹ potentia nunq̃ exit ad actũ, tũc iſta potentia eſt ocioſa, & ſuperflua. Et, ſi nõ eſſet gñatio, & corruptio, non ſtaret operatio iſtius virtutis, ſ. potẽtiæ. operatio. n. iſtius potentiæ, q̃ eſt ex ea, ſiſt̃ ei, q̃ ẽ abſciſſio ex acumine gladij, eſt gñatio & corruptio. Si ergo iſta potentia ſemp eſſet ſine generatione & corruptione, contingeret vt aliquod ens eſſet ſine actione, propter quam fuit ens. qđ eſt ĩpoſſe.

At vero & id oẽ, quod augmẽtat̃, auget̃ a cognato aduenientẽ, & reſoluto in materiam. huic ãt non eſt, ex quo factum ſit. Si aũt eſt & inaugmentabile, & incorruptibile, eiuſdem intelligentiæ eſt exiſtimare & inalterabile eſſe. eſt. n. alteratio motus ſm̃ qualitatem. qualitatis aũt habit⁹ qdem, & diſpoſitiones non ſine mutationibus fiũt, quæ ſm̃ paſſiones fiunt, vt ſanitas, & morbus. ſecundũ autem paſſionem q̃cunq; tranſmutant̃ naturaliũ corporum habẽtia videmus oĩa & augmentationem, & diminutionem, vt & animalium corpora, & partes ipſorum, & plantarum, ſiſt̃ autem & elẽntorum.

Et etiam omne, quod augetur, & oẽ, quod corrumpitur, non augetur niſi ex aliquo homogeneo, quod fertur in ipſum. diminuitur ergo

quod

Nihil agit in ſuũ ſiſt̃ ſed in cõtrariũ. idẽ 1. de gñat. t. c. 48. & 46.

Generatio Simpliciũ Compoſitorum.

Corpus cęleſte nõ ẽ cõpoſitus ex mĩ & foꝛa. Idẽ 8. met. 4. & 12. idẽ.

Hic vꝛ vel le cœlũ effectiue de pẽdere a prima cã. Idẽ, 2. ca. de ſũba orbis.

Vide cõt. Zim.

D 12. me. 10 & 1. ph. 65 & 8. phy. 72. &c in lib. de ſubſtantia orbis. ca. 1, 2 & 3. Idem hic inf. c. 92. & 22. Idẽ. 2. cœ. 1. & 36. 37 & 71, & ſeq. 25.

E

F

E *quod præparatum eſt ad corruptio nem in ſua materia. corpus autem primum glorioſum non eſt ex aliquo omnino. Et, ſi non recipit augmentationem & corruptionem, propter hoc non recipit tranſmutationem, nec alterationem. tranſmutatio autem eſt motus qualitatis. & qualitates habent diſpõnes, & formas, quæ non ſunt ſine alteratione actiua, v.g. ſanitas, & agritudo. & viſum eſt quòd oẽ corpus cor*
H *porum naturalium alteratione alteratur, per quam recipit additionem, & diminutionem, ſicut corpora animalium, & partes eorũ, & corpora plantarum, & partes eorum. ſimiliter alteratio elementorum mutatorum adinuicem.*

Cùm declarauit ꝙ corpus cœleſte nõ recipit gñationem, neq; corruptionem, quia non hẽt materiã, neq; hẽt contrariũ, vult declarare, ꝙ neq; augmentum, neq; diminutionem, neq; iuuentutem, neq; ſenectutẽ, & d. Et ẽt omne, quod augeꝛ, &c. i. oẽ, quod augeꝛ, & diminuitur, non augeꝛ, neq; diminuiꝛ, niſi pp nutrimentum. nutrimentũ autem oportet eſſe homogeneum cum nutriendo, cũ in ipſum alteraꝛ. quapp nutrimentum vltimũ rei debet eſſe æquale in ſpẽ, cum materia eius, ex qua fit propinqua. v.g. quia ſanguis eſt materia aĩalis, contingit vt ſit nutrimentum propinquum. diminuiꝛ ergo quod ꝑparatum eſt corruptioni. i. ꝙ, ſi nutriendũ non fuerit præparatum corruptioni, augmentabitur pp nutrimentũ aduenieris. ſi aũ K tem fuerit ꝑparatum corruptioni, diminuiꝛ per ipſa eſnta, donec diſſoluiꝛ in materiam, ex qua componiꝛ, aut in materias. D. declarauit ꝙ corpus cœleſte nõ hẽt homogeneũ, & d. corpus aũt primum glorioſum non eſt ex aliquo oĩno. ſ. & oẽ hõgeneum alicui, inquantum eius eſt alteratio, & tranſmutatio in ſubſtãtia alterius non eſt homogeneum, niſi propter* materiã cõem illi: ſed corpus cœleſte non habet materiã. Et põt etiam intelligi ꝙ nutrimẽtum aliquo modo debet eſſe ſimile, & aliquo modo contrarium. ſed corpus L cœleſte non habet contrarium. Et, cum declarauit ꝙ non recipit augmentationem, neq; diminutionem, quod intendebat ꝑ corruptionem, niſi ſit error ſcripturæ, incœpit narrare ꝙ non recipit tranſmutationẽ, & d. Et, ſi non recipit augmentationem, & diminutionem, ꝓp hoc nõ recipit tranſmutationem, neq; alterationem. & intelligit ꝑ tranſmutationem mutationem qualitatũ exiſtentium in eo: quapropter d. neq; alterationem. & non, quia non recipit augmentationẽ, non recipit trãſ
I mutationẽ: ſed propter cauſam, ꝓ- M pter quam non recipit augmentũ, non recipit tranſmutationẽ in qualitate: quaſi dicat pp iſtam cauſam non recipit tranſmutationẽ. D. incœpit oſtendere modum, ex quo appareꝛ ꝙ non recipit tranſmutationem & d. tranſmutatio aũt eſt motꝰ qualitatis, &c. i. non recipit trãſmutationem, quia tranſmutatio eſt motus ĩ prædicamento qualitatis. genera autem prima qualitatum ſunt ſine alteratione: vt genus, quod eſt* aĩatũ in eo ꝙ eſt aĩatum, & genus, quod dicitur

Nutrimẽtũ oportet hõgeneũ eẽ cũ nutriẽdo. idẽ 2 de gña. t. c. 50. & 2 de aĩa. te. com. 45.

*a. l. nãte.

*a. c. hẽt

A dr potentia naturalis, & genus, quod eſt in quantitate, inquantum in quãtitate non tranſmutaꝛ neq; alteratione. alteratio. n. non eſt niſi in habente ſubiectum. Corpus aũt cœleſte non tranſmutatur oĩno in qualitatibus, q̃ fiunt ꝑ alterationem.* illuminatio aũt, & ſimilia ſibi, ex qualitatibus, quæ non fiunt ꝑ alterationem, non eſt impoſſibile. Et ideo d. in qualitatibus tñ ſunt diſpõnes, quę non ſunt ſine alteratione. ſ. quorundam, ſ. quatuor generũ notorũ. qua propter non eſt intelligendum per
B tranſmutationẽ in hoc loco tranſmutationẽ, q̃ fit ſine tempore, quæ intrat in capm relationis.* vel illuminationis. D. d & viſum eſt ꝙ omne corpus corporum naturaliũ, &c. i. & teſtatur ꝙ alteratio eſt ex conditionibus augmenti, & diminutiõis: quia nos videmus ꝙ oẽ, quod augetur ex corporibus aĩalium, & partibus eorum, & corporibus plantarũ, & partibus earum, non augeꝛ, neq; diminuitur, niſi ꝑ alterationem. & hoc non eſt tñ in compoſitis, ſed ẽt in ſimplicibus. quod apparet ex eis,
C quæ non tranſmutanꝛ adinuicem, niſi ꝑ alterationem. Concludiꝛ ergo ex iſtis ꝙ oẽ generatum, & omne augmentatum alteraꝛ alteratione paſſiua, ſ. a qualitatibus actiuis, q̃ ſunt calor & frigus, & humidum & ſiccum, & ſunt vnum quatuor generum qualitatis: & hoc impoſſibile ẽ eſſe in corpore cœleſti, & ſiꝰ quod ſequitur hoc, vt ſanitas, infirmitas, iuuentus, & ſenectus, & oĩa accidentia aĩaliũ prouenientia ab iſtis qualitatibus: ergo & etiam impoſſe eſt ĩ eo eſſe mutationem qualitatum, q̃ fit ꝑ alterationem, & non eſt poſſibile vt ĩ eo ſemper ſit, vt figura. qua

*Illumĩatio, & ſĩa ex qualitatibꝰ, q̃ nõ fiunt ꝑ alterationẽ, põt eẽ ĩ cælo. idẽ cõ. ꝓcedenti. & 2. ca. de ſũba orbis.

*a. l. ſcilicet, illumĩationis.

litates aũt, quarum alteratio nõ eſt D contradictio, niſi ſm ſuum eſſe, non eſt impoſſibile vt ſint in eo ſm mutationem, & ſecundum eſſe.

Quare, ſi circulare corpus neque augmentationẽ habere cõtingit, neq; diminutionem, rõnabile eſt & inalterabile eſſe. Quòd igiꝛ ſempiternum, & neque augmentationẽ habens, neque diminutionẽ, ſed inſeneſcibile, & inalterabile, & impaſſibile eſt primũ corporũ, ſi quis ſuppoſitis credit, manifeſtũ ex dictis eſt. Videtur aũt & rõ iſs, q̃ E apparent, atteſtari: & ea, quæ apparent, rationi. Oẽs. n. hoĩes de Dĩs hñt exiſtimationem: & omnes eum, qui ſurſum eſt locum Deo tribuũt, & Barbari, & Græci, quicunq; putant eſſe Deos, tanq̃ videlicet immortali ĩmortale coaptatum ſit. impoſſibile enim aliter. Si igitur eſt aliquid diuinum. quemadmodũ & eſt, & nunc dicta de prima ſubſtantia corporum dicta ſunt bene. Accidit autẽ & hoc per ſenſum F ſufficienter, quo ad humanam dixiſſe fidem. in omni enim prę terito tempore, ſm traditam inuicem memoriam, nihil videꝛ tranſmutatum, neq; ſm totum vltimũ cœlum, neq; ſecundum partẽ ipſius propriam vllã. Videtur autem & ipſum nomẽ ab Antiquis traditum eſſe vſq; ad tempus præſens, hoc modo exiſtimantibus, quo & nos dicim⁹, neque enim ſemel, neq; bis, ſed infinities oportet putare eaſdẽ per-

Deorũ locus quare cœlum.

Nõ ſemel nec bis, ſ; infinities

G guenire opiniones ad nos. Qua propter tanꝯ altero quodã exiſtente primo corpore præter terram, & ignem, & aerẽ, & aquã, æthera appellauerunt ſupremũ locum, à currendo ſemper ſempiterno tempore, ponentes ipſi denominationem. Anaxagoras autem abutitur nomine hoc nõ bene: noïat enim æthera ꝓ igne.

op; puta re eaſdem opiones aduenire ad nos. Idẽ 1. Meteorologi corũ. Conſiſe apud Platonem in Cratillo.

Et etiam, ſi corpus rotundũ nõ recipit additionem, neq; diminutionem, dignum eſt vt nõ recipiat nec tranſmutationem, neq; alterationem. Cum igitur hoc corpus glorioſum ſemper permanet, propter hoc etiam non recipit additionem, neq; diminutionem, neq; intrat ipſum ſenectus, neq; recipit paßiones. Et hoc bene manifeſtum eſt ex his, q̃ diximus eis, qui volunt credere, et ſuſcipere, & conſyderare in propoſitionibus, et ſyllogiſmis prædictis. Et etiam ſuper ea ratio teſtatur viſui, & viſus rationi. Oẽs. n. hoïes conueniunt in hoc, quòd hoc corpus glorioſum primum eſt locus ſpirituum, ſ. Græci, & aly primarum gentium, qui cognouerunt Deum, & diuinum eius. & dixerũt hoc, quoniam illud, ſuper quod non cadit corruptio, neq; latio, debet eſſe in loco, qui non corrumpitur, neque diminuitur, neq; tranſmutatur, neque alteratur. Et oportet eſſe, ſicut eſt in loco, qui non diminuitur, neq; corrumpitur, neq; tranſmutatur, neq; alteratur, neq; fertur, creare additionem, diminutionem, alterationem, corruptionem, & trãſmutationem, & lationem, & creare quòd vnquam recipit, & pati tur additionem, & corruptionem, & tranſmutationem, lationem, & alterationem. & impoßibile eſt vt ſit contrarium eius, quod diximus. & recte dixerunt in hoc: quoniam hoc corpus glorioſum perpetuũ eſt. Iam ergo declarauimus, & demõſtrauimus ſufficienter, & perfecte in prima ſubſtantia corporum. Et inducemus teſtimoniũ ad illud per viſum, & ſufficiemus hominibus per ipſum ſufficientia perfecta. non enim ceſſauit hoc corpus, ſ. cœleſte per ſecula præterita, ſecundũ quòd hæreditabunt homines, unus poſt alterum, permanendo in ſuo eſſe. neque tranſmutatur, neque alteratur, neque ſecundum totum, neque ſecundum partem omnino. Et hoc videbant, & in hoc conuenerunt ſecundum opinionem noſtram, & dixerunt in eo, quod nos diximus, non ſemel, neque bis, ſed pluries, & peruenerunt ad nos. Vi debant igitur, & dicebant quòd primum corpus eſt aliud à terra, & ab igne, & ab aere, & ab aqua, & appellabant iſtum locum octauum, æthereum, nomine deriuatum a ſua actione. eſt enim i motu æterno uelociſſimum, permanẽs ſine

ſine diminutione per ſe, neque cum tranſmutatione, neque cum alteratione in ſe, neque corruptiõe, neque latione accidente ei in ſe. Anaximander autem non vtebatur hoc nomine ſecundum ſuam veritatẽ, quia vocauit ignem æthereũ: & peccauit in ſermone ſuo.

22 Vult oſtendere in hoc cap. conueniẽtiam inter ſenſum, & rationẽ de iſto corpore, & conuenientiã teſtimoniorum Antiquorũ, & verba eorum obſcura in Antiquo tempore dicta. Et incœpit dicere: Et tẽt, ſi corpus rotundum, &c. i. oẽ, quod nõ recipit augmentum, neq; diminutionem, neceſſe eſt vt non recipiat trãſmutationem, neq; alterationem: oẽ enim augmentabile eſt alterabile, & non conuertitur. Et eſt intelligere q̃, ſi non recipit additionem, & diminutionem pp̃ cauſam, quam diximus, ſ. q̃ caret ſubiecto, neceſſe eſt vt pp̃ illam cauſam nõ recipiat trãſmutationem, neq; alterationẽ. Niſi large intelligant additio, & diminutio, ſ. additio in quantitate, & diminutio in ea. quod eſt tribus modis.

Augmẽtatio tripl̃r ſumi põt vide 4. ph. c. 63. &. 1. de gña. t. c. 35. & inde. & 2. de Anima. 3.

Aut ſm augmentum verum, & diminutionẽ verã. & hoc tm̃ eſt ī plãtis, & aĩalibus. Aut ſm alterationẽ, vt accidit aquæ, & aeri: q̃, cum inſpiſſantur, fiunt minoris quantitatis. & hoc multum inuenitur in corporibus conſiſis naturæ, vt accidit ī muſto. Tertius añt eſt additio ſm accumulationem. & hoc inueniẽ in corporibus conſimiliũ partiũ compoſitis, vt in mineris: & inueniẽ etiã in eñtis, & ẽ vt ſup rẽ addañ aliqua alia extrinſeca, & cõtinuenẽ cũ prima. & ſm hoc dr̃ q̃ ignis augeẽ a p-

Cœ. Gen. Met. cũ cõ. Auer.

dictis. Oẽ ergo, qđ non recipit augmentũ, neq; diminutionẽ, nõ recipit alterationẽ: neq; trãſmutationẽ. oẽ. n. tranſmutabile, & alterabile recipit additionẽ, & diminutionẽ hoc mõ. ſm cõuerſionẽ ergo p cõtrapoſitionẽ contingeret vt oẽ, qđ nõ recipit, additionẽ hoc mõ, neq; diminutionẽ, nõ recipiat alterationem. Et, cũ declarauit hoc, dedit cõuersũ eius, & d. Cum igit hoc corpus glorioſum ſp̃ pmanet, &c. & hoc manifeſtum eſt ſine dubio. qm̃, ſi reciperet additionẽ, & diminutionẽ, nõ ſp̃ pmaneret: ergo qđ ſp̃ permanet, nunq̃ recipit additionẽ, neq; diminutionẽ. D. d. neq; intrat ipm̃ ſenectus, &c. i. q̃ illud, cui non cõtingit additio, neq; diminutio, neq; cõtingit ei ſenectus, neq; trãſmutatio, neque recipit qualitates actiuas. & cã ī hoc eſt, quia caret materia. Et vr̃ q̃ nõ poſuerit priuationẽ additionis, niſi ad ſignãndũ q̃ non recipit ſenectutem, & vr̃ neq; alterationẽ. manifeſtũ eſt. n. ſenſui q̃ non recipit additionem, neq; diminutionẽ: qm̃ cõſyderantes ſtellas in tpe antiquo ſp̃ inuenerunt corpora eorũ in eadem q̃titate. & hoc manifeſtũ eſt ſenſui. D. d. Et hoc bene manifeſtũ eſt, &c. &d. hoc, qm̃ multi hoïes nõ poſſunt recipere primas propoſitiones, aut pp̃ diminutionem inatã in natura, aut pp̃ paucitatem exercitationis, aut pp̃ peſſimam cõſuetudinẽ, quæ radicata eſt in eis: vt videmus accidere eis, qui primo accipiunt doctrinas apparentes, ſed tm̃ falſas. qm̃ iſti negant neceſſarium eſſe, & poſſe, & impoſſe, niſi in Deo tm̃. in omnibus autem alijs non concedunt neq; neceſſarium eſſe, neque poſſibile, neq; virtutes agentes in corporibus, neq;

Propter qđ multi hoïes non põt recipere primas pp̃ones. vide ẽt 2. Met. t. c. 15 & hic co. 90.

C paſ-

G passiuas. & oē hoc est error, atq; peccatum. D.d. Et ēt super ea rō testat visui, & visus rationi, &c. tales propositiones, in eis d. Album asar ꝙ fides est propinquissima veritati certæ. & cum Gal. existimauit ꝙ nullus pōt scire mundum esse æternū, nisi per has propōnes, quarū origo est à sensu, & testimonio vetustatis, dicit in suo lib. quem composuit in eis, q̄ credit, ꝙ nullum certū habebat de mundo, vtrum esset nouus, aut antiquus. & manifestum est ꝙ ipse non vtit' in antiquitate mundi, nisi talibus propōnibus ex verbis suis, & in
H lib. suo, quem appellauit demōnē. Et, cum d. ꝙ sensus testat' rōni, ī hac ratione incœpit dare signationes ex propositionibus famosis apud plures gentes, dicendo, oēs. n. hoīes conueniunt, &c. & testat' huic, quod diximus ꝙ oēs gentes, quę concedunt Deum esse, cōueniunt in hoc, ꝙ cœlum est locus Dei, & aliorum spirituum, qui vulgariter dīr Angeli. Si mīr inuenīt' in oībus legibus, quæ sunt in hoc tēpore. leges aūt non differunt a legib⁹ Greçorū, nisi ꝙ istæ leges dicūt Angelos esse corporeos.
I Et cum d. ꝙ oēs gentes, quæ concedunt Deum esse, conueniunt ī hoc, ꝙ ipse, & alij spiritus sunt in cœlo, d. qūo sequit' à sermonibus eorū ꝙ cęlum est ingenerabile, & īcorruptibile. D.d. & dixerunt hoc, qm̄ illud sup quod non cadit, &c. i. & confessi fuerunt æternitatem cęli, ſm ꝙ apparet ex suis verbis, quia credebant Deum, & alia spiritualia esse sine generatione, & corruptione: & ideo viderunt ꝙ necessario fuit ꝙ locus eorum sit huiusmodi. & debet sciri qđ dicere Deum in cœlo esse, & corp⁹ in loco, & aquam in vase non est ſm vnum modum. & iam declaratū est hoc in fine Octaui Phy. modus ſm quem dī Deum esse in cęlo, & post declarabit' magis in scīa Diuinali. D.d. Et oportet eē, sicut est in loco, &c. potest intelligi hoc p primū prīcipium. & potest intelligi per cœlū: qm̄ ambo pōnt esse vera. & intendebat dicere ꝙ illud, cuius natura non recipit additionem, neq; diminutionem, & alia, oportet agere transmutationem, & cęteras alias mutationes: & non tm̄ agit has transmutationes, sed recipientia has transmutationes. D. d. Et impoſe est vt sit cō
L trariū, & innuit * p hoc ligamenta ītergnabilia, & corruptibilia, & corpus ingnabile, & incorruptibile, & ligamentū istius corporis cum ente æterno, non corporeo. † necessariū est. n. vt sit corpus ingnabile, & īcorruptibile, quod nunquā in sua substantia transmutat', nisi tm̄ in loco, ita ꝙ, ipso transmutato semp in loco remanente, substantia non cesset agere alias mutationes prædictas in corporibus, quæ sunt sub ipso: & ēt non cesset gnare recipientia ista. ne
M cessariū est. n. vt inter principia ęterna, & res gnabiles, sit ens talis modi. &, si non esset ita, impoſe esset ꝙ à principijs æternis, pueniret aliqua actio temporalis. actio. n. æterna est necessario. & hoc innuebat, cum d. impoſe est vt sit econtrario, hoc est ergo, quod dixerunt Antiqui, & est verum in se. Et ideo via Loquentiū de lege nostra, ad probandum Deū esse, non inducit eos, nisi ad corpus æternum necessario. qm̄, cū posuerit mundū esse nouum, continget necessario vt, inquantū est nouum, sit gnatū &, quia oē gnatum hēt generans: & oē gnatum non gnat', nisi

postq̄

K nō est ſm vnū modū. vide 8 phy. c. 84.

*Ligamētū iter cœlū, & inferiora, de quo. 1. me teororum ad pricipium.

† Vide id. 8. phy. 15. 47. &. 5. phy. 13.

Contra loquētes sup legis, de quo diffusius. 5. ph. c. 13.

Oēs gētes cōueniūt in hoc, ꝙ cœlū ē locꝰ Dei. id. 8. ph. c. 84

Deū esse in loco, & aquā i vase

A postq̄ primo alterat' in qualitate ab agente: necessariū est ꝙ alterans ipsum sit corpus. quapp necesse est vt ante mundum esset corpus alterans ipsum: &, si ponat' illud corpus gnatum, contingeret vt prius esset aliud corpus: & sic in infinitū. necessario ergo oportet vt sit corpus alterans, non alterabile, neq; gnabile oīno, & pscrutabit' de hoc corpore. Apparet aūt ꝙ impoſe est ꝙ sit sp mobile p se, nisi p principiū extrinsecum, nō corporeum, neq; vt sit virtus in corpore. Reuertamur ergo ad sermonem nostrū. Iā ergo declarauim⁹. i.
B declaratum est ex hoc, ꝙ primū corpus oportet esse hmōi, s. vt non recipiat pmutationē, neq; alia. ꝙ, si non esset ita, nō esset primum alterans. D.d. & inducemus testimoniū ad illud, &c. i. ad hoc, quod apparet rōne ex hoc, quod apparet sensui. & d. sufficiemus per ipsum. qm̄ sufficere p illud est facere p illud, quod sensui vī: & non apparet in aliqua hora aliquod contrarium ist̄i sufficientiæ, sed semp pmanet eodem mō in sufficientia pfectissima. & talis sufficiētia, qm̄ non fuerit sustentata p aliqđ est de modis propīquis veritati cer-
C tæ: cum aūt fuerit sustentata p demōrationes certas, erit cōplementū illorū sermonū: qm̄ ex cōditione sermonum demōrabiliū est conuenientia sensus. Qm̄ aūt qm̄ * differentes sunt demōnes, quarū alteri testat' sensus, & alteri non, aut quia nō est innata sentiri, aut quia non est possibilis vt sētiat', fides primę demōnis erit magis pfecta. & appellauit hanc sufficientiam: qm̄ hic modus credēdi compositus est ex sensus testimonio. quapropter est sufficientior sermonibus probabilibus, & inquantū

Idē. 8. ph. a. 22. &. 3. de aīa c. 7 * a. l. duæ.

D intrat ipsum testimoniū, descendit à sermonibus demonstrabilibus.
Quapp d. Et inducemus in hoc testimoniū p visum, &c. & hoc quod d. est verū, & cōueniunt in hoc oēs gētes: qm̄ nunq̄ fuit relatū ab hoībus alicuius seculi ꝙ ipsi viderent transmutationē in cœlo, neq; ſm totum, neq; ſm partē. Et, quia ipse fuit, primo dicens ex Physicis Græcis ꝙ cœlum esset ingenerabile, dedit testimonium ex Chaldęis dī. n. ꝙ Philosophia ita pfecta erat tēpore eorū, sicut tpe Arist. Et d. Et hoc videbant Antiqui, & in eo conuenerunt, &c.
E i. & illud, quod relatū est ab Antiqs in natura istius corporis, conuenit ei, quod in eo diximus, s. ꝙ est natura quinta. dicebant. n. ꝙ aliud est à quatuor elementis, & deriuauerūt ei nomen à velocitate motus, & eiꝰ pmanentia, Æthereū: quapp credimus ꝙ illi dixerunt ipsum esse natura quintam. Quod, cū sit natura quinta, nō hēt contrarium. s. i. n. haberet cōtrarium, esset natura sexta. contraria. n. dīr esse paria, sicut in corporibus simplicibus quatuor elōrum. &, quia non hēt cōtrarium, non hēt materiā, neq; est gnabile,
F neq; corruptibile. Et, quia quidam Antiquorū peccauerūt ī intellectu huius noīs, Æther, oīdit Ari. peccatū suū, dicendo Anaximander autē non vtebat', &c. i. ꝙ non vtebat' hoc noīe ſm verā interpretationē, cum existimabat ꝙ hoc nomen simplr non dī, nisi de igne, & credidit propter hoc ꝙ cęlum esset ignis, d. & est error in idiomate, s. ꝙ hoc nomen non erit de igne, sed de velociter motis. &, cum ignis sit leuis, & velocis motus, existimauit ꝙ hoc nomē diceretur de eo.

Cōtraria sunt paria

G Manifestum est aũt ex dictis, & cur maiorẽ impoſſe ſit eſſe numerum dictorũ corporũ ſimpliciũ. ſimplicis. n. corporis neceſſe eſt motum ſimplicem eſſe: ſolos autem hos eſſe dicimus ſimplices, eum, qui circularis eſt, & eum, qui ſup recta fit: & huius duas partes, hãc quidẽ à medio, hanc vero ad medium.

Idẽ infra t.lvij. &ſupra 7.&8.

Manifeſtum eſt igitur ex hoc, quòd diximus, quòd hæc corpora ſĩplicia eſt impoſſibile vt eſſent plura. & iam diximus ẽt quòd motus

H *corporũ ſimplicium eſt ſimplex neceſſario. dicimus ẽt quòd motus ſimplices ſunt duo, ſ. motus circularis, & motus rectus: & quòd motus æqualis iſtorũ duorũ motuũ aut eſt ad medium, aut a medio.*

23 Ideſt declaratum eſt iam ex omnibus iſtis ſermonibus prædictis ꝙ corpora ſimplicia ſunt quinq;, quatuor mobilia motu recto, & vnum mobile circulariter. Et cũ d. concluſionẽ, d. propoſitiones radicales, ex-

I quibus concludebat, & d & iam diximus etiam, ꝙ motus corporũ ſimplicium, &c. i. & hoc, quod diximus, declaratum eſt ex propoſitionibus propoſitis, ſ. ꝙ motus corporũ ſimpliciũ oportet ꝙ ſit ſimplex, & ecõuerſo, ſ. ꝙ motus ſimplices oportet ꝙ ſint corporum ſimplicium: & poſuimus cum hoc ꝙ motus diuiditur primo in duo, ſ. in circularem, & rectum: & ꝙ rectus diuidit in duo, aut à medio, aut ad mediũ: & vterque iſtorũ aut ſimplr, aut ĩ reſpectu. qua propter motus ſimplices debent eẽ quinq;, quatuor recti, & vnus circularis: corpora ergo ſimplicia ſunt quinq;, cum numerus eorum ſit ſm numerum motuum ſimplicium.

Quod autem non eſt circulari lationi contraria alia latio ex multis vtiq; quiſpiã accipiat fidẽ. Primũ qdẽ, ꝙ circunflexæ rectam opponi maxime ponim⁹.

Et motus circulares non habẽt contrarium ũno. & põt conſideras in hoc ſufficere ex multis. Quorum vnum eſt. quoniam, ſi poſuerimus motum circularem habere mutũ contrarium, erit motus rectus dignior, vt ſit contrarium. L

Cum primũ poſuit ſine demonſtratione ꝙ corpus rotundũ nõ hẽt cõtrarium, ex quo declarauit ꝙ nõ habet ſubiectũ, & ꝙ non eſt gñabile, neq; corruptibile, & ꝙ nullũ corpus eſt ſextum, vult modo illud declarare, qđ poſuit. Et põt hoc conſyderanti ſufficere ex multis. & intelligit ſm ſufficientiam fidẽ pfectã, nõ abundantiã exiſtimationis. Et hæc demõſtratio eſt accepta a loco, a maiori. Si motus circularis hẽt contrariũ erit dignius vt motus rectus ſit contrariũ eius, q̃ circularis: &, cũ motus rectus non eſt ei contrarium: ergo, p locũ à maiori, nec circularis erit ei contrarium. Et hoc fuit neceſſariũ, qm̃ motus rectus differt à motu circulari ſm ſpẽm: circularis aũt æ circulari non differt ſm ſpẽm, & contrarium differt a contrario ſm ſpẽm: ergo illud qđ differt ſm ſpẽm dignius eſt vt ſit contrarium, q̃ illud, quod non differt ſm ſpeciem. Et manifeſtum eſt ꝙ motus rectus non eſt contrarius motui circulari.

24

M Mot⁹ rect⁹ dit a circulari ſm ſpẽm: & illud, qđ dr ſecundum ſpẽm dignius ẽ vt ſit contrariũ, q̃ illũ, qđ nõ dr ſm ſpẽm. vi. cam. 10 me. t.c. 13.

qm̃

A qm̃ duo contraria debent eſſe in eodem ordine ſm genus, qđ diuiditur per ipſa, & vt ſit remotio inter ea vltima in fine remotionis: & remotio inter motus non eſt, niſi ſm locum: &, quia non eſt contrarietas inter locum motus circularis, & recti, ergo nec eſt ĩter motus: illud. n. quod reuoluitur circa medium, non contrariatur ei, quod mouetur a medio, vel ad medium, ſicut eſt contrariũ illud, quod mouetur a medio, ei, qđ ad medium. & hoc notũ eſt per ſe. Et etiam, ſi inter corpus cęleſte, & elementa eſſet contrarietas, oporteret ꝙ corrumperentur abinuicẽ, ſicut eſt in elementis. ſed apparet contrarium, corpora enim cęleſtia con-

B ſeruant elementa, & continent ipſa, & vniuerſaliter ſunt in eis, quaſi forma. Et ex hoc omnino ſcitur ꝙ inter ea, & ea, quæ ſunt ſub eis, non eſt contrarietas omnino. &, cum ita ſit, dignius eſt vt inter corpora cęleſtia non ſit contrarietas.

Corpa cœleſtia conſeruãt elmta, & cõtinent ipſa, & vĩr ſunt ĩ eis quaſi forma vide conſiſe 2.cq.c. 22.

Concauum. n. & conuexum non ſolũ adinuicẽ opponi vñr, ſed & recto, cõbinata, adeptaq; compoſitionẽ. Quare, ſi contrarius aliquis eſt, eũ, qui ſup recta

C fit, maxime neceſſarium eſt contrariũ eſſe circulari motui.

Motus autem concauus, qui eſt in vẽtre arcus, & motus gibboſus, qui eſt ſuper dorſum arcus, ſunt cõtrary, & ſunt cõtrary motui æquali in ſuis formis, & compoſitionibus. Si igitur inueniatur aliquis motus cõtrarius motui æquali præter iſta, neceſſario eſt etiam motus circulari cõtrarium.

Cum poſuit ante ꝙ, ſi motus circularis habeat contrarium, dignius eſt vt ſit motus rectus, vult declarare modum, ſecundum quem eſt dignius: & eſt ꝙ circularis differt a recto duob⁹ modis oppoſitis, ſ. gibboſitate, & concauitate arcus: circularis autem a circulari non differt in aliquo modo, modorum oppoſitorum. D. Motus autem concauus, &c. intelligit per contraria oppoſita ſecundum relationem. hęc enim diſpoſitio eſt gibboſi cum concauo. Et, cum d. ꝙ iſti duo modi ſunt oppoſiti, incœpit declarare ꝙ differũt a motu æquali in definitione, & for E ma. Et hoc intelligit, cum dixit: in formis ſuis, & compoſitionibus. id eſt ꝙ, cum circulare non eſt contrarium recto, quamuis differat ab eo his duabus oppoſitionibus, dignius eſt vt non ſit ei contrarium circulare. D. d. Si igitur inueniatur aliqs motus contrarius motui, &c. i. &, cũ motus rectus ſit dignior vt ſit contrarius circulari, q̃ alius, manifeſtũ eſt ꝙ, ſi inueniatur aliquis motus contrarius motui circulari præter rectum, quaſi dicat alius circularis, dignius eſt vt rectus ſit eius contrari⁹. Et hoc voluit dicere, cum dixit: F neceſſario eſt etiam motui circulari contrarium. i. neceſſario erit motus rectus contrarius circulari. D. incępit declarare ꝙ motus rect⁹ nõ eſt contrarius motui circulari, ad cõcludendum oppoſitum præcedẽtis, ſ. ꝙ motus circularis non habet cõtrarium omnino.

t

Qui aũt ſuper recta fiunt, inuicẽ opponunt pp loca. ſurſum enim & deorſum & loci eſt differentia, & contrarietas.

G *Et iã diximus multotiens quòd motus æqualis eſt cõtrarius ſibi ad inuicem, propter loca. ſuperius autem, & inferius ſunt nomina cadentia ſuper diuerſitatem locorũ, & contrarietatem eorum.*

26 Ideſt, & ſignãtio, ꝙ motus æqualis non eſt contrarius motui circularj, eſt, qm̃ dixim⁹ multotiens ꝙ motus recti ſunt contrarij ſibi adinuicem, qm̃ loca eorum, ſ. ſuperius, & inferius ſunt contraria. &, cum motus recti ſint contrarij ſibi adinuicẽ,
H impoſſe eſt vt ſint contrarij circularj: qm̃ tunc eſſent duo cõtraria vni. Et hoc, quod dixit, eſt manifeſtum ſenſui. qm̃, ſi corpora cęleſtia eſſent contraria elementis, corrumperet mundus ſtatim propter augmentũ corporũ cęleſtium in magnitudine ad elementa. qm̃, ſicut dicit Ariſ. in primo Meteororum, ſi cęlum eſſet ignis, deſtrueret oĩa in tpe breui.

Si corpa cœleſtiaeſſent contraria elũtis, corrũperet ſtatim totus mundus. ide; ſ. 24

Deinde, ſi quis exiſtimet eandẽ eſſe rationẽ, quæ & in recta, & in circunflexa eſt (eam. n. quę ab A ad B fit, lationem contrariã
I eſſe ei, quæ à B ad A) eam, quæ ſuper recta fit, dicit. hæc. n. finita ẽ circunflexæ autem infinitæ vtique erunt circa eadem ſigna.

Qui ergo dixit quòd ſermo de motu æquali, & motu circulari ẽ idem, peccauit. motus enim ab A ad B contrarius eſt motui a B ad A. & noluit dicere per ſermonem ſuum hoc, niſi propter coniunctionem, quæ eſt lineæ rectæ, & circularis ſuper eadem puncta. & non dixit per ſermonẽ ſuum quòd motus æqualis habet vltimum finẽ, circuli autem ſunt infiniti ſuper puncta. & nõ intẽdebat eos per ſermonẽ eius. & ſit hæc figura B A. K

Figuræ hæ quatuor ſubſequentes oſtendunt nullum motum ſuper lineam circularem habere contrarium: ſed, ſi habere videatur, hoc eſſe ratione lineæ rectæ.




L

Hæc eſt alia demonſtratio, iterata poſt prædictã. ad deſtruendũ exiſtimationẽ dicentis ꝙ motus circularis in hoc eſt æqualis recto, ſ. quoniam ſicut motus rectus eſt contrarius motui recto, & eſt, qui incępit a loco, ad quẽ alius intendit, ſ. ꝙ ſic ſit in circulari, ſ. ꝙ motus ad aliquã partem eſſet contrarius motui ab illa parte. Et dixit: Qui ergo dixit ꝙ ſermo, i. ꝙ idem, quod contingit eis ſ. ꝙ contrarietas inuenitur in eis, ſi hi peccauit. Et, cum narrauit ꝙ dicẽs M hoc peccat, incępit declarare modũ, ex quo apparet ꝙ motus rectus differt a circulari in hoc, dicendo motus enim ab A ad B, verbi gratia, ſi aliquis ponat ꝙ motus ex A vſq; ad B ſuper arcum A B, eſt contrarius motui ex B ad A, ſicut aliqs poteſt exiſtimare. Deinde d. & noluit dicere, &c. i. dicens hoc, non exiſtimauit hoc, ꝙ motus, qui eſt ex A ad B, ſuper arcum A B, contrarius eſt motui 27

A tui ex B ad A ſuper illũ arcum, &c. niſi, quia motus, qui eſt ex A ad B ſuper chordã arcus, vere contrarius eſt motus motui, qui eſt ſuper illam eandem chordam ex B ad A. Et propter hoc exiſtimauit ꝙ, ſicut inuenitur hoc in linea, ita inuenit hoc in arcu, propter coniunctionem lineæ rectæ cum circulari. D. d. rationem, ex qua apparet ꝙ motus ex A ad B ſuper lineam rectã, & ex B ad A ſunt contrarij motus tm̃, & ꝙ motus, qui ſunt inter iſta ſuper lineam circularem, non ſunt contrarij. Et fundauit ipſam ſup duas radices, quarum
B vna eſt, ꝙ contrarium non habet niſi vnum contrarium: & ſecũda eſt, ꝙ vna contrarietas non inuenit, niſi ſuper lineam rectam. & cauſa illi⁹ eſt, ꝙ inter duo puncta non poteſt cadere, niſi vna linea recta. Contrarietas ergo non inuenit, niſi in longitudine recta: longitudo aũt recta eſt motus recti: cõtrarietas ergo nõ inuenitur, niſi in motu recto. longitudines aũt non rectæ inter duo pũcta ſunt infinitæ: quapropter ī motu ſuper illas non inuenitur contrarietas, qm̃, ſi ita eſſet, haberet vnum infinita contraria. Et omne hoc in
C tendebat, cum dixit: ꝙ motus æqualis habet finem. i. ꝙ oppoſita earum ſunt ſuper vnam longitudinem tãtum. circuli autem ſunt infiniti ſuper puncta. i. circuli cadentes inter duo pũcta, poſſunt eſſe infiniti. poſſibile eſt enim vt ab altero puncto ad alterũ exeant lineæ circulares infinitæ, & vna tantum recta.

Similiter aũt & quæ in ſemicirculo vno ſit, vt quæ à C ad D, & quæ a D ad C. eadem enim eſt ei, quæ ſuper diametro eſt, ſemp enim vnumquodq; diſtare ſm D rectam ponimus.

Similiter etiam erit in medio circuli, in motu, qui eſt ex C ad D, etiã ex D ad C. & iſte motus exiſtit in diametro ſuper pũcta diuerſa. & hæc eſt figura.



E

Cum poſſet aliquis dicere ꝙ non 28
eſt poſſibile vt inter duo puncta cadant circulares lineę infinitæ, niſi quando linea circularis nõ ſit ſemicircularis, cum autem erit ſemicircularis, non poteſt cadere inter ea, niſi vnus arcus tantum, qui eſt arc⁹ ſemicirculi, reſpondendo d. Similiter etiam erit in medio circuli, &c i. & ſic contingit in duobus motibus oppoſitis, qui ſunt ex duobus pũctis oppoſitis, qui ſunt ſuper ſemicirculum, & non ſint contrarij, quamuis non cadat inter illa duo puncta, niſi illa medietas tãtum. D. d. & iſte motus exiſtit in diametro ſuper pũcta F diuerſa. & non exiſtimauit d. ꝙ iſti duo motus, qui ſunt ſuper eundem arcum, qui eſt ſemicirculus, ſunt cõtrarij, niſi quia ſunt ſuper diametrũ ideſt, quia ſunt inter extrema lineę rectæ. ſunt ergo oppoſiti, inquantũ ſunt extrema lineæ rectæ, non inq̃tum ſunt duo puncta in circunferẽtia circuli: quoniam non opponũtur, inquantum ſunt in circunferẽtia circuli, ſed inquantum ſunt extrema diametri. Et hoc, ꝙ dixit, inuenitur in oĩbus punctis, qui ſunt in

G circunferentia circuli.qm̃,eum contraria sint ea,inter quæ est maxima remotio in loco.* & maxima remotio non est mensurata,nisi fm lineã rectã:vnde dr in descriptione lineæ rectæ, ꝙ est linea breuissima inter duo extrema copulata. Cum ergo remotio in fine non inueniat, nisi in recto,inquantum rectũ:& cõtraria sunt ea,quę sunt in fine remotionis: ergo contrarietas non inuenitur, nisi in linea recta.&,cum adhuc fuerit aggregatum,ꝙ eaꝝ, quæ mouentur super extrema diametri, sũt contraria, continget necessari ꝙ contrarietas eorum sit propter diametrũ,non propter circunferentiã.


* Maxima remotio non ẽ mẽsurata nisi m lineã recta: vñ dr in descriptiõe lineæ rectæ ꝙ ẽ breuissima iter duo extrema.Idẽ 5. Ph. 23. vide. 8. phy. 73.

H Vide. 1 o. me. tc. 15.

Similiter aũt etsi quis, circulum faciens,eam, q̃ super altero semicirculo est, lationem cõtrariam ponat ei,quæ in altero, vt in toto circulo eam,quę ab E ad F,semicirculi G, ei quæ ab F ad E,in semicirculo H. Si autem & istæ sunt contrarię,at non profecto ea, quæ super toto circulo fiunt lationes, inuicem propter
L hoc contrariæ sunt.

Et similiter qui descripsit circulum,& posuit motum semicirculi contrarium motui medietatis residuæ:& hæc est figura. Ponamus ergo circulum integrum, & sit semicirculus I,& moueatur ex E ad Z contrario motu motui semicirculi T,qui mouetur ex E ad Z. Si ergo isti motus fuerint contrary,non erunt omnes motus totius circuli contrary per illos motus.

Vt et in sexto Physicorũ textu K *com.Quinti annotatũ fuit, in figuris hæc sunt obseruanda. Si literæ duplicatæ proximæ inuenientur, prima textui fideli,secũda Auerrois textui deseruit. Eodem pacto, si vna erit alteri superposita,superior primo,inferior secundo aptabitur textui.Quæ aũt unæ tãtũ erũt, eæ vtriq; textui accõmodabũtur.* L




Cum illud, quod mouet vꝛr super lineam circularem, necessariũ M est vt sit circulare, oportet intelligere ex suo sermone ꝙ illud,qđ mouetur circulariter,non est contrariũ illi,quod mouetur circulariter,corpꝰ ſ.rotundarum dimensionum, non corpus rectarum. sed, quia ipse posuit ꝙ duo mota opposita a duobus punctis sup arcum non sunt contraria fm existimationem,nisi inquantum mota super lineam rectã sunt cõtraria,appareꝛ ex sermone suo ꝙ illa duo mota sunt rectarum dimẽsionum,non rotundarum. rotũdas ergo dimensiones impossibile est moueri super lineam rectam. quapropter modo posuit motum partem

A tem rotundi: qm̃ posset ei aliquis dicere, qm̃ non est existimãdum in duobus mobilibus ex duobus punctis diuersis esse contrarietatem,inquantum motus eorũ super chordã arcus est contrarius,nisi qñ duo mota fuerint rectarum dimensionum. si aũt fuerint arcualia,non erit contrarietas in eis pp contrarietatẽ motus super lineam rectam,cum sit impossibile in motu arcualis dimensionis moueri p rectã. Quapropter dixit: Et sicꝛ qui descripsit circulũ,&c. idest sicꝛ contingit ei, qui descripsit circulum,& posuit super ipsum mo
B ueri ad partes oppositas duos semicirculos,aut duos arcꝰ circuli,quasi hoc dicit primo ꝙ mota in duas oppositas partes super arcũ circuli impossibile est vt sint cõtraria. Aut enĩ erunt dimensionis rectæ,aut arcualis:si rectæ,non erunt contraria,nisi pp motũ super diametrũ,aut chordam.si arcuales,v.g.semicirculꝰ,ita, ꝙ vtrunq; motorum moueatur cõtra reliquum,donec compleatur circulus, non continget ex cõcessione contrarietatis in motu semicirculorum vt circuli sint contrarij.semicir
C culi enim,& vꝛ sectiones circulorũ non sunt circuli,sicut partes lineę rectæ.quapropter motus oppositi sup lineam rectam sunt cõtrarij fm partes, & totum. &,si fuerint contrarij fm partem,continget vt sint contrarij fm totum:& non ita est in circulis, & partibus eoꝝ. Et hoc intendebat,cũ dixit: Si ergo isti motus sunt contrarij adinuicem,non erunt motus oẽs circuli cõtrarij.i.si aliquis posuerit motus semicirculi cõtrarios, non erunt circuli facti à motibꝰ illarum medietatum cõtrarij:nõ enim semicirculus est circulus.

Quelibet pꝫs recti rectæ ẽ,sed si quilibet pꝫs circuli est circulus.

At vero neqꝫ ea, quæ ab A ad D B est,circularis latio,cõtraria est ei, quæ ab A ad C. ex eodẽ enim in idem motus est.contraria autem latio determinata est ex cõtrario in contrarium esse.

Et etiam motus totius circuli, qui est ex A ad B non est contrarius motui,qui est ex A ad C. motus enim qui est in circulo, est super vnum punctum,quod non mutat illum locum.& hæc est figura circuli. & iam diximus superius, E *quòd motus cõtrarij sunt super puncta diuersa in locis diuersis.*



Hæc est demõstratio Tertia, fun 30 data super duas ꝓpõnes.quarũ altera est, ꝙ motus oppositi super vnũ circulum sunt,quorum quilibet facit vnã reuolutionem completam, & mouetꝛ ab vno loco locoꝝ,ex quo mouetꝛ quilibet eorum ad eundem punctum,non sunt contrarij: motꝰ aũt contrarij sunt qui mouentur super puncta diuersa:ergo motus sup circulum non est contrarius motui super circulum. Et incœpit dicere:

Et

G Et etiam motus totius circuli, &c. i. motus diuersi, qui sunt in toto circulo, non sunt contrarij. verbi gratia sit circulus, super quē mouet aliqd à puncto A, in partē B, donec reuertatur ad A, & aliquid mouet à puncto A in partem C oppositō B, donec reuertatur etiā ad A: dico ꝙ motus ex A per B ad C ad A non est contrarius motui ex A per C ad B ad A. duo enim motus sunt ab eodē puncto, A scilicet, & ad idem, scilicet A.

Et hoc intendebat, cum dixit: motus enim, qui est in circulo, est super punctū vnum, quod, &c. i. qm̄ motus, qui est super circulum, incœpit
H à puncto, & puenit ad ipsum, & nunquam mutat illum locū, sed semp à quo mouetur ad ipsum reuertitur.

D.d. & iam dixim⁹ superius, &c. i. scilicet ꝙ ex quo est motus, & ad qđ sunt contraria. &, cum posuerimus has duas ꝓpōnes, concludetur in secunda figura, ꝙ mot⁹ circulares nō sunt contrarij, s. propositionem, dicentem ꝙ motus circulares super rotundum, non sunt ex loco ad suum oppositū, & dicentē ꝙ motus rect⁹, qui est super dimensionem rectam, est ex loco ad suum oppositum.

I Si autem circularis circulari esset contraria, frustra vtiq; esset altera. in idē enim. Præterea necesse ē quod circulariter fertur, Vndecunq; incipit, ad omnia similiter peruenire cōtraria loca. Sunt autē loci contrarietates sursum & deorsum, ante & retro, dextrū & sinistrum: lationis autem contrarietates secundum locorum sunt contrarietates.

Etiam, si motus circularis esset contrarius motui circulari, esset alter eorum ociosus. Et etiam corpus, K *quod circulariter mouetur, æqualiter mouetur in oībus locis diuersis contrarys à quocunq; loco incœpit. Et iam diximus quòd diuersitas locorum est superius, & inferius, & anterius & posterius, & dextrū & sinistrū: & quòd diuersitas motuum ē secundū diuersitatē locorū.*

Hoc, quod primo dixit, post de- 31
clarauit ipsum. &, cū incœpit dicere hanc ꝓpōnem, transtulit se ad aliā demonstrationem, dicendo: Et etiā corp⁹, quod circulariter mouet, &c. L
ideſt &, qm̄ corpus rotundum mouetur per suas partes in locis diuersis, ideſt sursum & deorsum, & ante & retro, & dextrorsum & sinistrorsū, non contingit à motu suarum partium in istis locis vt motus eius sit contrarius, cum non moueatur in illis totaliter, sed partialiter. Sed dixit hoc: quia ipse vidit, & plures Antiquorum ꝙ cœlum habet dextrū, & sinistrum, & ante & retro, & sursum & deorsum, vt post declarabit.

Et causa, propter quam non diuersatur motus partiū cœli propter di- M
uersitatem esse eorum in istis locis, 2. Cœ. t. 6 & infra. Cœlū non mutat locū suū numero, quāuis mutet eū fm formā. Idem 4. Ph. 43. et 45. & 6. Phy. 85. & 8. Phys. 76.
est, quia cœlum nō mutat totaliter suum locum numero, quanuis mutet eum secundum formam, & hoc apparuit in Physicis. si ergo partes eius essent contrariæ propter cōtrarietatem loci, tunc natura fecisset ociosum quoddam, & res esset contraria sibi. Et reputo ꝙ non intendat vt hoc sit demonstratio per se, sed intendit declarare per hanc propositionem, per quam incœpit suū sermonem, ideſt declarare quomodo contingit illud impossibile, si ponimus

A nimus circulares motus esse contrarios per hanc ꝓpōnem, & sic erit intelligendus sermo eius, ita, & ꝙ diuersitas motuum est fm diuersitatē locorū. ideſt & iam diximus, ꝙ motus contrarij sunt, qui contrariātur per sex loca: motus autem, qui non propter loca contrariantur, s. circulares, non sunt contrarij: qm̄, si haberent contrarietatem propter loca, contingeret vt aliquid esset contrarium sibi. & potest esse demō p se. Sed & sic manifestius est, & erit intelligere ꝙ corpus rotūdum non habet contrarietatem propter cursum
B in locis cōtrarijs: & ꝙ cōtraria sunt ea, quæ habent contrarietatem propter cursum in locis contrarijs.

* Frustra calceamētū dicim⁹ cui⁹ nō ē calceatio. † De⁹ & nā nihil agūt frustra. Idē 2. Cœ. 59. & 3. de Part. ani. cap. 1. & 3. dē Aia t. c. 43. & 2. Met. c. 1.

Si enim æquales essent, non vtiq; esset motus ipsarum. si aūt alter motus dñaretur, alter vtiq; non esset. quare, si ambo essent, frustra vtiq; alterū esset corpus, nō motū suo motu. * frustra enī calceamentū hoc dicimus, cuius non est calceatio. † Deus autem, & natura nihil frustra faciunt.

Et etiam, si motuum circuli diuersitas esset æqualiter, omnino nō
C *moueretur circulus. & ,si quidam motuum esset fortior quodam, omnino non esset motus victus. & ,si ita esset, esset aliqua pars circuli ociosa, vel motus eius nō est per se. Vt dicimus quòd sotular est ociosus, cum non fuerit eo aliquis calciatus. Natura autem nihil facit ociosum.*

32 Quia motus circularis nō differt à motu circulari secundum speciē, necesse est, si habet contrarietatē, vt D
sit in eodem indiuiduo, s. ꝙ necesse est ꝙ in eodē corpore rotundo sint duæ partes cōtrariæ. Et dixit: Et ēt, si motuum circuli diuersitas esset, &c. ideſt, ꝙ cū sic contingit ex istis locis vt in eodē circulo sint duæ partes cōtrariæ, cōtingit ex hoc alterū duorū. Aut ꝙ potentia vtriusq; partium circuli contrariorū sit æqualis: & tunc prohibebit altera alteram: quapropter non mouebit circulus, cū oppositē moueātur eius partes. & hoc intendebat, cū dixit ꝙ, si diuersitas motuum circuli esset æqualiter oīno, non moueretur circulus. Aut altera E
duarū partium esset debilior, & altera duarum partium erit fortior altera: & tūc prohibebitur pars debilior à motu semper. Natura igitur fecisset aliquod ociosum, cum fecit ens sine actione omnino. Et hoc intendebat cum dixit ꝙ, si esset quidam motuum fortior quodam, omnino non esset motus victus. i. ꝙ, si altera duarum partium cōtrariarum, quæ sunt ī circulo, esset fortior altera, nō posset moueri pars victa omnino.

D.d. &, si ita esset, tunc esset aliqua pars circuli ociosa, ideſt victa. motus enim eius semp esset violentus, non F
naturalis. & hoc intendebat, cum dixit ꝙ motus eius non est per se, ideſt non est naturalis, & esset corpus rotundum ociosum, cum non haberet actionem, sicut sotular, cum non calciatur. Et fm hanc explanationē intendebat occulte in hac demōstratione propositionem, dicentem ꝙ, si in corpore rotundo esset contrarietas, oporteret vt in eodem indiuiduo essent duæ partes cōtrariæ. omnia enim rotunda sunt conuenientia secūdum speciem. Et potest etiā

apud

G apud me intelligi ꝙ fundamentum demſonis eſt ſm aliam intentionẽ, propinquiorem iſta, & eſt ꝙ, ſi corpus rotundum eſſet contrariũ corpori rotundo, v.g illud, quod mouetur ab oriente ad occidentẽ eſt contrariũ illi, quod mouet ab occidẽte in orientẽ, neceſſe eſt vt eſſent ſup duos polos, & vnũ centrum. &, ſi ita eſſet, cõtrariarent ſibi inuicẽ in motu, & prohiberent ſe adinuicem, aut vnum illoꝝ eſſet ſemper victum, & tunc eſſet ocioſum. Et, quãuis hæc intẽtio appareat, monſtrauit ipſam, In tex. 3°. H dicendo: Et ẽt corpus, quod mouet circulariter, æqualiter mouet in locis contrarijs, à quocũq; loco incœpit. i. ꝙ corpora cœleſtia mouent in locis contrarijs eodem motu. & ſi eſſet in eis contrarietas, eſſet in partib⁹ diuerſis, & tunc prohiberent ſe adinuicem. ſed nos videmus ea moueri in locis contrarijs motibus non contrarijs: quapropter neceſſe eſt vt nõ ſint contrarij adinuicem. qm̃, ſi eſſent contrarij, oporteret vt partes diuerſæ, in quibus mouent, mouerent ſuper eoſdem polos, & idem centrũ, & eſſent ſe prohibentes adinuicem, I ſi eſſet fortitudo in illis æqualis: aut, ſi eſſet vincens in altera, pars victa numq̃ ſuo motu moueret. &, ſi ita eſſet, tunc natura feciſſet aliqd ocioſe. hoc ergo eſt, quod mihi vr̃ de explanatione iſtius loci: & verum eſt per ſe, & valde manifeſtũ. Themiſtius aũt explanauit hunc locum, & non addidit ſup intentiones, quas dixit Ariſt. aliquid, neq; oſtendebat modum, ex quo verificabat demonſtratio Ariſt. & inquit, quia Alex. explanauit ipſum alia explanatione, ſed non dixit illã, & cõceſſit ꝙ eſt locus valde difficilis. Et fundamentũ eius demſtationis eſt ſup duas ꝓpõnes. K Quarũ altera eſt, ꝙ, ſi mot⁹ circularis eſſent cõtrarij, contingeret ꝙ eſſent ſup idẽ centrũ, & eoſdẽ polos. Et hęc ꝓpõ eſt manifeſta. ſphæra enim, q̃ mouet ſup diuerſum centrũ ab eo, ſup quod mouet alia ſphæra, nõ eſt cõtraria illi. ſiſt & quæ mouent ſup idẽ centrũ, & ſup polos diuerſos: qm̃ tales non prohibent ſe: & contraria ſunt q̃ ſe prohibent. & ex hoc declarat ꝙ illud, quod Ariſt. intendebat ꝙ hanc demſonem, eſt valde manifeſtum. Ego aũt longo tpe feci moram, in quo non intellexi explanationẽ iſtius loci vltimã: ſed Deus in L duxit me ad veritatẽ. Et ſm hanc explanationem erit intentio ſermonis Ariſt ꝙ motus circularis non habet contrarium, non in eo, ꝙ eſt motus abſtractus à corporibus naturalib⁹, ſed inquantum eſt in corpore moto ſm naturam. qm̃, ſi eſſet accept⁹ motus in imaginationib⁹, abſtractus à moto, non contingit impoſſe, ponẽdo eos contrarios, & eoſdem ſm ſpeciem, v.g. cũ imaginauerimus duos motus ſup eundem polum, & idem centrũ ad duas partes diuerſas, contingit neceſſario vt prohibeant ſe, & cõtrarient ſe. & ſm hunc modũ poſſibile eſt exiſtimare ꝙ in motu circulari ſit contrarietas. Et, cũ iſti duo motus fuerint poſiti in corporib⁹ naturalibus, reuertetur poſſe ad impoſſibile, ſ. eſſe contrarietatẽ in eadem ſpecie, quia tunc contingeret vt vnares deſtrueret ſe: & ſic natura faceret ocioſum. v.g. ꝙ ſm conſyderationem Geometræ in ſuperficie, & ſphęra poſſunt ſe contangere ſuper punctum: &, cum fuerint in corpore naturali, non poſſunt ſe tangere, niſi ſuper partem diuiſibilem.

Sphæræ ſ. mouẽt ſup diuerſa cẽtris, non ſunt cõtrariates ſibi & ct, ſi mouerẽt ſup idẽ cẽtrũ, & polis diuerſis.

Imaginabi e ẽ duos, motus circulares eẽ contrarios 8. Phyſic. 64. M

Shæra ſup poſita plane cõtingit ipm ſuper pũcto Geometrice, ũ Nãſr. Idẽ 1. de Aſa. t.c.13. & 5. Phy. 30. & 5. Met. 8.

Summa

A SVMMA SEPTIMA.

Mundum finitæ eſſe quantitatis.

SEd, qm̃ manifeſtũ eſt de his, & de reliquis conſyderandum eſt. Et primũ vtrum ſit quoddam corpus infinitũ, quẽadmodum plurimi Antiquorũ *Philoſophorũ putauerunt, an hoc ſit vnũ quid impoſſibiliũ. ſic enim aut illo modo ſe habere, non aliquid parum, ſed totũ refert, ac omnino ad eã, quę de B veritate eſt, ſpeculationem. ferè enim hoc eſt principium contrarietatum oĩbus, qui aliquid de tota natura enuntiarunt, & fuit, & erit vtiq;. ſiquidem modica tranſgreſſio à veritate deſcẽdentibus fit longe decies milies maior. vt ſi quis minimã quandam eẽ dicat magnitudinẽ: hic enim minimum introducẽs, maxima vtiq; amoueret Mathematicorum. Huius aũt cauſa eſt, quia principiũ virtute maius eſt, q̃ magnitudine. quapropter qđ in C principio modicũ eſt, in fine fit perquam magnum. infinitum autem & principĩ, & quantitatis virtutem habet maximam. quare nihil abſurdum eſt, neq; irrationabile admirabilem eſſe differentiam ex eo, ꝙ ſumptum ſit, ꝙ eſt aliquod corp⁹ infinitũ.

Et, cum declarata ſunt iſta, & bene determinata, volumus perſcrutari de hoc, quod remanet. Et primo incipiemus vtrum aliquod corpus poſsit eẽ ſine fine, vt plures Antiqui dicunt. deinde perſcrutabimur de mundo vtrum ſit vnus, aut plures. quoniam, ſi ſit, aut econtrario, non eſt parua differentia, immo valde magna. differentia. n. cadens in principijs mundi, & in toto mundo, facit cadere diuerſitatem in comprehendendo veritatẽ. hoc ergo principium eſt omniũ diuerſitatum, ſ. propter quas diuerſificati ſunt in narratione totius naturæ in præterito, & illi, qui diuer E ſificabuntur in futuro: & non habent tantã diuerſitatem, niſi quia qui parum pertranſit de veritate mille millies perſaltabit veritatẽ poſt. ſicut ille, qui dixit corpus minimum eſſe: quoniam, quado in ſuo ſermone poſuit minimũ, mouebit, & excitabit maximam diſputationem inter homines. Et cauſa illius eſt, quòd principiũ eſt magnũ aut in potẽtia, aut in actu, aut magnitudine. manifeſtum eſt igitur F quòd minimus error i principijs rei multiplicatur in fine infinitum. n. valde magnum eſt, & habens magnam potentiã, & magnã quantitatem maximam in magnitudine. eſt enim principiũ rerum. non eſt ergo mirũ, neq; extra rvtione, ſi diuerſitas in hoc ſit valde mirabilis.

Cum declarauit, ꝙ corpus rotun 33
dum eſt nã quinta, & ꝙ eſt neq; grave, neq; leue, neq; generabile, neque corruptibile,

*1. l. deles Philoſophorum.

Paruus error i principio in fine fit maximus.

Principiũ virtute maius eſt, q̃ magnitudine.

G *tra ipsum. Dicamus modo, quòd oē corpus aut ē simplex, aut cōpositū. corpus ergo infinitū aut ē simplex, aut cōpositū. Et etiā, si corpora simplicia sunt finita, ergo & compositum ex eis. & hoc manifestum est. corpus enim compositum ex partibus finitis multitudine, & magnitudine, est etiam finitum multitudine, & magnitudine. quoniā erit in multitudine, & magnitudine, secundum multitudinem corporū,*
H *ex quibus componitur, & magnitudinem eorum.*

34 Cum dixit causam formandi perscrutationē de infinito, &, cum quidam Antiquoꝝ credebāt ipsum eē, immo magnificabāt ipsum, & faciebant ipsum principiū, sicut narrauit de eis in Phyſicis, d. Et, cum quidam Antiquorum, &c. i. &, cum de causis cogentibus nos ad perscrutandū de infinito, est ꝙ quidam Antiquorū dicunt ipsum esse, quapropter oportet nos perscrutari de sermone suo, idest de modo, fm quem dicunt infi
I nitū esse. Antiqui enim dicentes ipsum esse, differunt inter se. hi quidē substantiā consistentem dicunt ipsum esse, hi aūt corpus. Et, quia perscrutatio de sermone Antiquorū in eo est alia à perscrutatione de infinito in se, & est vtrum corpus infinitū est impoſſe, aut non, dixit: Sed prio reuertamur, &c. i. sed anteq̄ perscrutemur de sermonib⁹ Antiquis, & rationibus eorum in hoc, reuertamur ad nostrū, quod est quærere, vtrum corpus infinitū sit possibile, aut nō. deinde pscrutabimur de hoc, quod dicunt Antiqui in hoc. & rectū est K
fm sermonem Antiquoꝝ post terminari: cōtradictio enim cōtra Antiquos in hoc erit complementū sermonis, sed non necessario. quapropter præmittendū est necessarium: quanuis in hoc libro non videmus ipsum perscrutari de sermonib⁹ Antiquoꝝ in hoc, sed in 3. Physi. & 11. Meta. & in illo loco Physicæ est prium principiū: & maxime ponentibus ipsum esse substantiam per se.

D.d. Dicamus modo ꝙ omne corpus, &c. i. dicamus modo in ista quę stione sermonē continuum, & non curemus modo de contradictione L
cōtra Antiquos. Et hæc ꝓpō, à qua incœpit in consyderatione, est manifesta p se. visum ē enim ꝙ oīa corpora, quæ sunt inter nos, aut sunt cō posita ab vno corpore, aut à plurib⁹ corporibus, aut sunt vnum, s. non cōpositū ex corpore. qm̄ ꝙ hi duo modi exiſtunt in hoc mūdo manifestū est p se: aut hæc diuisio manifesta ē
*per sensum. & non pōt aliquis dicere ꝙ nullū corpus est simplex: plura enim corpora dissoluuntur in alia, sed nō procedit hęc dissolutio in infinitum: quapropter necesse vt sint corpora simplicia. & ēt iam declara M
uit prius corpora simplicia esse pp motus simplices, & ꝙ sunt quinq;. hæc aūt propositio aut est nota per se, aut iam declarata est. D.d. corp⁹ ergo infinitum aut est simplex, aut compositū. & hoc etiam est manifestum p se. qm̄, si omne corpus aut ē simplex, aut compositū, & posuit aliquis corpus esse infinitū, necessario erit aut simplex, aut compositum.

D.d. Et ēt, si corpora simplicia, &c. id est manifestum esse per se, &c. Si oia corpora simplicia sunt finita magnitudine,

*a.l.p ītel lectum.

A gnitudine, & numero, ꝙ necessariū est quod cōposita ex eis sint finita. qui ergo declarauerit nobis, quod oīa corpora simplicia sunt finita in magnitudine, & numero, declarauit nobis ꝙ omnia corpora sunt finita.

D. inducit nos ad modū, ex quo verificatur hæc ꝓpō, dicens ꝙ compositum à finito est finitū. & d. corpus enim compositū ex corporibus finitis, &c. & hoc est manifestum per se.

Quot modis aliqd dici pt infinitum.

compositū enim non intelligit esse infinitum, nisi quia aut vnū simplicium, ex quibus cōponitur, aut plura vno est infinitum magnitudine,
B aut quia est compositū ex simplicibus infinitis numero, quāuis sint finita magnitudine. Et hoc intendebat, cū dixit: qm̄ erit in multitudine, & magnitudine, &c. i. ꝙ non fuit necessariū vt cōpositū sit infinitū, nisi pp simplicia, ex quibus componitur, cū fuerit infinita aut magnitudine, aut numero, aut vtroq;, nisi ꝙa multitudo, & magnitudo cōpositi consequuntur multitudinem, & magnitudinem corporū simpliciū. Et hæc propositio manifesta est in cōposito ex elementis in actu, vt cō positio dictionis ex literis, & fi'r vi-
C detur esse in composito fm mixtionem. magnitudo enim admixti nō est, nisi pp magnitudinem reꝝ mixtarum. si ergo mixtum fuerit infinitum, ergo aut vnum, ex quibus cōponit', est infinitum magnitudine, aut plura vno, aut omnia finita in magnitudine, sed infinita numero.

Restat igitur videre vtrū cōtingat aliquod simplicium infinitum esse magnitudine, an hoc impossibile. prius ita ꝙ, cum tractauerimus de primo corporū,

sic consyderemus & de reliquis. D
Quòd igit̄ necesse sit omne corpus, quod circulariter fer', finitum esse, ex his manifestum est. Si enim infinitū sit corp⁹, quod circulariter fertur, infinitæ erūt quæ à medio eñciuntur: infinitorum aūt distantia infinita est: distantiam aūt dico linearum, extra quam nullam est sumere magnitudinem, tangentem lineas: hanc ergo necesse est infinitam esse: finitarum enim semp erit finita. Amplius aūt semp est data maiorem accipere. quare quēad E
modū numerū dicim⁹ infinitū, quia maximus nō est, eadē ratio & de distantia. Si igit̄ infinitum nō est pertrāsire, infinito aūt existente, necesse est distantiā infinitam esse, nō vtiq; cōtingeret cœlum moueri circulariter. cœlum autem videmus circulo ferri. & ratione etiam determinauimus ꝙ alicuius est circularis motus.

Oportet nos ergo quærere vtrū sit possibile quòd aliquod corpus simplex sit infinitū magnitudine, aut sit impossibile. sed oportet ponere perscrutationem nostrā primo de primo corporū simplicium, deinde de alijs. Et dicamus quòd necessarium est, ut totum rotundum corpus sit finitum, per hanc demōstrationem. Quoniam, si corpus rotundum sit infinitū, ergo lineæ exeuntes à medio erunt infinitæ etiam: diuersitas aūt linearum infinitarū infinita est: & est intelligere per di F

G *uersitatem distantiam linearũ ab inuicem: nõ inuenitur ergo magnitudo ex extrinseco inter lineas infinitas: erit ergo hæc distantia nõ habens finem necessario: corpus enim habens finem est finitum. Et etiã, si distantia linearum sit distantia, qua maior alia non possit reperiri: Vt dicitur, quòd numerus infinitus est ille, qui caret termino in multitudine: similiter ergo infinita distantia est carẽs termino in distan*

H *tia. Et etiam, si impossibile est vt corpus infinitum abscindatur pertransitu, & corpus infinitũ fuerit ens, necessario erit diuersitas, & distantia infinita. &, cũ ita sit manifestum est quòd impossibile est quòd sit motus circularis. sed visus testatur cõtrarium. Videmus enim cœlum moueri motu circulari. & iam declarauimus hoc rõne superius, cũ diximus quòd motus circu*

I *laris ẽ quorũdã corporũ simpliciũ.*

35 Cum declarauit φ, si corpus infinitum est, aut igit' est compositum, aut simplex, incœpit prius perscrutari hoc in simplicibus, & primo de nobiliori eorũ, quod ẽ Corp⁹ quintum, & dixit, φ totũ corpus rotũdũ est finitũ necessario, &c. i. φ corpus, quod circulariter mouet', cuius esse est determinatum, necesse est vt sit finitũ magnitudine. D.d per hanc demonstrationem, &c. & hoc manifestum est. qm̃, si ponitur rotundũ infinitum, continget vt lineæ exeuntes à centro sint infinitæ, cũ infinitũ careat circunferentia, & lineę exeun K tes à centro non terminantur, nisi p circũferentiam. D.d diuersitas autem linearum, &c. i. φ, si lineę exeuntes à centro sunt infinitæ, necessariũ est vt distantiæ, quæ sunt inter illas, sint infinitæ. & hoc necessarium est. quoniam, qm̃ à centro exierunt duę lineæ, necesse est vt, quanto magis exierũt duæ lineæ, tanto magis magnificetur distantia inter earum extrema: si autem illæ lineæ duæ sint infinitæ exeundo, necesse est vt distantia inter ea sit infinita. cum igit' distantia terminatur, aut ponitur di stantia finita inter extrema istarum L linearum duarũ, necesse est vt duæ lineæ terminentur. Deinde explanauit diuersitatẽ, & dixit: & est intelligere per diuersitatẽ, &c. &, cum dixit φ distantia, quæ est inter lineas infinitas, necesse est vt sit infinita, dixit: non inuenitur ergo magnitudo ex extrinseco ĩter lineas ĩfinitas, &c. ideſt, φ, si distantia inter lineas infinitas est infinita, contingeret vt nõ ĩueniat' magnitudo finita ex extrinseco corpis rotũdi inter lineas infinitas, fm φ sunt infinitę. qm̃, si inter eas eẽt magnitudo finita, oporteret vt quod est inter eas sit finitũ: &, si M quod est inter eas, finitũ esset, essent lineæ finitæ. D. reuersus fuit ad declarandũ φ ista distantia, q̃ est inter lineas infinitas, est infinita, & dixit: erit ergo hęc distantia, &c. i. φ necessariũ est φ hæc distantia sit infinita: quapropter & magnitudo, quæ est illic, est infinita. magnitudo enĩ habens finẽ est finita, i. terminata. Et innuit p hoc, quod dĩ de definitiõe esse infiniti, s. φ est maximũ omniũ quantitatũ. quasi igitur d. φ non est necesse φ ista distantia sit infinita, nisi

Definitio ĩfiniti ẽ eẽ maximũ oium quã titatũ. Idẽ 3. Phy. tex. com. 43.


A nisi quia ista distantia est maior oĩ distantia posita: & φ ita est, necessa rio est infinitum. Quapropter dixit post: Et ẽt, si distantia linearũ est distantia, &c. i. manifestum est φ, si distantia istarũ linearũ infinitarũ est talis, φ nulla alia distãtia inueniat' maior, q̃a est infinita: & si est ĩfinita, quia nulla alia distãtia inueniat' maior, sicut numerus infinit⁹ est, ĩ quo nullus finis inuenit' in multitudine, & ecõuerso. & nõ voluit ostendere cõuersum, nisi vt ostẽderet nobis definitionẽ conuerti cũ definito. i. qm̃, sicut numerus ẽ infinitus, q̃ caret fi-


B ne, & ecõuerso, ita ẽt distantia est infinita illa, q̃ caret fine, & econuerso. Et nõ inducit hoc exemplũ, nisi ad demonstrandũ cõuersionẽ esse ĩ definitione distantiæ infinitæ, sicut in numero infinito. & ita formatur suũ syllm. s. distãtia, quæ est inter lineas infinitas est tanta φ nulla alia inuenit' maior: & quod est hmõi est infinitum: ergo distantia, q̃ est inter lineas infinitas, est infinita. Et, cum declarauit φ necessarium est φ vlti ma distãtia, quæ ẽ inter istas lineas, est infinita, & φ pp hoc cõtinget vt

C magnitudines, quæ sunt ĩter eas, sint infinitæ, coniungit ad has aliã propositionem, ex quibus contingit impossibile, dicendo: Et etiã, si impossibile est, φ corpus infinitũ abscindatur pertransitu, &c i. si manifestũ est φ impoſe est φ corpus infinitũ abscindatur, i. pertrãseatur cõplete: & posuimus corpus rotundum infinitum esse, ex cuius positione cõtingit vt diuersitas inter lineas exeũtes à centro sit infinita: manifestum est vt sit impoſe φ sit motus circularis. contingeret enim, qm̃ corpus rotundum moueretur ab aliquo puncto, quousq; reuerteret' ad idem, φ lineę D pertrãsirent distantias infinitas: qm̃ vnaquæq; earũ reuerteret' ad suum locũ. & etiã contingeret vt permutarentur, s. vt vnaquæq; earũ moueatur, quousq; veniat ad locũ sui cõparis. &, quia distantia inter eas est infinita, cõtinget necessario vt ptranseat magnitudinem infinitã in tpe finito: cuius oppositum demõstrat' in Sexto Phys. cum ergo corpus ro 6. Phyſic tex. c. 22. tundum infinitũ fuerit positum, im possibile est vt moueat' motu circulari completo. D.d. sed visus testat' contrarium. videmus enim φ cœlũ E mouetur motu circulari, s. cõpleto. &, quia cœlum esse naturaliter motum nõ est nisi per rationem, & fuit declaratum per rationẽ esse huiusmodi motum, d. & iã declarauimus hoc ratione superius. cũ dixim⁹, &c. ideſt & iã declarauimus corpus esse, quod naturaliter mouet' motu circulari. Inducamus ergo huiusmodi rationem fm doctrinam aspectibilẽ mathematicæ, & sit corpus rotundũ infinitum, cuius centrum est H, & cuius concauum circuli A B, & extrahemus lineam H B in infinitum, & H A. distantia ergo maxima est F infinita ĩter eas. cũ igitur linea H A mouebitur, donec superponat' sup lineã H B, necesse est vt pertranseat spatiũ infinitum in tpe finito, quanto magis cum mouebitur, donec reuertat' ad suum locũ, s. φ spatia infinita debet pertransire in tpe finito: pertrãsit enim spacia infinita in numero. & quodlibet illorũ est infinitum in magnitudine, & in numero: qm̃ lineę exeũtes à cẽtro sũt ĩfinitę. Sic ergo ĩter quaslibet duas lineas ẽ aliqua distantia. si ergo lineæ sint infinitæ in numero, continget vt hęc

G ſpatia ſint infinita in numero. &, ſi omnes duæ lineę iſtarum linearum ſunt infinitæ, contingit vt omnis diſtantia, quæ eſt inter eas, ſit infinita quantitate. quod eſt valde impoſſibile, & inopinabile.

Figuræ, oſtendentes quòd, ſi lineæ exeuntes à centro ſint infinitæ, diſtãtia inter eas eſt infinita: quam pertranſire nõ licet. Eas autem ideo hic in fine commenti collocauimus, quia præcipue ei deſeruiunt.





Amplius à finito tempore, ſi abſtuleris finitũ tempus, neceſſe eſt & reliquum eſſe finitum, & habere principium. ſi temp⁹ aũt inceſſus habet principium, eſt principium etiã motus: quare & magnitudinis, ſup qua inceſſit, ſimiliter autem hoc & in aliꝭs. Sit itaq; linea, in qua A C E, K infinita ad alteram partem, qua eſt E, alia autem, in qua B B, ad vtrãq; partem infinita. Si itaq; deſcribat circulum linea A C E, à centro C feretur circulariter linea A C E, ſecans aliquãdo lineã B B tempore finito. totum enim tempus, in quo circulariter latũ eſt cœlum, finitum eſt: & ablatũ igitur, quo ſecans ferebatur. erit igitur aliquod principium, quo primum linea A C E lineam B B ſecuit. ſed impoſſibile eſt. nõ eſt igitur circulariter verti infini- L tum: quare neque mundum, ſi eſſet infinitus.


Et etiã, ſi ex tempore finito accipiatur tempus finitum, remanet tempus finitum, & habet principium. & ſi tempus rei habet principium, ergo & motus habet etiã principium & magnitudo propter hoc habet etiam principium, & ẽt hoc in quo eſt res. & ſecundũ hoc in alys omnibus etiam. Sit ergo linea infinita A C H, ſed extremũ M *H ſolum ſit infinitum, & ſit alia linea T B infinita in duobus extremis, & ſint duæ lineæ in circulo quaſi chordæ, ſicut in iſta figura. Dicamus ergo quòd linea A C H abſcindẽs circulum ex C abſcindet lineam B C, donec moueatur motu circulari. & iã fuit tempus lineæ A C H finitum: tempus enim motus cœli, & omnium, quæ ſunt in eo, eſt motus circularis finitus: qua*

propter

A *propter & tempus acceptũ ex eo, in quo eſt motus circularis abſcindentis circulum, & lineã infinitã in vtriſq; extremis, eſt finitũ. &, cũ ita ſit, inuenietur igitur principium pertranſitus lineæ A C H per lineam T B. quòd eſt impoſſibile. manifeſtũ eſt igitur, quòd corpus infinitũ impoſſibile eſt vt moueatur motu circulari. &, cũ ita eſt, manifeſtũ eſt, quòd impoſſibile eſt vt mundus ſit infinitus.*

B

Figura, demonſtrãs infinitum circulariter verti non poſſe, ſumpta ex proportione magnitudinis ad motũ, & ad tempus.



C E H

36 Hæc eſt alia demonſtratio præter prædictã. & ipſe præponit huic demonſtrationi ,ppõnes, quarum vna eſt ꝙ, ſi accipiatur ex tpe finito tempus finitũ, remanet tempus finitũ, & habet principium, i. ꝙ hoc tẽpus remanẽs habet principiũ, & finem: hæc enim eſt diſpoſitio cuiuslibet finiti. Et hoc intendebat, cum dixit: Et etiã, ſi ex tpe finito accipiat, &c. D. poſuit aliam ,ppõnem, & dixit: &, ſi tempus rei habet principiũ, &c. ideſt manifeſtum eſt ex Phyſicis ꝙ, ſi tempus, in quo eſt mot⁹, ſit finitũ, D habens principiũ, & finẽ, & motus, qui eſt in eo, erit finitus, & habebit principiũ, & finem, ſil'r etiã res mota debet eſſe finita, vt declaratũ eſt ĩ phyſicis. & hoc intẽdebat, cũ dixit: &, magnitudo ꝓp hoc habet principium, & ẽt locus, & ſpatium. & hoc intendebat, cum dixit: & ẽt hoc, in quo eſt res. i. ſil'r cõtinget vt ſpatiũ, in quo eſt motus finitus, ſit finitum, & habens principiũ, & finem: & ꝓp hoc explanamus magnitudinem, i. rem motam. D. d. & ſm hoc eſt in oĩbus alijs. i. ꝙ iſtæ ,ppõnes ſunt in oĩbus mobilibus, ſ. ꝙ, ſi moueantur E in tpe finito, ſunt finita in magnitudine finita, & in motu. Et, cum poſuit maiores ,ppõnes iſtius ſyllĩ, dedit ,ppõnes, quibus coniunctis concludatur impoſſe, & vtebatur in hoc exemplo, i. argumento exemplari, loco ſermonis vniuerſalis, vt diceret breuius. quaſi igitur diceret: &, cum hæ propoſitiones ſint manifeſtæ, cũ poſuimus corpus rotundum eſſe infinitũ, poſſibile eſt vt in circulo cadente in eius cõcauo, ponamus chordam, & extrahamus extrema eius in infinitũ, & imaginemur hanc chor F dam eſſe extra centrũ: *non diuidet ergo circulũ in duo æqualia. Cum ergo imaginati fuerimus lineam ex euntẽ à centro in infinitũ in partẽ circuli, in qua non eſt linea infinita mota ad partẽ chordæ, ſ. per motũ circuli: illa aũt linea ſit quieſcẽs, aut mota ad cõtrariũ illius partis: neceſſario pertranſibit lineã infinitam in vtriuſq; extremitatib⁹ in tpe finito. tempus enim omnis reuolutionis finitum eſt: & tps, in quo pertranſibit linea infinita in altera duarũ extremitatũ ſuarũ partẽ circuli, cui parti

* a.l. diuidet

G non occurrit linea infinita in duob⁹ extremis, eſt finitũ neceſſario: ergo illud, quod remanet, eſt finitũ neceſſario: & eſt tps, in quo pertrãſiuit linea finita in altera duaꝝ extremitatum lineã infinitã in duab⁹ extremitatibus: ergo linea pertrãſita in iſto tpe eſt finita: oẽ autem finitum hẽt principiũ, & finem: linea ergo poſita infinita ẽ finita: ſed poſita erat infinita: deductũ eſt ergo ad impoſſe: & hoc impoſſe accidit ex prędicto falſo poſito: ergo falſum ẽ ponere corpus rotundũ eẽ infinitũ. Sed Ariſt. induxit demſtrõẽ in exẽplo, & dixit:

H Sit ergo linea infinita A C H, &c. i. v.g. ſi corpus rotundum ſit infinitũ, poſſibile eſt ponere in ſuo cancauo circulũ, in quo ſit linea infinita, ſic exiẽs à centro. ſit ergo centrũ hmõi circuli A, & ſit linea exiens A C H, & ſit infinita in parte H. Deinde d. & ſit alia linea T B, infinita in duobus extremis, [extra centrũ, & in parte oppoſita parti, in qua eſt linea infinita, exiens à centro.] D.d. dicam⁹ ergo ꝙ linea A C H: ideſt dicam⁹ ꝙ linea exiens à centro in infinitum, ſ. A C H, cum mouebitur, quouſq; cõpleat reuolutionẽ, neceſſarium eſt

I vt pertranſeat lineã infinitã in duobus extremis, ſ. T B, cum extremum eius fuerit quieſcens, ſ. centrũ, & fuerimus imaginati ipſam motã ſuper circumferẽtiam circuli, & illã lineã fuerimus imaginati quieſcentem, ſ. infinitã in duob⁹ extremis. D.d. & iã fuit tempus lineæ A C H finitum. ideſt & tempus, in quo mouet linea A C H, quouſq; perficiat ſuã reuolutionem, neceſſario eſt finitũ. D. dicit cauſam in eſſe hoc tẽpus finitũ, dicendo tempus enim motus cœli. i. hoc tps. ſ. tempus, in quo reuoluitur linea A C H ſup lineã T B, quæ eſt infinita altera duarũ extremitatũ, nõ cõtingit vt ſit finitũ, niſi quia poſuimus ipſam motã circulariter, lineã ſ. per motũ cœli: ſed, quia cœlum, & oẽ rotundum corpus cõtingit vt tps ſuæ reuolutionis perfectæ ſit finitũ, ſil⁹ contingit in oĩbus mobilibus in ipſo, vt in iſta linea, quam poſuimus mobilem in eo. D.d. quapropter & tempus cceptũ ex eo, &c. i. quia tẽpus reuolutionis eſt finitũ: & tẽpus, in quo linea infinita in altera duaꝝ extremitatũ pertranſit lineam infinitam in duobus extremis, eſt pars eius: neceſſe eſt vt hoc tempus ſit finitum. pars enim finiti eſt finita neceſſario. Et hæc ꝓpõ, ſm ꝙ apparet, eſt alia à propoſitione, quã primo poſuit. Illa enim propoſitio fuit ꝙ, cum à tpe finito abſcinditur temp⁹ finitum, remanet finitum. hæc autẽ eſt ꝙ pars finiti eſt finita: & eſt propinqua illi: & ambæ ſunt veræ, & habent eandẽ potentiã. D.d. &, cũ ita ſit, inueniẽ igitur principiũ pertranſitus lineæ A C H per lineam T B, &c. ideſt, &, ſi hoc tempus, in quo ptranſiuit linea A C H per lineam T B, ſit finitum, ergo vtraq; linea eſt finita.

M & hoc intendebat, cum dixit, inuenietur igitẽ principiũ pertranſitus lineæ A C H ꝓ lineam T B. qm̃, eum tẽpus fuerit finitũ, neceſſe eſt vt per tranſiens, & pertrãſitum ſint finita: ergo neceſſario eſt vt inueniat⁹ principiũ pertranſitus vnius earũ ab altera: infinitũ enim non habet principium, ſ. qm̃, ſi poſuimus ipſas eſſe infinitas, nõ inueniẽ punctus, qui ſit principiũ occurſus vnius eaꝝ alteri. ſi autẽ ponimus ipſas finitas, neceſſe eſt vt iſte punctus inueniatur: & eſt punctus, qui eſt in extremo lineæ:

K lineæ A C H ſup lineam T B.

Aliq; codices nõ habent ỹba his ſignis [ ] cõprehenſa.

A lineæ enim, quę ſunt huiuſmodi, nõ occurrunt ſibi primo, niſi ſuper puncta extremorũ. & viſum eſt, ex quo impoſſibile eſt inuenire hunc punctum in duabus lineis infinitis, ꝙ impoſſibile eſt pertranſire vnã illarum per alteram, neq; in tempore finito, neq; in tempore infinito. & hæc eſt alia demonſtratio à ꝓdicta: & Ariſt. vtetur ea poſt.

Amplius autem & ex his manifeſtũ eſt ꝙ infinitum impoſſe ſit moueri. Sit enim linea A, quæ feratur iuxta lineã B, finita iuxta

B finitã. neceſſe eſt igitur ſimul & lineã A â linea B abſolui, & lineã B à linea A. quantũ enim altera acceperit alterius, & altera illius tantum. Si igitur ambę mouean tur in contrariũ, velocius vtiq; abſoluentur. ſi autem iuxta manentẽ feratur, tardius eadẽ celeri tate moto eo, quod iuxta fertur.

Et etiam corpus infinitum impoſſibile eſt moueri. & hoc manifeſtum eſt ex hoc, quod dicemus.

C *Sint ergo duæ lineæ, quarum altera ſit A, & altera B, & ſint finitæ, & eat linea A finita ad lineam B finitam, ſicut vides in figura: & eat linea B finita ad lineam A finitam, ſicut vides. quoniam, quado fuerit huiuſmodi, erit ſeparatio vtriuſq; earum à ſua cõpari inſimul. quoniam, ſicut alter duorũ motorum occurrit alteri, ſic alter ponitur. Si ergo duæ lineæ mouentur inſimul, vna contra alteram, ſeparabitur vna earũ ab altera in illa parte ſeparatione veloci.* D *ſi aũt altera earũ moueatur, altera aũt non, & mobilis eat ad quieſcentem, erit ſeparatio earum tarda, quamuis linea mobilis iens ſit vnius diſpoſitionis in velocitate.*

finita a

b finita

Apparet ex hoc ſermone quod ſit 37
vĩor, quã illud, quod intẽdebat declarare: & eſt ꝙ corp⁹ rotundũ impoſſe eſt vt ſit infinitũ: qm̃ motus ei⁹ E
eſſet infinitus in tpe finito: & motus corpis cœleſtis eſſet finit⁹. & ideo vĩ nobis, ꝙ ipſe intendebat inducere demonſtrationẽ generalem, ſ. ꝙ oẽ infinitũ non põt moueri oĩno. Sint ergo duę lineę, &c. i. ſint ergo duæ lineę, motę ꝑ duas dimenſiones æque diſtãtes in duab⁹ partibus diuerſis.

D.d. & eat linea A finita ad lineã B finitam, ſicut vides. i. & moueatur linea A finita ad partẽ B finitam, quouſq; æque diſtet ei. ſimiliter imaginemur ẽt lineam B finitam moueri ad partẽ oppoſitã, ad quam mouet linea A. D d. qm̃, qm̃ fuerint huiuſ- F
modi, &c. i. ꝙ vtraq; illarũ exibit ad ęque diſtantiã ſuę cõparis in eodem inſtanti. D. dedit cauſam in hoc, & d. qm̃, ſi occurret alteri, &c. & ſeparatio earũ nõ fit ſimul, niſi quia ſicut altera earũ ſeparat⁹ ab altera, ſic iſta à prima. Et, cum dixit ꝙ ſeparatio vtriuſq; illaꝝ ab altera fuit inſimul, dixit: qm̃ ſicut alter duoꝝ motoꝝ occurrit, &c. i. & hoc fuit, ꝙa ſicut alter duorũ motorũ venit ad ſuum compariẽ, & ſecat illũ, ſic alterũ venit ad iſtũ, & ſecat eum. & cauſa illius eſt

G quia illud, quod ſecat aliquid, ſecat ab eo, & quod menſurat aliq̃d, menſuratur ab illo. hoc enim eſt ex reuolutione, ſiue alterum ſit motũ, ſiue alterum ſit quieſcens. Quapropter dictum fuit hoc, ꝙ, ſi duæ lineæ mouentur inſimul, vna contra aliã, &c. ideſt ꝙ ſeparatio vtriuſq; earum à ſua compari, qñ inſimul ambæ mouentur, eſt velocior q̃ quando altera eſt mota, altera vero quieſcens, & cum fuerit motus alterius motæ illarum cum quieſcente æqualis motui eius cum altera mota. Quapropter dixit: ſi autem altera earum mouea
H tur, altera autem non. i. ꝙ pertranſitus non erit tardior, niſi quando mota vadens ad partem quieſcentis fuerit in eadem diſpoſitione velocitatis, quam habebat cum mouebatur ad partem motæ. &, cum propoſuit hanc propoſitionem, dixit: Manifeſtum eſt.

Sed illud quidem manifeſtũ eſt ꝙ impoſſibile ſit infinitã pertranſire in tempore finito, in infinito ergo. oſtẽſum enim ẽ hoc prius in ijs, quæ de motu. Refert autẽ nihil, aut finitam ferri iux-
I ta infinitam, aut infinitã iuxta illam. cum enim hæc mutaẽ iuxta illam, et illa mutaẽ iuxta hanc ſimiliter mota. & non mota. verum, ſi moueantur ambæ, citius abſoluentur: quamuis aliquãdo nihil prohibeat eam, quę moueẽ iuxta quieſcentem, velocius pertranſire, q̃ eam, quæ contra mouetur, ſi quis fecerit eas, quæ cõtra mouẽtur, ambas ferri lente. eam autem, quæ iuxta quieſcentem, multo illis ferri velocius.

Nullum eſt igitur ad rationẽ impedimentum ꝙ iuxta quieſcentem: quandoquidẽ motam contingit lineam A iuxta motam lineam B tardius trãſire. Si igitur infinitũ eſt tempus, quo finita, quæ mouetur, abſoluitur, & id in quo infinita per finitã mota eſt, neceſſe eſt infinitum eſſe. Impoſſibile eſt igitur infinitũ moueri omnino. ſi enim etiam p̃mi nimam moueatur, neceſſe eſt vt infinitũ fiat tempus: at vero cœlum circumit, & vertitur totum circulo in tpe finito: quare cir- L
cumit circuli totã, quę intus eſt, vt A B, finitam. Impoſſe eſt igitur id infinitũ eẽ, quod circulo ferẽ.

Manifeſtũ eſt igitur quòd impoſſibile eſt vt motus finitus eat, & pertranſeat motum infinitum in tempore finito. & ſi hoc igitur eſt impoſſibile, ergo pertranſibit eum in tempore infinito. & iã declarauimus hoc in libro, quem fecimus de motibus, & determinauimus ipſum bene. Modo autem dicamus quòd ſiue motus finitus iuerit M *ad motum infinitũ, ſiue infinitus ad finitum, non eſt ibi differentia. quoniam, quando alter duorũ motuum ſeparabitur ab altero, & tunc alter ab iſto, ſiue moueatur, ſiue non, ſed tamen ſeparatio earum eſt velocior, quando ambæ mouentur. & ſecundum hoc forte non eſt impoſſibile vt ſeparatio moti ſuper quieſcentẽ ſit velocior*


ſepara-

A *ſeparatione moti ſuper motum, motu oppoſito diuerſo. & hoc erit, quãdo duæ res, motæ motu oppoſito, erunt tardæ, & motus moti ſuper quieſcentem, fuerit velocior. Reuertamur modo, & dicamus quòd ſermo noſter non erit impoſſibilis, cum diximus etiam quòd motum ſeparabitur a quieſcente ad motũ: poſſibile eſt enim vt linea A moueatur ad lineam B, & ipſa moueatur etiam motu tardo, tardio-*

B *ri, quàm motu eius ad lineã quieſcentem. Reuertamur etiam, & dicamus quòd, ſi hoc tempus eſt infinitum, in quo pertranſit motus finitus motu infinitum, & ſeparabitur ab eo, & in quo eſt, iuit motus infinitus, & pertranſiuit motum finitum, tunc partes eius ſũt infinitæ neceſſario. Manifeſtũ eſt igitur quòd corpus infinitum impoſſibile eſt vt moueatur neq; totum, neq; pars eius. quoniam, ſi mo-*

C *ueatur totum, aut pars eius, etiam erit hoc neceſſarium in tempore infinito. quod eſt impoſſibile: quoniã totum cælum reuolutũ eſt, & iuit in tempore finito, & iuit pertranſitus eius ī omni, quod eſt intra ipſum, ſ. linea finita, ſuper quam eſt A. Et certum, & manifeſtum ẽ nullo modo vt corpus totũdum ſit infinitum.*

Figura, oſtendens non poſſe quod circulo D *fertur, infinitũ eſſe, ut cælum, quia circuit totam, quæ intra ipſum eſt lineam.*



Cum poſuit ꝙ, cum linea ſecaue E
rit lineam ſm æque diſtantiam per 38
motum vnius, & quietem alterius, aut motus eius ad oppoſitum motũ alterius lineæ, & fuerit vtraque finita, neceſſario ſecãtur adinuicem in tempore finito, & ſeparatio illarum abinuicem ad æque diſtantiam, aut contactu eſt in tẽpore finito, dixit: Manifeſtum eſt igit ꝙ impoſſe eſt, &c. i. cum iſta propoſitio ſit manifeſta, manifeſtum eſt ꝙ, cũ poſuimus duas magnitudines ſm figurã prædictam, quarum altera ſit finita, altera autem infinita, impoſſibile eſt vt
F pertranſeat magnitudo finita per ſuum motum, magnitudinem infinitam in tẽpore finito. & hoc eſt manifeſtum ex cõuerſione propoſitionis, quam poſuit. qñ cõuerſum ei⁹ eſt, ꝙ magnitudo, quæ ptranſit aliã magnitudinem p motũ eius in tempore finito, eſt finita: & iã ponimus hanc magnitudinem infinitam eẽ, ſ. alteram duarum magnitudinum: ergo contingit impoſſibile, &c. Et, cum declarauit ꝙ duæ magnitudines hmõi, ſ. quarum altera eſt infinita, & altera finita, non poſſunt per-

tran-

G tranſire ſe in tempore finito,d.&, ſi hoc igitur eſt impoſſe,&c.i.illud,qđ pertranſit motu aliquam magnitudinem,aut mouet ſuper aliquã magnitudinem,neceſſe eſt vt ptrãſeat ipſam,aut in tpe finito,aut in infinito:ſed iam declaratũ eſt ꝙ impoſſe eſt eſſe motum finitũ ſup ſpatiũ infinitum,aut in directo lineæ infinitæ,aut motũ infinitum ſup ſpatium finitum, aut in directo lineæ finitæ in tpe finito:remanet igit vt ptranſeat ipſum in tẽpore infinito. D.d. & iam declarauimus hoc, &c.i.iam declaratum eſt in Sexto Phy. ꝙ mo
H tus infinitus non eſt niſi in tẽpore infinito. Et hic liber vocatur de motu,aut quia finis eius eſt perſcrutari de motu,aut quia plura,quæ continentur in eo ſunt de motu,aut quia finis eius ſunt iſta duo. D. d. volumus declarare ꝙ impoſſe eſt in talibus duobus iſtis motis, q̃ poſuimus ptranſire ſe adinuicem in tpe infinito,nedum ĩ tpe finito &,cũ dixit ꝙ, ſiue motus finitus eſt iens, &c.i.manifeſtum eſt per ſe ꝙ nulla dria eſt in hac poſitione,ſ. ꝙ alterum duoꝝ
L motorum ſit finitum, alterum autẽ infinitum.& ẽt alterum eorũ motũ ad alterum,& alterũ quieſcens, aut ꝙ ſit motum finitum illud, qđ mouetur ad magnitudinẽ infinitã, aut ꝙ ſit magnitudo infinita illud, qđ mouet ad finitum.& prouunciauit motum loco rei motæ : q̃m ſequit rem motam in priuatione finiti in eo,quod dixit,ſiue ſit motus finitus, i.ſit motus, qui eſt in re mota finita.ſiſt intellexit,cũ dixit:ſiue ſit motus infinitus.i.qui eſt in re mota infinita. Et,cum narrauit ꝙ nulla differentia inter has duas propõnes,dedit cãm,& dixit:q̃m,q̃ alter duorũ motuum ſeparabit ab altero, &c.i. K cum nulla dria ſit inter has duas ꝓpoſitiones in eo, qđ intendimus declarare ꝙ,cũ altera illarũ duarũ magnitudinũ ſeparat a ſuo cõpari,continget neceſſario vt alterum ſeparetur ab illa,ſiue ſit finitũ illud, quod mouet, ſiue infinitum. D.d.ſiue moueat, ſiue non.i. nulla dria eſt in hac propoſitione,vel ſi ponat altera iſtarũ quieſcens,& altera mota, aut ambæ motę. D.cum narrauit ꝙ ſimiles ſunt in eo,quod ĩtellexit declarare, L incœpit dicere dr̃iam inter iſtas, vt appareat ex hoc ꝙ in hoc nõ ſit aliqua vis,& dixit:ſed tñ ſeparatio earum eſt velocior,q̃n ambæ mouentur.i.ꝙ iſta dria, quæ eſt ꝙ, ſi unũ duorũ fuerit motum, & alterũ quieſcens,aut ambo mota, nullã facit vĩ in eo,quod intẽdimus declarare : et ꝙ etiam,ſi altera iſtarũ magnitudinum ſeparabit a ſuo compari,ſuum compar ſeparabit ab ea. D.d. & ſm hoc forte non eſt impoſſe, &c.i.ꝙ,cũ ambæ magnitudines moueant vna ad oppoſitum ſui comparis : & hoc erit,cum motus rei motæ duarum M magnitudinum fuit velocior motibus earum adiunctis inſimul,ſ. quã do vtraq; illarum mouet ad oppoſitum ſui comparis. Et hoc intendebat,cũ dixit:& hoc erit, q̃n duæ res, motæ motu oppoſito, erunt tardæ, &c.ſ.q̃n duæ res motæ ſm oppoſitũ mouẽt tarde,& res mota, q̃ mouet ſup quieſcentem, mouet velociter, ſ.velocius q̃ motus coniunctus duarũ rerum motarũ ſm oppoſitũ. Et cum dixit hoc vſt incœpit vti hoc exemplo,dicendo:Reuertamur modo,& dicamus ꝙ ſermo noſter ĩpoſſibilis non eſt &c. i. dicamus ꝙ iſte ſermo nõ eſt impoſſibilis in duab⁹ iſtis

A iſtis magnitudinib⁹, quas ponim⁹, vnam finitam,& alteram ĩfinitam, q̃n confeſſi fuerimus ꝙ altera illarũ ptrãſeat alteram,ſ.ꝙ accidat illi, qđ mouet ex eis vt ſeparet à quieſcente,ſup quod mouet velocius, q̃ ſeparet illud,quod mouet ex eis ab altero moto,ſ.ꝙ mouet in oppoſitione ſui comparis. Et,cum dixit : ꝙ hoc non eſt ẽt impoſſe,dixit : poſſe eſt. n. vt moueat linea A ad lineam B, &c. i.& hoc non eſt impoſſibile. q̃m nõ impoſſe eſt imaginari rem motam, ſ. A,quæ mouet ad aliam rẽ motã, ſ. B,& illa res mota mouet ad oppo
B ſitũ primæ,& ſecat vtranq; illarum ſuũ comparem in longiori tpe, q̃ in quo ſecat res mota rem quieſcentẽ. &,cum hoc non eſt impoſſe in duobus motis finitis,poſſe eſt etiam, q̃n alterum fuerit finitum,& alterũ infinitum,cum conceſſerimus ꝙ altera illarũ ptranſit alterã. Et cum declarauit hoc,reuertebatur ad illud, in quo ſtabat.i.ꝙ, ſi res mota finita ſecauerit in pertranſitu quieſcẽtem infinitam,aut res mota infinita quieſcentem finitã,oĩno ſecat ipſam ĩ tẽpore infinito,& dixit: Reuertamur ẽt,& dicamus ꝙ, ſi hoc tempus ſit in
C finitum,&c.i.&,cum poſuim⁹ ꝙ tẽpus,in quo ſecat res mota finita magnitudinem non finitam,ſit infinitum,aut tempus,ĩ quo ſecat res mota infinita magnitudinem finitam, aut ſpatium finitum, continget vſt vt res mota infinita ſecet magnitudinem finitam ĩ tempore infinito : ſecat enim partem ante totum. & ſimiliter continget in re mota finita, quæ ponitur ſecans, ſ. quod ſecat rẽ motam infinitam in tempore infinito,ideo ꝙ pars eius neceſſario ſecat motam rem infinitam in tpe in finito.&,cum pars ſecat in tpe infinito,& quod ſecat in tpe ĩfinito eſt infinitum,neceſſe eſt vt partes motus,per quas ſecat ſuũ totũ,ſint infinitæ. Et hoc intendebat, cum dixit: ꝙ partes eius neceſſario erunt infinitæ,ſ. partes motus vſt. Et põt intelligi,cum poſuimus partem, vel corp⁹ infinitum ſecantẽ, vel conſecantem rotundũ,neceſſario erit finitũ ex cõcauo,& infinitũ ex conuexo. &, cũ ita ſit,contingit vt partes illius corporis ſint infinitæ.cum.n.portio rotundi ſit infinita ex conuexo,& finita ex cõcauo,neceſſarium eſt vt oĩs pars eius ſit infinita ex conuexo. Si E ergo ponimus aliquam magnitudinẽ ex illa,ſecantẽ magnitudinẽ infinitam,continget vt ſecet totũ ei⁹ in tpe infinito,& illt pars huius, partẽ illius magnitudinis.&,cũ ita ſit,erit totus mundus infinitus,& ſiſt quælibet pars eius.& quaſi iſta explanatio fit cõueniẽtior ei, qđ poſt dicet, & prima conuenientior verbis ſuis. Qđ ãt dicit poſt hoc, Manifeſtũ igr ẽ ꝙ corpus infinitũ impoſſe ẽ vt moueat,neq; totũ,neq, pars eius.q̃n,ſi totum moueret,aut pars ei⁹, erit neceſſario in tpe infinito.i.ꝙ corp⁹ rotundũ,ſi ponat infinitum ex pte cõ- I uexi,contingit vt totum,& ptes ſint infinitæ,vt declaratum eſt in prima demonſtratione,cũ imaginatæ fuerint partes diſtinctæ exeuntes a centro in infinitum. Et poteſt intelligi ex hoc ſermone ſm primam explanationem ꝙ,cum poſuimus ꝙ corpus rectũ, ſiue rotundũ ſecet corpus infinitum in tempore infinito, aut ſecet corpus infinitum corpus finitũ,cõtinget vt ſecet partẽ eius in tpe infinito.proportio enim infiniti ad totã magnitudinem, quam ſecat,&

ad

G ad minimam partem eius est eadē proportio. &, cum ita sit, impossibile est vt infinitum secet aliquid in tempore finito, neq; partem, neque totū. qm̄, si ponatur ꝙ secet ea, erit in tempore infinito, s. totum, & partem: sed cœlum secat oīa, super quæ reuoluitur in tempore finito, & sil'r secat partem eius, super quam reuoluitur: ergo non est infinitum. Et fm hanc explanationem est intētio sermonis eius, qui est, Manifestum est igit' ꝙ corpus infinitum impoſe est vt
H moueatur sup aliquam magnitudinem, neq; super totam, neque super partem. & fm hoc erit intentio sermonis eius. qm̄ cœlum totum reuoluitur, & fuit circulariter, &c. i. cū cœlum sit infinitū, continget vt secet magnitudinem positam sup terrā, v.g. A in tempore infinito: sil'r contingit vt secet totam terrā, cuius hęc magnitudo est pars, s. tempore infinito. & hoc est contrariū sensui. videmus enim totum cœlum secare lineam positam super faciē terræ in tpe finito, & sil'r totam terram. Et fm explanationem postremam erit
I intentio, ꝙ nos inuenimus partem cœli secare partem terræ in tpe finito, & totum totam terram. Et, si eēt cœlum infinitum, contingeret vt ps eius secaret partem terræ in tempore infinito: pars. n. eius est infinita ex conuexo. & sil'r contingeret vt secaret totū eius totam terram ī tēpore infinito. & totum hoc est contrarium sensui. Et, quia hic sermo continet in se duos modos demonstrationis, s. vlem, & particularem, fm ꝙ declaratur ex eo, s. ꝙ impossibile est corpus infinitum simpliciter moueri, neq; infinitum rotundum, cum impossibile est vt p motum eius secet aliquid: quoniam, cum res mota non possit moueri, nisi secet partem, aut totum infinitum, aut neque secet totum, neque partem: manifestum est igitur ꝙ est immobile. i. &, cum ita sit, dicit, certum, & manifestum est ꝙ corpus infinitum est nullo modo. i. ꝙ hæc intentio est manifesta ex hoc sermone valde bene. K

Insuper, quemadmodū lineā, cuius finis est. impossibile est eē infinitam, sed, si ad lōgitudinē. & superficiem similiter, qua finis est, non contingit. cum autē fuerit finita, nusquam. vt quadrangulum infinitum, aut circulum, aut sphæram, quemadmodum neq; pedale infinitum. Si igitur neq; sphæra, neq; quadrangulum, neq; circulus est infinitus, non existente autem circulo', neq; vtiq; circularis latio erit. similiter autem non infinito existente, neq; vtiq; erit infinita. si vero circulus infinit⁹ nō fit, non vtiq; mouebitur circulariter infinitum corpus. L M

Dicamus etiam quod linea finita impoſsibile est vt sit infinita. si igitur sit poſsibile, erit in altera duarum extremitatum, s. extremitate procedente ſecundum longitudinem infinitam. & ſimiliter ſuperficies etiam impoſsibile ē, ut ſit infinita in omnibus partibus, niſi in dimēſione infinita. ſuperficies autem est prior figura. tunc enim

est

A *est impoſsibile vt sit quadratū infinitum in aliqua dimenſione, quo niam neq; circulus, neq; orbis, ſicut est impoſsibile vt sit figura pedis infinita. Si ergo orbis non est, neq; circulus infinitus, & etiam neque motus circularis oīno erit īfinitus.*

39 Et hæc est demonstratio Quarta p̄ter tres p̄dictas. & vult dicere, ꝙ linea non potest imaginari infinita pp̄ suas duas partes, ex quibus cōstituit', s. quia est longitudo sine latitudine. sed non imaginatur esse infinita, nisi propter vnam tm̄, s. longitu-
B dinem, quæ est in ea quasi materia, & genus. illud autem, quod est in ea quasi differentia, s. alia pars descriptionis, facit ipsam esse finitam, s. esse longitudinem sine latitudine. Et similiter superficies non est infinita, nisi ex parte materiæ, quæ est lōgitudo, & latitudo: ex parte aūt formæ, quæ est fine profunditate, est finita. Et sil'r corpus non potest imaginari eē infinitum, nisi pp̄ magnitudinem, quæ est in eo, quasi genus. propter illud aūt, quod est ī eo quasi forma, & est numerus dimensionum, s. ꝙ descriptio corporis est, ya
C magnitudo est diuisibilis in tres dimensiones: non p̄t imaginari hre quartam dimensionem, neq; habere dimensiones infinitas. & non est possibile vt imaginemur in eo infinitū, nisi ex parte generis, quod est magnitudo. Et, cum totum hoc sit, sicut narrauim⁹, & genus figuræ est superficies, manifestū est ꝙ non potest imaginari infinitum, nisi ꝓpter genus, quod est superficies, non propter differentiam, quæ est ab vna linea, vel pluribus. Et sil'r figura corporea non potest imaginari' esse in- D
finita, nisi ex parte generis accepti ī sua descriptione, i. corpus simplex: ex parte aūt differentiæ, per quam est figura, impossibile est imaginari esse infinitam: nisi esset possibile imaginari finitū esse infinitum, fm ꝙ est finitum, s. fm ꝙ dictum est in definitione eius, quod est corpus cō tentum superficie, aut superficieb⁹. &, cum corpus rotundum infinitū non sit, impossibile est vt corpus cœleste sit īfinitum. Et ideo dixit Aris. Dicamus etiā ꝙ linea finita impoſsibile est vt sit infinito. i. ꝙ linea im
possibile est vt sit infinita simpliciter: qm̄ aliquo modo est finita. Et, E
cum dixit ꝙ impossibile est inuenire lineam infinitam oīb⁹ modis, dixit modum, ex quo possibile ē imaginari ipsam esse īfinitam, & dixit: si igitur possibile sit, erit ī altera duarum extremitatum, &c. i. ꝙ linea, in quantum priuatur a latitudine, impossibile est vt imaginetur in infinitum, & est modus quod est ī ea, quasi differentia: inquantum autem lōgitudo, possibile est vt imaginetur infinita, & est pars, quæ est in ea quasi genus. Et, cum dixit: ꝙ linea non imaginatur īfinita nisi vno modo, dixit ꝙ superficies etiam impoſe est F
vt sit infinita in omnibus dimensionibus, nisi in dimensione infinita. i. ꝙ superficies etiam non potest imaginari infinita in oībus dimensionibus. & non est possibile hoc in ea, s. fm existimationem, nisi in duabus dimensionibus tm̄, s. longitudo, & latitudo, quæ sunt in ea quasi genus: ex profunditate aūt non imaginat', cum careat ea: & hęc priuatio est in ea quasi differentia. D.d. superficies autem est prior figura. i. fm ꝙ dīja


est

G est prior eo, cuius est dria: corporis aũt dria est ſupficies: corpus. n. figuratũ est, qđ continet ab vna ſupficie, aut a pluribus: ſuperficies igit ſunt ī definitione corporis, quaſi differentię. D.d. tunc. n. impoſſibile est, vt quadratum ſit infinitum, &c. i. &, cũ figuratum corpus habuerit ſuperficies terminatas, impoſſibile est corpus figuratũ īfinitũ esse: impoſſe est enim quadratũ esse īfinitũ ī aliqua parte, neq; aliam figurã. qm̃, ſi hoc esset, non remaneret quadratũ. D. d. qm̃ neq; circulus, neq; orbis, &c. i. impoſſe est vt imaginet corp⁹ ro-
H tundum infinitum, ſicut est impoſſibile vt imaginetur pes infinitus. non. n. est pes, niſi per eius figuram. &, ſi imaginet esse infinitus ī aliqua parte, tunc non erit figuratus. D.d. Si ergo orbis non est, neq; circulus infinitus, & etiam neq; motus circularis omnino erit infinitus. i. & ſi aliquis poſuit ipſum in re mota infinita in tempore infinito. põt. n. aliqs dicere, quamuis ponatur ꝙ cœlum impoſſibile est vt ſit infinitum, qa motus eius est in tempore finito, tñ nõ erit remotum vt extra ipſum ſit corpus rotundum, cõtinens ipſum,
I cuius motus est infinitus, & in tempore infinito. quapropter dixit reſpondendo ꝙ, cum oẽ rotũdum ſit finitum, neceſſe est vt motus eius ſit finitus, & in tempore finito.

Amplius aũt, ſi c cẽtrum ſit, linea autẽm A B infinita, & linea E ad rectum īfinita, & linea C D, quæ mouetur, nunquam abſoluetur à linea E, ſed ſemper ſe habebit quemadmodũ linea C E: ſecat enim, qua est F. non igit circulariter fertur infinita.

Et dicamus etiam quòd corpus, K
quod mouetur circulariter, impoſſibile est eſſe infinitum. Sit ergo C centrum, & ſit linea A B infinita, & ſit linea æqualis H Z infinita etiam, & moueatur etiam linea C D. quoniam, cum mouebitur impoßibile eſt ſeparari a linea H omnino, ſed erit ſimile lineæ D Z, & ſecat lineam H in puncto Z. et cum ita ſit, impoßibile eſt vt motus infinitus ſit in corpore rotundo omnino. L

Figura alia, idem, quod ſupra, oſtendens.



M

Hæc est demonſtratio Quinta, 4ª ꝙ corpus infinitum impoſſe est moueri circulariter. Sit ergo c cẽtrũ, i. & manifeſtũ est, cũ poſuimus ꝙ corpus rotundum mouet circulariter, neceſſe est vt habeat centrũ, ſiue ſit infinitum, ſiue finitum. ponat ergo infinitũ, & centrum eius ſit c. D.d. & ſit linea A B īfinita, &c. i. cũ ita ſit. poſſe est vt ponat linea infinita tranſiens p eius centrũ. & infinita in duabus extremitatib⁹. ſit ergo illa linea A B. D.d. & ſit linea æqualis, &c. i. extrahamus ſup hanc, lineam nõ ſu p centrũ ppendicularẽ: & ſit ẽt infinita in duob⁹ extremis. ſit igit linea hmõi H Z. D.d. & moueatur linea C D. i. & extrahamus à centro C lineã infinitã in extremo vno. ſit ergo C D ſecans lineã H Z, & imaginemur hanc lineã C D moueri p motũ corporis, quod circulariter mouet, & duas lineas ſecantes ſe, quieſcentes. D.d. qm̃, cũ mouebit, impoſſibile est ſeparari à linea H oĩno. i. & cum imaginati fuerim⁹ lineã exeũ-
B tẽ à centro, q̃ est infinita in vno extremo, ſ. C D, q̃ ſecat lineam infinitam in duobus extremis, ſ. H Z motam, & ſecantem eandẽ lineam H Z, manifeſtũ est ꝙ nunq̃ ſeparabit ab illa linea. ſi. n. ſeparabit ab ea, non ſeparabit, niſi in vltimo puncto ei⁹, ſed, ſm ꝙ est infinita, non hẽt vltimum punctum, ſ. in parte. D.d. ſed erit ſimile lineæ D Z. ideſt, ſed oportet ſecare arcum ſimilem arcui D Z. D.d. & ſecat lineam H, in puncto Z. ideſt, ꝙ linea C D ſecat lineam H in puncto Z, & ſecat totum circulum: ergo neceſſe est vt tota linea infini-
C ta ſecet lineam H Z infinitam. quod est impoſſibile. D.d. &, cum ita ſit, impoſſe est, &c. i. quia motus infinitus corporis infiniti non perficitur, & motus corporis rotundi pficitur: quia ergo motus corporis infiniti ẽ infinitus: & motus corporis rotundi finitus est: ergo corpus rotundũ impoſſibile est eſſe infinitum.

Præterea, ſi infinitum ſit cęlũ, moueatur autem circulo, ī tempore finito infinitum erit pertrãſiens. Sit enim cęlum quidem, quod manet, infinitũ, quod autẽ in hoc mouetur, æquale. quare ſi tranſit circulariter, infinitũ cum ſit, infinitum æquale ſibi p trãſiuit in tẽpore finito. ſed hoc erat impoſſibile. D

Et etiam, ſi cœlum eſſet infinitum, & motus eius circularis eſt, neceſſario ſecat in tempore finito corpus infinitum. Sit igitur cœlũ fixum, & ſit aliud intra ipſum, ſibi ſimile in magnitudine, motum: dico quòd, ſi corpus, quod eſt intra cœlum, eſt infinitum, & totũ cœ E
lum moueatur circulariter, tunc pertranſibit corpus infinitum ſimile ei in tempore finito.

Hæc est demonſtratio Sexta. i. ꝙ 41 ſi cęlum ſit infinitum, & motus eius ſit circularis, neceſſario corpus infinitum ptranſibit ſpatium infinitũ ī tempore finito. Et hoc intendebat cum dixit: neceſſario ſecat in tempore finito corpus infinitum. & intendebat per corpus, vacuum, ī quo imaginat esse cœlum. D. incœpit declarare hanc conſequentiã, & di-
F xit: Sit igitur cęlum fixũ, &c. i. imaginemur cœlũ fixum ī vacuo ęquali ei. & hoc intendebat, cum dixit: & ſit aliud intra ipſum, ſibi ſimile ī magnitudine. D.d. dico ꝙ, ſi corpus ītra cœlum, &c. i. ꝙ, ſi cœlum ſit infinitum, vacuum ẽt, & dimenſio, in quo est cœlũ, erit infinitũ. cũ ergo cœlũ moueat in hoc vacuo infinito, quouſq; cõpleat reuolutionẽ, tũc ptranſibit corpus infinitum vacuum infinitum. Et hoc intendebat, cum dixit: tunc pertranſibit corpus infinitũ ſimile ei in tẽpore finito. i. tũc per-

G pertranſibit corpus infinitum aliud corpus infinitum in tempore finito
Obiectio. vt dictum eſt in Phyſicis. Et quidã dicunt ꝙ hęc demonſtratio non eſt vera, niſi ſm̃ ſermonẽ dicẽtium ꝙ locus eſt dimenſio, & inane: &, cũ nulla dimenſio, & inane ſit, in qua ſit cœlum: ergo hoc imaginari ẽ falſum. impoſſe ergo nõ ſequit, niſi ab hac poſitione falſa, non ab alio, qđ
Solutio. vult deſtruere. Dicamus ergo ꝙ, cum ponetur corpus infinitũ, & ponetur ꝙ oẽ corpus habet locum, cõtinget neceſſario vt locus ſit inane, cũ inane diminuatur ſm̃ diminutionem corporis, & creſcat æqualiter: ĩ
H continenti aũt non ſequitur vt corpora ſint æqualia ſm̃ æqualitatem eius. quaſi ergo non ſequit̃ hoc ab iſta poſitione, niſi quia conceſſa eſt, & concluditur impoſſe. & nõ poſſuit ipſam, quoniam eſt poſſibilis in ſe, ſed quia ſequitur à ſermone eorũ, ſ. ponentium infinitum.

Eſt autem conuerſim dicere ꝙ, ſi finitum eſt tempus, in quo reuolutum eſt, & magnitudinẽ eam, quam pertranſiuit, neceſſe eſt eſſe finitam: æquale autem ſi
I bi pertranſiuit: finitum igitur et ipſum eſt.

Et poſſumus conuertere ſermonem noſtrum, ſi tempus, in quo pertranſiuit illud corpus cœlum, fuerit finitum, erit neceſſario magnitudo etiam, in qua pertranſiuit, finita: pertranſibit autem neceſſario corpus ſibi ſimile ĩ magnitudĩe

42 Hoc non eſt conuerſum ſermonis prædicti, immo conuerſum ſuæ potentiæ. Sermo. n. ꝙ, ſi tempus, in quo pertrãſiuit illud corpus inane, K
fuerit finitum, neceſſario erit illud inane: & corpus, quod eſt in eo finitum, eſt conuerſum ſermonis, ꝙ, ſi corpus, & inane, in quo eſt, fuerit infinitum, neceſſario erit tempus, in quo pertranſit ipſum infinitũ. Hoc quidem non fuit poſitum in demõſtratione prædicta, cum induxit ipſam in modo ducendi ad impoſſibile, non modo recto. qũ iſta demonſtratio, cum inducat̃ hoc modo, erit in ſyll̃o hypothetico. &, cum deſtruxerimus conſequens, ſequit̃ oppoſitum antecedẽtis, ſ. ꝙ, cum deſtruxerimus ipſum pertranſire in tpe infi- L
nito, vt viſum eſt, continget neceſſario vt corpus inane non ſit infinitũ. & ideo ponit ꝙ tempus finitum ſit̃, & coniungit ei propoſitionem, quã intendebat deſtruere: quapropter cõtingit impoſſibile, ꝙ eſt cõtradictorium illi⁹, quod ſequit̃ ex hypothetica, dicente ꝙ, ſi corpus infinitum pertranſit ſpatium infinitum, neceſſario erit in tempore infinito. ĩpoſſibile ergo conſequens, quo vtebatur Ariſt. in hac demonſtratione, eſt cõ tradictorium conſequẽtis hypothetici, quod eſt in potẽtia illius ſermonis, de quo dixit: ꝙ poſſumus con- M
uertere ipſum.

Quod igitur id, quod circulo mouetur, non eſt interminatũ, neq; infinitum, ſed habet finem manifeſtum eſt.

Manifeſtum eſt modo quòd cælum eſt finitum, & quòd corpus rotundum impoſſibile eſt vt ſit ſine vltimo, & ſine fine. Modo ergo volumus dicere de alys corporibus ſimplicibus.

Manifeſtum

A Manifeſtũ eſt ex ſermone noſtro
43 ꝙ cęlum eſt finitũ, & nõ tm̃ cęlum, ſed declaratum eſt ꝙ omne corpus rotundum, impoſſibile eſt vt ſit infinitum, quodcunq; corpus ſit. Oportet nos igit̃ declarare hoc in alijs corporibus ſimplicibus, quæ recte mouentur: tunc enim erit verificatum ꝙ oẽ corpus ſimplex eſt finitum.

At vero neq; id, quod ad medium, neq; qđ à medio fertur, ĩfinitum erit. cõtrariæ enim ſunt
B lationes, quæ ſurſum, & quæ deorſum: contrariæ autem ad contraria loca. contrariorum autem, ſi alterum determinatũ eſt, & alterum determinatũ erit: mediũ autem determinatũ eſt. ſi enim vndecũq; ferat̃ deorſum id, quod ſubſtat, non contingit tranſire vltra medium. determinato ergo medio, & eũ, qui ſurſum eſt, locum neceſſe eſt determinatum eſſe. ſi vero loca definita ſunt, & terminata, & corpora erunt terminata.

Volumus modo dicere de alys corporibus, quod impoſſibile eſt vt
C *ſint infinita, neq; corpus tẽdens ad medium, neq; a medio: motus enim diuerſus ſecundum contrarietatẽ eſt ſuperius, & inferius: & mutationes diuerſæ ſunt ĩ locis diuerſis. Dicamus ergo quòd, ſi alterum cõtrariorum fuerit terminatum, alterum etiam erit terminatum: medium autem terminatum eſt. quod enim vadit ad inferius ab oĩ parte, impoſſibile eſt vt pertranſeat medium, neq; prolõgetur a medio.*

Cœ. Gen. Met. cũ cõ. Auer.

ſi ergo medium eſt terminatum, et D
ſuperius eſt terminatum neceſſario. & ſi loca ſunt terminata, corpora erunt finita omnia omnino.

Vult declarare ꝙ corpora ſimplicia recti motus ſunt finita. & primo 44
declarat ꝙ corp⁹ inferius, ſ. terra eſt terminatũ, & ſil̃ corpus ſuperius, ſ. ignis, aut aliud, deinde declarat ꝙ ea, q̃ ſunt inter iſta duo, terminata ſunt. Cum ergo dixit, neq; corpus motum ad medium, intendit terrã. Et, cum dixit, neq; corpus tendens à medio, intendit ignem. Cum ergo dixit: motus. n. diuerſus ſm̃ contra- E
rietatem eſt ſuperi⁹, & inferius. i. ꝙ loca, ad quæ erunt hæc corpora mota, diuerſant̃ ſm̃ contrarietatem: & eſt ſuperius, & inferius. D. d. Mutationes diuerſæ ſunt in diuerſis locis, i. ꝙ hoc fuit, quia motus contrarij ſunt ad loca contraria. Et, cum poſuit ꝙ motus horum corporũ ſimplicium contrarij ſunt ad loca contraria, dixit ꝙ, ſi alterum contrario rum fuerit terminatum, alterũ erit terminatũ. i. cum radix prædicta eſt poſita, ſ. ꝙ loca vni⁹ illorum corpo- F
rum ſunt contraria, ponamus ſecundam radicẽ dicentẽ ꝙ, ſi alterũ duorum contrariorũ fuerit terminatũ, neceſſario erit ſecundum terminatum. Et hoc manifeſtũ eſt ex deſcriptione contrariorum, q̃ ſunt in fine remotionis. &, cum vtrunq; eorum maxime diſtet, neceſſe ẽ vt ſit æqualiter in contrarietate, ſ. vt neutrum ſit fortius reliquo. ſed, cũ poſuimus alterũ eorũ finitũ, & alterũ ĩfinitũ, tunc non contrariabunt ſibi æqualiter: qm̃ forma contrarietatis, q̃ eſt ĩ altero eorũ, non eſt æqualis formæ contrarietatis alterius, ſm̃ ꝙ ſunt cõ

E traria.

traria. Et manifestū est p se ꝙ sunt in eodē gradu cōtrarietatis. &, si nō, non in fine distabunt. pole. n. eēt addere sup minorē vt esset magis contrariū: & tunc idē haberet plura cōtraria: & illud, quod erat positum ī maxima distantia, non est ita. quod est contrarium positionis. Et ēt nō essent oppositā, fm ꝙ sunt extrema, sc ꝙ proportio alterius eorum in cōtrarietate ad alterū non esset, sicut proportio alterius ad primum. sed notum est p se, ꝙ ꝓportio ignis ad aquam in contrarietate est sicut aq̄ ad ignem. Et, cum posuit istā radi- H eē, posuit tertiā radicem dicēte, medium esse, s. terminatū. D. īduxit demōstrationem eius, & dixit: medium aūt est terminatū, &c. & intendit p medium, locū inferiorē. quia est. n. medium, manifestū est ꝙ est terminatum. quasi dicat & signatio est ꝙ locus vocatus inferius est terminatus, quia est mediū, cū oēs lapides non ꝓtranseant ipsum. cum ergo locus inferius est medius: medium autem est terminatū: ergo locus inferius est terminatus. Et signatio ꝙ Signū potissimū, ꝙ terra sit corpora grauia non ꝓtranseant medium est, ꝙ corpora grauia descēdūt I ex oī parte cœli descensu consimili: quapp vī ꝙ eundem locū intendāt: & vīr, si ꝓtranssirent medium, mouerent à medio, non ad medium. Et sphærica. pro quo vide t. 2. eq. c. 30. & 100 & 101 & 4. cœl. tc. 33. hæc propositio apparet ex casu lapidis fm angulos rectos ad superficies rotundas, q̄ sunt sup terrā ex oībus partibus cœli: ex quo vī ꝙ oīa intēdant punctum vnum, vt Antiq dixerunt in sphæra. hoc. n. nō accidit nisi in sphæra. Sed tn hæc propositio non vī esse manifesta, nisi concedat cœlum esse sphęricum. Qui aūt dicunt cœlum non esse sphæricum non concederent ꝙ in cęlo mediū K sit locus inferior. &, cum sit ita, contingeret vt descensus lapidis non sit super lineas æque distātes omnino: quapp non concurrunt oīno. &, cū non concurrunt, pertransibunt medium: ergo locus inferior non erit terminatus: ergo necessariū est ponere partes cœli esse diuersas sphæricas: & tunc verificabit nobis hæc ꝓ positio. sed tn hoc vī eē manifestū per sensum. cœlum enim videt aut sphæra perfecta, aut pars sphæræ, s. medietas sphæræ &, cum motū sit per se, manifestum est quod partes illius sunt diuersæ: &, cum videmus L ꝙ oēs lapides descendunt fm eundē situm ex partibus diuersis cœli, scimus ꝙ descendunt super lineas concurrentes in puncto vno. ille ergo ē locus inferior. D. d. si ergo medium est terminatum. i. ergo superius est terminatum, cum necessariū est ꝙ locus inferior sit terminatus, necessariū est vt locus superior sit terminatus, inquantū est contrarius. iam enim diximus ꝙ, cum alterū contrariorū sit terminatū, alterū erit terminatū. Et potest aliquis dicere ꝙ Obiectio. locus inferior non vī terminat⁹, donec concedat ꝙ cęlum sit pars sphæ M ræ: sed hoc posito, positum est esse oēm locū terminatū: iā ergo accepta est res in declaratione sui. Dicimus ergo ꝙ locus superior, quē vult Solutio. declarare esse finitum, nō est quod est inter terrā, & cœlum: manifestū est. n. ꝙ hoc est finitū: sed vult declarare ꝙ iste locus cū loco cœli nō est infinitus. cœlum. n. si sit in loco, est in superiori. &, si iste locus est infinitus, continget vt loc⁹ inferior sit infinitus: sed locus inferior est finitus: ergo & locus superior.

Am-

A Amplius, si sursum, & deorsum definita sunt, & mediū necesse est esse definitum. si. n. non est definitum, infinit⁹ vtiq; erit mot⁹. hoc aūt ꝙ impossibile sit ostensum est prius. determinatū ergo est mediū, quare & corpus, quod in hoc aut est, aut fore potest. at vero, quod sursum, & deorsum fertur, corp⁹ potest in hoc fore: natum est enim hoc quidē à medio moueri, hoc vero ad medium.

B *Et etiam, si superius, & inferius sunt terminata, ergo medium terminatum. si ergo non sit terminatum, ĩueniet̃ motus infinitus. sed iam diximus quòd impoßibile est motum esse infinitum. &, cum ita sit, medium ergo est terminatum, ergo quod est intra ipsum, & quod potest esse in eo, est terminatum, s. quòd corpus, tendens ad superius, & ad inferius, impoßibile est quòd sit in eo: alterum enim eorum mouetur a medio, & alterū*

C *ad medium.*

45 Cum declarauit ꝙ terra: & ignis sunt finita, quia loca eorum sunt finita, vult declarare, ꝙ aqua, & aer sunt finita, dicendo: Et ēt, si superius &c. i. cum declaratum est ꝙ loc⁹ superior, & inferior sunt terminati, i. finiti, necesse est vt locus, qui est inter ea, sit terminatus. & hoc intendebat ꝙ medium cum enim duo extrema sint terminata necesse est vt medium sit terminatum. qm̃, si illud, quod est intra locum terræ, & loci ignis, esset infinitum, & ignis moue- D retur à terra vsq; ad suum locum, contingeret ꝙ nunq̄ veniret ad suū locum: esset ergo in perpetuo motu: & sic motus rectus esset infinit⁹, quod declaratum est esse impossibile in libro prædicto. D. d. &, cum ita sit, medium ergo est terminatum. i. &, cum impossibile est vt inter locum ignis, & terræ sit motus infinitus, necessarium est vt iste loc⁹ sit finitus, s. mediū, i. quod ē inter duo extrema. medium enim ī hoc sermone dicitur fm tres intentiones, fm locum inferiorem, & fm medium sphæræ, & fm medium, quod est in E ter duo extrema cōtraria. & hoc intendebat, cum dixit: & medium terminatum. D. d. ergo quod est ītra ipsum, & quod potest esse in eo, est terminatum. i. & necessarium est quod existit mō in eo, & quæ erunt in futuro seculo, sint terminata, i. finita. Deinde monstrauit quæ sunt ista corpora, &d. scilicet ꝙ corpus tē dens ad superi⁹, &c. i. & cum impossibile est vt in hoc loco sit mot⁹, neque corporis, quod a medio mouetur, s. ignis, neque corporis, quod ad medium mouetur, s. terræ, quia est F finitus: & motus, qui existit in eo, manifestum est ꝙ est finitus: ergo corpora, quæ sunt in eo, sunt finita.

Ex his itaq; manifestū est, ꝙ non contingit corpus esse infinitum. Et ad hæc, si grauitas non est infinita, neq; vtiq; horū corporum vllum erit īfinitū. necesse enim est infiniti corporis infinitā esse & grauitatē. Eadē autē rō erit & de leuitate. si. n. est infinita grauitas, est & leuitas, si infinitum sit, quod superfertur.

G *Manifestum est igitur ex his, q̃ diximus, quod impossibile ẽ vt aliquod ponderosum sit infinitum. Et omnino impossibile est vt aliquod istorum corporum grauium sit infinitum. corpus enim infinitum infinitam habet grauitatem. Et similiter de leuitate. si igitur grauitas infinita sit, ergo & leuitas infinita: & hoc erit, si corpus inueniatur ascendens in infinitum.*

46 Hæc est demõstratio fundata su-
H per tres propositiones. Quarũ vna est, ꝙ omne corp⁹ motum motu recto habet grauitatem, aut leuitatẽ.

Secunda est ꝙ omne corpus infinitum graue, aut leue habet grauitatem, aut leuitatem infinitã. Tertia est, ꝙ impossibile est grauitatẽ, aut leuitatem esse infinitam. Et d. Manifestum est igitur ex his, quæ diximus. & potest intelligi quod iam declaratum est, ꝙ motus rectus impossibile est vt sit infinitus, ergo impossibile est vt grauitas sit infinita. quãuis ipse post addit in declaratione istud. D.d. Et omnino impossibile
I est, &c. i. &, cum declaratũ sit ꝙ impossibile est grauitatem esse infinitam, manifestum est corpus graue impossibile esse infinitum. D.d. corpus enim infinitum ĩfinitam habet grauitatem. i. ꝙ necessarium est, cũ grauitas infinita non sit, vt corpus graue infinitum non sit: corpus. n. infinitum habet grauitatem infinitam. Deinde dixit: Et similiter de leuitate. i. & similiter dicimus de leuitate, & corpore leui, sicut de grauitate, & corpore graui. si enim grauitas est infinita, & leuitas. &, si impossibile in vno, & in altero. Deinde K dixit: & hoc erit, si inueniatur corpus ascendens in infinitum. i. ꝙ non inuenitur leuitas infinita, nisi inueniatur corpus ascendens super omnia corpora in infinitum. similiter non inuenietur corpus leue in infinitũ, nisi ĩueniatur leuitas infinita.


Patet autem ex his. Sit enim finita, & sumatur infinitum quidem corp⁹, in quo A B grauitas autem ipsi⁹, in quo C. auferatur igitur ab infinito finita magnitudo, in qua B D: & grauitas ei⁹ sit in quo E. Ipsum igitur E ipso L
C minus erit: minoris enim grauitas minor est. mensuret itaq; minor quotieslibet: & vt grauitas minor ad maiorem, ita B D ad B F fiat: contingit enim auferri ab infinito quantumuis.

Et verificatio eius est, secundũ quòd narrabo. Sit ergo grauitas corporis finita, deinde perscrutemur vtrum sit possibile, aut non. Ponamus ergo modo corpus infinitum lineam A B, & sit sua grauitas C, & extrahamus a corpore infinito magnitudinem finita, & sit B D, & grauitas eius linea H. erit enim tunc H minor grauitate C: grauitas enim corporis minoris, minor est grauitate maioris corporis. & similiter numeremus grauitatem maiorem per minorem, quousq; sit similis ei ĩ grauitate: et similiter numeremus corpus maius per minus, scilicet per corpus B M D cor-

A *D corpus B Z: possibile ẽ enim extrahere a corpore infinito quodcunque voluerit extrahens extrahere:* *erit ergo proportio H ad C, sicut* D *proportio B D ad B Z. & hoc volebamus declarare.*

Figura, ostẽdens non posse dari corpus infinitum, si eius grauitas sit finita.

Deseruit autem & textui sequenti.



Pro huius descriptæ figuræ intelligentia hæc legas.

A B *literis Corpus infinitũ designatur.*

C *Grauitas eius.*

B D *Magnitudo finita maior, pars corporis infiniti.*

E, *vel* H *secundũ Auerroẽ, Grauitas eius.*

B F, *vel* B Z *secundum Auerroem, Magnitudo finita alia maior, pars corporis infiniti.*

C *Grauitas eius, æqualis grauitati ipsius* A B, *corporis infiniti.*

B C, *vel* B H Z, *secundum Auerroem, Magnitudo finita, adhuc maior, pars corporis infiniti.*

E *Grauitas eius, tertio mensurans.*

47 Vult demonstrare, ꝙ oẽ corpus graue, aut leue infinitum necessario hẽt infinitam grauitatem, aut leuitatem. Et potentia huius demonstrationis est in syllo hypothetico, sic formato: Si corpus infinitum hns motũ rectum sit, necessario hẽt grauitatem, aut leuitatẽ infinitã: sed neque grauitas, neq; leuitas est infinita: ergo neq; corpus hns motũ rectũ est infinitũ. Sed, qa constructio & siꝫ destructio nõ sunt manifestę p se, incœpit declarare continuationẽ p viã ducentẽ ad impoſe, deinde declarauit destructionẽ, & d. Sit ergo grauitas corporis finita. i. ponamus contradictoriũ eius, qđ est, ꝙ corpus infinitũ hẽt potentiã infinitã, deinde q̃remus vtrũ sit ĩpoſe aut non. ponamus ergo corpus graue infinitũ, & sit A B, & sit grauitas finita exns in hoc corpe linea exiens ab ea, s. C: & accepit loco grauitatis lineã, qm̃ linea est diuisibilis. D.d. & extrahamus à corpe infinito magnitudinem finitã, & sit B D. i. & fecem⁹ ex corpore infinito corpus finitum, & hoc poſe est, v.g. fecemus ex linea A B, q̃ est ĩfinita, hnęam B D finitã, & hoc, qđ dixit, poſe est in corpore infinito, siue sit finitũ in vna pte, siue infinitũ ex oĩbus ptibus. D.d. & sit grauitas eius hnea H. i. ponamus grauitatẽ altius corpis finiti lineã H. F

Hic videt velle Cõ. ꝙ aliquod corp⁹ posſit esse infinitũ ex vna pte tm̃ Sed vide oppositũ 3. ph. cõ. 43. Vide cõ Zim.

G D.d.erit tunc H minor. i. ꝙ ex hoc ſequit' neceſſario ꝙ grauitas corpis finiti, qđ eſt B D, ſ. H, eſt minor grauitate corpis infiniti, qđ eſt A B, ſ. c. D. reddit cām i hoc, & d. grauitas. n. corpis minoris eſt minor grauitate maioris corpis. i. ꝙ, cū manifeſtū eſt ꝙ grauitas partis eſt minor grauitate totius: finitū aūt eſt pars īfiniti: manifeſtū ē ꝙ grauitas finiti ē minor grauitate īfiniti. D.d. & ſi'r nūc remus grauitatem maiorē p minorē, &c. i. menſuremus grauitatē maiorē p minorem multotiens. i. dupli cemus minorē grauitatē multotiēs, quouſq; ſit æqualis grauitati maio-
H ri. & maior minori D.d. & ſi'r numeremus corp⁹ maius p minus, &c. i. &, cū imaginati fuerimus menſurationē maioris p minorē grauitatem, quouſq; conſumat', manifeſtū eſt ꝙ menſuram⁹ ēt p corpus min⁹, in quo eſt grauitas minor, ſ. corpus B D, magnitudinē ex corpore finito maiori finitā, q̄ quidem eſt B Z. poſſibile eſt. n. ſecare ex corpore infinito ſm mēſurā minoris infinities neceſſario. ergo, cum puenim⁹ ad grauitatem æqualē grauitati corporis infiniti, pueniemus ad corpus finitū. Et hoc intendebat, cū d. poſſe eſt
I enim extrahere à corpore infinito quodcunq; voluerit extrahens extrahere in eo. i. poſſe eſt. n. diuidere ex eo æquale minori corpori, & nō ceſſare hoc, quouſq; pueniamus p proportionem ad grauitatē c, q̄ eſt infiniti, & ad corpus finitum, quod ſit pars corporis infiniti. cū. n. additio procedat ſupra corpus minus in infinitū, & potentia augmentat' p augmentationē eius, neceſſario pueniemus ad corpus finitum, ſ. cū pueniemus ad potentiā æqualē potētiæ c, quam poſuim⁹ infiniti. D.d. erit ergo proportio H ad c. i. & ponamus corpus, ad qđ pueniemus p duplicationem corporis B D minoris, corpus B Z, grauitas ergo iſtius corporis neceſſario eſt grauitas c, q̄ erat infiniti. erit. n. proportio grauitatis H, q̄ eſt grauitas corporis minoris, quod eſt B D, ad grauitatem c, q̄ eſt grauitas corporis infiniti, eadē cum proportione corporis minoris, qđ eſt B D ad corpus finitū mai⁹, quod eſt B Z. & ſm pmutationem proportionis, ſicut erit proportio grauitatis H ad corpus B D, ſic ꝓportio grauitatis c ad corpus B Z: ſed grauitas L
H eſt totius corporis B D minoris: ergo grauitas c eſt toti⁹ corporis B Z maioris. ſed iā poſuimus iſtā grauitatem eſſe corporis infiniti: erit ergo grauitas eadē corporis infiniti, & finiti inſimul. quod eſt impoſſe. et hoc intendebamus declarare. ſed inducit hoc impoſſe poſt hoc. Et ipſe quaſi ponit ꝙ, cum duplicata eſt minor grauitas, quouſq; perueniat' ad æquale grauitati maiori, neceſſariū ē vt pueniat apud duplicatione ad corpus finitū. D. declarauit ſm viā proportionis ꝙ neceſſariū eſt ꝙ grauitas maior ſit oīum partium iſtius M
corporis finiti, ſcilicet grauitas c ſit corporis B Z.

Si ergo proportionales ſunt magnitudines grauitatibus, minor autem grauitas minoris eſt magnitudinis, & maior vtique erit maioris: æqualis ergo erit finiti, & infiniti grauitas. Amplio⁹ ſi maioris corporis maior ē grauitas, ipſius G B maior erit grauitas q̄ ipſius, F B. quare finiti grauitas q̄ infiniti maior erit. et in-

A inæqualium ēt magnitudinum eadem grauitas erit: inęquale. n. finito eſt infinitum. Nihil aūt refert grauitates commēſurabiles ſint, an incommenſurabiles. etenim, ſi incommenſurabilia ſint, eadem erit rō. vt ſi E tertio menſurās excedat C grauitatem: magnitudinibus enim B D tribus totis ſumptis maior erit earum grauitas, q̄ ea, in qua C. quare idem erit impoſſe. Amplius aūt contingit & commenſurabiles ſumere. nihil. n. refert incipere a
B grauitate, an a magnitudine. Vt ſi ſumatur commēſurabilis grauitas ipſi C, ea in quo E, & ab infinito auferatur, id quod habet grauitatem, in quo E, vt B D. deinde vt grauitas ad grauitatem B D, ita ad aliam fiat magnitudinem, vt ad B F, contingit. n. infinita exiſtente magnitudine quā tuuis auferri. his. n. ſumptis cōmenſurabiles erunt & magnitudines, & grauitates inuicem.

Reuertamur modo, & dicamus quòd, ſi magnitudo corporū ſit ſecundū grauitatē eorū: & grauitas
C *minoris corporis ſit minor, & grauitas maioris corporis ſit maior: erit grauitas infiniti, & corporis finiti æqualiter. quod ē impoſſibile. Et ēt, ſi grauitas maioris corporis eſt maior grauitate corporis minoris, erit grauitas B Z F maior grauitate B Z. erit ergo grauitas corporis finiti maior grauitate corporis infiniti. & etiā erit grauitas corporum inæqualium in magnitudine eadē, quod eſt impoſſibile.* D

Pars hæc vſq; ad te. 49. deficit in textu Aueroys.

Vult demonſtrare quot impoſſibilia exiſtentia in hac concluſione ſunt, & numerare ēt impoſſibilia, cōtingentia huic poſitioni, & q̄b⁹ prīcipijs contradicit hoc impoſſibile, & dixit: Reuertamur modo, & dicamus. i. & cū declaratum eſt ꝙ ſequit' ab hac poſitione inueniri grauitatē infinitam in corpore finito, & infinito, reuertamur ergo, & dicamus impoſſibilia conſequentia ab iſta cōcluſione. Cum. n. notum eſt p ſe ꝙ magnitudo corporū eſt ſm eorum gra- E
uitatem, ſ. ꝙ corpora ſuperant ſe in grauitate ſm ſuperationē eorum in magnitudine, maxime eiuſdem ſpeciei: & grauitas minor eſt minoris corporis, & maior maioris, & econuerſo etiam, ſ. ꝙ corp⁹ minus habet minorem grauitatem, & maius maiorem: manifeſtum eſt ꝙ ſequitur ab iſta prælicta poſitione contradictorium horum principiorum, ſ. ꝙ potentia maioris corporis, & minoris ſit eadem, i. æqualis: immo impoſſibilius ꝙ potentia finiti, & infiniti ſit æqualis, quæ eſt maior duplicationibus infinitis. Deinde incœpit dicere aliud impoſſibile, conſequēs F
ab hac poſitione inopinabilius, & dixit: Et etiam, ſi grauitas maioris corporis ſit maior grauitate minoris corporis, &c. i. quia manifeſtum eſt per ſe, ſicut diximus, ꝙ corporis maioris maior eſt grauitas grauitate minoris corporis, manifeſtum eſt ꝙ poſſibile eſt duplicare corpus minus, quouſq; aggregetur corp⁹ maius corpore finito, cuius grauitatem inuenimus æqualē grauitati corpis infiniti. &, cum ita ſit, manifeſtū eſt

G ꝙ corporis hmõi grauitas ẽ maior grauitate corporis, cuius grauitas ẽ æqualis grauitati infiniti. Sit ergo hoc corpus B H Z, & B Z, qđ est minus B H, est illud, in quo secutũ est in sermone prædicto, vt grauitas eius fit æqualis grauitati corporis infiniti. &, cum grauitas magnitudinis B H Z sit maior grauitate magnitudinis B Z: grauitas aũt magnitudinis B Z ẽ æqualis grauitati corporis infiniti: ergo grauitas B H Z finita est maior grauitate infiniti, non tñ æqualis: quod est impoſſe. & hoc reducitur in hoc, ſ. ꝙ grauitas corpo-
H rum diuerſorum ſit eadẽ. quod est impoſſe. quapropter dixit poſt: & ẽt erit grauitas corpoꝝ ĩæqualiũ eadẽ.

Nihil igitur refert ad demonſtrationem magnitudo, ſimilis ſit grauitatis, an diſſimilis. ſemper enim est aſſumere æque grauia corpora ipſi B D, ab infinito quantauis aut auferendo, aut addendo.

Et etiã quamuis corpus ſit non conſimilium partium, tamen nulla differentia eſt in eo, quod diximus. ſermo. n. de ipſo ſimilis eſt ſermoni de corpore conſimilium partium. poſſumus enim accipere ex corpore ĩfinito multas partes æquales in grauitate, ſicut fecimus in B D. ſi ergo uoluerimus, addemus. & ſi voluerimus, diminuemus, cum acceperimus ex iſto corpore, ſicut vides in iſta figura.

49 Cum non ſequat̃ ꝙ grauitas maioris corporis ſit maior, niſi in eodẽ corpe conſimiliũ partiũ, in corporibus aũt diuerſis non ſequit̃, v. gr. ꝙ corpus plumbi eſt grauius maiore K ſe terreo, & maximo ligneo, quapp aliquis põt dicere forte corpus infinitũ, cuius potẽtia est finita, erit nõ conſimiliũ partiũ: quapp nõ ſequit̃ vt proportio grauitatis ad grauitatẽ ſit, ſicut ptis ad partẽ, v. g. ꝙ ſit idẽ corpus continuũ, cui⁹ altera pars ſit terrea, alia lignea, & alia cuprea. Ari. aũt dicit, reſpondendo ꝙ nulla eſt dria in ſequendo impoſſe, vel ſi ponat̃ hoc corpus eſſe conſimiliũ partium, vel non. notũ eſt. n. ꝙ corpus diuidit̃ fm grauitatẽ: & ꝙ poſſe ẽ nobis diuidere ipſum in partes æqualis grauitatis, quamuis non ſint æqualis magnitudinis: & ꝙ, ſi duplicaremus tales partes in infinitũ, puenire L mus ad corpus, cuius potentia ſit æqualis cuicunq; potentiæ finitæ poſitæ. &, cum ita ſit, deductũ eſt ad impoſſibile prædictum. Et, cũ dixit, quamuis corpus nõ ſit conſimiliũ partiũ, tñ nulla dria eſt in eo, qđ diximus. põt intelligi ꝙ, ſi partes iſtius corporis infiniti, cuius grauitatẽ poſuim⁹ finitam, ſint diſſimiles adĩuicẽ, i. nõ eiuſdẽ ſpẽi: qm̃, cũ fuerĩt diſſimiles, non augmentabiť in eo, ſ. corpe grauitas fm proportionẽ augmentatio nis corporis. ſed in primo ſermone acceptũ ẽ ip̃m augmẽtari fm eandẽ M proportionẽ. qm̃, q̃uis non augmentaret̃ fm eandẽ proportionẽ, tñ poſſumus puenire in eo duplicando ad corpus, cuius potentia erit æqualis cuicunq; potentię poſitæ p ſe, abſq; vſu illius ꝓportionis ꝓdictæ. cũ. n. corpus fuerit diſſimiliũ partiũ, non contingit ꝙ proportio illi⁹ minoris ptis ad maiorẽ ſit ſicut grauitatis ad grauitatẽ. & iõ dixit: poſſum⁹. n. accipe ex corpe ĩfinito multas ptes æq̃les ĩgrauitate, diminuẽdo, & augẽdo in

& in partibus diuerſis, quouſq; aggregetur ex hoc habens grauitatẽ æqualem grauitati alterius. Et hoc intẽdebat, cũ dixit: ſi ergo voluerimus, addemus. &, ſi voluerim⁹, diminuemus. quaſi igitur d. ꝙ bene poſſum⁹ accipere ex corpore, cuius partes sũt inæquales, partes æquales grauitatis, qm̃ in nobis eſt diminuere, & addere in eo, quod accepimus. Et hęc demonſtratio fundata eſt in eo, quod declaratum eſt in Prioribus analyticis, ꝙ falſum impoſſibile non ſequit̃ ex falſo poſſibili. quicunq; enim ponit hoc ſine diminutione, & additio
B ne, eſt falſum poſſibile.

Quare manifeſtũ eſt ex dictis ꝙ non erit infiniti corporis finita grauitas. infinita igit̃. ſi ergo hoc impoſſibile eſt, & infinitũ aliquod eſſe corpus impoſſe eſt.

Manifeſtum eſt igitur ex hoc, quod diximus, quòd impoſſibile eſt quòd grauitas corporis infiniti ſit finita. ſi ergo impoſſibile eſt vt ſit finita, neceſſe eſt vt ſit infinita. ſi ergo impoſſibile eſt vt ſit, & hoc eſt, ſ. grauitatem eſſe infinitã, impoſſibile eſt corpus eſſe infinitum.

C Cum declaratũ eſt ꝙ impoſſe eſt
50 corpus eſſe infinitũ habens grauitatem infinitã: & neceſſariũ eſt vt oẽ graue ſit aut finitũ, aut infinitum: neceſſe eſt, ſi corp⁹ ſit infinitum, vt ſua grauitas ſit infinita. &, ſi poſterius hoc declaratũ fuerit ꝙ impoſſe eſt eſſe grauitatẽ infinitam, erit manifeſtum corpus eſſe finitum.

At vero ꝙ infinitam quandã eſſe grauitatem impoſſe ſit ex his manifeſtũ eſt. Si enim tanta gra- D uitas per tantum in hoc tpe mouetur, tanta & adhuc in minori, & eam analogiam, quam grauitates habent, tempora ecõtrario habebũt. vt, ſi dimidia grauitas in hoc, dupla in dimidio huius.

Et etiam dicemus quòd impoſſibile eſt eſſe grauitatem infinitã, & demonſtratio eius eſt ex hoc, quod dicemus. Et eſt quòd, ſi quantitas huius grauitatis mouetur per hoc ſpatium in hoc tempore, mouebitur alia quantitas grauitatis in E *minori tempore, & etiam in minimo tẽpore. dicamus modo quòd conjunctio temporũ adinuicem eſt ſecundum coniunctionem grauitatis adinuicẽ. ſed cõiunctio tamen temporum differt à coniunctione grauitatis. ſi enim medietas grauitatis moueretur per aliquod ſpatium in aliquo tẽpore, mouebitur duplũ illius grauitatis finitæ per illud ſpatium per medietatẽ illius tẽporis.*

In hoc ſermone narrat vnã pro- 51
poſitionem huius demõnis. ponit F
enim ꝙ, cũ aliqua grauitas mouet̃ per aliquod ſpatium in aliquo tpe, & poſuerimus aliam grauitatẽ maiorem, cõtingit quod mouebit̃ per iſtud ſpatiũ in minori tpe, & ꝙ proportio grauitatis maioris ad minorem eſt, ſicut proportio minoris tẽporis ad maius. & hoc intẽdebat, cũ dixit: ſed coniunctio tñ temporum differt à coniunctione grauitatis, & dixit: mouebitur alia quantitas maior, puta per illud ſpatium primum in minori tpe. D. d. & etiam in minimo

G nimo tpe. ideſt &, cum acceperimus tertiam quantitatē maiorē ſecūda, inueniemus eam moueri p illud idē ſpatium in tpe minori ſecundo, & ſic de quarto, & ſic in infinitum.

Et cum poſuit ꝙ his accidit, ſ. grauitati, & leuitati ſm paruitatem, & magnitudinē in corporibus diuerſis, qñ mouebuntur in eodē medio, incœpit dicere ꝙ apparet hoc ex ſenſu, ꝙ neceſſe eſt in his grauitatibus ꝙ proportio grauitatis ad grauitatē ſit, ſicut tpis ad tempus, & dixit ꝙ cō iunctio temporum eſt ſecundū, &c. ideſt, cum coniunxerimus tempora

H adinuicem, inueniemus proportionem inter ea, ſicut proportio grauitatis adinuicem. ſed tamē proportio grauitatis maioris ad minorem nō eſt, ſicut proportio maioris tpis ad minus, ſed econuerſo, vt diximus.

Prēterea finita grauitas oēm finitam lineam tranſibit in quodam tpe finito. Neceſſe eſt igit ex his, ſi qua ē infinita grauitas, moueri quidē, quatenus tanta eſt, quāta finita, & amplius: non moueri aūt, quatenꝰ proportione quidem ſm exceſſus oportet

I moueri: contrariæ aūt maiorem in minori. ratio aūt nulla eſt infinitiad finitum, minoris autem tpis ad maius finitū, ſed ſemper in minori: minimū aūt non eſt.

Infinitū nulla eſt rō. Idē. 8. Phy. tex. 15. & infra t. 64

Et etiam grauitas finita mouetur per oē ſpatium finitum in tempore finito. Ec, cum ita ſit, ſi grauitas infinita inueniatur, neceſſe eſt vt & moueatur, & nō. ſi ergo moueatur per aliquod ſpatium, mouetur ſecundum motum quantitatis grauitatis finitæ, ſed tamen mouebitur K *per illud ſpatium in minori tēpore. grauitas enim mouetur in velocitate, & tarditate ſecundum magnitudinem corporis. cum enim corpus fuerit magnum, tunc grauitas mouebitur in minori tempore, tempore motus grauitatis minoris corporis: tempus autē minus attribuitur grauitati maiori. & iam diximus ſuperius quòd grauitas infinita oīno non mouetur: nulla enim eſt proportio inter grauitatem ſi-* L *nitam, & infinitam: nam grauitas finita mouetur per ſpatiū finitum in tempore finito.*

Dicamus ꝙ cum vnū principiorum 52 poſitorum ad declarandum hoc eſt ꝙ omnis grauitas finita ptranſit ſpatium finitū in tpe finito. D.d. Et, cum ita ſit, ſi inueniatur, &c. & cum hæ ꝓpōnes fuerint conceſſę, & coniungat eis grauitatem eſſe infinitā, neceſſe eſt vt moueat, & vt non moueatur. moueatur p primam propoſitionem, & nō moueat propter im-

M poſſibile, quod ſequitur ad ponendum illā mobilem. Deinde incœpit declarare qūo contingit vt non moueatur, & dixit: ſi ergo moueat per aliquod ſpatium. i. ꝙ, ſi grauitas infinita contingit vt moueatur per ſpatium æquale ſpatio, p quod mouet grauitas finita, continget vt moueatur p ipſum in aliquo tpe, quāuis ſit valde minimum. omne enim motū mouetur in tpe. Deinde incœpit notificare qūo ſequit ab hac poſitione vt moueatur, & nō in tpe finito omnino: & quod poſitum eſt

A mobile, & ſequitur vt moueatur, & non in tpe poſitū eſt mobile, & immobile, & dixit: grauitas enim mouetur in velocitate, & tarditate, &c. ideſt neceſſe eſt vt grauitas infinita moueatur, & nō moueatur ex hoc. velox enim eſt, ꝙ in tempore minori mouetur, in quo mouetur tardū: & corpus grauius velocius eſt minori, & proportio grauis ad graue eſt, ſicut proportio velocitatis ad velocitatē, & ſicut proportio temporis ad tempus, ſcilicet ꝙ temporis minoris eſt maior grauitas, & ꝙ ſecundùm magnitudinē eius eſt paruitas tem-

B poris. Deinde dicit: & iam diximꝰ ſuperius, &c. ideſt cum poſitum eſt ꝙ proportio grauitatis ad grauitatē in grauibus mobilibus eſt, ſicut proportio temporis ad tempus, ſi poſita fuerit grauitas infinita, manifeſtum erit ex eo, quod diximus, ſcilicet ꝙ, ſi poſita fuerit infinita grauitas, omnino non mouebitur. omne enim, quod mouetur, mouetur in tempore, & omne tempus habet proportionem ad aliud tempus maius, quæ ē, ſicut proportio grauitatis ad grauitatem: ſed, cum inter grauitatem finitam, & infinitam nulla ſit propor-

C tio, continget vt nulla proportio ſit inter duo tempora: quapropter in nullo tempore mouebitur infinitū. Et hoc intendebat, cum dixit: nulla enim eſt proportio, &c. D.d. nam grauitas finita mouet per ſpatiū, &c. ideſt grauitas finita mouetur per oē ſpatium finitum in tempore finito: infinita autem grauitas in nullo tēpore mouetur per ſpatium. quod eſt impoſſibile. declaratū eſt enim in Sexto Phyſi quòd omne, quod mouetur, in tempore mouetur, & omne tempus eſt diuiſibile.

Neq;, ſi eēt, vtilitas vllā vtiq; D eſſet. alia enim quæpiam finita maior ſumpta fuiſſet in eadē ratione, in qua infinita ad alteram eſſet: quare in ęquali tpe, p ęquale vtiq; moueret infinita finitæ. ſed impoſſe eſt. At vero neceſſe eſt, ſi in quantouis tpe, finito autem, mouetur infinita, & aliam in eodem hoc finitam grauitatē moueri per quoddam finitum.

Grauitas autem infinita nō mouetur omnino per illud ſpatiū, neq; in minori tēpore. & ſi moueretur, E *nihil proficeret in ponēdo quòd grauitas infinita mouetur. quoniam, ſi ita eſſet, eſſet alia grauitas finita, quæ moueretur per illud, quo mota eſt grauitas infinita. cōtinget ergo quod grauitas finita, & infinita moueantur per idem ſpatium in eodem tempore. quod eſt impoſſibile. Si enim grauitas infinita moueretur per aliquod ſpatiū in aliquo tēpore finito, erit & alia grauitas finita, q̄ perambularet idē ſpatiū in illo tempore. quod eſt impoſſbile.* F

Cum declaratum eſt ꝙ, ſi ſit gra- 53 uitas infinita, neceſſe eſt ꝙ moueat in inſtanti, quod eſt impoſſe, vult declarare etiā ꝙ ſequitur impoſſibile, quāuis conceſſerimus ꝙ moueat per ſpatium in tpe. Et hoc intendebat, cū dixit: &, ſi moueretur, nihil proficeret. ideſt ſi conceſſerimus ꝙ grauitas infinita pertrāſit ſpatium finitum in tpe, nihil proficiet eis, qui volunt ponere poſſibile, ſ. ꝙ grauitas infinita poſſibile eſt vt moueat, &

G q̃ non ſequitur impoſſe ponendo ipſam eſſe mobilẽ. D. d. impoſſibile, quod ſequitur ex poſitione eius, qđ eſt grauitatem eſſe infinitam,& mobilem,concedendo q̃ motus eius eſt in tpe, & dixit: qm̃, ſi ita eſſet, eſſet alia grauitas magna,&c. ideſt, qm̃, ſi poſuerim⁹ grauitatem infinitam moueri per ſpatium finitum in tpe finito,erit poſſibile inueniri grauitatem finitam, quæ moueretur per idem ſpatium in eodem tpe:quapropter contingit inueniri grauitatem finitam, & infinitam, quæ moueret per idem ſpatium in eodem tẽpore.

H quod eſt impoſſibile. Deinde incẽpit dicere quomodo inuenitur hoc impoſſibile,& dixit: Si enim grauitas infinita,&c. ideſt & hoc contingit,quia,ſi poſuerim⁹ q̃ grauitas infinita pertranſit ſpatium finitum in tpe finito,poſſibile erit inueniri aliquam grauitatem finitam,pertranſeuntem per idem ſpatiũ in illo eodem tpe. Et hoc, quod dicit,apparet ſm viam proportionis. qm̃,cum poſuerimus grauitatẽ paruam finitam,neceſſario pertranſibit illud ſpatium in tpe maiori tpe, in quo pertranſibit ipſum grauitas infinita. cũ

I ergo acceperimus ex grauitatib⁹ aliquam,cuius proportio ad iſtã grauitatem finitam ſit ſicut proportio minoris tpis ad maius,ſ. tẽporis,in quo pertranſiuit ſpatium grauitas infinita,ad tempus, in quo pertranſiuit minor grauitas illud ſpatiũ, neceſſe eſt vt iſta grauitas maior finita, ſcilicet cuius proportio ad minorẽ grauitatem eſt,ſicut proportio minoris temporis ad maius,ſecet illud ſpatium,pertranſeundo in tempore,in quo pertranſiuit ipſum grauitas infinita.quod eſt impoſſibile.

Impoſſibile eſt igitur infinitã K eſſe grauitatem, ſimiliter aũt & leuitatem. & corpora ergo infinitam habentia grauitatem, & leuitatem eſt impoſſe. Quòd igitẽ non eſt infinitum corpus palam eſt &ꝑ ea,quæ particularia ſunt ſpeculantibus hoc modo, & vſr conſyderantibus, nõ ſolum ſm rõnes,quæ in ijs,quæ circa principia dictę ſunt à nobis.determinatum eſt enim & ibi vſr prius de infinito qũo eſt, & qũo non eſt,ſed & nunc alio modo.

Oſtenſum eſt ergo, & declaratũ,quòd impoßibile ẽ eſſe grauitatem infinitam,ſimiliter & leuitatem infinitam. & ,cum ita ſit,manifeſtũ eſt quòd impoßible eſt vt ſint corpora grauia, aut leuia infinita.Et etiã declaratum eſt ex his ſermonibus particularibus,corpus nullo modo poſſe eſſe infinitum. & etiam declaratũ eſt vniuerſaliter ex his in libro, quẽ fecimus de principys mũdi.illic enim diximus quomodo corpus finitum eſt,& quomodo infinitum, hic autem diximus & ſecundum ſpeciem,& ſecundũ alium modum. L M

Recapitulat ea, quæ dixerat,ſ. q̃ 54
nulla eſt grauitas infinita,& q̃ eandem demõnem habet grauitas, & leuitas.&,cum ſit declaratum etiam q̃,ſi corpus infinitum graue,& leue inueniat̃,neceſſe eſt vt grauitas, aut leuitas eius ſit infinita, manifeſtum eſt ex his duobus fundamẽtis q̃ corpus graue,aut leue infinitum impoſſibile

A bile eſt eſſe. Et hoc intendebat,cum dixit: manifeſtum eſt q̃ impoſſe eſt vt ſint corpora grauia,aut leuia infinita.ideſt q̃, cum hæc ꝓpõ, ſcilicet q̃ grauitas, aut leuitas impoſſe eſt vt ſit infinita, coniungat̃ propoſitioni hypotheticæ,quæ prius declarata ẽ, ſcilicet q̃,ſi corpus graue,aut leue ſit infinitũ,neceſſe eſt vt grauitas eius, aut leuitas ſit infinita, manifeſtum eſt q̃ corpora grauia, aut leuia impoſſibile eſt eſſe infinita. Et,quia ex hoc apparet q̃ omnia corpora ſunt finita: corpora enim ſimplicia ſunt tria:& in vnoquoq; eorum determinatum eſt, quod finitum eſt:omne igitur Corpus eſt finitum. &,quia mũdus conſtat ex his ſimplicibus finitis quãtitate,& numero, ergo & mundus neceſſario finitus eſt. Et, quia hoc declaratũ eſt in Phyſicis, alio modo demonſtrauit hoc. &,ne aliquis exiſtimaret eſſe repetitionẽ eiuſdem, dixit: & ẽt declaratum eſt ex his ſermonibus particularib⁹,&c. ideſt dicamus etiã q̃ dr̃ia inter hanc demõnem, quam dixim⁹ in libro, in quo diximus cauſas vſes entium eſt, q̃ hæc demõ eſt particularis, illa autẽ vſis,ſ. q̃ quæſtio hic eſt par

C ticularis, & illic vſis. Deinde dedit modum, per quem demõ fuerit illic vſis,& hic particularis,& dixit,illic enim diximus qũo corpus eſt infinitum,&c. i. quia in Phyſicis conſyderauimus de infinito, & declarauimus qũo potuit eſſe, & qũo non, in potentia quidem, in actu aũt nõ, hic aũt declarauimus q̃ iſte mũdus eſt finitus in actu. & etiam ꝓpõnes, per quas fuit hoc declaratũ illic,ſunt vniuerſaliores iſtis. & etiam ſubiectum eſt vniuerſalius illic ſubiecto hic. illic enim declaratum eſt q̃ impoſſibile eſt inueniri corpus natura D le ſimplr infinitum cuiuſcunq; fuerit naturæ,hic aũt declaratum eſt q̃ iſte mũdus finitus eſt ens in actu tantum.& hoc fuit declaratum hic ꝑ ea, quæ ſunt propria vnicuiq; corpori, & illic per vſia. Et hoc intendebat, cum d.hic aũt diximus ſm ſpeciem, & ſm alium modum.i. hic aũt diximus hanc quæſtionẽ ſpecialiter, & magis ꝓprie q̃ in priori loco, & ſm alium modum demonſtrationis.

Corpora ſimplicia ſũt tria & vnũ qđq; eorũ finitũ eſt. Oppoſitũ ſupra co. 10. vbi d. q̃ ſunt quatuor.

Poſt hæc autem cõſiderandũ eſt etiam,ſi infinitum quidẽ corpus nõ ſit vniuerſum ipſum, ve- E rum enim vero tãtum quidem ſit, vt plures ſint cœli. Forte enĩ vtiq; quis hoc dubitabit, q̃ quẽ admodũ,qui circa nos,mundus conſtitutus eſt,ita nihil phibeat & alios eſſe plures cœlos, plures quidem vno, non tñ infinitos.

Volumus etia perſcrutari alio modo de mundo, vtrum ſit vnus, aut plures, dicendo quòd,ſi impoſſibile eſt vt corpus vniuerſale ſit infinitum,poßibile eſt tamen complures eſſe cœlos. Forte igitur aliquis perſcrutabitur de hoc,& quæret ipſum finitũ,dicendo ſicut mundus continens nos,eſt ens permanens,non eſt prohibitum quin etiã ſint alij mundi plures vno,non infiniti in multitudine. F

Cum declaratũ ſit q̃ parres iſt ius 55
mundi ſint terminatę numero,& ẽt finitæ, declaratum eſt neceſſario q̃ iſte mundus eſt finitus. Et, quia aĩa nõ deſiderat magis poſt hoc q̃ ſcire vtrũ ſit finitũ, aut infinitum,ſ. ſcire

vtrum

G vtrum sit vnus, aut plures, dixit ꝙ vult perscrutari de hac quæstione, & vult studere in ea propter nobilitatem illius Et, quia est principium magnum in positione principiorũ mundi, mũdi enim si essent plures, principia essent plura, dixit etiam, si impossibile est vt corpus vniuersale sit infinitũ, possibile est vt cœli sint plures. idest potest aliquis quærere, & dicere ꝙ quãuis sit declaratum ꝙ corpus, quod est totum istius mundi, impossibile est vt sit infinitum, q̃d ergo prohibet vt sint plures mundi? quoniam Cœlum tribus modis dicitur: dicitur enim de toto mundo, & etiam de corpore rotundo cœlesti, & etiã de superiori orbe. & hoc in lingua Græcorum, secundum ꝙ Aristo. dicit post. D.d. non infiniti in multitudine. declaratũ est enim vniuersaliter ꝙ hoc impossibile est, scilicet corp⁹ infinitum esse in actu.

H Cœlũ dr tribꝰ modis. Idem infra. 76. & 96.

Deinde dicit, sicut mundus continens, &c. hęc est ratiocinatio accepta extrinsecus, & non per se, & mouet hominem naturaliter ad perserutandum de hoc, & dat superficialiter hoc, quasi esset possibile. videmus enim quòd de indiuiduis pluribus inuenitur plus quàm vnum: quapropter aliquis existimat hoc de mundo, cũ mundus sit vnum indiuiduum. & vulgus opinatur esse possibile; & plures Antiquorum existimauerũt hoc esse necessarium.

I

Primum autem dicamus vniuersaliter de infinito. Necesse est itaq; corpus omne aut infinitũ esse, aut finitum. &, si infinitum, aut dissimilare omne, aut simulare. &, si dissimilare, aut ex finitis speciebus, aut ex infinitis,

sed tamẽ oportet nos prius perscrutari, quid est corpus infinitum. Et dicamus quòd omne corpus aut est finitum, aut infinitum: aut totum erit cõsimilium partium, aut dissimilium partium: si non consimilium, aut erit ex forma finita, aut ex forma infinita. D

Cum declaratum est ꝙ mundus est finitus, deinde voluit declarare vtrum sit vnus, aut plures. & iam declarabat in libro prædicto de infinito simpliciter: & illud, quod declaratum fuit illic de esse infinitũ in potẽtia, fuit perfectum, & bene dictum: esse autem corpus naturale in actu, & infinitum impossibile esse. declaratum est etiam illic vbi: sed, quia illic non declaratum fuit ab eo, quot sunt corpa simplicia, neq; quot sunt loca naturalia, neq; ꝙ quodlibet illorum est finitũ proprie, sicut est declaratum hic: Et fundamentum demonstrationis in ea est sup hoc, ꝙ, si inueniatur corpus infinitũ, aut erit compositum, aut simplex: hic autẽ declaratum est ab eo quot sunt species simplicium corporum: & etiam declaratum est in vnoquoq; eorum ipsum esse finitum. Sed, quia ita est, vidit ꝙ, si iterauerit illam demõstrationem, quam induxit in prædicto libro, erunt ꝓpones eius magis confirmatæ, & erit demõstratio eius perfectior, & proprior in hac quæstione: ideoq; dixit: Sed tñ oportet nos priꝰ perscrutari quid est corpus infinitũ. idest &, cum peruenieꝰ ad hoc de cognitione specierum corporũ mũdi, & ꝙ vnumquodq; eorum est infinitũ, oportet nos antequã perscrutemur vtrum sit vnus. s. oportet nos iterare

E

F

A iterare perscrutationẽ vlem, scilicet vtrum corpus infinitũ sit simplex, aut cõpositũ. declaratio enim istius intẽtionis est firmior declaratione prædicta. Deinde incœpit diuidere sylm hypotheticum disiunctũ: & est idem cum eo, qui est in Physicis, sed firmior: & dixit: omne autem corpus aut finitum aut infinitũ. si infinitum, aut simplex, aut cõpositũ. si compositũ, aut ex simplicibꝰ finitis in specie, & forma, aut infinitis in specie. & hoc intendebat, cum dixit: aut erit forma finita. aut infinita.

B Quòd igitur non possibile est ex infinitis manifestũ est, si quis nobis sinat manere primas suppositiones. Finitis enim primis motibus existẽtibus, necesse est et species simpliciũ corporũ esse finitas. simplex enim est simplicis corporis motus. simplices autem finiti motus sunt. necesse autem semper est motum habere omne corpus naturale. At vero, si ex finitis erit infinitũ, necesse est & partium vnãquamq; esse infinitam. dico aũt, vt aquam, aut ignem. sed impossibile est: ostensum est enim ꝙ neq; grauitas, neq; leuitas est infinita.

Oẽ corpus necesse ẽ motũ habere. Idẽ infra. cõ. 81. & 3. Cœli. c. 18. & 19

C

Dicamus ergo quòd impossibile est vt sit ex formis infinitis. & hoc manifestum est illi, qui concesserit, & conceperit propositiones prædictas positas, & syllogismos conuenientes in situ fundamentis. Dictmus enim, si primi motus infiniti sunt, erunt corporum simplicium formæ etiam infinitæ necessario. D

Cum dixit modos oẽs destruendos sui sylꝰi, incœpit destruere quẽlibet eorum, vt concluderet hoc, qđ intẽdit: tamen tacuit hoc, quod manifestum est esse destructũ: & similiter tacuit hoc, quod est iã iteratũ. & hic non est vnus sylꝰs, sed plures hypothetici. quasi ergo d. ꝙ oẽ corpus aut est finitum, aut infinitũ, manifestum est ꝙ, si impoſe fuerit esse infinitum, necessario erit finitum.

E

D.d. Sed, si fuerit infinitũ, aut erit simplex, aut compositũ. sed simplex impossibile est esse. omne enim simplex aut est graue, aut leue, aut neutrum, declaratũ est autem ꝙ quodlibet eorum est finitũ. si non est simplex, necesse est esse compositũ. si cõpositũ, & infinitum, aut ex simplicibus infinitis in specie: & oĩa ea erũt finita in magnitudine, aut ex finitis in specie, & quædam eorum, aut omnia huiusmodi, s. infinita in magnitudine. sed impossibile est vt sit ex simplicibus infinitis in specie: iam enim declaratum est ꝙ modi simplicium corporum tres sunt. sit impoſsibile est etiam vt vnum eorum, aut plura vno sint infinita, qu dec lata tum est ꝙ oĩa simplicia sunt finita.

F

corpus

G corpusigitur infinitum impoſſe eſt ſimplex eſſe,aut compoſitum : & oē corpus aut eſt ſimplex, aut compoſitum:neceſſario tale corpus nō erit.

D.d.ex formis infinitis.i.ex corporibus ſimplicibus infinitis. D.d. & hoc manifeſtū eſt illi,qui conceſſerit,&c.i.& eſſe corporum ſimpliciū finitum in ſpecie, & forma manifeſtum eſt ei,cuius natura eſt comprehenſiua primarum ꝓpōnum, quas diximus,& cognouerit modos ſyllogiſmorum,quos poſuimus concludentes rectē & hoc intendebat cum dixit: & ſyllos conuenientes in ſitu
H fundamentis, ideſt poſitos in figura conuenienti poſitione primis ꝓpoſitionibus in veritate. D.d. ꝓpoſitiones, ex quibus apparet corpa ſimplicia eſſe finita, & dixit : Dicimus enim, ſi primi motus,&c. i. & vnus ſermonum, quos prius poſuim⁹ ad declarandum hoc,eſt ꝙ,ſi mot⁹ ſimplices ſint finiti,neceſſe eſt vt formę corporum ſimplicium ſint finitæ.

Deinde dat cauſam conſequentiæ, dicens: motus enim ſimplicium corporum ſunt ſimplices.i. qm̄ neceſſe eſt vt quilibet corpoꝝ ſimpliciū habeat motum ſimplicē, cum oē cor-
I pus naturale habet motū, & in corpore ſimplici non inueniaᷓ motus compoſitus. Et, cum dedit cauſam iſtius continuationis,poſuit antecedens,& concludit conſequens, & dixit:motus aūt ſimplices ſunt finiti.i. iam declaratū eſt ſuperius ꝙ motus ſimplices ſunt finiti , immo tres tm̄, &,cum ita ſit, neceſſe eſt vt corpora
Docuṁ. ſimplicia ſint finita. Et hoc, quod dixit,ꝙ oē corp⁹ naturale habet motum neceſſario,dixit hoc,ne aliquis diceret ꝙ nō ſequiᷓ vt numerus corporum ſimplicium ſit ſm numerū motuum:quia eſt impoſſe corp⁹ na- K turale ſimplex eſſe immobile,ſ. ſem per quieſcens. Ipſe vero dicit, quaſi reſpondendo , ꝙ hoc eſt impoſſe ſm fundamenta poſita in hac arte . &,ſi fuerit hoc poſſibile in toto illius corporis ſimplicis, non erit poſſibile in partibus,ſicut eſt terra,quæ ſm totū eſt quieſcēs,tamen ſm partes eſt mobilis. D.d. ſi corpus infinitū eſt ex formis finitis,&c. i. & cum declaratum eſt ꝙ modi corpoꝝ ſimplicium ſunt finiti in numero,ſi aliquod corpus inueniaᷓ compoſitum ex eis infinitum , neceſſe eſt vt hæc ſimplicia, ex quibus componitur,ſint infinita L
in magnitudine,cū ſint finita in ſpecie,ſ.ꝙ vnum eorum,aut plura vno ſint infinita in magnitudine,cū ſint finita in ſpecie. qm̄,ſi ſimplicia eſſēt finita in ſpecie, & ī magnitudine,neceſſario & compoſitū eſſet finitum.

D.fecit rememorationem de hoc, quod iam declarauit,ꝙ corpus ſimplex infinitum in magnitudine impoſſibile eſt eſſe,& dixit ꝙ eſt īpoſſibile:iam enim declarauimus,&c. i. qm̄, ſi corpus compoſitum fuerit infinitum,aut erit neceſſario compoſitum ex graui,& leui, aut ſm mixtionem , aut ſm vicinitatem partiū M
paruarū . corpusenim cœleſte nulli eſt elementum,ſicut ex nullo eſt elemento. Et vr̄ ꝙ non dixit quod ſequitur in vnoquoq; eoꝝ, ex quibus componitur corpus infinitum eē in magnitudine, niſi quia elemēta sūt contraria.&,cum vnū eorum ſit infinitum,cōtinget vt alterum ſit infinitum,niſi infinitū corrumperet finitum. Si igiᷓ aliquis dixit ꝙ impoſſibile eſt inueniri corpus compoſitum infinitū ex elemētis finitis in foꝛa,& magnitudine,ſed infinitis in numero,

Corp⁹ cœleſte nul ł ē elementum,ſicut ex nullo ē elemēto. Idē infra. com. 60.

Obiectio.

A numero, ideſt indiuidua inueniri
citur Nõ generabile multis modis. Quorum vnus est, cum primo fuerit in non esse, deinde in esse sine generatione, & sine alteratione, vt quidam dicunt de tactu, & motione. dicũt enim quòd tactus, & motio non sunt generabiles. Dicitur et iam alio modo, cum, antequam fuerit, est possibile vt fiat, sed non fit nisi per generationem. Et etiã dicitur non generabile alio modo, L
cum aliquid fuerit impossibile generari, & sine potentia, quæ sit in eo ad generationem, & non sit aliquando, & aliquando sit.

Intendit ꝙ esse, formam, & per nõ III
esse, priuationem formæ. quasi igit̃ diceret, dicitur non generabile, cum aliquid fuerit prius priuatum, deinde post fuit ens, cum exitus eius à priuatione ad esse fuerit sine transmutatione, & sine alteratione, s. ꝙ generatio eius sit sine tpe. & hoc intendebat, cũ dicit, sine generatione, & sine alteratione, sicut dicant quidam de tactu, & motu, illos non esse generabiles, quia caret eo, quod necesse est M
in generatione, s. ꝙ exitus eorum est à non esse ad esse per transmutationem, & in tẽpore. & illud, quod plus inuenit̃, hmõi est in rebus relatiõis. Et manifestum est ꝙ hoc non dicit̃ Ad relatiõ
nõ generabile, nisi per similitudinẽ: nẽ non est
quia omne, quod post non esse, est, motus. Id
necessario est generatũ. Et apparet 5. Phyſi. c
ex hoc ꝙ non dicitur ipsum nõ gene- cõ. 1c.
ratum proprie, nisi apud suum non esse. Themistius aũt dixit ꝙ dicit̃ in ambobus, s. apud esse, & non esse.

D.d.

A D.d. Dicitur etiam alio modo, &c. idest, & dr̃ nõ generatum de aliquo non ente, sed ꝙ possibile est esse per transmutationem, & in tpe. & dixit hoc, quia illud, qđ non est ens, apud suum non esse põt dici non generabile: sed tñ conditionat̃ in eo, vt sit possibile esse, ad dr̃iam ei⁹ ad impossibile. impossẽ enim dr̃ semper nõ generabile: hoc aũt non dr̃ non generabile, nisi in aliquo tpe. Sed tñ hoc non generabile, quod dictũ est hic,
B non opponitur generabili. quapropter visum est ꝙ affirmatiue numerauit hanc intentionẽ de intentionibus non generabilis. & diuisit intentionem, de qua dr̃ non generabile apud suũ non esse, cum fuerit possibile, sed suum esse est sine causis generationis. qm̃, cum fuerit ens, nõ dicetur tm̃ generabile, sed ẽt dicet̃ nõ generabile. quasi igitur vult hic numerare de modis non generabilis illud, quod in sua compositione dicit̃ generari, cum illud, de quo vult hic perscrutari, sit hmõi generis. Themistius autem dixit, ꝙ nõ dixit possibile in eo, nisi ad distinguendũ inter ipsum, & impossẽ. & intendit per possibile grauem possibilitatẽ. D.d.
C Et ẽt dicitur nõ generabile alio modo, cũ aliquid fuerit impossibile generari. i. & dicitur ẽt de aliquo ente esse non generabile, cum fuerit impossibile generari, quia caret potentia ad generationẽ: & hoc, non quia aliqñ inuenitur ens, aliqñ non ens. & hoc intẽdebat, cum dixit, sine potentia, quæ sit in eo ad generationẽ. & non sit aliqñ, & aliqñ sit. & addit hanc conditionẽ, quia aliquod ens nõ est impossẽ generari, nisi cum in eo non fuerit potentia ad generationem. & hoc est, de quo vere dicitur non generabile, s. ꝙ nunq̃ fuit non ens, neq; habet potentiã ad non esse. D

Et fm hoc non intelligit̃ ex nõ ge- Au rrois
nerabili impossẽ, sicut intellexit The opinio.
mistius, sed dignius ens, vt videm⁹, q̃ illud, quod Themistius intellexit ex hac tertia intẽtione impossibile. Hæc enim intentio tertia diuidit̃ in duo. Quoꝝ alterum est ꝙ in eo non sit potẽtia aliqua oĩno, & hoc est impossibile. Alterũ aũt est vt in eo nõ sit potẽtia, nisi difficilis. sed ipse Themistius dixit ꝙ hanc intentionẽ secundam earũ duaꝝ diuisionũ oportet intelligere ex secũda intentione primæ, in qua, s. dicit, & dicitur ẽt nõ generabile alio modo, & fingit ꝙ E
Alexan. explanabat hunc sermonẽ fm intentionem, qua nos explanauimus. i. res gñabiles, anteq̃ generent̃.

Et, cũ explanatio fuerit fm Themistium, tunc non generabile dr̃ tribꝰ Themistij
modis. dr̃ enim de eo, quod fit absq; opinio.
causis generationis, & de difficili generationis, tm̃ possibili, & de impossi generationis. & fm hoc dimittit̃ ex eis, de quibus dr̃ non generabile, illud, quod est magis famosum dici: & est illud, quod intẽditur, s. ęterñ, quod nunq̃ fuit generatum. & etiã diminuitur ex hoc illud, quod non F
est generatum, tm̃ possibile est facile generari. Illud enim, de quo dicit̃ Auerrois
non generabile, aut vere, aut non vere dicetur. si non vere dicetur de generato absq; causis generationis: & de eo, quod est difficilis generationis. dicitur enim non vere, quia collocatur sub definitione generati, qđ est ens, postq̃ ens non fuit. de his igitur duobus dr̃ non generabile non vere. Vere autẽ similiter dicitur de alijs duobus, s. de non generato in actu. i. in aliquo tẽpore, & non gene-

G rato ſimpl'r, ſed nec in aliqua hora.
Quinque modis dr ingenerabile. & hoc quidem dr de eo, quod ſemp eſt, & de eo, quod ſemp nō eſt. triangulus enim eſt non generatū ſimpliciter, & habere plusq̄ tres angulos nō generatū etiam ſimpliciter in rei veritate. ergo ſunt quinq; modi. Videtur ergo ꝙ forte Ariſt. congregauit ens ſimpliciter, & non ens ſimpliciter ſub tertio modo, & congregauit nō ens in aliquo tpe, quod eſt difficilis generationis, & facilis generationis ſub ſecundo modo. & ſm hoc erūt intētiones, quas dixit, tres. tamen vere ſunt quinq;. & hoc fecit
H propter breuiloquium.

Eodem aūt modo & Generabile. Vno quidē, ſi quod nō erat prius, poſterius ſit, ſiue genitū, ſiue abſq; generatione qñq; quidem nō ſit, rurſus aūt ſit. Vno autem, ſi poſſibile ſit, ſiue veritate definito poſſibili, ſiue facilitate. Vno vero, ſi generatio ipſius ſit ex eo, quod nō eſt, in id, quod ē, ſiue iam exiſtente, ſed per generationē exiſtente, ſiue etiā nondum exiſtēte, verū contingēte.

Et ſimiliter dicitur Generabile
I *multis modis. Quorum vnus eſt, cū aliquid fuerit impoſſibile generari, deīde fuerit in poſtremo nō ens, aut per generationem, aut ſine generatione, & eſt aliquando ens, & aliquando non ens. Et etiā dicitur generabile alio modo, cum aliquid, quod non fuerit, eſt poſſibile generari. Et etiam dicitur generabile alio modo, cum aliquid non fuit, et deinde fuit per generationem.*

Cum finiūit dictum de numera- K
tione intentionū, de quibus dr non 112
generabile, vult dicere de quibus dr Ptia ſignificatio.
generabile. Et, quia vna intentionum, de quibus dr non generabile, eſt illud, quod eſt poſſibilis generationis, quod adhuc non eſt: hoc autē eſt duob⁹ modis, aut fiendum p cauſas generationis, aut ſine cauſis eius. &, qa hoc eſt, oportet vt hoc nomen generabile dicat ēt de oppoſitis hāq; duarum intentionū, ſ. de eo, quod ē in actu poſt non eſſe abſq; cauſis generationis, & de eo, quod eſt in actu cū cauſis generationis. & ideo incœpit, & collocauit has duas intētiones L
in vno ſermone, & dixit: Et ſil'r dicit Generabile multis modis. Quorum vnus eſt, cū aliquid fuerit impoſſe generari, deīde fuerit in poſtremo nō ens, aut p generationē, aut ſine generatione. i. quia generabile dr de eo, quod fuit in actu, poſtquā non fuit, deinde poſt non eſt. & hoc eſt duobus modis, quorum vnus eſt vt fiat ſine cauſis gnationis, alius cū cauſis.

Et dixit, cum aliquid fuerit impoſſibile generari. i. & non dicit' in iſtis eſſe non generabile, niſi fm iſtatum, in quo non eſt generandum, ſ. cum fuerit in actu. qñ, cum aliquid fuerit cōpletū in generatione, impoſſe M
eſt generari. Et iſtæ duæ intentiones, in quas prius diuiſum fuit nō generabile, ſunt contentę hic in prima diuiſione: & vtraq; iſtarū diuiſionū dictarum eſt oppoſita duabus intentionibus, de quibus dicitur non generabile, ſ. primæ ſuæ explanatiōis, & ſecundæ. Et poſſibile eſt generabile, & non generabile ex eis dici de vna intentione, ſed diuerſis modis. Generatum enim abſq; cauſis generationis poſſe eſt dici apud ſuū eſſe gnābile,

A generabile, & non gnābile inſimul. non generabile vero eſt, quia ſine cauſis generationis: generabile autē quia eſt, poſtq̄ non fuit. ſed tñ meli⁹ eſt vt non dicatur non generabile, niſi apud non eſſe, & gnābile apud ēē. quapropter dixit, cū aliquid fuerit impoſſibile generari, &c. Et, cū 2. ſignatio
dixit hanc intentionē huius nominis generabile, quę opponitur duabus primis intentionibus huius nominis non generabile, dixit ēt ſecūdam intentionem generabilis, & dixit: Et ēt dr generabile alio modo, &c. i. dr generabile & de eo, qđ gnātum eſt potentia, non generatum
B actu. & Themiſtius intellexit ex hac intētione illud, quod eſt difficilis generationis, & dixit, ꝙ hæc intentio ſecunda, quam dixit ex hoc noīe generabile, eadem eſt cū oppoſita ſecū dæ intentionis, quam dixit ex eis, de quibus dr non gnābile, ſ. ei ꝙ eſt difficilis gnationis ſm ſuam ſententiā, non ſm ſententiā Alex. D. dixit ter- 3. ſignatio
tiam intētionem, & dixit: Et etiam dr gnāl ile alio modo, &c. i. & dr generabile de eo, quod eſt generabile in actu vere, & eſt illud, qđ prius fuit non ens, deinde fuit ens via generationis. Et exiſtimat hoc eſſe collocā
C tū ſub primo diuidente: & quod dicit in eo, cernit, aut p gnationē, aut ſine generatione: tñ vr ꝙ non vocauit ipſum hoc generabile, niſi inq̄tum ens eſt poſt non ens ſm viā generationis, non inquantum eſt ens poſt non ens, quod intendebat ī primo modo. & Themiſti⁹ dixit quod intendebat per hoc, illud, quod neceſſario generatur: ſed tamen visū eſt ꝙ illud, quod neceſſario generatur, non fit ſm viam generationis, ſ. per alterationem.

Et Corruptibile autem, & In D
corruptibile ſimiliter. Aut enī Corrupti bile.
quod prius aliquid eſt, poſteri⁹ autem non eſt, aut contingit nō eſſe, corruptibile eſſe dicimus, ſi ue corruptionem ſubiens aliqñ, & mutationem, ſiue non. Eſt autem qñ, & quod per corruptionem contingit non eſſe, corruptibile eſſe dicimus. Et adhuc aliter quod facile corrumpitur, quod dixerit aliquis vtiq; facile corruptibile.

Et ſimiliter corruptibile dici- E
tur multis modis. Quorum vnus ē, cum aliquid fuerit primo ens, & poſtremo non ens, ſiue per alterationem, ſiue non. Et forte vocabimus aliquid corruptibile alio modo, cū aliquid fuerit poſſibile vt non ſit ens per corruptionem. Et dicitur etiam corruptibile alio modo, cum aliquid fuerit velocis corruptionis, vt illud, quod ē facilis corruptiōis. 113

Ideſt quorū eſt vnus, cum aliqd F
fuerit primo ens, deinde fuerit non Prima ſignificatio
ens poſt. dr enim in eo apud nō eſſe ſuum, conſequens eſſe, quod eſt corruptibile, & quod iam corruptū eſt: ſiue ſuum nō eſſe fuerit p alterationem. ſ. corruptione vera, aut ſine alteratione, & hoc eſt corruptum in actu. D. induxit ſecundam intētio 2. ſignatio
nē, & dixit: Et forte vocabimus aliquid corruptibile alio modo, &c. i. & forte dicemus corruptibile, cū aliquid fuerit poſſe nō eſſe per aliquā cauſam cauſarū corruptionis, ad demonſtrandum ꝙ, cū hoc nomē corruptibile dr de eo, quod ē in potētia huius

G huius, ſ. ꝙ intrat ipſum non eſſe ſine cauſis corruptionis, digni⁹ eſt dici de eo, qđ eſt in potentia non ens, cū fuerit non ens p cās corruptiōis. & Themiſtius, ſm ꝙ reputo, intelligit ex pronunciatione huius corruptionis, cum corrumpit᷑ ſine alteratione, & ſine corruptione, ſicut corruptio fluuij magni cum trāſmutatur de loco ad locum. D. dat tertiā intentionem, & eſt illud, qđ non eſt corruptum ī actu, ſed eſt facilis corruptionis: de hoc enim dī corruptibile ēt: & dicit: Et dī etiam corruptibile alio modo, &c. intendit dicere
H ꝙ illud, quod eſt in potentia, dī duobus modis, ſ. de difficili, & hoc raro, & in ſimilitudine remota, & de facile corruptibili, & hoc ē magiſ vſu. Et abbreuiatio huius eſt ꝙ corruptibile dī de corrupto in actu, & in potentia. in actu dī de eo quod corrūpitur per alterationem ſubſtantiæ ſuæ, & tranſmutationem, & de eo, ꝙ corrumpit᷑ per alterationem alteri⁹ & eius tranſmutationem, in potētia dī de eo, quod ē difficilis corruptionis, & de eo, qđ ē facilis corruptiōis.

3. ſigtatio

Incorruptibile.

I Et de incorruptibili eadē rō. Aut enim quod ſine corruptione qñque quidem eſt, qñq; autē non eſt. vt tactus ipſos, quia, cū prius ſine corruptione ſint, poſterius non ſunt. Aut exiſtens q dem,* impoſsibile autē non eē. Aut etiā non futurū aliqñ, nunc autē exiſtens. tu, n. es, & tactus nunc, ſed tñ corruptibilis: quia erit aliquando, qñ neꝙ te eſſe verū erit dicere, neque hæc tangere. Maxime aūt ,ppric quod quidem eſt, ſed impoſsibile eſt corruptum eſſe ſic, vt nunc exiſtens poſterius non ſit, aut contingat non eſſe. Aut & id, quod nondum corruptum eſt, contingit autē poſterius non eſſe. Dicitur aūt incorruptibile, & quod non facile corrumpitur. K

* a. l. poſſe aūt ſi eē aut ēt non futurum aliquādo.

Et ſimiliter dicitur Quod nō cadit ſub corruptione multis modis. Quorum vnus eſt, cum aliquid fuerit aliquando ens, aliquando non ens. Vt tactus. aliquando enim eſt ens, & aliquando non ens abſque eſſe ſub corruptione. Et dicitur ēt non corruptibile alio modo, illud, quod eſt ens, & habet potentiā ad non eſſe. aut illud, quod in futuro non eſt, modo autem eſt. & eſt ſecūdum hoc cadens ſub corruptione: in futuro enim non ens. Modus autem uerus ſ. quod non cadit ſub corruptione, eſt illud, quod modo eſt ens, & non habet potentiā ad corruptionem, ita, quod ſit modo ens, & non ens. Et dicitur etiam non corruptibile alio modo: cum res nō corrumpatur adhuc, & poſſibile eſt poſtremo vt ſit non ens, ſine cā corruptionis. Et dicitur etiam non corruptibile alio modo, cū aliquid non cadit velociter ſub corruptione, ſicut illud, quod non eſt facilis corruptionis. L M

114 Prima ſignificatio

Ideſt non corruptibile dī illud, cuius corruptio eſt ſine cauſis corruptionis: ſicut dī nō generabile illud, cuius generatio eſt ſine cauſis generationis. Iſte aūt mod⁹ pōt dici corruptibile, & non corruptibile duobus modis diuerſis: corruptibile qdem, inquantū non eſt poſſe eſſe, nō corruptibile aūt, quia ſuū nō eē nō eſt per cauſas corruptionis. Iſta aūt ſunt, ſicut dixit, q̄ aliqñ ſunt, & aliqñ non ſunt, quorū eſſe non eſt per cās gñationis, & quorū non eſſe nō eſt p cām corruptionis. v. g. ſenſus tactus. ſenſus. n. tactus non eſt trāſmutatio vt fiat, aut corrumpat᷑ in tpe, ſed eſt conſequens tranſmutationē: vnde eſt non in tpe: & ſil᷑ oīa relati

Secunda.

ua. D. d. Et dī ēt non corruptibile
B alio modo. i. dī non corruptibile de eo, quod eſt corruptibile in potētia, & eſt ens in actu, & eſt poſſe vt nō ſit poſt. D. d. aut illud, quod in futuro non eſt, modo aūt eſt. & hæc eſt altera pronunciatio eiuſdē intentionis,

Tertia.

ſ. corruptibilis in potentia. D. d. Modus aūt verus, &c. i. modus autē, de quo dī non corruptibile verioni nomine, eſt illud, quod eſt ens in actu, in quo non eſt potentia ad nō eſſe, ita, ꝙ aliqñ ſit ens, & aliquando non ens. D. d. Et dicitur etiam non corruptibile alio modo. cū aliquid adhuc non corrumpat᷑, & poſſibile eſt
C in poſtremo vt ſit non ens. & poteſt hic eſſe illud, quod in poſtremo eſt non ens, ſine cauſis corruptionis. & differt per hoc ab eo, in quo primo dixit, cum aliquid fuerit ens, & habet potentiam vt ſit non ens.

Quarta.

Deinde dixit. Et dicitur etiam non corruptibile alio modo, cū aliquid non cadit velociter ſub corruptione. & hoc manifeſtum eſt quod eſt aliud condiuidens a prædictis. Et abbreuiatio hui⁹ ſermoniſ eſt ꝙ incorruptibile dī, aut qa corruptio eius ſit ſine cauſis corruptionis, aut quia eſt nō corruptū in actu, & poſſe eſt corrūpi in futuro: & hoc duob⁹ modis, aut ſine cauſis corruptionis, aut cū cauſis. dī itaq; hoc non corruptibile de duabus intentionibus, prima ſ. & ſecunda. Tertius aūt eſt verus, & eſt illud, qđ eſt ens in actu, & nō hēt potentiā ad corruptionē, neque eſt poſſe vt in aliqua hora ſit corruptum. Quartus vero eſt id, qđ eſt difficilis corruptionis. D

PARS SECVNDA.

Quo pacto aliquid dicatur habere potentiam, aut non habere. Quaue lege potentiæ, & impotētiæ definiant᷑.

ITaq;, ſi hæc ſic ſe habent, cōſyderandum eſt qūo dicim⁹ poſsibile, & impoſſe. Proprīſſime. n. dictū incorruptibile eſt eò, ꝙ nō poſsit corrumpi, neꝙ aliqñ quidem eſſe, aliqñ aūt nō. Dicitur aūt & ingenerabile qđ impoſsibile eſt, & quod non potens eſt fieri ſic, vt prius quidē non ſit, poſterius autē ſit, vt diametrum commenſurabilem. E

Et, cum de generatione, & corruptione, & ſuis intentionibus iā diximus aperte, perſcrutemur modo de illo, de quo dicimus ipſum habere potentiam, aut non habere potētiam. Incorruptibile vero verū, eſt illud, in quo non eſt potentia ad recipiendum corruptionem, neque habet potentiam, vt aliquando ſit ens, & aliquando nō ens. Illud autem, quod non generatur, eſt illud, quod non habet potentiam, vt ſit æquale naturaliter. F

Ideſt

G Id eſt perſcrutandū eſt ante ītroi
115 tum in eis, q̄ intēdimus, quid eſt di-
cere hoc hēt potentiā, aut non hēt. il
lud enim de quo vere dr̄ non corru
ptibile, eſt quod non habet potētiā
ad corruptionē, neq; ēt eſt poſsibile
vt aliquando ſit ens, & aliq̄n nō ens.
D. d. illud aūt, quod non gn̄at', &c. i.
illud autem, quod vere non genera
tur, eſt quod non eſt in potentia in
aliquo tpe. &, cum ita ſit, eſt igit' il-
lud, in quo nō eſt potētia, vt ſit ens.
in quo. n. eſt potentia vt generet', cū
gn̄abitur, non habebit iam potētiā
ad generationem. illud ergo, qđ nō
H gn̄atur, non habet potentiā ad gn̄a
tionem. Et hoc intendebat, cum di-
xit: non habet potentiā, vt ſit æqua-
le naturaliter. i. quia ſem p fuit æqua
le per naturam. Et intendebat per
æquale naturaliter illud, quod ē in
ſua perfectione. & innuit ex hoc, fm
q̄ reputo, opinionem Platonis, di-
centis q̄ mundus ante hoc nō fuit
æqualis per naturam, i. æqualiter in
potentia, deinde poſt hoc fuit æqua
lis p naturam. & hæc eſt ordinatio,
quam intendebat, cum dixit, q̄ mū
dus prius fuit inordinatus, deinde
poſt venit ad ordinem. & voluit hic
L notificare q̄ mūdus, ſi ſem p fuit or
dinatus, non eſt in eo potētia ad or-
dinationem. &, ſi venit ex inordina
tione ad ordinationem, potentiam
habet ad ordinationem, & non or-
dinationem.

Si igitur aliquid poteſt mo-
uere per ſtadia centum, aut leua
re pondus, ſemper ad plurimū
dicimus. vt talenta leuare cen-
tum, aut per ſtadia ambulare cē
tum: quamuis & partes, quæ in
fra ſunt, poſsit, ſi & exceſſum, tā
quam oporteat definiri poten- K
tiam ad finem exceſſus. neceſſe
eſt igitur id, quod fm exceſſum
tot poteſt, & quæ infra ſunt, poſ
ſe. vt ſi talenta centum leuare, &
duo. & ſi per ſtadia centum, &
per duo poſſe ambulare. Poten-
tia autem ipſius exceſſus eſt. Et
vtiq; ſi quid non poteſt tantū,
fm exceſſum nobis dicentibus,
& plura non poteſt. vt non po-
tens per mille ambulare ſtadia,
manifeſtum eſt q̄ neq; per mil-
le & vnum.

Dicamus modo etiam quòd, cū L
potentia alicuius fuerit in moueri
per centum leucas, & ferre centū
aureas, poterit etiam ī partibus,
quæ ſunt inter ea. oportet ergo nos
definire potentiam. Dicamus ergo
quòd definitio potentiæ eſt vltimū
potentiæ rei. quod enim poteſt am-
bulare per centum leucas, poteſt
ambulare per duas leucas, & quod
poteſt ferre centum libras, poteſt
ferre duas libras. Manifeſtum igi- M
tur quòd potentia definienda eſt in
fine eius, quod poteſt. Debile autē
terminatur per minus quàm po-
teſt. quoniam, ſi aliquid non poteſt
ferre aliquod pondus, non poterit
maius, verbi gratia: ſi non poteſt
ferre centum libras, non poteſt fer
re centum & vnam: & quod non
poterit ambulare mille leucas,
non poterit ambulare mille &
vnam.

Cum

A Cum narrauit, q̄ oportet ꝑſcru-
116 tatorem de potentia ſcire ante quid
eſt dicere hoc hēt potentiā ſup hoc,
aut non hēt, & vtrum, cū de aliquo
dixerimus ipſum hr̄e potentiā ad eſ
ſe, eſt in toto tpe ſui eſſe, aut eſt in
vltimo iſtius tpis, & ſi't, cum dixeri
mus q̄ aliquid non hēt potentiā ad
eſſe, vtrum ſit in toto tpe ſui non eſ
ſe, aut in ſui termino, vel ſuo princi-
pio, dixit: Dicam⁹ modo ēt q̄, cum
potentia alicuius fuerit in moueri p
centum leucas, &c. i. &, cum manife-
ſtū eſt p ſe q̄, ſi aliquid pōt aliquē
actum, q̄ poteſt illud, quod eſt ſub
B eo, manifeſtū eſt q̄ potentia eius nō
eſt definienda, niſi p vltimum illius
actionis. &, cum ita ſit, manifeſtum
eſt q̄ potentiæ rerum non terminā
tur niſi p ſuos fines, & p eos diſtin-
guitur quælibet potentiarū rerū ha
bentium potentias diuerſas. v. g. q̄,
cum voluerimus definire potentiā
illius, quod poteſt moueri p cētum
leucas, non dicemus q̄ habet poten
tiam moueri p minus q̄ p centum.
&, cum ita ſit, Potentia igit' non defi
nit' niſi p finem ſui actus, non p il-
lud, quod eſt ante finē. Et, cum de-
monſtrauit quid eſt dicere hoc hēt
C potentiam, & q̄ ipſe intendebat per
hoc finem potentiæ, non quencun-
que, īcœpit dicere modum, ex quo
definit' debilitas potentiæ, & ſuus de
fectus, & dicit: Debile aūt terminat'
p minus q̄ poteſt. i. defectus potētiæ
terminat' p minimū in poſſe. cū. n.
non poterit minus, neceſſariū eſt vt
non poſſit maius, econuerſo deter-
minationi actionis potentiæ, ſ. quia
potentia definitur ex fine ſui actus,
defectus aūt eius definit' per minus
in poſſe. cū. n. non poterit ferre quī-
que libras, dicemus q̄ eſt impotens
ferre quinque libras, & plus. qm̄, ſi D
quinque non poteſt, plus neceſſario
non poteſt. & cum ita ſit, manifeſtū
eſt cum dicimus, hoc habet potētiā,
intendimus terminum potentiæ. i.
finem. & ſi't, cum dixit, hoc non hēt
potentiā, non intēdit niſi terminū.

Nihil autem nos turbet. determi-
nat' enim fm exceſſus finem
id, quod proprie poſſe dr̄. Forſt
tan. n. inſtabit vtiq; quis q̄ non
neceſſe ſit quod dictum eſt. Vi-
dens. n. ſtadium, non vtiq;, quæ
infra ſunt, videbit magnitudi-
nes. ſed contra potius potens vi F
dere punctum, aut paruū audi-
re ſonum, & maiorū habebit sē
ſum. Sed nihil refert ad rationē.
determinetur enim aut in potē-
tia, aut in re exceſſus. id enim,
quod dr̄, manifeſtum eſt. viſus
enim, qui minoris eſt, excedit,
velocitas aūt, q̄ eſt maioris.

Si igitur terminus potentiæ eſt
finis ſuæ potentiæ, eſt vltimū eius
potentiæ ſecūdum magis. Non igi-
tur exiſtimetis, ſi aliquis dixerit
nobis, quoniam forte aliquis cōtra F
dicet ſermoni noſtro, quod defini-
tio, per quam definimus potentiā,
non eſt neceſſaria, neq; recta. qui
enim videt aliquid ex leuca, poteſt
videre minus ex minori leuca. Sed
huic eſt contradictio ſermoni. quia
qui poteſt videre punctum, vel au-
dire minimam vocem, poteſt vi-
dere plus, quàm punctum, & au-
dire magnam vocē. Dicamus igi-
tur quòd hoc non deſtruit noſtrum

ſermo-

G *ſermonem de definitione potentiæ: quia definitur aut in fine rei, aut in vltimo ſuæ potentiæ.*

117 Ideſt ſit ergo terminus iſtæ potẽ tiæ ſm magis, qđ eſt finis ſuæ actionis. Et, quia in hoc, quod dixit de potentia, eſt quæſtio, incœpit munire hoẽs ab illa qõne, ad demonſtrãdũ eius contradictoriã, & dixit: Nõ igitur exiſtimetis ipſum eſſe falſum ꝓpter ſermonem alicuius contradicẽtis. quia qui definit potentiam ꝑ magis, non rectè facit. qui. n. videt aliqđ quantũ terminatũ ex ſpatio terminato, poteſt videre minus eſt minori ſpatio, & non poteſt videre illud minꝰ ex ſpatio, ex quo videt maius. non ergo oĩs potentia, q̃ maius comprehendit, poteſt minorẽ comprehendere: nec ẽt oĩs potentia hẽt finem terminatũ in ſua actione. nã qui aliquid ex vna leuca comprehẽdit, comprehendit maius ex illa leuca, & maius maiori, & ſic in infinitum. & hoc intendebat cum dixit: Qui. n. videt aliquid ex leuca, poteſt videre minus ex minori leuca. i. & non põt videre illud minus ex leuca, & videt maius ex illa leuca, ſed huic eſt contradictio ſermoni, &c. i. ſed hoc, quod apparet de viſu, dicto eſt contrariũ. iã. n. dictũ eſt ꝙ illud, cui data eſt aliqua potentia, non poteſt agere plus illa potentia. & hic apparet de potentia viſus e contrario: qm̃, ſi minus comprehendet, maius comprehendet. fiĩ de voce. nã qui aliquam vocem ex aliquo ſpatio audierit, audit maiorem ex illo eodem ſpatio. D. incẽpit diſſoluere hanc q̃ſtionem dicendo: Dicamus igit ꝙ hoc non deſtruit noſtrũ ſermonẽ, i. & hoc exemplũ non deſtruit vniuerſitatem ſermonis prædicti. Oĩs enim potẽtia aut eſt actiua, aut paſſiua. ſi actiua terminat ꝑ vltimũ finem eius, quod agit: ſi paſſiua ꝑ minimum eius, a quo patit. nam, cum a minori patit, patiet à maiori: & potentia, q̃ eſt fortioris paſſionis, patit à minori. hæc quidem eſt diſpoſitio potentiæ viſus. cum. n. patiet à grano milij ab aliquo ſpatio, patietur à maiori ex illo eodem ſpatio. ſenſus igitur fortes ſunt, qui comprehẽdũt minimum eorũ, quę ſunt poſſibilia vt comprehendant de ſpatijs, ex q-bus deſperat viſio. &, cũ ita ſit, potẽtia non terminat, niſi ex ſuò fine, ſiue fuerit actiua, ſiue paſſiua.

Vel demõſtrãdo.

H

I

K

Sẽſus fortes ſt, q cõprehẽdũt minimu eorũ, q̃ ſũt poſſia vt

I2

cõprehendantur de ſpatijs, ex qbus deperat viſio, de iſta fortitudine vide ſ. de gñat. aiã. lium. c. 2.

Determinatis autẽ hic, dicere oportet id, quod deĩceps eſt. Si itaq; ſunt quædam poſſibilia & eſſe, & non, neceſſe eſt tempꝰ aliquod plurimum ipſius eſſe, & ipſius non eſſe determinatũ eſſe. dico autem quo poſſibile ẽ rem eſſe, & quo poſſibile eſt nõ eſſe, ſm quodcunq; prędicamẽtum: vt hominem, aut album, aut tricubitum, aut aliud quodcunque talium. ſi. n. nõ erit, quãtum quoddam, ſed ſemper propoſito maius, & quo non eſt minus, infinito erit tempore idem poſſibile eſſe, & non eſſe alio infinito. ſed hoc impoſſibile.

M

Volumus modo, poſtquam hoc diſtinximus, ſ. potentiam, & debilitatem, determinare reſidua per ea, quæ ſunt ſimilia. Dicamus igitur quòd, ſi aliquid habuerit potẽtiam ad eſſe, & non eſſe, omnino eſt tempus diſtinguens inter ſuũ eſſe

A *eſſe, & ſuam deſtructionem, ſ. tempus, in quo illud habet potentiam ad eſſe, & non eſſe. & iſte ſermo eſt in omnibus prædicamentis, vt homo, & album, & tricubitum, & alijs prædicamentis. ſi igitur hæc potentia non fuerit in aliqua hora temporis, & tempus eius fuerit continuum, & non inueniatur ei tempus, neq; modicum, neq; multum, illud tunc habebit potentiã ad eſſe, & non eſſe in tempore infinito. quod eſt impoſſibile.*

B Cum declarauit potentiam ex vl
118 timo ſuæ actionis, & defectum potẽtiæ ex potentia rei, quæ non poteſt facere aliquid, & hoc in rebus actiuis, & paſſiuis, vult oſtendere ꝙ fiĩ contingit in rebus generabilibus, & corruptibilibus. entia. n. ꝑ potentiã, quæ eſt in eis ad generationem, generant, & ꝑ potẽtiam, quæ eſt in eis ad eſſe, ſunt, & corrumpunt per defectum iſtius potentiæ. Et hoc intẽdebat cum dixit: determinare reſidua ꝑ ipſum, quod eſt ſimile. i. permutationem iudicij in hoc ad generabile, & corruptibile. D. d. & iſte

C ſermo eſt in oĩbus prædicamentis, i. & hæc intentio potentiæ, & defectꝰ eſt eadem in oĩbus prædicamentis, in ſubſtantia, ſ. vt homo: in hoĩe etenim dicimus ipſum habere potentiam ad eſſe centum annorũ, & non habere potentiam ad eſſe plus q̃ cẽtum annorũ. & ſiĩ de qualitate, & quantitate. & alijs prædicamẽtis, cũ attribuimus eis potentiã, ſ. ꝙ terminamus omnes has potentias ex vltimis ſuarũ actionum in tpe, ſ. ex vltimo tempore, in quo poſſibile eſt vt iſtud remaneat ens. corruptionem autẽ terminamus ex primo tẽpore, in quo poſſe eſt corrumpi. & ſiĩ tẽminamus potentiam generandi ex primo tpe, in quo poſſibile eſt generari, cum hoc generari ĩ hoc ſit hoc corrumpi. Et, cum demonſtrauit hoc de potentia, dixit: ſi igit hæc potentia non fuerit in aliqua hora tẽporis, &c. i. &, cum apertũ ſit de potentijs ꝙ tempora earum ſunt terminata, ſi igitur aliquis finxerit potentiam eſſe non terminatam in aliquo tempore. ſ. non habere principium, neq; finem, erit vtraq; potentia, q̃ eſt ad aliquid, & ad ſuũ oppoſitũ, infinita. quod eſt impoſſibile.

D

E

PARS TERTIA.

Impoſſibile eſſe aliquid eſſe perpetuum, & ei ineſſe potentiã ad priuationem.

PRincipium autẽ ſit hinc. Nã impoſſibile, & falſum non idem ſignificat. eſt autem Impoſſibile & Poſſibile, & Falſum & Verum ex ſuppoſitione quidem: dico aũt vt triangulum impoſſibile eſt duos rectos habere, ſi hæc. & diameter commenſurabilis eſt, ſi hæc. ſunt autem ſimpliciter & poſſibilia & impoſſibilia, & falſa & vera. Non igitur idem eſt, & falſum aliquid eẽ ſimpliciter, & impoſſibile ſimplr. te enim non ſtante dicere ſtare falſum quidem eſt, non autẽ impoſſibile. ſiĩ autem & citharizantẽ, non autem cantantẽ cantare dicere, falſum quidem eſt, ſed non impoſſibile. ſimul autẽ ſtare, & ſedere, & diametrũ commenſurabilẽ eſſe non

Impoſſe, eſſe falſũ; nõ idem.

F

G non ſolum falſum eſt, ſed & impoſſibile. Non igitur idem eſt ſupponi falſum, & impoſſibile. accidit autem impoſſibile ex impoſſibili. Sedendi igitur, & ſtandi ſimul habet potentiam. quia qñ habet illã, & alterã: ſed non ſic, vt ſimul ſedeat. & ſtet, ſed in alio tempore.

Incipiamus modo, & declaremus quomodo eſt impoſſibile. & dicamus quòd falſum, & impoſſibile non ſunt idem. ſunt enim qua-
H *tuor Impoſſibile & Poſſibile, & Verum & Falſum. Poſſibile eſt vt triangulum eſſe iſochelem. impoſſibile vero vt diametrum eſſe æqualem coſtæ. Falſum autẽ, & verum non ſunt idem, ſicut diximus ſuperius. qui ergo dicit aliquẽ ſurgere, cum non ſurgit, falſum dicit, ſed non impoſſibile. & qui de cantore dicit ipſum cantare, dum non cantat, falſum dicit, ſed non impoſſibile. dicere autem idem ſur-*
I *gentem eſſe, & ſedentem ſimul, non tantum falſum, ſed impoſſibile. Impoſſibile enim eſt hominem habere potentiam, qua ſit ſurgẽs, & ſedens inſimul in eodem tempore. quia in tẽpore in quo eſt ei unũ, eſt in illo tempore potentia alterũ etiam: quia in eodem tempore habet duo, tamen non in actu, ſed ſurrectio ī vno tẽpore, & ſeßio ī alio.*

119 Cum declarauit ꝙ contingit dicenti ꝙ in aliquo, quod eſt ens p tẽpus infinitum, eſt potentia ad nõ eẽ, K vt duæ potentiæ inſimul ſint infinitæ, & ꝙ tempus actionis vnius potẽtiæ non ſit aliud a tempore ſecũdæ potentiæ, & narrauit, ꝙ ab hac poſitione ſequit impoſſe, incœpit dicere quomodo ſequit, & propoſuit hanc propoſitionem, ſ. ꝙ falſum eſt duobus modis, impoſſibile, & non īpoſſibile, & ꝙ falſum, quod eſt non impoſſibile, eſt illud, quod eſt poſſibile vt ſit, qñ ponit ens in actu, anteq̃ ſit, v.g. ꝙ, ſi poſuerimus Socratem, qui eſt ſurgens, eſſe ſedẽtem, eſt falſum poſſibile, & non impoſſibile. & vñr, quemadmodum dixit, ſunt qua L tuor intentiones, falſum, poſſibile, impoſſe, verum. D. dedit exemplũ de Poſſibili, vt triangulũ eſſe iſocheles, quod eſt poſſibile eſſe. & ideo laborant Geometræ declarare quomodo poſſit inueniri. Impoſſibile aũt eſt, vt diametrum quadrati eſſe cõicantem coſtæ. & hoc intendebat cũ dixit: æqualẽ. D.d. Falſum autẽ, & verum non ſunt idem. ita fuit in libro primo. ſed debet eſſe falſum, et impoſſibile non ſunt idem, ſicut diximus ſuperi°. impoſſibile. n. eſt falſum, ſed non conuertit: ſicut qui dixit ſurgentem, qui non eſt ſurgens, M quia falſum dicit, non tñ impoſſibile, cum poſſit quidem ſurgere. qui aũt dixerit idem ſurgentẽ & ſedentem, ſimul falſum dicit, & impoſſibile. Falſum ergo eſt duobus modis, falſum poſſibile, & falſum impoſſe. D.d. quia in tpe, in quo, &c. i. in tpe, in quo habet vnum oppoſitorũ, nõ habet in illo tpe niſi potentiam ad ſecundũ oppoſitũ, non potentiã ad oppoſitum habitum in actu. qñ qđ habet in actu, non hẽt potentiã ad ipſum. cum ergo caruerit illo oppoſito,

A ſito, & habuerit ſecũdũ oppoſitum, conuertetur hoc. ſic ergo non inuenient in eo duæ potentiæ inſimul, ſicut nec inueniunt in eo duæ actiones inſimul in eodẽ tempore. & voluit oſtendere p hoc, ꝙ ſic eſt de potentia ad oppoſitũ, ſicut de ipſis oppoſitis, ſ. quia ſicut duo oppoſita nõ congregantur inſimul, ſic & earum potentiæ non ſimul congregantur in eadem materia.

Sicut duo oppoſita ſi cõgregãtur ſimul ſic & earũ potẽtiæ ſi ſimul congreganť i eadẽ mã. conſiſte. 3.

Si itaq; aliquid infinito tẽpore plurium habet potentiã, non eſt ī alio tempore, ſed hoc ſimul.

B quare, ſi quid infinito tempore exiſtens, corruptibile eſt, potentiam habebit vtiq;, vt non ſit. Si itaq; infinito tempore eſt, ſit id, quod poteſt, ſ. non eſſe, ſimul igitur & erit, & non erit ſm actũ. falſum igit accidet vtiq;, qa falſum poſitum eſt: ſed, ſi non īpoſſibile eſſet, non vtiq; & impoſſibile eſſet id, quod accidit. Omne igitur, quod ſemper eſt, ſimplici ter incorruptibile eſt. ſiñ autem & ingenerabile. ſi enim generabile, erit poſſe tpe aliquo non eẽ.

ph. t.c. 10. id. hic. cõ. 121. & 124. Sed vide op. 4. me. te. c 20. & 3. met. 10. 17. & 19. Vide cõ. Sim.

C *Si igitur aliquis dixerit aliquid habere potentiã ad plura in tempore infinito, ſignificauit quòd illud non facit illas actiones in tempore, ſed omnes in eodem tempore inſimul. & ſi ſit, ſicut dixit, erit aliquid eorum cadentium ſub corruptione ſemper in tempore infinito, habens potentiã, vt non ſit ſub corruptione ſemper ad infinitum. quoniam illud, quod habet potentiam*

Cœ. Gen. Met. cũ cõ. Auer.

vt non ſit, eſt ẽt. Et, ſi ita ſit, erit illud generatum, & non generatũ inſimul in actu. & hoc eſt falſum, D
nõ poßibile. eſt quidẽ falſum, quia eius poſitio fuit falſa. & niſi eſſet falſa, & impoßibilis inſimul, concluſio non eſſet impoßibilis. Manifeſtum eſt igitur quòd oẽ æternum in eſſe non cadit ſub corruptione, neq; ſub generatione. quoniã, ſi caderet ſub generatione, & eſſet generatum, haberet potẽtiam vt nõ eſſet in tempore.

Cum declarauit ꝙ potentiæ, quę E
inueniuntur in eadẽ re ad eſſe, & nõ 120
eſſe ſunt finitorũ temporũ, & diuerſæ, & dixit ꝙ, ſi ī ueniret in aliquo potentiæ ad oppoſitas res nõ terminatorũ temporũ, ſed tẽp° cuiuslibet potentiæ eſt infinitum, cõtingit vt illæ potentiæ agant ſuas actiones in eodem tpe inſimul, non ꝙ vnũ eoꝝ agat in aliquo tpe alio a tpe, quo aget ſecunda. Et hoc intendebat, cũ dixit: Si igit aliquis dixerit aliquid habere, &c. i. ſi aliq̃s finxerit aliq̃d æternum habere potentiã ad corruptionem, finget ꝙ aliquid habebit F
potentias ad res oppoſitas in tẽpore infinito: potentia. n. ad eſſe, & non eſſe inuenit in eo p tps infinitum. & qui finxerit ꝙ in eodem inuenit̃ potentiæ ad res oppoſitas in tpe infinito, ponet ꝙ illud non facit illas actiones oppoſitas in temporib° diuerſis, ſed in eodem tpe inſimul. qđ eſt impoſſibile, ſ. actiones cõtrarias in actum exire. Et, quia dicens aliquid æternum habere potentiã ad corruptionẽ, ponit non ipſum corruptũ in actu, incœpit narrare qũo

G sequitur impossibile hãc positionẽ: & est ꝙ sequitur dicentẽ hoc, vt positio duarum actionum insimul sit falsa impossibilis, non falsa possibilis. Dixit: &, si sit, sicut dixit, erit aliquod cadentium sub corruptione semper in ĩfinitum: qm illud, quod hẽt potentiã vt non sit, est etiam. i. &, cum determinatæ sunt ꝓpositiones hæ, si ita fuerit, sicut fingit hic dicens, ſ. aliquid esse, in quo est potentia ad corruptionem, & illud eẽ semper in infinitũ, necessariũ est vt habeat potentiã vt non sit in tpe, ĩ quo
97 existit in actu. positio ergo eiꝰ, ꝙ sit
H non existens in actu, est falsa possibilis. sed, si ita fuerit, continget vt sit ens, & non ens. quod est falsum impossibile. sed falsum ĩpossibile nõ sequitur ad falsum possibile, vt dictum est in Analyticis. illud ergo, quod positum fuerat posse, ſ. æternũ corrumpi, impossibile est. & hoc intendebat, cũ dixit: Et, si ita sit, illud erit generatum, & nõ gñatũ ĩ actu. quod est falsum impossibile. i. ꝙ, si in æterno eẽt potentia ad corruptionem, esset tps actionis potentiæ cũ tpe sui esse idem. quapropter necessariũ est ꝙ positio eius, ſ. non eẽ ipsum in tpe sui eẽ, sit falsa possibilis:
I sed est falsum impose: & falsum impose non sequit pose. æternum igit non pose est vt corrumpat. D. d. &, nisi eius positio esset falsa, & impossibilis insimul, conclusio non esset impossibilis. i. & nisi propositio, dicens ꝙ æternum est corruptibile, esset falsa, & impossibilis, non sequeretur eam impose. Syllꝰ autem ita componit. Mundus est æternus, & corruptibilis: ergo aliquid ęternum est corruptibile. quod est impossibile. ergo illud, ex quo sequit, est impossibile, ſ. mundum esse corruptibilem, impose. n. non sequit falsum possibile. D. d. Manifestum est igit ꝙ oẽ æternum, &c. i. Manifestũ est igit ꝙ oẽ ęternum caret potentia ad corruptionẽ ex hoc sermone. Qm Digressio.
aũt est impose vt aliquid sit æternũ, postq̃ generabat, apparet ex eo, ꝙ addit hic. qm si fuerit ens in actu in aliquo tpe, erit non ens in potentia, cum fuerit ens ĩ actu. necessario igit erit in eo potentia, sicut dixit, vt nõ sit. &, quia in futuro inuenit æternũ habebit potentiam vt non sit p tempus infinitum, & vt sit insimul: & sequit impose prædictum. Et non debet aliquis dicere, forte, cum fuerit ens in actu, non habebit potentiam ad non esse. qm dicemꝰ qđ caret potentia ad aliquid, impossibile est oĩ no vt sit in eo. si igitur caret aliquid potentia ad nõ esse, impossibile est vt in aliquo tpe sit non ens. sed iam positum est esse possibile vt in aliquo tpe sit non ens, quod ergo impose est non esse, possibile est nõ esse. quod est impose. Et etiam dicimus ꝙ, cum sit in actu, & non ens in potentia, vtrunq; tempus sui esse in actu, & non esse in potentia sit idem tempus. si igit dicatur ipsum eẽ idẽ, erit non, impose vt ponat non ens, & ens insimul. & hoc est falsum impossibile, non possibile. &, si tempus non esse fuerit aliud a tpe actionis potentiæ ad esse, tunc erit tẽpus duarum potentiarũ necessario terminatũ.* Et debes scire ꝙ potentia ad aliquid esse non est infinita in præterito tpe, cum fuit accepta in loco propinquo gñationi, sed finita ex duobus extremis: † si autem potẽtia ad aliquid fuerit accepta in prima materia, tunc æterna fuit in præterito. sed

K

L

M

* Vtrũ potentia possit eẽ ad ĩfinitum.

† Ex hoc loco patet duplicẽ esse potentiã in mã, videlicet remotã, et propinq̃. vid. ꝓ hoc 4. ph. 120.

A sed tñ ista potentia, q̃ semper fuit in prima materia, est indiuidui entis p accidens, vel accidentalis. Et, cũ quidam hoses acceperant hanc potẽtiã, quæ est p accidens, quasi essentialr, tenuerunt esse pose vt aliquid non sit p tempus infinitum ĩ ꝓterito, deinde post erit: quapropter est potentia ad suum esse infinita. &, cum putauerint ꝙ potentia ad esse pose est vt sit infinita, existimauerunt ẽt ꝙ pose ẽ ꝙ potentia ad corruptionem in aliquo sit infinita in futuro. Error igitur horum est, quia accepe-
B runt essentialiter, quod est accidentaliter. deinde assimilauerunt essentialẽ potentiam ad corruptionẽ accidentali potentiæ ad generationem. * impossibile. n. est in aliquo inueniri potentiã ad corruptionẽ infinitam, neq; accidentaliter, neq; essentialiter: potentiam aũt ad generationẽ pose est ĩfinitã reperiri accidẽtaliter, non essentialiter. secundũ igit hunc modum fuit error istorũ hominum in hoc loco.

* Impose ẽ inueniri potentiã ĩfinitã ad corruptionẽ, neq; essentialr, neq; accidentalr: potentiã aũt ad gñationẽ pose ẽ infinitã reperiri accidẽtalr, si essentialr. Ingenerabile.

PARS QVARTA.

Nil dari æternum corruptibile, nec generabile ęternum.

C Orruptibile enim id est, quod prius qdẽ erat, nũc autem nõ est, aut quod cõtingit aliqñ posterius non esse. Generabile aũt est, quod contingit prius non esse. Sed in quo, id quod semp est, pose sit vt nõ sit, nullum est tẽpus aut finitũ, aut ĩfinitũ. etenim finito tpe põt eẽ, si & ĩfinito. nõ igit cõtingit vnũ, & idem semp posse esse, & nõ esse. at vero neq; negationẽ, ceu in quã non semp esse, impose ẽ ergo & semper quidẽ aliquid esse, atque corruptibile esse. Similiter autẽ neque generabile. duorum enim terminorũ si impossibile sit posteriorem sine priore existere, si hunc impossibile existere, & posteriorẽ. quare, si qđ semper est, non contingit aliqñ non esse, impossibile est & generabile esse. D

Dicamus igitur quòd illud, quod cadit sub corruptione, ẽ illud, quod primo fuit ens, deĩde modo nõ ens, aut possibile, vt sit non ens in futuro. Generabile autẽ est illud, quod primo fuit non ens, deinde post est ens. Et res æternæ quiditatis nõ habet potentiam vt sit non ens in tẽpore finito, neq; in tempore ĩfinito. impossibile est igitur vt idem habeat potentiam, qua semper sit ens & semper non ens. & impossibile est aleconem vt sit verum, vt dicimus quòd impossibile ẽ idẽ esse ens semper, & non ens semper. & cum ita sit, impossibile est vt aliquid sit semper ens, & cum hoc cadat sub corruptione. Sunt igitur duo termini, quorum vnus est ante alterum, & impossibile est vt alter terminus sit absq; essentia primi. quoniam, si primus non fuerit, non erit alter omnino. Et, cum ita sit, & res æterna perpetua, quæ ĩpossibile est vt in aliquo tempore etiam fuerit non ens, impossibile est vt sit generata omnino. E F

G Vult declarare ꝙ ex definitione
121 generabilis,& corruptibilis apparet ꝙ impoſſibile eſt vt aliqđ generabile ſit nõ corruptibile,neq; corruptibile nõ generabile,& dixit: Dicam⁹ igitur,&c.i.dicamus modo ꝙ corruptibile dicitur duobus modis, ĩ actu ſ.& in potentia.In actu eſt illud, qđ fuit in tempore prꝛterito ens, & modo nõ ens.In potentia aũt eſt illud, quod modo eſt ens,& in futuro poſſibiliter non ens. Et,cum definiuit corruptibile, definiuit generabile, & dixit:Generabile autem, &c.i,generabile autem eſt quod in tempo-
H re prꝛterito eſt non ens, modo autẽ eſt ens. D.d.Et reſ æternæ quiditatis non habet potentiam,&c.i.&,cũ declaratum eſt ꝙ generabile,& corruptibile conueniunt in hoc,ꝙ ĩ aliquo tempore non ſunt: & quod eſt huiuſmodi,habet potentiam finitã vt corrumpat̃,ſ.in tempore finito: æternum autem non habet potentiam vt corrumpatur,neq; in tẽpore finito,neq, in tpe infinito. Et intendebat p hoc ꝙ, ſi inueniat̃ in eo potentia in tpe infinito, continget ꝓdictum impoſſe.Vꝝ igit̃ ꝙĩ primo ſermone poſuit ꝙ,ſi in æterno inue-
I niat̃ potentia ad corruptionem,continget vt ſit infinita.in hoc aũt poſuit ꝙ,ſi in æterno inueniat̃ potẽtia ad corruptionem,aut eſt finita, aut infinita:ſi finita,continget vt æternum ſit non æternũ,ſi infinita, cõſequetur ex poſſibili impoſſibile. D. d.& impoſſe eſt vt aleconem ſit verum, &c.i. impoſſe eſt vt contraria inueniant̃ ĩſimul: vt dixim⁹ ꝙ impoſſibile eſt vt aliquid ſit non ens ſemper,& ens ſemper. Et vꝝ ꝙ induxit hoc ad demonſtrandum,qm̃, ſicut eſt impoſſe ꝙ contraria inueniã-
tur ĩſimul ĩ actu,ita eſt impoſſe vt K
duæ potentiæ inueniant̃ ĩſimul ad duo contraria,ſ.immediata.ſed potentiæ ſuccedunt in ſubiecto, ſicut contraria.& qđ dixit hic vꝝ pp hanc intentionem,& pp illd, quod prædixit,ſ.ꝙ in æterno non eſt potẽtia Idẽ 5.c.19 & inf. 138
infinita,neq; finita ad corruptionẽ. quaſi ergo dicit & ſignum,quod in æterno non eſt potentia ad corruptionem,neq; in tpe finito, neq; infinito,quod eſt impoſſe vt cõgregẽtur contraria ĩſimul. D.d.&,cũ ita ſit,impoſſibile eſt,&c.i.&,ſi impoſſibile eſt vt contraria congregẽtur, L
impoſſibile eſt vt aliquid ſit ſemper ens,& ſit corruptibile in aliqua hora,aut anteq̃ generet̃,vt dicũt faciẽtes æternum generari,aut poſt,vt q ponunt æternum eſſe in prætito, corruptibile infinito. D.d.Sunt igit̃ &c.& intendit p terminos duos generabile,& corruptibile. res.n. primo eſt generata,poſtea corrupta.et qui poſuit æternum eſſe corruptũ in poſtremo,ponet ꝙ poſterior terminus inueniꝛ abſq; primo. quod eſt impoſſe.D.d.Et,cum ita ſit,&res æterna,&c.i.&,cum cõtingit ꝙ corruptum non fuerit ante generatũ : & generatum eſt illud, quod in ali- M
qua hora non fuit generatum: æternum aũt eſt illud, quod eſt impoſſe vt aliquo tpe ſit non ens: manifeſtũ eſt ꝙ ꝛternum nunq̃ fuit generatũ; & cũ non gñatũ, nõ corruptibile ẽ.

PARS QVINTA.

Quibus in rebus iuueniatur generatio, & corruptio. Et ꝙ generabile,aut corruptibile non poſſit eẽ ꝛternum.

QVoniam autem negatio eius quidem,quod ſemper poteſt eẽ,eſt, qđ non ſemper poteſt eſſe, qđ autẽ ſemper

A ſemper poteſt non eſſe contrarium eſt,cuius negatio eſt quod non ſemper poteſt non eſſe, neceſſe eſt negationes amborũ eidem ineſſe,& eſſe medium eius, quod ſemper eſt,& eius,qđ ſemper nõ eſt,id, quod poſſibile eſt eſſe,& non eſſe.vtriuſq;.n.negatio qñq; exiſtet,ſi non ſemp ſit.

Quare,ſi & quod non ſemper non eſt,erit qñq;, & non erit, & quod non ſemper poteſt eſſe ſanè,ſed qñq; eſt ita, vt & non ſit. idem igitur erit poſſibile eſſe,&
B non.& hoc eſt amborũ mediũ.

Dicamus etiam quòd aleconẽ eius,quod habet potentiam vt ſemper ſit ens,eſt illud,quod non habet potentiam vt ſemper ſit ens, contrarium autẽ iſtius eſt illud,quod habet potentiam vt ſemper ſit non ens,aleconem etiã iſtius eſt illud, quod non habet potentiam vt ſemper ſit non ens. Dicamus igitur quòd poſſibile eſt vt inter iſta aleconem ſit aliquod mediũ, quod poſ-
C *ſibile eſt vt ſit ens, & non ens, in tempore,& tempore,quoniam aleconem vtriuſq; eorum erit non ens in tempore,& in tempore ens. & hoc erit illud,quod non hẽt potẽtiã vt ſemper ſit ens, vel ſemper non ens,ſed in aliquo tempore ens, & in aliquo tempore non ens.& hoc eſt impoſſibile.habebit* D
igitur idem potentiam vt non ſit ens,& vt ſit ens in tempore,& tẽpore & eſt medium aleconem, ſicut diximus ſuperius.

Hæc eſt demõſtrario Tertia: ſed 122
proſequit̃ ipſam p primam demonſtrationẽ.oẽs.n.demſtrones, quas inducit in hac qõne, proſequit̃ per demonſtrationẽ ducentẽ ad impoſſe, dicentẽ ꝙ potentia æterni, quod ſit non ens,eſt falſa,& non * poſſibilis. Et dixit: Dicamus ẽt ꝙ aleconem eius,quod habet potentiam vt ſemper ſit ens,&c.i.& dicamus ꝙ cõtradictorium ſermonis,dicentis ꝙ aliquid hẽt potentiam vt ſit ſemp ens, eſt ꝙ non habet potentiam vt ſemp ſit ens.iſtorũ.n.duorum,ſi alterum fuerit falſum,alterũ erit verũ. D d. contrarium aũt iſti⁹ eſt illud, quod hẽt potentiam vt ſemp ſit non ens, i.cõtrariũ autem ſermonis, qui eſt, ꝙ hoc habet potentiam vt ſemp ſit ens,eſt hoc,quod hẽt potentiã vt ſemper ſit non ens.& intendebat p hoc ꝙ contraria habent mediũ, contradictoria autem non. D. d. aleconẽ etiam iſtius eſt.&c.i. ſicut contradictorium eius, quod hẽt potentiam vt ſemper ſit ens, eſt quod non hẽt potentiam vt ſemp ſit ens, ſiſt cõtradictorium eius, quod habet potentiam vt ſemper ſit non ens,eſt quod non habet potentiã vt ſemp ſit non ens.Et,cum declarauit contradictorium duarum harũ vtriuſq; propoſitionum cõtrariarum,ſ.hoc, quod habet potentiam vt ſemper ſit ens, & hoc habet potentiam vt ſemper ſit non ens,ex quo declarauit eas eſſe contrarias, non contradictoria

* a.l. ĩpoſſibilis.

E

Contraria hñt mediũ, cõtradictoria aũt non.idem F 10. Met.t. com. 23.


G dixit: Dicamus igit᷑ ꝙ possibile est vt ex eis aleconem sit aliquod medium.i.&,cū declarat᷑ū est ꝙ dicere, hoc habet potentiam vt semper sit ens,& hoc habet potentiam vt semper non sit ens,sit dicere hoc,s.cōtraria sunt:&,quia in pluribus contrarijs exist᷑it medium, possibile est vt in illis inueniat᷑ medium,& est ens, & non ens,s.haberis potētiam vt sit, & non sit non in eodem tpe. & hoc intendebat.cum dixit: possibile est vt sit ens in tempore, & vt nō sit ens in tempore.D.reddit causam huius possibilitatis,& dixit: qm̄ aleconem
H vtriusq; eorum erit non ens. s. quia contradictorium sermonis, ꝙ hoc est ens in aliquo tempore,est ꝙ non est ens in illo tempore. & voluit per hoc demōstrare ꝙ non est impossibile dicere de eodem esse in aliquo tempore,& non esse in alio tempore. Et,cum demonstrauit hoc non esse impossibile,dixit ꝙ est talis naturæ.& dixit:& hoc erit illud, qđ nō habet potentiam vt semper sit ens, vel semper non ens, sed in aliquo tē
I pore ens, & in aliquo tempore non ens.i.& hoc medium est illud,quod non habet potentiam vt semper sit,
L sed in quibusdam horis sit, & in quibusdam non sit. D.d. Habebit igit᷑ idem potentiam, vt sit semper non ens,& vt sit ī aliquo tpe ens, & in aliquo tpe non ens .i. fm ꝙ reputo,ꝙ, si aliquis posuerit iudicium medij inueniri in vno duorum extremorū contrariorū.v.g.in eo, quod nō est semper, continget vt idē habeat potentiam vt semper sit non ens, & potentiam vt in aliquo tempore sit non ens, & in aliquo ens. quod est impossibile. D.d.habebit igit᷑ idem potentiam vt non sit ens,&vt sit ens K in tempore,& tempore.i. & est medium aleconem,sicut diximus.i. cū impossibile est vt habēs potentiam vt in aliquo tempore sit ens, & in aliquo non ens,sit illud,quod hēt potētiā vt semper sit ens,aut illud, quod habet potentiam vt semper sit non ens,oportet ꝙ sit medium inter hęc duo extrema contraria,sicut superi⁹ diximus. Et intendebat per hoc ꝙ potentia,quæ dat alicui non esse in aliquo tempore, non reperitur ī eo, ꝙ semper est non ens.

Ratio autem vniuersalis hæc L est.Sint enim A,& B nulli eidem possibilia inesse:omni autem A, aut C B,aut D:necesse est itaque, cui neq; A inest,neq; B omni inesse C D,sit itaq; E medium inter A B,contrariorum.n.quod neutrum est,medium est.huic itaq; necesse est ambo inesse,& D, & C.omni enim aut A, aut C inest. quare & ipsi E.qm̄ igitur A impossibile,ipsum C inerit. eadem autem ratio & in ipso D.

Sint ergo A,& B contraria, non cadentia in eodem insimul,& M sit C contrarium ad A, & D contrarium ad B:& dicamus igitur quòd illud,quod non est in A, neq; in B,est ī toto C,& D.sit ergo H, quod est inter A,& B.illud enim quod non est alterum duorum contrariorum, medium est inter illa. erit ergo H, sicut C, & D necessario.

Figura

A *Figura, ostendens quòd de quo alterius contrariorum negatio vera est, de eodem & alterius negatio vera erit.* D



123 Cum declarauit ratione ꝙ illud, quod hēt potentiam vt sit in alia hora,& vt non sit in alia hora, non est illud,quod hēt potētiam vt semper sit,neq; illud, quod habet potentiā
C vt semper non sit,sed medium, vult declarare hæc literis,& dixit: Sint ergo A,& B,&c.i. sit illud, quod habet potentiam vt semper sit A,& ei⁹ cōtrarium,ꝙ semper non sit,B, & sunt ꝙ impoſſe est vt congregent᷑ in eodem insimul. D.d.& sit C contrariū ad A,& D contrarium ad B.i.&ponamus contrarietatem, quæ est in hoc sermone,v.gr.illud, quod est ens in aliqua hora,& non ens in alia hora C,& D,& sit C contrarium ad A, qđ posuimus semper ens. ex C ergo intelligendum est illud,quod non est in aliquo tempore, & erit D, quod est ens in aliquo tpe,contrarium ad B,quod est semper non ens.erū ergo tria,semp ens,s. A,& semper non ens,scilicet B,& esse & non esse,scilicet C D. Et,cum posuit hoc,quęsiuit F de qua re non dicitur esse, & non esse,ad demonstrandum quia, cū nō dicatur de extremis,necesse est vt dicatur de natura media inter duo extrema,& dixit:dicamus igitur ꝙ nō est in A,neq; in B est in toto C,& D, i.&, cum ita sit, si posuerimus aliquod ens,de quo non dicatur A, qđ semper est, neque B, quod semper non est, necesse est vt dicatur de eo D,& C,scilicet ens in aliquo tempore,& non ens in aliquo. quoniam inquantū non est ens semp,oportet

G vt sit non ens in alia hora. & hoc intendebat, cum dixit: sit igit' H, &c. i. & contingit in ista natura, q̃ est H, vt sit media inter A, & B. D. d. erit igit' H, sicut C, & D necessario. i. inuenient in H hæc duo, s. entia ĩ aliquo tpe, & non entia in aliquo tempore.

Neq; igitur quod semp est, neque quod semp non est, generabile, aut corruptibile est. Manifestum aũt est q̃, & si generabile, aut corruptibile est, non sempiternum est. simul enim erit possibile semper eẽ, & posſibile
H semper esse. hoc autem q̃ impossibile sit, ostensum est prius.

Reuertamur modo ad nostrum sermonem, & dicamus ergo quòd illud, quod semper est ens, neq; est generabile, neque corruptibile. Et, cum ita sit, manifestum est quòd illud, quod est generabile, & corruptibile est non ens perpetuum, æternum, si enim esset æternũ, haberet potentiam vt semper eẽt ens & semper non ens. quod est impos-
I *sibile omnino, sicut superius diximus in eis, quæ declarauimus.*

124 Cum declarauit q̃ illud, quod dicit' non ens in aliquo tpe, oportet dici ens in alio tpe: q̃m illud, quod dr̃ non ens in aliquo tpe, impossibile est vt semp dicatur non ens, aut sẽper ens. dr̃ ergo in aliquo tempore ens, & in aliquo nõ ens. Et, quia potest aliquis dicere q̃ hoc non est nisi ex sermonibus insufficientibus: q̃m possibile est vt aliquid sit generatum, deinde nunq̃ corrumpatur. & hoc, quod manifestabitur ex hoc sermone, est q̃ illud, quod est ens sẽ- K
per in præterito, & futuro, impossibile est vt non sit in aliquo tempore. & similiter illud, quod semp est non ens in præterito, & in futuro, ĩpossibile est vt sit in aliquo tpe. qđ aũt sit non ens semper in præterito non est impossibile vt sit in futuro: quemadmodum non est impossibile, q̃ illud, quod est ens semper in p̃terito, non sit in futuro, & propter hanc quæstionem, contingenté suæ demonstrationi confirmauit demõstrationem illam per primam demonstrationem, cum illa demõstratio sit firmior, & illa est sustentamẽ L
tum huius quæsiti, & dixit: & dicamus ergo q̃ illud, quod semper est ens, &c. i. dicamus igitur q̃ si aliquid positum fuerit semper ens, continget vt semper sit in toto tempore, & q̃ illud, quod in eius natura est receptio æternitatis, nõ recipit ęternitatem in præterito absq; futuro, neq; in futuro absq; præterito. Deinde fecit memorationem prædictę demonstrationis, & dixit: si enim esset æternum, haberet potẽtiam, &c. i. quoniam, si ita esset, si poneretur corruptibile, esset falsum possibile: sed ẽ falsum impossibile: ergo illud, M
quod positum fuit possibile, est impossibile. Et debes scire q̃ impossibile est imaginari ens habere potẽtiam ad esse, & non esse infinitum in tempore præterito absq; futuro, neq; in futuro absq; præterito, nisi infinitum adderet super infinitum, quod est impossibile. quamobrem contingit, si aliquid inueniat' habẽs potentiam infinitam, vt actio illius potentiæ sit in toto tempore. si igit' potentia ad non esse sit infinita, contingit vt sit non ens in toĩ tẽpore. & si potentia

Digressio

Infinitum non adsup infinitum.

A potentia ad esse fuerit infinita, cõtingit vt sit ens in toto tpe. &, si aliquis posuerit aliquid esse ens in toto tpe, sed in eo est potẽtia ad corruptionẽ absq; eo, q̃ corrumpat', contingit vt duæ potentiæ inueniantur insimul infinitæ, s. potentia ad esse, & potẽtia ad non esse. est igit' altera earũ ociosa, cum nulla actio proueniat ex ea. Et in hoc non errat nisi qui existimat hoc non esse impoſe propter hoc, q̃ res non exeat ex potentia in actum, nisi pp agens. q̃ si igitur agẽs non agat, non est remotũ vt remaB neat, & nõ exeat in actũ. Et hęc qui dem imaginatio induxit Platonem in hunc sermonẽ. & tunc non est remotum dicere in responsione huius sermonis, s. sermonis Aristo. q̃, si ita esset, oporteret q̃ aliquod poſe, si poneret in actu ens, esset falsum impossibile, non poſe falsum. impossibilitas enim hæc non sequit' naturã possibilem, sed sequit' defectũ actionis agentis. q̃m corruptio mundi, vt dicunt, possibilis est ex parte materiæ, impoſis quo ad agens: aut quia agẽs aliquod non est innatũ corrumpere ipsum, aut quia agens sapiens nõ est innatũ corrumpere suum factum, C aut quia corrũpens est contrariũ generati, mundo aũt genito nõ est cõtrarium, aut quia nõ corrumpetur omnino. Et, cum intuebimur istas oẽs quęstiões, apparebit destructio eorũ ex demõne Aristo. hic, per quã incœpit declarare hoc quęsitũ.

Possibile esse, & ex trinsece.

Possibile enim aut est poſe ex se, & ex rebus extrinsecis, vt notum est de possibili simplr, aut quia aliquis diceret aliquid esse poſe in se, & impossibile ex extrinseco, sm opinionem dicentis mundũ esse poſis corruptibile in se, & ipoſis, quo ad extrinsecũ.

Impugnatio sermonũ Platonis: & de hoc latius in libro de substantia orbis.

Manifestum est igitur sm Aristo. D
q̃ potentia alicuius possibilis ex se, & impoſis ex extrinseco, est potẽtia contradicens definitioni possibili. dictum est enim q̃, cum possibile poneretur esse ens, nõ sequitur impossibile, sed q̃ est falsum possibile non impoſe falsum: sed, cum concessum fuerit q̃ definitio cuiuslibet possibilis est hmõi, si aliquis posuerit aliqđ possibile esse, s. ex se, & impoſe ab extrinseco, contingit q̃ eius potẽtia in actu sit falsa impoſis, non falsa possibilis. & intendit Arist. ad declarandum hanc intentionem pp possibile hoc, quia notum est p se, q̃ illud, qđ E
est possibile ab extrinseco, est possibile ex se: sed cõuersio latet, q̃ illud, quod est possibile ex se, est possibile ab extrinseco. existimatum est enim q̃ non est impoſe q̃ aliquid sit possibile in se, impoſe ab extrinseco. Et dispositio in hoc de possibili est quasi contraria ei, quæ est de impossibili, quia concessum est q̃ omne impossibile in se, ẽ impoſe sm extrinsecũ: & non est cõcessum quod est impossibile ex extrinseco, impoſe ẽ ex se: ideoq; intendit Arist. istam declarationem, quã diximus. Et etiam possibile non est possibile, nisi in respectu agẽtis & patientis: & impoſe est imaginari aliquid eẽ possibile in respectu patientis, & impoſe in respectu agentis: q̃m contingeret vt sit patiens impassibile, i. possibile impoſe. Et possibile est vt in hoc demõne accepta ex loco à contrarietate, & est q̃ impoſe ex se est contrarium possibili ex se. & impoſe ex se est impossibile quo ad extra: ergo possibile in se est poſe quo ad extra. s. quo ad oẽs causas extrahẽtes ipsum. sed demõ Aristo. est firmior, qa ẽ sumpta à defi

Pòſe ab extrinseco ẽ poſe ex se. Idẽ. 2. Phẽ. 48.

F

nitione,

G nitione,hæc autem à contrarijs.quã
Locus a cõ trarijs nõ eſt demõſtratiuus. uis iſte locus intret ſcientias aliquo modo,ſ.quando prædicatum fuerit contrariũ prædicato proprio,& ſub iectũ habuit aliquod contrariũ, tũc neceſſe eſt vt contrarium prædicati inueniatur in contrario ſubiecti.

PARS SEXTA.

Ingenerabile,& Incorruptibile conuertibi liter æterno competere.

NOnne igitur,ſi & ingene rabile eſt,atq; ens,hoc ne ceſſe eſt ſempiternũ eſſe? ſiſt autẽ & ſi incorruptibile ſit, atq; ens? Dico aũt ingenerabile, H & incorruptibile ea, quæ,ppriedicũtur. Ingenerabile quidem, quod eſt nunc,& prius non erat verũ dicere non eſſe. Incorrupti bile aũt,quod nunc exiſtens, poſterius non verũ erit dicere non eſſe. An,ſi hæc quidem adinuicem ſequuntur, & quod ingene rabile incorruptibile ẽ, & quod incorruptibile eſt ingenerabile, neceſſe eſt & ſempiternũ vtrũq; ſequi,& ſi qd ingenerabile ſempiternum,& ſi quid incorrupti- I bile ſempiternum.

Dicamus ẽt quòd illud,quod non cadit ſub generatione, ſ.illud,quod non eſt generabile, eſt æternũ, ſine principio,& ſine fine neceſſario.et ſimiliter illud , quod non cadit ſub corruptione,eſt æternũ. Et dico non generabile,& non cadens ſub corruptione vera intentione mei ſermonis,quòd illud, quod ẽ ens vere, eſt non generabile, & illud, quod eſt vere non ens,eſt non cadens ſub corruptione . modo igitur volumus K *definire ea,& dicamus quòd illud, quod eſt non generabile,eſt mõ ens, & non dicitur quòd fuit primo nõ ens,neq; dicitur quòd poſtremo erit non ens. Et, cum ita ſit,erit alterũ horum duorum conſequens alteri. illud enim quod non eſt generabile, nõ cadit ſub corruptione, & omne illud,quod non cadit ſub corruptione.eſt non generabile.& ẽt vtrũq; eorum neceſſario eſt æternum. quo naim,ſi aliquod non generabile fue* L *rit,erit æternum,& ſi aliquod nõ cadit ſub corruptione , erit ſemper æternum , & hoc manifeſtum eſt, & exiſtens,& ſunt ea, quæ ſuperius diximus.*

Cum declarauit q impoſſe eſt ali 125 quod æternum corrũpi,manifeſtabitur ei q illud, quod non eſt generabile,erit æternũ. &, cum declarauit q impoſſe eſt vt aliquid ſit generabile,non corruptibile,manifeſtabitur ei q non corruptibile eſt æternum. &, cum declaratũ fuit ei q nõ corruptibile eſt æternũ,& q non ge M nerabile eſt æternũ,declarauit p hoc q non corruptibile eſt non generabile,& econuerſo.& hæc eſt ſua intẽtio in hoc capitulo. Et dixit: Dicamus ẽt q illud,&c.i. & hoc ẽ, q antè declarauit:& eſt vna duarum propoſitionũ , quas poſuit ad declarãdum conuerſionem. D.d. Secundã propoſitionem,& dixit: & ſiſt illud,qđ nõ cadit,&c.i. & ſiſt declaratum eſt ex noſtro ſermone q illud,quod eſt non corruptibile,eſt æternum, cum demonſtratũ eſt q impoſſe eſt aliqd eſſe

A eſſe generabile,& non corruptibile. Et,cum poſuit has duas ,ppõnes,ſ.q non generabile eſt æternũ,& q non corruptibile eſt ẽt æternũ,quæ multis modis dicuntur,d.q non intẽdit in hoc loco niſi verã intentionẽ interaliasintẽtiones,& dixit: Et dico nõ generabile,&c. i. & intelligendũ eſt ex noſtro ſermone non generabile,& non corruptibile vera intentione. D. explanauit illã intentionẽ, & dixit quod eſt vere ens, eſt non generabile.i.& eſt illud, quod ante diximus,q illud,quod vere eſt ens,qđ ſcilicet exiſtens non poteſt non eſſe,

B đr non generabile vere,* & præmunit nos ẽt in hoc, q non generabile etiam đr de generabili,quod eſt ſine cauſis generationis,aut difficilis generationis:& ſiſt dicit non generabile illud , cuius generatio eſt finita in hora, qua finiebat. Intendit igit per non generabile illud , cuius eſſe non præceſſit nõ eſſe, nõ illud,quod eſt impoſſe, de quo etiam dicit non generabile. D. explanauit intentionem non corruptibilis,& dixit:& illud,quod vere eſt non ens,eſt nõ cadens ſub corruptione. i. & debet intelligere hic p non corruptibile , illud,quod eſt oppoſitũ ei, quod vere eſt corruptibile, & illud eſt,quod deficit poſt eſſe. quaſi ergo d. oportet intelligere p non generabile, illud, quod opponit vere generabili,ſ.enti poſt non eſſe,& p non corruptibile, illud, quod opponit vere corruptibili,ſ.non enti poſt eſſe. Et,cum poſuit has duas ,ppõnes, dixit: modo igit volumus definire,&c.i. manifeſtum eſt ex noſtro ſermone q definitio non generabilis eſt illud,quod modo eſt ens, & ante non fuit non ens,neq; in futuro erit non ens. hæc enim definitio eſt* non generabilis, D quod conuertitur. D.d. Et cum ita ſit.&c.i.q non generabile,& nõ corruptibile conuertuntur adinuicem. D.incœpit declarare q hæc conuerſio apparet ex duabus propõnibus, quas prædixit,ſ.q non generabile ẽ æternũ, & q non corruptibile eſt ẽt æternum,& dixit: & ẽt vtrunq; eorũ neceſſario eſt æternum.i.& ſignum conuerſionis eorũ eſt,quia æternum prædicat de vtroq; illorum prædicatione conuerſionis: &,cũ idem prædicat de duobus pdicatione conuerſionis,neceſſario illa duo conuertun E tur adinuicẽ. Et hoc intendebat,cũ dixit, qm̃, ſi aliquod nõ generabile fuerit,erit æternũ,&c.i.& cũ de non generabili prædicat æternũ prædicatione conuerſionis , ſiſt etiam de non corruptibili,manifeſtũ eſt q oẽ non generabile eſt nõ corruptibile, & q oẽ non corruptibile eſt nõ generabile. Et, quia hoc declaratum eſt ex Analyticis, dixit q manifeſtũ eſt q declaratio quidẽ ſic exiſtit . oẽ nõ generabile eſt æternũ: & oẽ æternum eſt non corruptibile : ergo oẽ non generabile eſt nõ corruptibile. dicamus oẽ non corruptibile ẽ æter F num: & oẽ æternum eſt nõ generabile : ergo oẽ nõ corruptibile eſt nõ generabile,quæ eſt cõuerſa primæ. & hoc declaratũ eſt in Analyticis.ſ. q,cũ tres termini cõuertunt adinuicem, neceſſe ẽ vt cõcluſio cõuertat.

2. Priorũ cap.22.

*a.l.& præmunit nos ẽt in hoc, q ñ gñabile ſe ẽt đr de ñ gñabili, qđ eſt ſine cãis gñationis, aut difficil ge neratiõis: & ſiſt đr ñ gñabile illud, cuiꝰ gño ẽ infinita in hora, qua finiebatur.

*a.l.nõ corruptibilis, qua conuertunt.

PARS SEPTIMA.

Generationem , & corruptionem conuerſim dici.

MAniſeſtum eſt aũt & ex definitione ipſorum. et enim neceſſe eſt,ſi corruptibile ſit,generabile eſſe. aut.n ingene-

G ingenerabile, aut generabile est. si enim ingenerabile ē, & incorruptibile esse supponit. &, si generabile, corruptibile esse necesse est. aut.n. corruptibile, aut incorruptibile est. sed, si ĩcorruptibile, ĩgenerabile eē supponebat.

Dicamus igitur quod, si aliquid corruptibile fuerit, necessario erit generabile. & si fuerit non generabile, non erit corruptibile. & si aliquid fuerit generabile, necessario erit corruptibile. & si igitur non
H *fuerit corruptibile, est non generabile, sicut diximus superius.*

126 Vult declarare in hoc capitulo ꝙ generabile, & corruptibile cõuertuntur, cũ declaratum est ꝙ non corruptibile, & non generabile cõuertuntur, & d. Dicamus igitur quòd, si aliquid, &c. i. &, cum declaratũ sit ꝙ nõ generabile, & non corruptibile conuertuntur, manifestum est ꝙ oē generabile est corruptibile. Demõstratio aũt eius, ꝙ, si non fuerit corruptibile, est non corruptibile, est, Oē enĩ aut est corruptibile, aut incorrupti-
I bile: si igitur non corruptibile, ergo nõ generabile. sed iã ponim⁹ ipsum esse generabile. sed hoc est impossē. &, cum hoc oē corruptibile est generabile. & demõ eius est ꝙ, si non fuerit gñabilis, est ingenerabilis. quodlibet enim aut est generabile, aut ingenerabile. &, si fuerit non generabile, ergo nõ corruptibile: & iã fuit positum corruptibile. D. d. &, si aliqd fuerit generabile, necessario erit corruptibile. i. & etiã diximus ꝙ oē generabile est corruptibile, ecõuerso primæ. D. induxit demõstrationem, & dixit: si igitur non fuerit cor K
ruptibile, est non generabile i. & demonstratio huius est ꝙ, si nõ fuerit corruptibile, est nõ corruptibile. &, si fuerit non corruptibile, est nõ generabile. quod est inconueniens.

Et hoc iam declaratũ est in Analyticis esse locũ generalem. s. quia, cũ fuerint duo termini oppositi diuidentes verũ, & falsum, & fuerint alij duo termini oppositi diuidentes verum, & falsum, & fuerit alterũ vnius diuisionis conuertibile cũ vno alterius diuisionis, & reliquum reliquo.

Si vero nõ inuicē se sequuntur incorruptibile, & ingenerabile, non necesse est aut ingenerabile aut ĩcorruptibile, sempiternum esse. Quòd aũt necesse est sequi ex his manifestũ est. generabile enim, & corruptibile sequuntur seinuicē. Palam aũt est & hoc ex prioribus. nã inter id, quod semp est, & quod semper non est, est mediũ id, quod neutrum sequit: hoc aũt est generabile, & corruptibile. posse enim est & esse, & non esse vtrunq; determinato tempore. dico autem M
vtrunq; & esse, & non esse quanto quodam tempore.

Si igitur non generabile, & nõ corruptibile non sequuntur adinuicem, ergo non sunt æterna. Et verificatio huius est, quòd alterum illorum consequitur alterum, quemadmodum ego sum dicens quòd generabile est corruptibile, & omne corruptibile est necessario generabile. Et verificatio huius est illud, quod

dixim⁹

A *diximus superius, quòd ex illo quod est semper ens, & ex illo, quod est semper non ens, sit aliquod mediũ diuersum ab vtroq; illorum: & est illud, quod est generabile, & quod est corruptibile. habet enim potentiam vt sit ens, & vt sit non ens, sed tamen in tempore, & tẽpore, s. vt in tẽpore ens, & in alio nõ ens.*

127 Cum declarauit ꝙ non corruptibile, & non generabile non conuertunt, nisi ex eo, quod declaratũ, est ꝙ vtrunq; eorum est æternum, fecit
B de hoc rememorationẽ. & dixit: Si igit non generabile, &c. &, quia declaratũ est etiã, cum posuerimus ꝙ oē generabile est corruptibile, & ꝙ hoc conuertitur, s. ꝙ oē non generabile est nõ corruptibile, & ꝙ hoc cõuertatur, & hęc est conuersio primę demõnis, voluit conuertere secun-
al. primo dam. s. vt prima declaret ꝙ oē generabile ē corruptibile, & ecõuerso. deinde ex hoc declarabit ꝙ oē non generabile est & nõ corruptibile, & econuerso. & d. & verificatio huius
C est ꝙ alterũ illorum sequit alterum, quemadmodum ego sum dicẽs. i. & iam declaratũ est ꝙ nõ corruptibile est non generabile: & ꝙ hoc cõuertitur ex eo, ꝙ generabile, & corruptibile conuertunt. & hoc est conuersum primæ demõnis. & non est petitio principij: qm̃ ꝓpõnes, quibus vtitur in vna, non vtitur in altera.

Et, quia in hac declaratiõe vult ponere conuersionẽ generabilis, & corruptibilis esse fundamentum ad conuersionẽ non generabilis, & nõ corruptibilis, incœpit declarare ꝙ generabile, & corruptibile conuertunt, &c. Et verificatio huius est illud, ꝙ superius diximus, ꝙ ex illo, &c. i. & D
verificat ꝙ generabile, & corruptibile conuertunt ex eo, ꝙ dixim⁹ superius, s. ꝙ impossē est vt generabile sit non corruptibile, aut vt corruptibile sit nõ generabile. hęc enim duo sunt medium inter illud, quod semper est ens, & inter illud, quod semp est non ens, & non est alterũ eorũ, sed habet potentiã vt sit ens, & vt sit non ens. Et, cũ dixit ꝙ hæc duo sunt media inter illud, quod semp est nõ ens, & inter illud, quod semper est, s. ens in alia hora, & nõ ens in aliqua, incœpit declarare hęc literis.


Si ergo est qd generabile, aut E
corruptibile, necesse est hoc mediũ esse. Sit enim A, quod semp est, B aũt quod semper non est, C vero generabile, D aũt corruptibile. necesse est itaq; C medium esse inter A, & B. horũ enim ad neutrum terminũ tempus est, in quo aut A non erat, aut B erat. generabile aũt est necesse aut actu, aut potentia esse, ipsis autem A B neutro modo. quanto igit quodam, & determinato tpe ipsum C & erit, & rursus nõ erit. sil̃r autem & in ipso D corruptibili. ge F
nerabile igitur, & corruptibile vtrunq; est. sequit̃ur igitur seinuicē generabile, & corruptibile.

Dicamus etiam quòd omne corruptibile necessario est medium inter duo, sicut diximus superius. Sit igitur A illud, quod semper ē ens, & B illud, quod semper est nõ ens, & C generabile, et D corruptibile. manifestũ est igitur quòd C est inter A, & B. A autem, & B non

habent

G *habent finem, neq; vltimum in tẽpore. generabile aũt habet finem, & vltimitatẽ in tempore, aut in actu, aut in potentia. A autem, et B non habent finẽ in tempore, neq; in actu, neq; in potentia: quia non ſunt in aliquo tẽpore ens, & in aliquo non ens: ſed alterum eorum eſt ens in tempore infinito, & reliquũ* K *nõ ens in tempore infinito, & ſimiliter D habet finem, & vltimum, vt C, aut in actu, aut potẽtia. omne igitur generabile eſt corruptibile, & omne corruptibile generabile. declaratum eſt igitur quòd generabile, & corruptibile ſe ſequuntur.*

Figura, oſtendens generabile, & corruptibile ſe mutuo ſequi.



128 Dixit: Dicamus etiam ꝙ oẽ corruptibile neceſſario eſt mediũ inter duo. & intendit p duo, illud, quod eſt ens ſemp, & illud, quod eſt non ens ſemp. D. incœpit demonſtrare hoc literis, & d. Sit ergo, &c. D. d. manifeſtum eſt igit᷑ ꝙ c eſt inter A, & B. i. &, cũ ita poſuerimus, manifeſtũ eſt igit᷑ ꝙ c, quod eſt generabile, cadit inter A, quod eſt ſemp ens, & inter B, quod eſt ſemp non ens. D. dedit demonſtrationẽ ſuper hoc, quod cadit inter duo extrema, & dixit. A enim & B nõ habent finem, &c. i. & ſignũ, ꝙ generabile eſt mediũ inter illud, quod eſt ſemp ens, & inter illud, qđ ſemper eſt nõ ens, eſt, quia eſſe eius, quod eſt ens ſemp, & eſſe eius, quod eſt nõ ens ſemp, eſt infinitũ. generabile aũt habet finẽ in tpe. i. quia eſt ens

A ens in aliquò tpe, & eſt non ens in aliquo. & iſte ſermo cõponit᷑ ſic in ſecũda figura. ſequit᷑ enim ex hoc ꝙ illud, quod hẽt generationẽ, non eſt ſemp ens, neq; ſemp nõ ens: ergo neceſſario eſt mediũ. cõicationẽ enim hẽt cum non eſſe, quia inuenit᷑ poſt nõ eſſe, & hẽt cõicationẽ cũ eſſe, qa exit à nõ eſſe ad eſſe. Et D. generabile aũt habet finẽ aut ī actu, aut in potentia. quia generabile, quãuis ponatur perpetuũ, continget vt ſit corruptibile in potẽtia, quãuis non corrũpat᷑ in actu. & põt intelligi ꝙ finis, quẽ habet, eſt p alterã iſtarũ diſpoſitionũ, aut aliqñ in actu, aut aliqñ in

B potentia: & eſt dignius, quia nõ intendit p hunc ſermonẽ declarare ꝙ generabile in actu ẽ corruptibile in actu. Et, cum poſuit ꝙ generabile habet finẽ in tpe, aut in actu, aut in potentia, dedit ꝓpõnẽ ſecundam ad eã declarandam, & eſt quã* poſt poſuit, & dixit A aũt, & B non habent finẽ in tpe. i. illud, quod eſt ſemper ens, & quod eſt non ens ſemp. D. dedit declarationẽ ſuper hoc, & d. quia non ſunt in aliquo tpe ens, & in aliquo tpe non ens. Et, cũ declaratum

C fuit ei quod neceſſariũ eſt vt generabile ſit mediũ inter ens ſemper, & nõ ens ſemp, declarauit ẽt ꝙ corruptibile neceſſe eſt vt ſit mediũ p illã eandẽ declarationẽ, & dixit: & ſimiliter D, &c. i. & ſiꝫ eſt D, quod ẽ corruptibile, habens finẽ in tpe, aut in potentia, aut in actu, econtrario illi, quod eſt ſemp ens, & quod eſt ſemp non ens. Et, cũ declarauit ꝙ generabile eſt mediũ inter hæc duo, & ſiꝫ corruptibile, concluſit ꝙ corruptibile eſt idem cũ generabili, ſ. ꝙ omne generabile eſt corruptibile, & econuerſo. & hoc non verificatur, niſi cũ

al. primo

concedatur fuerit ꝙ inter ens ſemp, D & non ens ſemp eſt tñ vnũ mediũ. Dicentes aũt ens ſemp in præterito, ſed in poſtremo corruptũ, & generatũ, ſed perpetuum in futuro, ponunt tria media inter hæc duo, ſ. generabile, & corruptibile, & generatũ nõ corruptibile, & corruptũ non generabile. Sed vī ꝙ Ariſt. non induxit tales declarationes, niſi ad iuuandum. & fortitudo earum nõ eſt niſi fortitudo inductionis, in qua perfi-ciunt᷑ oĩa particularia: & eſt primus ordinũ certificationis. & ideo confirmauit ipſam p prædictã declarationem, quæ eſt ſuſteneamentũ huius E capituli. & viſus eſt hoc confirmare, dicendo ꝙ illud, in quo eſt potentia ad eſſe, aut non eſſe infinita, impoſſe eſt vt ſit in ꝓterito abſq; futuro, aut in futuro abſq; præterito. infinitũ aũt cõprehendit duo tempora neceſſario, niſi eſſet infinitũ maius infinito. ponens aũt æternũ corruptibile, aut generatũ perpetuum, ponit potenti ãinfinitã non cõprehendentẽ duo tempora. quod eſt impoſſibile. &, cum ita ſit, generabile igitur eſt ens in tpe finito, & ſimiliter corruptibile, & non ens in tpe finito. &, cũ ens in tempore finito, & non ens in tempore finito conuertantur cũ generabili, & corruptibili, neceſſe eſt vt conuertantur inter ſe.

Inductio, ſ qua inducunt᷑ oĩa ſingularia ẽ prim⁹ ordinũ certificationis.

Ponẽs ꝙtet nũ corruptibile aut gñatũ, ponit potẽtiã infinitã ñ cõprehendẽtẽ duo tẽpora.


F

Si itaq; in quo E, ingenerabile, id aũt, in quo F, generabile, id vero, in quo G incorruptibile, id aũt, in quo H, corruptibile. Ipſa igitur F H ꝙ ſequuntur ſe inuicẽ oſtẽſum eſt. Quando itaq; ſic poſita ſunt, vt hæc, velut F quidẽ, & H conſequentia, E vero, & F nullum eidem, quodlibet autem horũ

G horum alterum, ſiſt aũt & ipſa G H, neceſſe eſt & ipſã E G ſequi ſeinuicem. Sit enim E nõ ſequẽs G, ipſum igitur F ſequetur: quodlibet enim aut E, aut F. at vero & H id, quod F, ipſum igitur G ſequetur H. ſed ſupponebatur impoſſibile eſſe. Eadem aũt ratio ẽ ꝙ G ſequaẽ E. ſed ſic ſe habet ingenerabile, in quo E ad generabile, in quo F, vt & in corruptibile, in quo G, ad corruptibile, in quo H.

H *Sit igitur non generabile A, et generabile C, & non corruptibile B, & corruptibile H. dico quod C, & H conſequuntur ſe, cũ fuerint, ſecundum quòd narrabo ex literis* K *his, quas dicam modo. C autem, & H ſequuntur ſe, A autẽ, & C nõ cadũt ſuper idem, ſed hoc ſuper rẽ, & hoc ſuper aliã, & ſimiliter H, & B. ſi igitur ita ſit, H, & C ſunt conſequẽtia ſe. Sit igitur H non cõ ſequens C, tunc igitur erit C conſequens A: H enim & C nõ cadũt ſimul ſuper idem. A autem, & B cadunt, cõſequetur igitur H ad B. quod eſt impoſsibile, propter hoc, quod ſuperius diximus. Et ſimili-* L *ter erit actio de A, & B, propter hoc, quòd A ſequitur B.*

Figura, oſtendens ingenerabile, & incorruptibile ſe inuicem ſequi, quia & generabile, & corruptibile ſe conſequuntur. & eſt argumentum à commutata, vel coniuncta conuerſione ex Secundo Priorum reſol. Cap. 22.



Vult

129 Vult in hoc capitulo declarare ꝙ, A cum fuerint duo termini oppoſiti, diuidentes verum, & falſum in oĩb⁹ entibus, & duo alij ſiſt, & conuertit vnus vnius diuiſionis cum vno alterius, tunc neceſſario reliquus cũ reliquo. & vult declarare hoc generaliter, ſicut fecit in Analyticis: ideo ac In 2. Priorũ. ca. 22. cepit literas loco oppoſitorũ. &, cũ declarauit hoc declaratione vſi, dicet ꝙ generabile & non generabile, & corruptibile & non corruptibile ſunt ex hmõi oppoſitis: quapropter concludet ꝙ, cum vnus duo⁹ termi B norum ex vna diuiſione horũ quatuor, ſ. generabile, & corruptibile, nõ generabile, & non corruptibile, conuertet cum alio termino ſecũdæ diuiſionis, neceſſe eſt vt reliquus cũ reliquo. Incœpit igitur prius, & poſuit queſitũ, quod declarare intẽdit, & d. Sit igit nõ generabile A, &c. i. & manifeſtabit modo ꝙ generabile, & corruptibile, & nõ generabile, & nõ corruptibile, ſi vnũ conſequit vnũ, & reliquum reliquũ ex eo, quod dicam.

D. d. dico ꝙ C, & H. cõſequunt, &c. ideſt & dico ꝙ generabile, ſ. C, & corruptibile, ſ. H neceſſariũ eſt vt cõuertantur, cũ poſuimus ꝙ A, ſ. nõ generabile, & B, ſ. nõ corruptibile cõuertunt. huiuſmodi declaratio eſt, ſm ꝙ narrabo, cũ acceperimus loco literarum oppoſita, & cum declarauerimus hoc ĩ eis, & mutauit declarationem ad oppoſita in eo, ꝙ ſunt oppoſita, quia, cũ hæc intẽtio verificabit in oppoſitis, verificabit etiam in eis, qnæ ſunt ſub oppoſitis. & fecit hoc, vt demõſtratio eſſet eſſentialis, & prima, vt declaratũ eſt in Poſterioribus analyticis. qm̃, ſi hoc declaraſſet in generabili & non generabili, & corruptibili & non corruptibili, eſſet demõſtratio accidẽtalis: & quaſi declararet quòd D triangulus iſocheles haberet tres angulos duob⁹ rectis æquales. Hoc igitur intendebat, cum dixit: cum fuerint ſm ꝙ narrabo ex literis iſtis, q̃s dicam modo. i. cum acceperim⁹ has literas loco oppoſitorum ſimplr: & eſt illud, quod narrauit. D. d. & etiã C, & H conſequunt ſe. i. dico, cũ acceperim⁹ has literas, quas acceperim⁹ loco generabilis, & non generabilis, & corruptibilis, & non corruptibilis loco oppoſitorum ſimplr, ita ꝙ A, & B conuertant, & tunc C, & H conuertent. conditiones aũt in iſtis duabus diuiſionib⁹ ſunt duæ, ſ. vt vtraq; E diuiſio diuidat verum, & falſum in omnibus entibus. & vt vnus vnius diuiſionis conuertat cũ vno alteri⁹.

Et, cum poſuit ꝙ, cum A, & B conuertant, neceſſariũ eſt ꝙ H, & C conuertantur; quãuis ipſe non propalauit illud, quod eſt quaſi præcedens, ſed illud, quod eſt quaſi conſequẽs, induxit demonſtrationem ſup hoc, & dixit: A autem, & C. i. non cadunt ſuper idem, ſed hoc ſup rem, & hoc ſuper aliam rem. i. & demonſtratio huius vt proponamus huic, qđ proponendum eſt ex eis, quæ propoſuimus, & eſt ꝙ A, ſcilicet vnum oppo- F ſitorũ, & C, ſ. alterum oppoſitorum non dicantur inſimul de eodem, & ſimiliter alia duo oppoſita, ſ. B, & H.

Et, cũ poſuit has duas propoſitiones, dicit: ſi igitur ita ſit, H, & C ſunt conſequentia ſe, cum poſuimus A, & B conſequentia ſe. D. d. demonſtrationem huius ducentem ad inconueniens, & d. Sit igitur C nõ conſequens H, &c. i. quia, cum C non ſequebatur H, i. cum C non dicatur de H, neceſſe eſt vt dicatur de hoc oppoſitum, quod eſt A, cum C, & A non

M dicant

G dicantur insimul de eodem, neq; de nudeę ab altero eorũ ens. Et,cũ proposuit ϕ,si non dicaę de H,necesse ę vt dicatur A de ipso,coniungit huic ꝓpõnem,quam primo posuit,& est ϕ A,& B dicunę de seinuicẽ,&dicit: A aũt,& B cadunt super idem. ideſt & vtrunq; illorũ iam positũ est conuerti cũ suo compari, cũ dicanę de eodem,quod est eorum subiectum.

D.d. consequeę igitę H ad B. quod est impoſſe.i. cum posuim⁹, quod H consequaę A, & B etiã consequatur A, necesse est vt H consequaę B.i. ϕ si H fuerit, B erit:sed iam posita fuerunt opposita,nõ cõuenientia eidẽ. quod est impoſſe. &,cũ declarauit ϕ si A,& B cõuertanę, necesse est vt C, H & H conuertanę, incœpit declarare cõuersum,ſ.ϕ,si C,& H conuertanę, necesse est vt A, & B conuertantur, & dicit: & siſr erit actio de A, & B. ideſt & similiter comparabuntur in demonstratione ϕ A, & B conuertantur adinuicem,cum posuerimus ϕ C,& H conuertantur.

Quoniam textus Auerrois à cõmen. 130. vſq; ad 139. non correſpondent veræ literæ Ariſtotelis, neq; ipſa iuxta illos diuidi concinne poteſt, ideo eam non diuiſam vſq; ad illum locum connexim⁹.

I Dicere autem nihil prohibere generatũ quippiam esse incorruptibile, & ingenerabile existens corrumpi,semel existente, huic quidẽ generatione,huic aũt corruptione,perimere est datorum aliquid. Aut enim infinito, aut quãto quodam determinato tẽpore possunt omnia aut agere, aut pati,aut esse, aut non esse,& infinito,propterea ϕ determinatum est aliquo modo infinitum tẽpus,quo non est maius. quod aũt aliquo pacto ẽ infinitũ, neq; infinitũ est, neq; determinatũ.

Præterea, cur potius in hoc signo id,quod semper erat prius, corruptum est,aut id,quod non erat ĩfinitũ,generatũ,est:si enim nihil potius, infinita aũt sint signa,palam est ϕ infinito tẽpore erat aliquid generabile,& corruptibile. potest igitur non esse infinito tpe. simul enim habebit potentiã vt non sit, & sit,ipsum H L quidẽ prius, si corruptibile, ipsum aũt posterius. si generabile. quare,si posuerim⁹ esse quę possunt,opposita simul erunt. Amplius aũt & hoc simiłr in omni signo existet. quare infinito tpe existendi, & nõ existendi habebit potentiam.sed ostẽsum est ϕ impoſſe est hoc. Amplius,si pri⁹ potentia existit actu, omni existet tpe & quod ingenerabile ẽ, & non ens infinito tpe, fieri aũt potest. simul igitur non erat, & existendi potentiam habebat,et M tunc existendi,& posterius infinito tempore. Manifestũ est autem & aliter ϕ impoſſe sit quod corruptibile est non corrumpi aliquãdo. semp enim erit,simul & corruptibile, & incorruptibile actu.quare simul erit possibile & semper esse, & non semper. corrũpitur igitur aliquãdo corruptibile.&,si generabile est, factum est: possibile enim est factum esse,& non semper esse.

Ista pars, vſq; ibi Est aũt, vĩ correſpõdere t.c.137.

Est

A Ista ps vſque ibi Atqui, vĩ correſpõdere t.c.138.

Est autem & sic consyderare ϕ impossibile est aut factum aliqñ quippiam incorruptibile perdurare, aut quod ingenerabile est, & semper prius existẽs corrũpi. nihil enim à casu aut incorruptibile, aut ingenerabile eẽ potest.

Quod enim à casu est, & quod à fortuna,præter id,quod semp, & quod vt plurimũ,aut est, aut fit. quod aũt in finito tempore aut simpliciter,aut ab aliquo tẽpore est,aut semper,aut vt plurimum existẽs est. Necesse est igit natura talia qñq; quidem esse, qñq; autem nõ. talium aũt eadẽ potentia est contradictionis & materia causa est vt sint, & non sint. quare necesse ẽ simul existere actu opposita. At vero neq; verum est dicere nunc ϕ est in priore anno,neq; in priore anno ϕ nunc est. Impossibile ergo est id,quod noñ est aliqñ,posterius sempiternũ esse. habebit enim posterius,& eã,quæ est, non existendi potentiã. Verum non eã, C vt tunc non sit,quãdo est(existit enim actu ens) sed in anno priore,& præterito tẽpore. Sit itaq; id, cuius habet potentiam, existens actu. erit igitur verum dicere nũc ϕ nõ est ĩ priore anno. sed impossibile est. nulla enim est potentia ipsius fuisse, sed ipsius esse,aut futurum esse.

Tex. Auctoris.

Dicamus modo ϕ non generabile,ſ.A, differt à generabili, ſ. C,& ϕ non corruptibile,ſ. B differt à corruptibili,ſ. H,& non cadunt A,& C insimul super idem, neq; B, & H cadunt etiã insimul D super idem. sicut diximus superius. impossibile est enim vt idẽ sit factum nouẽ, & æternum. & impossibile est etiam vt idem sit corruptibile,& nõ corruptibile scilicet semper infinitum.

Cum declarauit hanc cõuersionẽ 130 ĩ oppositis, sm ϕ sunt opposita,vult demonstrare ϕ in generabili, & nõ generabili,corruptibili, & nõ corruptibili inueniunę conditiones, quæ cũ inueniant in oppositis, inueniet in eis cõuersio, vt concludat ϕ in generabili,& non generabili, corrupti E bili, & nõ corruptibili inueniaę conuersio. Et d.dicam⁹ modo ϕ nõ generabile,&c.i.ϕ generabile,& nõ generabile sunt opposita,& siłr corruptibile,& non corruptibile. D.d.& nõ cadũt A,& C insimul sup idem.i. & dixim⁹ ϕ generabile, & nõ generabile sunt oppositа : qm non cadũt in idẽ insimul,neq; est aliquid absq; altero. & siłr de corruptibili, & non corruptibili. Deinde affirmauit ea esse non conuenientia eidẽ,& dixit: impoſſe est enim vt idem sit factum nouè, & æternũ,&c. i. & diximus ϕ generabile,& non generabile nõ cõ F municant in eodẽ : quia notũ est ꝑ se ϕ impoſſe est vt idem sit factum nouè,& non factum.& siłr de corruptibili,& non corruptibili.i. quia impossibile est vt idẽ sit corruptibile, & incorruptibile in eodem tpe.

Manifestũ est igit quod C, & H consequuntę se, & cadũt super idem.idem enim põt esse generabile,& sub corruptione. Oẽ ergo generabile est corruptibile,et oẽ corruptibile est generabile.

G & fiſt A, & B cadunt, ſuper idem, & cõſequuntur ſe. qm̃ idem põt eſſe non generabile, & nõ corruptibile. ſicut igitur eſt non generabile, erit non corruptibile, & ſicut eſt non corruptibile, erit ẽt non generabile.

131 Cum declarauit hanc conuerſionem in oppoſitis ſimplr, deinde in generabili & non generabili, corruptibili & nõ corruptibili, dedit concluſionem, quã intendebat declarare, & d. Manifeſtum eſt igitur, &c. i. & intendebat per C, & H generabile, & corruptibile, non oppoſita ſimpliciter, ſicut fecit ante. & ſignum huiꝰ

H eſt hoc, ꝙ d. qm̃ idem erit generabile ſub corruptione. i. declaratum eſt igitur ex hoc, ꝙ omne generabile ẽ corruptibile, & omne corruptibile eſt generabile. &, cum declaratũ eſt ꝙ termini, qui conueniunt ex talibꝰ oppoſitis in eodem, ſi vnum par cõuertitur, & reliquum par cõuertet.

Termini, q ex oppoſitis cõueniunt, ſi vnum par conuertũ, & reliquũ. Idẽ ſ. 126. & 129.

D. d. & ſimiliter A, & B. ideſt & ſimiliter apparet ꝙ non generabile, & non corruptibile conuertunt ita, ꝙ omne non generabile eſt nõ corruptibile, & econuerſo.

I Dicens aũt nõ eſſe impoſſe vt aliquid generatũ ſit non corruptibile, & aliquod antiquũ corruptum, quaſdã deſtruit ppoſitiones, quas poſuimꝰ, & ſyllos, quos fecimus. facit enim nõ corruptibile generatũ, & antiquũ non generabile facit corruptũ.

132 Cõtradicit per hunc ſermonem dicentibus generabile eſſe æternũ, aut corruptibile eſſe æternum, & dixit ꝙ qui hoc fingit neceſſarium eſt ei deſtruere propoſitiones, & ſyllogiſmos, quos declarauit. dicet enim K contradictorium duarum illarum propoſitionum. qm̃ propoſitiones, & ſyllogiſmi, quos induximus, dant vt æternum impoſſibile eſt eſſe generabile, aut corruptibile.

PARS OCTAVA.

Deſtruit ſententiam dicẽtis hic eſſe aliquid æternum corruptibile, aut genitum incorruptibile, aut habens potẽtiam ad corruptionem non corrumpi.

PErſcrutandum eſt igit̃ de hoc, dicẽdo ꝙ quilibet habet potentiã aut patiendi, aut agendi, aut vt ſit ens, aut vt ſit nõ ens, & hoc aut in tpe infi- L
nito, aut in tpe finito, habente principiũ, & finẽ. & tempus infinitũ eſt ẽt terminatũ, cum poſt ipſum nõ ſit tp̃s, neq; inuenitur tẽpus maius illo. infinitũ autẽ in aliquo tpe non eſt æternũ infinitum, neq; etiam eſt terminatũ, habens principium, & finem.

Vult perficere rationes iſtius capi- 133
tuli, ſ. ꝙ impoſſibile ẽ vt aliquid ſit genitum, & poſt æternum, & vt aliquid ſit æternum, & poſt corruptũ.

Et hoc intendebat, cum dixit: Perſcrutãdum eſt. i. perficiendæ ſunt ra- M
tiones. & dixit quilibet habet potentiam aut patiendi, &c. i. potentia, & actus attribuuntur rei quatuor modis, potẽtia vero duobus modis, aut potentia, quæ agit, ſ. actiua, aut quæ patitur, ſ. paſſiua. D. d. aut eſt non ens, aut eſt ens. i. actus vero, aut datꝰ eſt ad eſſe, aut ad non eſſe. ſ. aut eſt nõ ens in actu, aut ens in actu. quaſi ergo dicit ꝙ res aut erit in actu, aut potentia: & q̃ eſt in actu aut eſt ens, aut nõ ens: & q̃ in potẽtia aut patiendi, aut agẽdi. D. d. & hoc aut in tpe infinito,

A infinito, &c. i. & hæc diuiſio nota eſt p ſe, ſ. ꝙ inter finitum, & infinitũ nõ eſt mediũ. Et, quia dicẽtes generatũ remanere æternũ, & non corrũpi in poſtremo, *& ęternum in futuro, & corrũpi in ꝑterito, faciunt tẽpus infinitũ tribus modis, incœpit deſtruere hãc opinionẽ de infinito, & dixit:

*a. l. & ęternũ in ꝑterito corrũpi i futuro

Vide cõ. 42. tertij huius.

& tempus infinitum eſt ẽt terminatum, &c. i. & impoſſe eſt, vt ſit tẽpus maius tpe infinito. qm̃, ſi eſſet, eſſet infinitum maius infinito. & hoc ſequit̃ dicentẽ eſſe infinitũ: & hoc in tpe præterito, & finitum in futuro, aut ecõuerſo. Et non debet aliquis

B dicere, ꝙ hęc intẽtio non eſt deleta in tpe. qm̃, ſi inuenimus hoc tp̃s prę ſens, inuenimus ꝙ tp̃s, quod eſt ante ipſum, eſt infinitũ, & quod eſt poſt ipſum, eſt infinitũ, ſm ſententiã dicentis mundũ eſſe æternũ. qm̃ non inuenietur hoc in tpe, niſi accidentaliter, cum nihil ex tpe exiſtit in actu. Quod aũt eſt impoſſe, eſt, vt infinitũ ſit in actu maius infinito. & hoc aut potẽtia, aut in eſſe: qm̃ potentia, quę remanet in infinito in tpe præterito abſq; futuro, aut in futuro abſq; præterito, eſt potẽtia, quæ põt facere aliquid infinitũ. Impoſſe eſt igit̃ vt po-

Digreſſio, i qua oſtẽdit quõ in infinitũ põt inueniri, & maxime i tempore.

C nat̃ in præterito abſq; futuro, aut in futuro abſq; ꝑterito nisi potẽtiæ infinitæ adderẽt ſupra ſe. quod eſt impoſſibile. Et ideo dixit, ꝙ tp̃s infinitum eſt terminatũ. ideſt impoſſe eſt vt aliquid addat̃ ſupra ipſum, ſ. tempus eius de potentiæ infinitæ. Et, cũ ita ſit, oĩs ergo potentia aut agit in tpe finito, aut infinito: & quę agit in tpe infinito, eſt eadem potentia tm̃. & manifeſtũ eſt ꝙ hæc demõſtratio differt à prædictis demonſtrationibus.

Impoſſe ẽ ꝙ potẽtiæ infinitę ad dat̃ ſupra ſe. Idẽ ſupra, 124.

D. d. infinitum autẽ in aliquo tpe non eſt æternum infinitum, neq; ẽt eſt terminatum, habens principiũ, D & finem. i. illud, quod habet potentiam infinitã in tpe terminato, aut in præterito tm̃, aut in futuro tm̃, non eſt in tpe æterno, nec in tempore terminato: & inter æternũ, & terminatum non eſt medium.

Et etiam illud, ꝙ in primo eſt æternũ ens, deinde fuit corruptibile in tpe eiꝰ, quod eſt infinitũ, ſcilicet in tpe eius, quod nõ fuerit primo non ens, deinde in poſtremo fuit nõ ens, et in alio tpe. Si igit̃ tempora nõ diuerſantur, E
quia ſunt infinita, manifeſtũ eſt, ex quo diximus ꝙ aliquid generatum fuit in tpe infinito, & ꝙ aliquid fuit corruptibile, & eſt ęternum infinitum in tpe. quod eſt impoſſibile. Generatũ enim impoſſibile eſt vt ſit ſemper. & etiã corruptibile impoſſibile eſt vt ſit æternum, ſed tamen poſſunt eſſe ens, & non ens. qm̃ corruptibile hẽt potentiã, vt nõ ſit ens in poſtremo, et generabile hẽt potentiã, vt ſit nõ ens in primo.

Ideſt ꝙ illud, quod eſt æternũ in 134
ꝑterito, deinde in poſtremo eſt cor- F
ruptũ, habet potentiã ad corruptionem in tpe infinito, & eſt tp̃s, in quo fuit ęternũ. Et, hoc intendebat, cũ dixit, ſ. in tpe eius, quod nõ fuit prio non ens, deinde in poſtremo fuit nõ ens. & d. hoc, quia illud, quod primo fuit nõ ens, deinde poſt fuit ens, eſt generatũ. D. d. Si igit̃ tempora nõ diuerſant̃, &c. i. &, ſi aliquid inueniat̃ generatũ, poſtq̃ fuit nõ ens in tpe infinito, tũc inueniet̃ in generato potentia generationis cũ tpe infinito,

G & in corruptibili potẽtia corruptionis in tpe infinito: ſed tempus infinitum non diuerſat, ita, ꝙ poſſum⁹ dicere ꝙ tps potentiæ ad aliquid in eo eſt aliud à tpe actionis: quapropter neceſſariũ eſt vt illud, quod eſt non ens ſemp, nõ ſit generabile, & quod eſt ens ſemp, ſit nõ corruptibile. diſtinguendũ eſt enim tps eſſe à tpe eius, quod eſt nõ eſſe. &, cũ poſuerimus tps eſſe, aut nõ eſſe infinitũ, nõ inuenietʳ temp⁹, quod dignius ſit ad eſſe, q̃ ad non eſſe, aut ecõuerſo. neceſſe eſt igitur vt illud, quod eſt nõ ens in tpe infinito, ſit nõ ens ſemp, ſ.

H in toto tpe: & ſi ſit illud, quod eſt ens in tpe infinito, ſit ens ſemp. D.d. Generatũ enim impoſſe eſt vt ſit ſemper. &c. põt intelligi & pp hoc generatum impoſſe eſt vt ſit ſemper non ens: qm̃ tunc eſſet non generatum. & ẽt æternum impoſſe eſt vt ſit corruptũ: qm̃ tunc eſſet non æternum. Et põt intelligi ꝙ generatũ impoſſe eſt vt ſit ſemp ens: quia tũc eſſet nõ generatum: quia tps non eſſe in eo non diſtinguitur à tpe eſſe, cũ tempus eſſe eſt infinitũ. Et, cum dixit ꝙ generatum impoſſe eſt vt ſemp ſit ens, & ꝙ illud, quod ſemp eſt ens, im-

I poſſibile eſt vt ſit corruptũ, demonſtrauit ꝙ generabili contingit contrarium, & eſt vt aliqñ ſit ens, & aliquando non ens, & ſi ſit corruptibili, & d. ſed tñ poſſunt eſſe ens, & non ens. ideſt aliqñ ens, aliqñ non ens. D. dat driam inter generabile, & corruptibile in hoc, ſ. ꝙ in generabili

*a.l.p̃cedit tps eẽ per tps eⁿ, qđ eſt nõ eẽ. *præcedit tempus non eſſe ad tẽpus eius, quod eſt eſſe, & ecõuerſo in corruptibili, & dixit: qm̃ corruptibile habet potentiam, &c.i. ſed corruptibile differt à generabili ĩ hoc, ꝙ corruptibile habet potentiam, vt in poſtremo ſit non eus, generatum autẽ K habet potentiã, vt in primo ſit non ens. Et ſecundũ hoc, quod explanauimus, erit demõnis principium, quod, cũ generabile ponatur ens in tpe infinito, contingit vt non ſit generabile: &, cum ens in tpe infinito ponatur corruptibile, cõtingit ꝙ nõ ſit corruptibile. corruptibile enim, aut generabile eſt, cum tempus ſui eſſe eſt diſtinctum à tpe ſui nõ eſſe.

Fundamentum aũt prædictæ demonſtrationis eſt ꝙ nulla potentia eſt media inter finitũ, & infinitum, cum potentia infinita ſit vna tantũ L potentia. demonſtratio ergo in hoc capitulo ſuper hoc eſt alia à demonſtratione prædicta in p̃cedenti cap.

Themiſtius aũt explanauit prædictum caput alio modo. dicit enim Themiſtij expoſitio. ꝙ primo declarauit in eo Ariſto. ꝙ omnis potentia eſt finita, ſiue fuerit in tpe finito, ſiue fuerit in tpe infinito, & ſimiliter quæ eſt in tẽpore infinito, eſt etiam finita. deinde poſuit ꝙ in generabili ẽterno, & in corruptibili æterno contingit vt potentia ſit infinita. & cum omnis potẽtia ſit finita: ergo poſitio iſtius potentiæ ẽ impoſſis. & cum non ſit potentia, nõ M generatio, neq; corruptio. potentia enim ẽ generabilis, & corruptibilis. D. declarauit in ſecundo capitulo ꝙ potẽtia, quę eſt in generabili, & ẽterno corruptibili neceſſe eſt vt ſit infinita, & eſt vna propoſitionũ acceptarum in demõne primi modi: non igitur erunt duæ demrationes.

Et ſm hanc explanationem nõ intendebat, cum dixit in primo capitulo, tempus infinitum eſt terminatum, declarare ꝙ impoſſibile eſt ꝙ potentia infinita ſit maior potentia infinita, vt nos explanauimus, ſed

intendebat

A intendebat dicere ꝙ potẽtia, quæ eſt in tpe infinito in duobus extremis, eſt aliquo modo finita. quaſi igitur dicat ꝙ omnis potẽtia eſt finita. qm̃ aut erit in tpe finito, aut in tempore infinito: & quocunq; modo ſit, erit terminata. tempus enim infinitum

In tex. 133. eſt terminatũ aliquo modo. Et ſm hoc eſt intentio ſui ſermonis etiam ibi, infinitum aũt in aliquo tpe, &c. ideſt illud aũt, quod eſt æternum in aliquo tpe, potentia eius non eſt infinita, ſicut potentia æterni in omnibus temporibus: neq; potentia ei⁹ eſt, ſicut potentia eius, quod ẽ in tpe

B infinito. D. incœpit poſt hoc in eo, quod eſt æternũ in aliquo tpe, & d. Et etiã illud, quod in primo eſt ẽternum ens, &c. i. & dicamus etiam ꝙ potentia eius, quod ſemp fuit in prẽterito, & in poſtremo eſt corruptũ, ad corruptionem eſt infinita potentia: & ſimiliter potentia eius, quod generatur, poſtq̃ non fuit in tẽpore infinito ad generationem', eſt infinita: & concludit ex hoc ꝙ in hoc modo entis non eſt potentia ad generationem, neq; ad corruptionẽ. & hæc explanatio eſt propinqua noſtræ explanationi: ſed differũt à prẽ-

C dicto cap. nos vero ponimus ipſum capitulum declarationẽ per ſe. Themiſtius autem poſuit ipſum dependere cum ſecundo. & bene tolerabiles ſunt ambæ explanationes.

Dicamus autem ꝙ contraria nõ cõueniunt inſimul in aliqua hora temporis infiniti. qm̃, ſi cõueniunt in aliquo tempore, tunc idem habebit potentiam vt ſit, & non ſit in tempore infinito. quod eſt impoſſibile, ſicut declarauimus ſuperius.

Cum induxit hanc declarationẽ, 135 confirmauit ipſam p hanc declara- D tionẽ, ſuper quã ſuſtentatur in hoc, & eſt ꝙ ponenti hoc cõtingit vt poſſibile ſit impoſſe, & d. ꝙ cõtraria nõ cõueniunt, &c.i. ꝙ, cũ poſitum fuerit tps eſſe vnius dictorũ duorũ contrariorũ, & potentiæ ad eſſe alterius contrarij tps infinitum, cõtinget vt duo tempora eoꝝ ſint idem. ſi igit ponatur potentia illorum in aliquo tpe eſſe ens, cõtingit ꝙ & contrariũ eius in aliquo tpe ſit ens: quia ſuum eſſe eſt etiam infinitum in tẽpore. &, cũ ita ſit, poſitio eius erit ad eſſe ens ĩ actu falſa impoſſibilis: & illud, E cuius in actu exitʳ fuit impoſſibilis, nullam potentiã habebit. D. d. qm̃, ſi conueniunt in aliquo tpe, tunc illud idem habebit potẽtiam vt ſit, & vt non ſit in tpe eodem. i. & contingit ex hac poſitione duo cõtraria in actu eſſe. quia, cum poſuerimus aliquod ens habere potentiam ad eſſe in tempore infinito, & non eſſe, erit tempus exitus duarum potẽtiarum in actu idem tempus. erit igitur idẽ habens potentiam vt ſit, & vt nõ ſit in eodem tẽpore. v.g quia, ſi in Socrate eſt potentia ad ſurgendum, & ad ſedendum in eodem tempore, ne F ceſſario inuenietur in eodem tempore ſedens, & ſurgens inſimul. &, ſi poſuerimus hoc in eo cadens in tempore alio à tempore ſui caſus, erit falſum poſſibile, non falſum ĩpoſſibile. quod eſt inconueniens.

Et dicamus etiam ꝙ potentia eſt ante actum, ſ. ꝙ res habet potentiam vt ſit aliquid, antequã faciat ipſum. Et, cũ ita ſit, erunt res, ſm ꝙ dicunt, ſemp ſine fine, ſ, illud, quod ſemper fuit ens,

M iiij et

G & illud, quod in postremo fuit ens, vt sint semper sine fine. semper erunt res habentes potentiã vt sint, & non habent potentiã vt sint ens in tpe, & vt sint non ens in tempore infinito insimul.

136 Videtur ꝙ, cum declarauit ꝙ impossibile est vt aliquid, quod semp fuerit, & semp erit, habeat potentiã ad corruptionem, aut quod aliquid, quod semp fuit nõ ens, & semp erit non ens, habeat potentiã ad esse: cõtinget enĩ ex hoc ꝙ possibile reuertatur ad impossibile: vult mutare hanc
H declarationẽ ad illud, quod positum est semp esse in ꝑterito, sed in postremo corrumpit̃, & ad illud, quod potest generatũ, quod semp est ens in futuro. Et pręponit huic ꝓpõnem concessam, & est ꝙ necesse est vt potentia eius, quod generat̃, aut corrũpitur, sit ꝑcedens fm tempus generatum, aut corruptũ. Et hoc intendebat, cũ dixit: Et dicamus ẽt ꝙ potentia, &c. D.d. Et, cũ ita sit, &c. i. &, cũ potẽtia generationis, aut corruptionis præcedit tpe generationem, aut corruptionem, continget vt res, quę
I semp fuerint, & in postremo corrũpuntur, habeant potentiã ad corruptionem in tpe infinito: & sit̃ necesse est vt res, quæ generantur, postq̃ non erant in tpe infinito, habeãt potentiam ad generationem in tpe infinito. Et, quia hoc non contingit eis, nisi ꝓp hoc, quod ponunt generatum semp remanere in futuro, & corruptũ, quod semp fuit in ptærito, dixit fm ꝙ dicunt, semper sine fine. Et, quia dicit erũt res, demonstrauit in qbus rebus contingit hoc, & dixit, s. illud, qđ semp fuit ens, &c. ideest & intelligo ꝑ res, in quibus cõtingit vt sit potentia res, quæ semp K
fuerunt, & in postremo non sunt, & res, quæ semp non fuerunt, & in postremo sunt, s. ꝙ per *potentiam eorum in his duobus vt sint semp sine fine, contingit vt sit in eis potẽtia infinita, in vno vero eorũ ante generationẽ, in altero aũt ante corruptionem. Et hoc intẽdebat, cum dixit, vt sint semp sine fine. & hoc, quod dicit, semper habẽt potentiã vt sint est prædicatum illius, quod dicit erunt res, fm ꝙ dicunt. quasi ergo dicit: &, cum ita sit, erunt res, fm ꝙ dicunt, semp sine fine, siue habentes semper potentiã vt sint. & intelligo per res illud, quod semp fuit ens, & in postremo corrũpitur, & illud, quod semp fuit nõ ens, & in postremo generat̃. L

* a.l. ꝓpositionem.

Et intelligo ꝓ hoc, quod d. secundùm ꝙ dicũt, semp sine fine, vt sint hmõi semper infinitæ: verum aut̃ eorũ est non ens in præterito in infinitum, & ens in futuro in infinitũ: alterum vero ens in infinitũ in præterito, & non ens in futuro in infinitum. & vult declarare ꝓ hoc ꝙ cõtingit huic positioni vt tps potentiæ, & actus sint idem, & nõ idem non idẽ vero, quia tps potẽtiæ est aliud à tpe actus: idẽ vero, quia tps actus est infi M
nitum, & sit̃ tempus potentiæ. Et forte intẽdebat per hoc, quod dicit, complere declarationẽ prædictã s. ꝙ positio possibilis sit impossis, s. positio eius esse actu ens in tpe potẽtię. & fm hoc videtur ꝙ nõ intendebat, nisi ad distinguendum tẽpus potẽtię à tpe actus: vt sit verificatum ꝙ positio ei° esse eis est possibilis. quoniã qui ponit potentiam cum actu, non ponit possibilitatem ad actum esse ante eius esse: quapropter cõpletur actu demonstratio.

Et

A Et dicemus etiam alium sermonem, ꝓ quem declarabimus errorem dicentis ꝙ possibile est aliquid esse non generabile, qđ possibile est vt sit non generabile, & cum hoc sit corruptibile, & ꝙ corruptibile possibile ẽ vt sit generatum. Erit ergo, fm ꝙ dicunt corruptibile, non corruptum in aliquo tpe. qm̃, si non corrumpit̃, erit corruptibile, & non corruptibile in actu. tunc igitur est possẽ vt idem semp sit ens, & non sit semper ens. &, si
B hoc impossẽ est, ergo corruptibile corrumpit̃ in alio tempore. & sit̃ igitur generabile fuit in tempore, & non fuit omnino. possibile est igitur vt aliquid sit generabile, & non fuit semper ens.

Iste textus vt̃ correspõdere ei parti Manifestum est autem

137 Hæc est quasi * vera demfatio, ꝙ impossẽ est vt aliquid, quod semper fuit, habeat potentiam ad corruptionẽ absq; hoc, ꝙ corrumpat̃. hoc. n. contingit dicenti aliquid esse gñatum, sed post æternum, & sit̃ dicenti aliquid esse æternũ, licet post corruptum. immo manifestius in hoc.
ſi ita ſit, neceſſario,&c. & intẽdebat ꝓ hoc ꝙ principiũ motꝰ ſurſum eſt aliud à principio motus dextri, & aliud à principio motꝰ ante.& ẽ ma niſeſtũ ꝑ ſe,& iã poſitũ eſt in ſermo ne ꝓdicto. Et, ſi ꝑ hoc intẽdebat declarare ꝙ principiũ motꝰ ſurſum ẽ priusprincipio motꝰ dextri,& principio motus ante,hẽt aliquã difficultatẽ.qm̃,ſi motus eſſet vnicus, neceſ ſario eſſet vt locus ſui principij eſſet prior loco ſui exitus,& loco ſui finis, niſi aliquis ponat ꝙ principiũ motꝰ alicuius rei,in qua eſt principiũ mo tus animalium in loco,ſit in ea ante L principiũ motus localis,ſ. ꝙ principium rei in corde,ẽ prius principio motꝰ aĩalium,ſ motu locali. Et,cũ declarauit ex oĩbus iſtis modis ꝙ prĩ cipiũ ſurſũ debet eẽ prius dextro,d. Oportet igit̃ nos inuehi,&c.& intendebat ꝑ priora principia ſurſum, & deorſum. & inuehit̃ in eos, ſicut dixit,ꝓpter illa duo ꝓdicta. D.d.Nos aũt iã diſtinximus iſtas virtutes ſuperi, & diximus ꝙ ſunt in habẽtibus principium motus,i. nos autem non dicimus,ſm ꝙ dicunt,ſ.dicimus ꝙ iſtę partes, & hæc principia exiſtunt in M rebus habentibus principia motuũ ex partibus proprijs.

Cœlum aũt animatum eſt, & habet motus principiũ:manifeſtum eſt ꝙ habet ſurſum,& deor ſum, & dextrum, & ſiniſtrum. Non enim oportet dubitare ex eo, quia rotũda ſit figura ipſius vniuerſi,qũo erit huius hoc qui dem dextrũ, hoc aũt ſiniſtrum, ſimilibus exiſtentibus partibus omnibꝰ, & motis omni tẽpore: ſed intelligere,quẽadmodum,ſi quis

Cœlũ eſt aiatũ, & hẽt motꝰ pricipiũ. Vide cõtr. Zim. ſup iſto textu.

A quis in quibus habeat dextrum ad ſiniſtrum dr̃iam, etiã figuris, deinde circũponat ſphærã.habe bit enim potentiã differentem: videbitur aũt minime, propter ſimilitudinẽ figuræ.Eodem aũt modo & de principio motus. et enim,et ſi nunquã incœpit,prin cipiũ tamen habeat neceſſariũ eſt vnde incœpiſſet, ſi inciperet quod mouẽ moueri.atꝙ: ſi ſteterit, mouebitur vtiq; iterum.

Figura, oſtendens quomodo imaginari debemus dextrum, & ſiniſtrum in cœlo. D



E

Dicamus etiam quòd,ſi cœlum habet animã, & principium motus,neceſſario hẽt ſurſum, & deor ſum,dextrum, & ſiniſtrum.Et nõ debet aliquis fugere hoc per rotunditatẽ figuræ totius, & quo quidã erit eius dextrum,& quidam ſiniſtrum,& oẽs partes eius ſunt ſimiles,& motæ in æterno: ſed oportet vt imaginetur homo habens dextrum,& ſiniſtrum diuerſa in figura, qui ſuper circundatur ab orbe. quapropter ille orbis habebit virtutem diuerſam neceſſario,dextrũ,ſ. B *& ſiniſtrum, quia habet loca principij,& finis ex operatione ſui agẽtis. Et ita debemus imaginari etiã in initio motus orbis. quoniã,& ſi motus eius non eſt in tempore, ſed tamen motus eius habet principiũ neceſſario. quoniam,ſi in principio mouetur, neceſſario motus eius habet locũ,ex quo incœpit.motus igitur orbis habet principium in magnitudine,& principia in loco.* C

Quia hæ partes nõ diſtinguunt, 15
niſi ꝓp diſtinctionem motuum:diuerſitas enim motuum in rebus animatis oſtẽdit nobis diuerſitatẽ illorum principiorũ:& diuerſitas illoꝝ principiorũ oſtendit nobis diuerſitatem illarũ partium. &,cum ita ſit, neceſſario eſt,ſi cœlum habeat principium motuum diuerſorũ in partibus diuerſis,vt habeat iſtas partes: & maxime cũ poſuerimus cœlũ eſſe animatũ. Et hoc intendebat, cum dixit: Dicamus etiã ꝙ,ſi cœlum,&c. ideſt,ꝙ ſi cœlum habet animã,& apparet in eo principiũ motꝰ ex parte propria, neceſſe ẽ vt habeat dextrũ, & ſiniſtrum, ergo ſurſum, & deorſum, vt declaratũ eſt ſuperius,& etiã ante,& retro. Et hoc,quod dixit,ꝙ mouet ex parte propria, manifeſtũ eſt ꝑ ſe.& hoc,quod poſuit ipſum eẽ animatũ, manifeſtabit in alio loco. & forte, ſi mouebit ex parte ꝓpria, neceſſe eſt vt habeat dextrũ, & ſiniſtrum, & ꝙ ſit animatũ. Sed tamen Ariſt. vult in iſto loco accipere pro cõſtanti cauſam, propter quam hẽt dextrũ,

Diuerſitas motuũ in rebꝰ aiatis oſtẽdit diuerſitatẽ pricipiorũ. vide cõſimile. 1.Cęlh. cõ. 5. & 81. F

G dextrũ,& ſiniſtrum,ſ.eſſe animatũ. &, cum habet dextrũ, & ſiniſtrum, neceſſe eſt vt habeat alias partes: & pars,ex qua cœlum mouet, proprie eſt pars orientis. D. dedit quæſtionem ſuper hoc,& d. Et non debet aliquis fugere hoc,quod diximus, ꝙ cœlum habet dextrũ,& ſiniſtrum,dicendo ꝙ figura cœli eſt ſphærica:& quo poſſem⁹ dicere ꝙ quædã partes ſphærici ſunt dextræ, & quædã ſiniſtræ, cum oẽs ſint ſimiles. & iſta principia non diſtinguuntur niſi in eo, ꝙ poſt quietem mouet: in eo aũt, quod ſemper
H mouetur, qũo diſtinguit̃ pars propria? Deinde dat ſolutionem, & d. vt imaginetur hõ,&c. i. & imaginatio noſtra, ꝙ orbis hẽt partes iſtas, eſt, ſicut imaginat̃ ꝙ aliquis homo, cum circundaret̃ orbe in ſe, & inciperet mouere orbẽ ex oriẽte in occidentẽ,& cum hoc aut ipſe rotabitur cũ eo orbe, aut erit iſte homo fixus, & mouet ipſum per ſuum dextrũ,& ſiniſtrũ. Iſte ergo homo neceſſario habebit capur ſuũ apud polum meridionalem, & pedes apud polum ſeptẽtrionalem, & eius facies ad ſuperiorem partem terræ habitabilis,ſed
I dextrũ eſt in oriẽte, & ſiniſtrum in occidente. qm̃,ſi homo iſte ponatur in alio ſitu,impoſſ̃e eſt vt moueat orbem ex oriente in occidentẽ, ita, ꝙ motus eius ſit verſus ſuperius terræ. qm̃,ponendo in hoĩe iſtas duas conditiones,oportet, ſi moueat orbẽ ex oriente ad occidentẽ, ꝙ motus eius primo ſit ad ſuperius terræ, ſ. ꝙ ſit prior natura motu ſub terra. Et,cũ iſtæ duæ diſpõnes ponuntur in orbe,ſ. ꝙ motus ei⁹ ex oriẽte eſt abſq; eo, ꝙ ſit ad occidentem, & ꝙ motus eius ſub terra eſt ꝓp motũ ſupra terram,cũ eſſe ſupra terrã ſit nobilius, K
neceſſe eſt vt iñ orbe ſint oẽs iſtę ſex virtutes. &,ſicut homo,cũ reuolueretur eſſendo fixus in eodem loco, inciperet mot⁹ eius ex dextro ad partem propriã, ita eſt in orbe. & hoc manifeſtum eſt,ſicut vides. D.d. Et ita debemus imaginari ẽt in initio motus orbis.i. quia in orbe apparet principiũ mot⁹ ex parte propria, & ad partẽ propriam. &,ſi nos reuolueremus orbẽ ſuper hominẽ,& moueretur ab hoĩe, contingeret vt moueret ipſum à parte propria,& ad partem propriã: qm̃ iſte mouens habet
L dextrũ, & ſiniſtrũ, & ante, & retro: ita debemus credere in orbe,ſ. ꝙ hẽt virtutes diuerſas in partib⁹ diuerſis: quãuis iſtæ virtutes non ſint in partib⁹ diuerſæ figuræ, aut copulatæ cũ partibus non diuerſæ figuræ. & dixi mus aut copulatæ,quia iſtæ virtutes non ſunt materiales, vt forte viſum eſt,ſecundũ ꝙ poſt perſcrutabimur.

D.d.& ſi motus eius nõ eſt in tem- Infra in cõ. 15.
pore,&c. i. quãus motus orbis non habet principiũ tẽporale,tñ non ſequit̃ ex hoc vt nõ habeat principiũ in magnitudine. principiũ enim ſm magnitudinẽ eſt aliud à principio M
ſm tẽs. & dixit hoc,ne aliquis putaret ꝙ, vbi non eſt principiũ temporale,nõ eſt principiũ in magnitudine. & hoc intẽdebat,cũ dixit ꝙ mot⁹ eius habet locũ, ex quo incœpit. i. ꝙ hoc,ſ. quod non hẽt principiũ temporale,nõ ꝓhibet quin habeat principiũ in prę ꝓpria,& in loco ꝓprio. & pſcrutabimur poſt, q̃ eſt dria ĩter partẽ,& locũ: & vtrum ſint ſynonyma,an nõ. D.d. mot⁹ ergo eius hẽt principiũ in magnitudine, & principia in loco, ſ. ꝙ habet locum naturalem,& partem naturalem.

Dico

A Dico aũt longitudinem quidem ipſius eam, quæ ſm polos eſt, diſtantiã. & polorum, hunc quidem ſurſum, hunc aũt deorſum. dr̃iam enim in his ſolis hemiſphæriorũ videmus, propterea ꝙ non mouẽtur poli. Simul aũt & cõſueuimus dicere latera in mũdo, non quod ſurſum eſt, & deorſum, ſed quod eſt præter polos, tanquã hoc longitudo ſit. id enim ad lat⁹ eſt, quod eſt prę-
B ter ſurſum, & deorſum. Polorũ autem is quidem, qui ſupra nos apparet, ea, quę deorſum exiſtit, pars eſt. qui vero nobis immanifeſtus eſt, quæ ſurſum.

Dicamus etiã, quòd longitudo orbis eſt dimẽſio, in qua ſunt orbes. orbiũ enim quidam ſunt ſuperius, & quidam inferius. & iſte locus, ſcilicet remotio orbiũ, ex omnibus medietatibus orbium eius eſt tantum diuerſus. quoniam orbes, qui ſunt in medietate iſtius orbis, non mouẽtur omnino. Et aſſueti ſumus

C *vocare latera mundi in reſpectu orbium iſtorum, non in reſpectu ad ſuperius mundi, & eius inferius. quoniã iſta loca ſunt tantũ longitudo. Et dicamus etiã, quòd illud, quod ex orbibus videtur ſuper nos, ẽ pars inferior primi orbis, & quod nõ videtur eſt pars ſuperior primi orbis.*

14 Cum declarauit ꝙ orbis hẽt dextrum, & ſiniſtrũ, quapropter hẽt ſurſum, & deorſum, ante, & retro, & pp hoc habet longitudinem, & latitudinem, & ꝓfunditatẽ, incœpit demonſtrare quæ ſit longitudo orbis, & qđ extremũ eſt ſuperius longitudinis, & quod ĩferius, & d. Dicamus ẽt ꝙ longitudo orbis.i. dicamus ẽt ꝙ longitudo orbis ẽ dimẽſio, q̃ eſt ex vno duoꝝ poloꝝ ad alterũ. qm̃, cũ principiũ motus eſt extremo ꝓprio, neceſſe ẽ vt locus principij mot⁹ ſit extremũ latitudinis. &, cũ ita ſit, neceſſe eſt vt lõgitudo ſit ex meridie ad ſeptentrionẽ, quia neceſſariũ eſt, cum habeat dextrũ, & ſiniſtrũ, vt nõ tm̃ habeat longitudinẽ, ſed ſurſum, & deorſum, q̃ ſunt principia longitudinis. D.d. orbiũ enim q̃dã ſunt, &c. E
& ipſe fundauit ſuã demr̃onẽ ſuper hoc, ꝙ hẽt dextrũ, & ſiniſtrũ: & intẽdit p dimenſionẽ, in qua ſunt orbes, axem orbiũ, ſm quẽ reuoluuntur.

D. d. Et iſte locus, ſ. remotio orbiũ,&c. i. & iſte locus orbis, cuius remotio à medietate orbis eſt ęqualis, & diuerſus in ſua potẽtia. & intendit piſtũ locũ polos. poloꝝ enim remotio à medietate orbis eſt eadẽ. & eſt dicere medietatẽ orbis circulum ſecantẽ axem p duo media ſup angulos rectos. & intẽdebat ꝙ locus vnius poli eſt ſup orbẽ, & locus alterius in F
infra orbẽ. D.d. qm̃ orbes, q̃ ſunt ĩ me dietate iſtius orbis, nõ mouentur. i. qm̃ pars orbis, q̃ hẽt talẽ diſpõnẽ ex medietate orbis, ſ. ꝙ remotio ei⁹ ab ea ex oĩb⁹ partib⁹ eſt æqualis, nõ mouet̃ oĩno, ſed eſt quieſcẽs & intendit p hoc polũ. polus enim dr̃ quieſcens Geometrice, & nõ vere: nulla enim ſuba eſt in orbe in actu, q̃ non moueat̃. ſed ille pũctus, qa eſt indiuiſibilis, & nõ exiſtẽs in moto, qđ mutat locũ per mãm, non dr̃ motus neq; eſſentialr, neq; accñtalr. punctus. n. dr̃ eſſe mot⁹ accñtalr, qm̃ fuerit in re

Polus dr̃ quieſcẽs Geometrice, et ſi vere nulla n. ẽ ibi ſtãtia ĩ ſuba be ĩ actu, q̃ non mouet̃. vide ꝓ hoc 4. Phy. c. 18.

mota,

G mota,& ſiſt dī quieſcēs, qa eſt in re quieſcēte.&,qa deſcriptio moti ē fa moſa,ſ.illud,qđ mutat ſuū locū: &, qa pars orbis,in qua ē iſte pūct⁹, nō mutat ſuū locū p mām, niſi muta tione nō ſenſibili: &,qa,ſi mutatio ei⁹ eſſet p formā,diceret cē quieſcēs: qm partes orbis ꝓter partē, in qua ē polus, mutāt locū in forma, & mā, vt vī: pars aūt,in qua eſt polus,quia magis apparet ꝙ mutat locū in forma,nō in mā: qđ aūt mutat locū in forma, ſicut ē orbis,ſm ꝙ declaratū ē in Phyſicis, dī eſſe quieſcēs ſm totum: pp hoc dī in parte orbis,q̄ non ſentit mutare locū in mā,ſ.quia mo uet ſup axem, eſſe quieſcēs:iſta autē pars,in qua eſt polus.& manifeſtū eſt ꝙ iſta pars ē diuiſibilis,quāquis in ſenſu nō diuiſibilis. ſm hoc igit debem⁹ intelligere quietē poloꝝ, non qa illic ſit pars quieſcēs rei veritate,neq; eſſentialr,neq; accītalr:qm quieſcēs accidentalr non eſt, niſi pp quieſcēs naturalr, ſiue eſſentialiter.

Quieſcens accītalr nō ē, niſi pp qeſcēs eſſentialr.vide conſile 1.Cœ. 4.

D.d. Et aſſueti ſum⁹ appellare loca orbis, q̄ mouent.i. quæ mutāt loca in mā,& forma, partes quatuor mū di, dextrū,ſ.& ſiniſtrū, & ante,& retro,& nō ſurſum,& deorſum.iſta.n. ſunt tm̄ loca in longitudine. D.d.

I Et dicamus ēt ꝙ illud, qđ ex orbib⁹ vī,&c.& intēdit p illud, qđ non vī, polū meridionalē: & p primū orbē, orbē ſtellarum,qui mouet in motu diurno:& intēdit p illud,qđ vī,polū ſeptētrionalē.& poſuit ſeptētrionalē inferius, & meridionalem ſuperius. qa, cū imaginati fuerim⁹ hominē, cuius dextra ſit ī oriēte.& ſiniſtra in occidēte,& facies ad partē cœli,quæ eſt ſup terrā, neceſſe ē, vt caput eius hoīs ſit ī polo meridionali, pedes āt in ſeptētrionali. Et hęc imaginatio eſt neceſſaria in orbe:qa motus eius K eſt ab oriēte ad occidentē,non econ uerſo. &,qa mot⁹ eius primo eſt ad ſupra terrā,& ſecundo ad ſub terrā, neceſſe ē vt virtus,q̄ eſt ī polo meridionali,ſit ſil̄is virtuti, q̄ eſt in ſuperiori hoīs:& q̄ eſt ī ſeptētrionali ſil̄is virtuti,q̄ eſt in inferiori hoīs. &,qa nos nō habitam⁹,niſi ī medietate orbis,ī qua ē pol⁹ ſeptētrionalr, neceſſe ē vt hītatio nr̄a ſit ī pte iferiori orb̄. & hoc ītēdebat declare ī hoc cap̄lo.

Dextrum enim vniuſcuiuſq; dicimus,vnde principiū eſt ei⁹, qui ſm locum fit,motus: circun lationis aūt cœli principiū eſt, L vnde aſtrorū ortus ſunt: quare hoc vtiq; erit dextrum:vbi autē occaſus,ſiniſtrū. Si igit & à dextris incipit, & ad dextra circunferr,neceſſe eſt ſurſum eſſe eum, qui nō apparet, polū . ſi enim is erit,qui manifeſt⁹ eſt,ad ſiniſtrā erit mot⁹. quod qdē nō dicim⁹.

Dextrū ē, vñ motus localis ptcipium.


Dicamus etiam quòd non vocamus dextrū in omni habente dextrum,niſi vbi eſt principiū ſui localis motus.& ,cū ita ſit,& initium eſt motus cœli ex parte, à qua aſcēdūt ſtellæ,neceſſario iſte locus erit dextrum cœli,& vbi cadunt,erit ſiniſtrū cœli. Si igitur cœlū incipit moueri ex dextro,& reuoluitur ad dextrū, tunc orbis ſuperior neceſſario latebit nos ,& non videbimus ipſum . & ,ſi locus ſuperior ſit cadens ſub viſu , neceſſario erit motus cœli ad ſiniſtrum.quod non dicimus eſſe omnino.

M

Figura,

A *Figura, declarans partium diſtantias, & locos in cœlo.* D

Polus antarticus.



B E

Polus arcticus.

15 Vult declarare quæ pars eſt dextra in orbe, & quæ ſiniſtra, & dicit: Dicamus etiā,&c. i. manifeſtū eſt p ſe ꝙ vocamus dextrū in habēte dextrā partē, ex qua incipit moueri in loco.& hoc manifeſtū eſt in aīalib⁹.

D.d.&,cum ita ſit,&c.i.&,cum dextrum eſt pars,ex qua incipit moueri in loco:pars aūt,ex qua cœlum incipit moueri,eſt pars,ex qua aſcēdunt ſtellæ fixæ:ergo illa pars eſt dextrū cœli:oppoſitum aūt ſiniſtrum cęli.

C Sed habet quandam quæſtionem. Digreſſio, q̄ quærit vtrum ſex dīæ loci ponendæ ſint in cœlo ex natura rei. q̄m̄, ſi intelligit dicere per hunc locum, qui eſt dextrū cœli,aliquē locum orbis,in quo eſt principiū potentiæ iſtius motus,pp quam motus eſt ex oriente in occidentem,& ſiniſtrū eſt pars orbis, in qua eſt potentia oppoſita illi potentiæ,neceſſario illa pars mutabit̄.aliqn̄ igitur erit in occidente,& aliqn̄ in oriente, & aliqn̄ ſuper terram , & aliqn̄ ſub terra. qūo igitur dī ꝙ oriens eſt locus dextri cœli, & occidens eſt locus ſiniſtri cœli? Et viſum eſt mihi dicere in hoc ꝙ dextrū cœli attribuit̄ orienti; quia eſt locus,in quo, cū fuerit dextrum cœli,ſ.locus,in quo eſt potētia principij mot⁹,erit pars cœli, in qua eſt potētia ad ante ſup terram . cum vero dextrū cœli fuerit in occidēte, tunc pars,quę eſt ſub terra,eſt poſterius cœli. & hoc eſt vnū de his, quæ poſſumus intelligere ꝙ oriens ē dextrum cœli . & intendit hic p orientē primū oriꝝ, quæ aſcendunt ſuper primū orizontem iſtius habitabilis ex oriente, & p occidens vltimū occidens,ex occidētibus habitabilis. & totū hoc erit, cum poſuerimus ꝙ locus habitabilis terrę eſt habitatio naturalis, & ꝙ impoſſe eſt tranſmutari ad alium locū . & forte hoc putauit Albumaſar. Sed contingit,huic vt in orbe ſint infinitæ virtutes,& materiales.&,ſi materiales,ergo corruptibiles.&,ſi non corrūpuntur,tunc poſſibile reddit̄ impoſſibile. Et iā oſtenſum eſt ꝙ æternum nō habet potentiam ad corruptionē:quapropter credendū eſt ꝙ iſtę potentiæ nō ſunt

Obiectio.

Soluti.

Soluti.

G ſunt materiales: & quod non dicunt dextrũ, & ſiniſtrum, niſi per ſimili-
Dñiç, & virtutes locales, mor⁹ ī cœlo non ſũt māles, ſed ſm ſimilitudinẽ. Idẽ ſi pra. 13.
tudinẽ. & modus aſſimilationis eſt, quia apparet in orizonti bus termi-
natis. erit ergo locus ort⁹ ſolis primi inhabitabilis locus, in quo primo ap-
paret virtus motionis: ſicut ſi imagi-
naueris in iſto loco locũ extrinſecũ, quãuis illic neq; ſit extrinſecũ, neq;
Tex. c. 84. intrinſecum. Et hoc ſimile eſt illi, quod dicit Ariſto. in vltimo Octaui Phy. ꝙ mouens orbẽ eſt in maximo circulo, qui eſt in eo: quia ẽ velociſſimus circulorũ, qui ſunt in orbe. & ſiſ dicit hic ꝙ mouens orbẽ eſt in
H oriente: & ſic non mutabiſ dextrũ, quãuis partes orbis mutabunt: quẽadmodum, ſi mouens eſſet extrinſecum: & eſt ſine dubio ī medio orientis. In Phyſicis igiſ determinauit circulum, in quo eſt mouẽs. ſ. circulũ, in quo apparet potentia eius, hic vero determinauit locũ circuli, in quo apparet potentia mouendi. & in reſpectu iſtius loci dr̃ locus oppoſitus ei ſiniſtrũ, & locus, circa quẽ eſt iſte motus, qui incipit, dr̃ ante cœli, & eius oppoſitum dr̃ retro: & ſiſ dicit alter duorũ polorum ſuperius cœli, & alter inferius. & p hanc explana-
I tionem remouent obẽs obiectiones contra Ariſto. D.d. Si igiſ cœlum incipit, &c. & in hoc propalauit ꝙ intendebat p dextrum orizontẽ, orientale primũ, non propriam partẽ orbis. & ideo d. incipit in dextro, & reuertiſ in dextrum. i. incipit à loco, ex quo apparet potentia mouẽdi, & appropriat mouens parti propriæ, donec reuertiſ ad ipſum. & hoc impoſſe eſt imaginari, ſicut dixim⁹, niſi potentia, quæ eſt in illo loco, ſit ſeparabilis à corpore orbis. & declaratur p hoc ꝙ locus oppoſitus ei eſt ſiniſtrum, & ꝙ polus latens eſt ſuperius, K
& apparens inferius. & eſt dicere in hoc loco ſuperius, & īferius, nobile, & ignobile. Et non ſequiſ ex hac poſitione ꝙ ī orbe ſit pars nobilior alia, vt ſit cõpoſitus ex virtutibus diuerſis: ſtellæ enim ſunt partes nobiliores cœli. & iam manifeſtum eſt ꝙ non cõponiſ ex cõtrarijs: & nõ ſequiſ vt* remiſſio ſit ſemp ex mixtione cõtrarij, ſicut dicit Alex. ī multis locis.

Stellæ ſũt nobilioreſ ptes orb. Nõ ſequiſ vt remiſſio ſit ſp ex mixtione contrarij. *a. l. ſucceſſio.

Manifeſtũ eſt igitur ꝙ immanifeſtus polus eſt ſurſum, & qui illic habitãt, in eo ſunt, quod ſurſum eſt, hemiſphærio, & apud L
dextra, nos aũt in eo, quod deorſum eſt, & apud ſiniſtra, econtrario q̃: vt Pythagorei dicunt. illi enim nos & ſurſum faciunt, et in dextra parte, illos vero, qui illic ſunt, deorſum & in ſiniſtra. accidit aũt contrarium. Verum ſecũdæ circũlationis, veluti planetarũ nos quidẽ in ñs, quæ ſurſum, & in dextris ſumus, illi aũt in ñs, q̃ deorſum, & in ſiniſtris. ecõtrario enim his principium motus eſt, propterea ꝙ contrariæ ſunt lationes. quare accidit M
nos quidẽ eſſe apud principiũ, illos aũt apud finem. De partib⁹ igitur ſm diſtantias, & ſm locũ defi nitis tot dicta ſint.

Vide cõm. Zim.

Manifeſtũ igitur quòd orbis latens eſt orbis ſuperior, & quòd habitantes illic ſunt illi, qui ſunt in medietate orbis ſuperioris in dextro. nos aũt habitamus in medietate inferioris orbis in ſiniſtro, ecõtra ei, quod dicunt Pythagorici, qui po-

nunt

A *nunt nos in medietate ſuperioris orbis in dextro, & ponũt illos, qui habitant illic in medietate inferioris orbis in ſiniſtro. manifeſtũ eſt ergo ex hoc, quod declarauimus, contrarium eius, quod dicunt. Sed tamen in motu, & reuolutione ſecunda, ſ. motu ſtellarum erraticarum nos habitamus in medietate ſuperioris orbis, & in dextro. illi aũt in medietate inferioris orbis in ſiniſtro. motus enim iſtorũ orbium con-*
B *trarius eſt motui primi orbis. accidit ergo ex hoc, quod diximus, vt nos ſimus in parte principij motus cœli, illi aũt in parte orizontis motus cœli. Iã ergo determinauimus ex hoc, quod declarauimus, dimenſiones partium cœli, & loca earum terminata.*

16 Quod dicit manifeſtũ eſt ex p̃dictis: & eſt ꝙ medietas orbis, in qua eſt polus meridionalis, eſt ſupra orbem, vel ſuperius orbis: & quod habitantes illic ſunt in medietate ſuperioris orbis. Et ex hoc apparet ꝙ ipſe opinaſ illic eſſe habitationẽ, ſicut
C declarauimus. & intendit p partem orientalem partẽ dextrã. D.d. nos aũt habitamus in medietate inferioris orbis in ſiniſtro. Et hoc, quod dicit, conſyderandũ eſt. locus enim habitabilis terræ diuidiſ in duo æqualia, quorũ vnum eſt orientale, & alterũ occidentale. qui enim habitat in orietali eſt in parte dextra: & quę dam pars eius eſt ſuperius, & quædã inferius. ſi igiſ ſit in quarta ſeptentrionali, eſt in inferiori, ſi in meridionali, eſt in ſuperiori. qui vero habitat in occidentali, eſt in ſiniſtro, & quædã ſuperius, quædã inferius. habitatio aũt in parte meridionali, in qua eleuatur polus meridionalis, eſt econuerſo, ſ. ꝙ quidam habitant in dextro, & in ſuperius, quidam in ſiniſtro, & in inferius. &, cum ita ſit, qũo ergo dicit Ariſt. abſolute ꝙ habitantes in ſeptentrionali ſunt in inferiori, & in ſiniſtro cœli: & ꝙ habitantes in meridionali ſe habent ecõ uerſo? Forte ergo intẽtebat dicere. So'utio.
nosautem habitamus in medietate inferioris orbis in ſiniſtro, ideſt Grę ci, & habitantes iſtam medietatẽ ter E
ræ, ſed tamen illi, qui ſunt in iſta medietate partis, quæ eſt ſub polo meridionali, ſunt etiã in ſiniſtro cœli, quãuis ſint ſuperius. illi aũt, qui opponũtur iſtis, ſunt illi, qui ſunt in oppoſito loco in medietate orientali, & habitabili illic, ſ. qui ſunt ſub polo ſeptẽtrionali ſunt in dextro cœli, quãuis ſint inferius. Et ideo in hoc ſermone eſt ambiguitas, niſi ſit ſm ꝙ dixit Themiſtius. dixit enim ꝙ Themiſtij expo.
hoc, quod dixit, fuit per conſuetudinem Pythagoricorum. vocãt enim Pythagorici ſuperius partẽ dextrã, & inferius ſiniſtram. Et forte me- Alia expõ.
dietas orbis, quæ eſt ſuperior, eſt dignior vt ſit dextra, & medietas or- F
bis, quę eſt inferior, vt ſit ſiniſtra. &, ſi non, in rei veritate eſt ſm ꝙ diximus. Et, quia Pythagorici dicunt hoc in iſtis partibus contrarium ei, ꝙ oſtenſum fuit hic, demonſtrauit hoc. Pythagorici enim dicunt ꝙ habitantes ſub polo ſeptentrionali, ſcilicet nos, ſunt ſupra cœlum, & in dextro, & narrauit ꝙ ſermo eorum nõ eſt verus. Et forte Pythagorici nõ credunt ꝙ iſte locus eſt ſuperius. niſi

Ariſt. opinaſ ꝙ ī polo meridionali ſit habitatio. Idem. 3. de Aia c. 5. in ſol one ſecũdæ qõnis. ex quo paret dari Antipodes, cõtra Aſtrologos. Obiectio.

quia

G quia credunt ipsum habitabilem naturaliter pp illud, quod apparet in hac medietate ex multitudine stellarum fixarum. Aristo. enim declarauit in alio loco ꝙ stellæ sunt nobiliores partiũ totius orbis. &, cum ita sit, pars ergo, ī qua sunt plures stellę, est nobilior. nisi aliquis dicat ꝙ pars meridionalis facit illud, quod facit pars septẽtrionalis per pauciores stellas, pp magnitudinẽ suę potentiæ. & ideo nõ ꝓuenit obiectio sup Arist. ex hoc. Et, quia motus aliarum stellarum erraticarũ, contrarius est motui stellarum fixarum in parte, narrauit ꝙ necesse est vt simus fm motum erraticarum in sursum, & dextrum, & ꝙ habitantes in polo meridionali in respectu istorum orbium sunt in deorsum, & sinistrum, ita, ꝙ natura non congregat in aliqua parte vt habitantes eã sint in deorsum, & sinistrum secũdum omnes orbes.

H

Vtrũ cœlũ sit nobilio ī polo arctico, q̃ in polo antarctico.

Et est locus huiusmodi magnæ cõsyderationis, quæ pars sit nobilior. qm̃ illi, qui sunt sub polo meridionali, sunt fm orbes erraticos in deorsum, & sinistrum, & fm fixum in sursum, & dextrum, nos aũt econuerso.

I

Intellꝰ human⁹ non ꝑt cõphendere, ỹ vita tẽ h⁹ cõparatiõis. sꝫ vide de oppositũ. 3. d Aiac. 4. & 36. vbi habet intellm oĩa cognoscei Vide cõtr. Zim.

Si ergo motꝰ stellarum fixarum sit nobilior omnibus istis motibus: ergo & locus earũ est nobilior. & forte sunt nobiliores pp magnitudinem earum, & velocitatem motus earũ: sed intellectus humanus non potest comprehendere verificationẽ istius comparationis. D.d. Iam ergo declarauimus, &c. & intendit p dimensiones partes cœli, s. dimẽsiones, quæ diuersificantur fm diuersitatem potentiarũ, quæ in eis apparent, dextrũ scilicet & sinistrum, & alia. Et intendit per loca, ea, quæ copulantur cum istis partibus *orientalibus, s. loca terræ, quæ respiciũt istas dimensiones cœli. & videtur mihi ꝙ non vocauit illas dimensiones, nisi quia sunt in vna forma, transmutatæ fm partes: quẽadmodum diximus de dextro, & sinistro, s. ꝙ virtutes, propter quas ista loca cœli nominãtur hac nomi natione, sunt virtutes ſeparabiles.

K

* a.l. ex orizontibus.

Quæsitum Secundum.
Causam enuntiat, cur motus circulares sunt plures.

QVoniam aũt non est contrarius circularis motus circulari, cõsyderandum est cur nã plures sunt lationes, quanꝯ eminus tentantibus facere quęstionẽ. longe aũt non adeo loco, sed multo magis eò, ꝙ eorũ, quæ accidunt ipsis, de admodũ paucis habemus sensum. attamen dicamus. Causa aũt de ipsis hinc sumẽda est. Eorũ vnũ quodꝙ, quorũ est opus, est gratia operis: Dei aũt operatio immortalitas est: hoc autẽ est vita sempiterna: itaꝙ necesse est motum sempiternũ Deo inesse. qm̃ aũt cœlum tale est (corpus enim quoddam diuinũ est) ob hoc habet circulare corpus, quod natura circulariter mouetur semper. Cur igit̃ non totum cœli corpus tale est? quia necesse est manere aliquid corporis lati circulo, id inquam, quod in medio existit. illius aũt nullã possibile est manere, partẽ, neꝙ oĩno, neꝙ in medio. etenim motus ipsius fm naturã esset ad mediũ, natura autẽ circulariter mouet̃: non enim esset sempiternus motus: nã nihil

L

Eorũ vnũ qdq;, quorũ ẽ opꝰ, ẽ gra opis. Dei operatio ĩmortalitas est.

M

præter

A præter naturã sempiternum est. posterius aũt est quod pręter naturã existit eo, quod fm naturã. & * excessus quidam est in generatione quod præter naturã est eius, quod secundum naturam.

* ὑστεροῦς exit⁹. in 7. Phy. t. 18. remotio.

Modo igitur volumus perscrutari de cæteris, quæ perscrutanda sunt. & iã diximus multotiẽs quòd motus circularis non est contrarius motui circulari. perscrutemur ergo de motibus, quare sunt, & in quo

B *sunt motus circulares plures, & iã promisimus quærere superius de istis motibus. Dicamus ergo quòd causa multitudinis motuum circularium est quòd oẽ habens actionẽ est propter suã actionem: & quòd actio rei diuinæ est æternitas, quæ est vita æterna. & si ita sit, necessario res diuina habet motũ æternum: cœlũ aũt est huiusmodi, quia est corpus spirituale, rotundũ, motum motu circulari naturali, æterno. Dicamus ẽt in eo, quòd totũ cor-*

C *pus cœli non mouetur vno motu, quia corpus, quod circulariter mouetur, mouetur necessario super medium fixũ: & nulla pars partium corporis rotundi est fixa oĩno. & nihil ex eo moueatur ad medium. quoniã, si aliquid ex eo moueretur ad mediũ, esset motus eius naturalis ad mediũ: sed iam diximus ipsum moueri motu circulari naturaliter: quoniã, si esset ecõtrario, motus eius esset nõ æternus. quoniã, illud, quod est extra naturã, non est æternum: accidentale aũt est pręter naturale, & est remotio naturalis ad accidens, quod est extra naturam.*

D

Vult pscrutari hic de causa finali, 17 qua cœlũ hẽt plures mot⁹, & vult dare cãm ex eis, q̃ hic apparẽt: apparet enim ꝙ proportio eoꝝ, quæ sunt, ad corpa cœlestia est sicut proportio facti ad faciẽs. &, quia factũ est de operationibus faciẽtis sicut finis, incœpit dare cãm multitudinis eoꝝ ex factis hic. &, quia nã factorum non sequit̃, nisi ex necessitate à corpe cœlesti, & corpus cœleste ex necessitate à mouente ipsum, incœpit declarare qũo consequunt̃ se adinuicem, & d. Modo igit̃ volumus pscrutari, &c. i. dare causas omniũ accidentiũ, quæ in eis apparẽt, & primo cãm finalem in multitudine motuũ ex eis, q̃ hic apparẽt, & non ex ipsa re. in Diuina aũt scĩa perscrutabit̃ de hoc. qm̃ ibi declarat̃ ꝙ hæc non sunt pp ea, quæ sunt hic, nisi secũda intentione, non prima: & ꝙ sunt duo fines, vna s. fm primã intentionẽ, & altera fm secundam. sed, quia hoc nõ declarabit̃ in hac scĩa, incœpit dare illud, quod est æquiualens in hac scĩa: & est illud, quod apparet hic ex sollicitudine circa res generabiles, & corruptibiles, q̃ est finis secunda intentione: quãus hoc non apparet hic, sed ipsum esse finem tm̃. Et incipit dicere: & iam diximus multotiens ꝙ motus circularis, &c. iam declaratum est superiꝰ ꝙ nulla contrarietas est inter motus circulares: ergo impossibile ẽ vt causa eius sit contrarietas suarum substantiarum: ergo causa eius est causa finalis, nõ efficiens, nec materialis.

E

Intelligentię duplici intẽtione agunt. Idẽ 12. Me. 36. Idem hic ifra cõ. 21

F

G Perſcrutemur igit᷑ quare ſunt ſic, ita, ꝙ illud, quod quærit᷑, ſit hoc genus cauſarum, & non aliud. Et, cum dixit: quare ſunt, intendit cauſam finalem. Et, cum dixit: in quo ſunt, intendit res ſubiectas huic fini: quia ĩ illis reb⁹ fit hmõi, & propter illas res fit. ſic & modus, in quo fit, in eis eſt alius à modo, ex quo fit: quãuis duo modi ſint vnũ ſubiecto. qm̃ omne, quod facit aliquam actionem propter aliquid, facit illã actionem pp aliam rem: & hoc eſt, cum finis fuerit paſſio, & non actio. fines enim ali qñ ſunt actiones tantum, & aliquan
H do actiones in paſſiuis. &, quia fines iſtoꝝ motuum ſunt actiones in paſſiuis, dixit quare ſunt, & in quo ſũt.

D.d. ꝙ cauſa multitudinis motuũ, ideſt ꝙ hæc quæſtio hẽt multas cauſas diuerſas fm prius, & poſterius: & à quacunq; extremitate incœperit ſequuntur aliæ cauſæ adinuicẽ ſe. ſ. ꝙ ſi incœperit ex extremitate principij, ſequetur ſecunda, & ex ſecũda tertia, quouſq; perueniat ad cauſam propinquam. & ſiꝫ, ſi incœperit ex vltima extremitate, perueniet ad primam cauſam. & propter hoc incœpit Ariſto. à prima cauſa, deinde deſcendit ad cauſam quæſitam. & poſſibile eſſet facere ecõuerſo. v.g. quare motus cœleſtes ſunt plures? ſ. propter generationem: & generatio pp quid eſt? propter contrarietatem elementorum: & elementa contraria quare? quia ſunt pp motum cœli: & motus cœli quare? quia eſt pp actionem diuinã æternam. & hic quieſcit deſyderium humanũ. &, ſi incœperimus ex prima extremitate, faciemus, ſicut fecit Ariſto & dicemus ꝙ motus cœli ẽ ex neceſſitate pp actionem rei æternæ diuinæ: cum oẽ ens habeat actionẽ, & elementa ſunt pp K
motũ cœli, & ſic donec pueniat᷑ ad vltimam cãm, quæ eſt generatio, ſicut fecit Ariſt. Et hoc, quod dicit, ꝙ oẽ hahens actionẽ eſt pp ſuam actionem, eſt ꝓpõ vera. ſed, ſi actio rei in alterum fuerit prima intẽtione, erit pp alterum, & ſi actio eius fuerit prima intentione in ſe, erit pp ſe, & erit actio eius in alterũ ſecunda intẽtione. oẽ enim habens actionẽ in ſe habet actionem in alio: & quod habet actionẽ in ſe, eſt ſpirituale, non corporeũ. ſed, quia hęc diuiſio non eſt manifeſta hic, locutus fuit vlr.

Oẽ hãs actionẽ ĩ ſe eſt ſpũale, & nõ corporeũ. cõſiſte 2. Phy. com. 88.

Et poſtq̃ poſuit ꝙ oẽ ens eſt pp L
ſuã actionem, d.d. & ꝙ actio rei diuinæ eſt æternitas. i. ſequitur ex iſtis ꝓpõnibus ꝙ res diuina nõ inuenietur, niſi pp æternitatem. & neceſſario eſt vt actio rei diuinæ ſit æternitas: actio enim rei diuinæ eſt ipſa, & ſuum eſſe, cum non ſit pp aliud. &, quia appropriatur ab alijs entib⁹, & diſtinguit᷑ in eſſe, * cõtingit ꝙ actio eius, quod eſt ſuum eſſe non eſt, niſi pp æternitatem, ſ. æternitatem ſui eẽ. actio aũt aliorum entium, quæ non ſunt æterna, non eſt primo, niſi pp eſſe aliorũ entium tantum: quãuis illorũ eſſe ſit pp aliud. V.g. ꝙ actio M
hominis prima intentione non eſt pp ſuum eſſe: & ipſe etiam non eſt, niſi pp complementum *diuiſionis huius eſſe. & fm hoc erit actio huius prima intentione pp aliud, ſecunda pp ſe. In rebus aũt diuinis eſt econuerſo. ſ. ꝙ actio eorum prima intentione eſt pp ſuum eſſe, & ſecũda pp aliud. & hoc eſt, quod ponendũ eſt, & declarãdum in ſcientia Diuinali.

Actio rei diuinę eſt ipſa, & ſuũ cẽ. vid 12. Meta. tex. cõ. 39.

a Æternorũ actio ẽ pp ſe, aliorũ ỹo pp aliud. * a.l. dimiſionis.

D.d. &, ſi ita ſit, neceſſario res diuina habet motum ęternum. i. & cum res diuina non ſit, niſi pp æternitatẽ ſuæ

A ſuæ actionis: & poſuimus ꝙ neceſſe eſt vt ex eſſe rei diuinæ, cuius actio ipſa fuerit etiam res diuina, ſ. ęterna, cuius actio eſt aliud ab ipſa, neceſſe eſt vt hæc res habeat motũ æternũ, & ꝙ nõ inueniatur, niſi propter motum æternum. D.d. cœlum aũt eſt hmõi. i. ergo oportet vt actio eius ſit æterna, vt pp æternitatem ſit prima intentione, non pp aliud. Et, cũ poſuit has ꝓpõnes, d. Dicamus etiam in eo, ꝙ totum corpus cœli non mouetur vno motu. i. &, cũ ita ſit, bene poſſum⁹ dare cauſam multitudinis motuum cœli. Et, cũ poſuit ꝙ cœ-
B lum non inuenitur, niſi pp actionem ſuam æternam, incœpit quærere illud, quod ex neceſſitate ſequit᷑ à cœlo, & d. quia corp⁹, quod circulariter mouetur, &c. i. neceſſe eſt vt motus cœli ſint diuerſi ex hoc, quod dicã: &, eſt, quia cœlum mouetur circulariter, neceſſe eſt corp⁹ fixum eſſe in medio, circa quod mouetur. declaratum eſt enim in libro de Motib⁹ animalũ ꝙ omne, quod mouetur, mouetur ſupra quieſcens: & ꝙ potẽtia quieſcentis addit ſuper potentiã mouentis, niſi quieſcens moueat᷑ à mouente. D.d. & nulla pars partiũ corporis rotundi, &c. i. & hoc corpus, qđ debet eſſe quieſcẽs, impoſſe eſt vt ſit
C cœleſte: corpus enim cœleſte impoſſibile eſt quieſcere, vt declaratũ eſt ſuperius. D.d. & nihil ex eo moueat᷑ ad medium. põt intelligi ꝙ hoc corpus quieſcens, quod apparuit rõne, neceſſe eſt, ſi ponatur extra mediũ, vt moueat᷑ ad ipſum. qm̃, ſi quieuerit extra mediũ naturaliter, impoſſe eſt moueri ad medium, aut quieſcere in eo: & corpus cœleſte impoſſibile eſt moueri ad mediũ: ergo corpus qeſcens in medio nõ eſt cœleſte.

Oẽ, quod mouetur, mouet᷑ circa aliquid quieſcens. Idẽ 8. Ph. c. 84. &c. 1. Cœ. 97. & 3. de Aĩa. 55.

Et põt intelligi ꝙ ꝓpõ, dicens ꝙ D
corp⁹, quod eſt in medio, mouetur ad ipſum nãl᷑, ſit accepta à ſenſu. qm̃ nõ apparet in medio corp⁹ quieſcens, conueniens ei, quod apparuit rõne, niſi terra. Et, cum poſuit ꝙ corpus, quod eſt in medio mouetur ad mediũ, & corpus cœleſte nõ mouet᷑ ad medium, ad concludendũ ꝙ illud, quod eſt in medio non eſt cœleſte, incœpit declarare ꝓpõnem, dicentem ꝙ corpus cœleſte non mouet᷑ ad medium. & d. qm̃, ſi aliquid ex eo moueret᷑ ad mediũ, &c. i. & neceſſe eſt vt motus corporis cœleſtis
E nõ ſit ad mediũ. qm̃, ſi ita eſſet, oporteret vt mot⁹ eius eſſet naturalis ad mediũ: & iam declaratũ eſt ꝙ eſt circulariter: igitur impoſſe eſt moueri ad medium: cum impoſſe ſit vt aliquid habeat duos motus naturales.

D. incœpit declarare ꝙ motus circularis naturalis eſt, & d. qm̃, ſi eſſet econtrario, non eſſet motus ætern⁹. ideſt quia impoſſe eſt vt violẽtus ſit æternus. D. dedit cauſam in hoc, & d. qm̃ illud, quod eſt extra nãm, nõ eſt æternũ, &c. i. quia illud, qđ eſt extra nãm, eſt accidentale: accidentale aũt eſt poſt naturale: & eſt receſſio rei naturalis ad rem accidentalẽ extra naturã. &, ſi aliquid inueniretur in aliquo accidental᷑, & æterne, eſſet poſſibile vt aliquid extra nãm inueniretur in aliquo abſq; eo, ꝙ inueniretur naturale. quod eſt impoſſe.

Rõ ad ꝓbãdũ nullũ violẽtũ cẽ ꝑpetuũ vide ꝙ hoc 1. Cœ. 14. & q ibi. F

Neceſſe eſt igitur terram eſſe: hæc enim quieſcit in medio. nũc igitur ſupponat᷑ hoc, poſterius autem demonſtrabitur de ipſo. At vero, ſi terram, neceſſe eſt & ignem eſſe. contrariorum enim, ſi alterum natura eſt, neceſſe &

Si alterũ cõtrariorũ fuerit ĩ nã, &reliquũ. Vide cõm. Zim.

G alterum esse natura, si sit contrarium, & esse quandam ipsius naturam: *eadem enim est materia contrariorum. * Et priuatione prior affirmatio: dico autem, ve luti calidum frigido. quies autē, & grauitas, dicuntur per priuationem leuitatis, & motus.

*Eadem ē mā cōtrariorum.

† Affirmatio prior priuatiōe.

Reuertamur ergo, & dicamus quòd, si necessariū est quod motus circularis sit circa aliquod quiescēs fixū, necesse est vt sit terra: quoniā est quiescēs in medio. sit hoc igitur, H *secundū quod diximus, & post loquemur de ipsa, & de alys elementis cōpendiosè. Modo aūt dicamus quòd, si alterum contrariorum fuerit naturale, & reliquum erit naturale necessario: quoniā materia contrariorum eadem est. Et, quia habitus est ante priuationē, vt calidum, & frigidum. quies vero, et grauitas non dicunt, nisi priuationem leuitatis, & motus.*

18 I Cum declarauit, & posuit ꝙ, si necesse est vt sit cœlum motū, necesse est vt sit fixum corpⁿ, circa quod est motus in medio, d. ꝙ necesse est ex ista positione ꝙ hoc corpⁿ sit terra: nullum enim corpⁿ est huiusmodi, nisi terra, s. corpus quiescens in medio. Et hoc intendebat, cum d. hoc igitur quiescens est terra. &, quia indiget in hac declaratione declarare ꝙ necesse est vt terra habeat cōtrarium, quod indiget sermone per se, & sit hoc, quod dixit, ꝙ cœlum indiget in suo motu terra, d. sit hoc igitur, secundum ꝙ diximus, &c. ideſt sit modo positum nobis quod terra habeat contrarium, & ꝙ elementa sunt plura vno, quousq; determinemus quot sunt elementa, & quā naturam habet vnūquodq;. Et innuit ꝙ hoc, quod dixit, ꝙ cœlum indiget aliquo fixo, quod ē terra: qm̄ sermo in hoc magis indiget diuisione, & distinctione. &, quia ponit ī sermone ꝙ terra habet contrarium, quod nō declarabiť perfecte, nisi consyderando de elemētis, d. post loquemur de terra, & de alijs elementis. i. quia sufficit nobis in hoc loco ponere ꝙ hēc contrarium. D.d. Modo aūt dicamⁿ ꝙ, si alterum cōtrariorum fuerit naturale, &c. i. & postq̄ concessum est ꝙ terra habet contrariū, dicamus ꝙ, si forma, quæ habet contrariū, fuerit naturalis forma, necesse ē vt forma cōtraria illi sit naturalis suo formato. v. g. ꝙ, si grauitas erit forma terræ, & fuerit naturalis terræ, necesse est vt corpⁿ sit leue, in quo leuitas sit naturalis. Et hoc quòd dixit, ꝙ materia contrariorū sit eadē, est causa esse vtranq; formam naturalem. qm̄, cum recipiens duo cōtraria fuerit idem, habebunt ad ipsum eandē proportionem. ergo, si alterum fuerit naturale subiecto, & reliquum. M

In. 2. d Gen. t. c. 49.

L

Alterū cōtrariorū ē forma, & habitⁿ, aliud aūt priuatio. Idē. 2. Phy. 15. & 10. Me. 15. & 7. Idē 1. de Gen. 18. & 4. Meteo. 27 Idē. 2. de Gene. 32. & 12. Met. 22.

D.d. Et, quia habitⁿ est ante priuationē, vt calidum, & frigidum. i. necesse est si alterum contrariorū fuerit vt sit alterum: qm̄ alterum cōtrariorum est habitus, & forma, aliud aūt priuatio istius formę: sed forma est ante priuationem, vt calidum & frigidum: frigidum enim est priuatio calidi: sicut est graue priuatio leuitatis, & quies priuatio motus. Et intendebat ꝙ, si contrarium, quod ē priuatio, fuerit, dignius est vt sit cōtrariū, quod est prius. & hoc quidē

est

A est dispositio terræ cum igne: terra enim grauius est, ignis vero leuius. si igitur graue est, dignius est vt sit leue: quemadmodum, si quies est, dignius est vt sit motus: &, si frigidum est, dignius est vt sit calidum.

At verò, si ē ignis & terra, necesse ē & ea, quæ inter ipsa sunt, esse corpora: contrarietatē enim habet vnūquodq; elemētorum ad vnumquodq;. supponaťautē & hoc nunc, posterius autē tentandum erit ostendere. His autē existentibus, manifestum est ꝙ necesse est generationem esse eō, ꝙ ipsorum nihil possibile est eē sempiternum: patiuntur enim, & agunt contraria à se inuicem, & corruptiua inuicem sunt.

In 4. huiⁿ tex. 37. & in 2. d Gene. tex. 16.

B

Reuertamur modo. & dicamus quòd, si necessario sunt terra, & ignis, ergo et alia corpora, quæ sunt inter ea. i. sit ergo hoc, secundū quod diximus, & post perscrutabimur in hoc sufficienter. Modo aūt dicamus quod, si ecōtrario sunt duo, manifestū est quòd tunc generatio est C *ex eis necessario. impossibile enim est vt aliquod elemētorum sit semper permanens: quoniam contraria agunt, & patiuntur.*

19 Cū declarauit ꝙ, si necesse est corpus, quod circulariter mouet, esse, ꝙ necesse erit corpⁿ graue semp quiescens esse, s. terrā, &, si terrā, & ignē. &, quia hæc duo sunt in fine cōtrarietatis, contingit vt sint in fine remota in loco, & cōtingit ꝙ inter ea sint alia elementa. Et pp hoc d. Reuertamur modo, &c. i. &, cū ita sit, necesse est vt inter ea sint alia corpora, aut plura, aut vnū: & oportet vt hęc oīa corpora sint cōtraria: qm̄ quodlibet elementorū necesse est vt sit cōtrariū alteri. &, quia hoc non est manifestū in hoc loco, dixit: ergo hoc, fm ꝙ diximus, &c. D.d. modo autē dicamⁿ, &c. i. & nō dixit hoc, nisi quia in hoc loco non apparet ꝙ cōtraria sunt plura vno perfecte. quasi ergo dicit: &, si non concedaťnobis ꝙ cōtraria sunt, nisi duo tm̄, manifestū est ꝙ necessitas est vt sit generatio. corpora enim contraria impoſe est vt non agant, & patiantur adinuicē: quapropter generantur adinuicem E ex his entia media necessario.

D Quodlibet elemētorū ē cōtrariū alteri. quod qualiť sit ī telligendū vide 5. Ph. cō. 10:

Insuper aūt non est rationabile quippiam mobile esse sempiternum, cuius non cōtingit esse fm naturam motū sempiternū. horum aūt est motus. Quòd igitur necessariū sit esse generationem ex his manifestū est. si vero generationem, necesse est & aliā esse lationē, aut vnā, aut plures. secūdum enim eam, quæ totius est, similiter necessarium est sese habere & elemēta corporum ad inuicem. dicetur autē & de hoc planius in sequentibus. F

Et dicamus ēt quòd impoßbile est vt sit motus æternus, cū non habuerit motum æternum naturale: necessario enim erit non permanēs. Manifestū est igitur, quòd necessario est generatio. & , si generatio ē necessario, erit sicut motus circularis vnus, aut plures necessario. secūdum enim dispositionem totius erit

G *dispositio elemẽtorum adinuicẽ. & post declarabimus hoc manifestius.*

20 Hoc,quod dixit, est quasi rememoratio de consequẽtia,quã narrauit.quasi ergo dicit,& manifestũ est ex hoc,qđ diximus,ꝙ,si motus ęternus est, necesse est vt sit motũ æternum: nisi motꝰ æternus inueniatur non æternus. &,cũ motum æternũ sit,igitur quiescens æternũ. &,cum hæc duo cõtraria sunt,generatio ergo erit,& corruptio.quapropter dicit: manifestũ est igit' ꝙ generatio
H necessario est,&c.i.&,si generatio sequitur à motu circulari necessario, necesse est vt sit æterna,sicut motus circularis. Si ergo motus æternꝰ circularis fuerit vnicus, tũc generatio erit vniꝰ speciei: &,si plures,pluriũ.

Et ideo d.secundum enim dispositionem totius erit dispositio elemẽtorum adinuicem. idest ꝙ diuersitas cœli motuum facit diuersitatem modorũ generationis,& corruptionis.&,quia hoc declaratur in Secundo Peri Geneseos, d.& post declarabimus hoc manifestius.

In 2.đ Ge. t.c.55.

Nunc aũt tantum manifestũ
I est ꝓꝓ quam causam plura sunt circularia corpora, quia necesse sit generationẽ esse. generationẽ aũt,si &ignem.hunc aũt &alia, si & terrã.hanc aũt,quia necesse est manere aliquid semper, si & moueri aliquid semp oportet.

Modo vero volumus dicere quare corpora rotunda sunt plura. Dicamus igitur quòd sunt plura propter generationem,quia generatio necessaria est. generatio enim impossibile est vt sit, nisi per ignem, K *& alia elemẽta. & terra non est, nisi quia est necessarium,si aliquid motum est æternum,vt sit aliquid fixum semper quiescens.*

Cum oĩa ista declarauit, potuit 21
dare causam, ꝓꝓ quã motꝰ cœli fuerunt plures,& vtitur in hoc sermone conuersione ꝓdictæ consequentiæ, & incœpit ex multitudine motuum corpoꝝ cœlestiũ,& peruenit ad primum principiũ,& d.Modo vero volumus dicere, &c. i. &,cũ declaratũ est hoc, possumus dicere qua de causa motus cœlestes sunt plures,&c qa L
necessariũ est vt sit generatio: & cõtingit diuinitus vt inueniat' fm ordinem: quia nõ perficit',nisi ex multitudine motuũ cœli,qui ꝓstant ordinẽ, & continuationẽ generatiõis. necesse est igitur ꝓꝓ hanc solicitudinem vt corpa cęlestia sint plura:qm manifestũ est ꝙ * generatio cuiuslibet speciei istius mũdi non perficit', nisi ꝓ aggregationem motuum corpoꝝ cœlestium: ꝙ,nisi essent plures motus eoꝝ, essent ociosi. quod est impossibile. Et debes scire ꝙ esse plures motus † ꝓ ordinationẽ in gñatione nõ est prima intentione, sed secũda. corpa enim cœlestia nobiliora sunt his:& ꝓꝓ quod aliquid inueniꝫ esse, est nobilius eo prima intentione:& declaratũ est in scĩa Diuinali ꝙ ista non inueniuntur, nisi ꝓꝓ se prima intẽtione. sed illud,quod inuenitur ꝓꝓ se prima intẽtione, necesse est vt inueniatur ꝓꝓ aliud secunda intentione nisi illic non esset natura innata ad largiendum. D.d. generatio enim impoſe est vt fit,nisi ꝓ ignem, & alia elementa. idest, &, si aliquis quęrat quare est generatio,dicemus qm̃

* Gñatio cuiuslibet spẽi istius mũdi nõ phcit',nisi ꝓ aggregationẽ motuũ corporum cœlestium.

M † Esse plũs mot' ꝓ ordinationẽ in gñatione non est prima intentione.

A qm̃ ex necessitate est, quia ignis, & alia elementa sunt.ita est intelligendum, non fm ꝙ apparet ex suis verbis,ꝙ generatio impoſe est vt sit nisi per ignem: qm̃ hoc manifestũ est falsum.sed ipse non intendebat inducere illud,quod sequit'ad generationem,sed illud,ex quo sequit'generatio:sed accipit illud, quod sequit' ad generationem in loco eiꝰ, a quo sequitur generatio.quasi ergo dicit necesse ẽ vt generatio sit, quia ignis est,& alia elementa. qm̃ consequentia conuertit',ſ. ꝙ, si generatio est, ignis est,& alia elementa,& ecõuerB so. Et intendebat per hoc, fm ꝙ reputo,demonstrare ꝙ a priori in istis sequit' posterius:& quod à posterio ri sequitur prius.& dixit hoc, quia, cum posterius in rebus generabilibus inueniatur,inuenietur prius:&, si prius inueniat', non est necesse vt inueniatur posterius. v.g.si domus, ergo lapides:&,si lapides non est necesse vt domus sit. Quare ergo aliC quis'potest dicere ꝙ hoc, quod dixisti hic,est econuerso de generabilibus?cum enim generatio est, erunt elementa:& non sequitur ꝙ, si essenta sint,ꝙ fit generatio:tu autẽ posuisti econuerso,ſ.ꝙ, si elementa sint, generatio est.&, quia hoc est addendum, voluit declarare ꝙ conuersio in istis est ex duobus extremis.&,ꝙa ipse non posuit consequentiam, nisi ex vno extremo tm̃, in quo apparet consequentiam esse impossibilem,ſ. consequẽtiam posterioris ex priori:aduersarius enim potest' ſuehi dicendo,ꝙ illud,quod est notum est consequẽtia prioris ex posteriori,non posterioris a priori: tu autẽ posuisti ꝙ posterius in generatione sequitur a priori,non prius a posteriori:& propter hoc respondit ꝙ cõ D
sequentia hic inuenit' in duabus partibus. D.d.& terra non est,&c.i.motus cœlestes sunt plures propter generationem.generatio. n. est ex necessitate ꝓꝓ ignem:ignis autẽ necessario sequit'a terra:terra vero a corpore circulariter moto. & tacuit cõsequentiam residuam,quia est nota per se:& est ꝙ corpus, quod circulariter mouetur, est propter illud, quod mouet ipsum, cum sit impossibile in eo, in cuius substãtia est vt semper moueat,vt non moueat,nisi suum esse esset ociosum.qm̃ ĩ substantia ignis est vt comburat, necesE sario ẽ vt aliquid recipiat cõbustionem:nisi ista potentia esset ociosa'.

In rebus gñabilibꝰ cũinueniẽt posterius, inueniet prius,& si ẽ contra. vide pro hoc.2. ph. te.c.89 & 90.

Quæsitum Tertium. Formam cæli rotundam esse.

FIguram autem sphæricã necesse ẽ habere cœlũ: hæc. n. est & maxime propria substantiæ,& natura,prima. Dicamus aũt vſr de figuris,quæ prima fit & in planis, & in solidis. Oĩs itaqꝫ figura plana aut rectilinea est,aut circũlatilinea. & rectilinea quidem a pluribus con
F tinetur lineis, circũlatilinea aũt ab'vna. Qm̃ igitur prius natura in vnoquoqꝫ genere est vnum multis, & simplex composito, prima vtiqꝫ erit planarum figurarum circulus.

Dicamus etiã quòd figura cœli rotunda est necessario: quoniam illa figura est conueniens substantiæ,& naturæ cœli. Volumus modo perscrutari de figuris, & quæ sunt primæ in superficiebus,& corpori-

G *poribus. Dicamus ergo quòd omne ſuperficiale, aut eſt figura æqualis, aut circularis. figura autẽ circularis ẽ illa, quam continet vna linea. figura autem æqualis, quam continent plures lineæ. Et, cum ita ſit, & vnum in omni genere ẽ ante plura, & primum eorum naturaliter: & ſimplex eſt ante compoſitum: ergo circulus eſt ante, & prius figuris ſuperficialibus.*

22 Quamuis declaratum eſt ex præ
H dictis ꝙ figura cœli eſt rotunda, ꝙa motus circularis non exiſtit naturaliter, niſi in figura rotunda, tñ ī hoc loco vult ponere hoc quæſitū p ſe: qm̃ declaratio ei⁹ ſuperius non fuit prima intentione, ſed conſequebat̃ ex illo, quod intendebat declarare. & pp hoc reuerſus eſt ad perſcrutandum iterum de hac intentione, & d. Dicamus etiam quòd figura cœli, &c. i. & volumus modo declarare ꝙ figura cœli eſt rotunda: & hæc figura eſt conueniens naturæ, & ſubſtantiæ eius. proportio. n. iſtius figuræ ad alias figuras eſt proportio ſub
I ſtãtiæ cœli, aut corporis cœli ad oĩa corpora. Et, cum hoc intendebat, dixit: Volumus modo perſcrutari de figuris, &c i. & hoc declarabitur ex duabus propoſitionibus. Quarum altera eſt ꝙ corpus primū habet primam figuram. Secunda eſt ꝙ figura rotunda eſt prima figurarum. Et quia prima propoſitio eſt manifeſta, dimittit eam, & incepit declarare ſecundam, & d. Volumus igit̃ perſcrutari, &c. & dicit hoc, quia ſunt conſimiles, quia ſ. proportio circularis ad figuras ſuperficiales eſt ſicut figuræ ſphęricę ad figuras corporeas: K & quia hoc magis apparet in ſuperficialibus. & etiam vī propter hoc, quia eſſe huiuſmodi intentionis in circulo eſt cã ſui eſſe in figura ſphærica: qm̃ ſuperficies eſt prior corpore, & linea prior ſuꝑficie: pp hoc poſuit declarationem in ſuperficieb⁹, & d. omne ſuꝑficiale, aut eſt *linea, &c. i. omnis ſuperficies continetur aut linea recta, aut circulari. D. d. figura autem circularis continet̃ ab vna linea, & ſuperficies, quæ continetur a linea recta, continetur a pluribus duabus. D. d. Et, cum ita ſit, &c. i. &, cum poſuimus ꝙ figura, quę cõtinetur ab vna linea, eſt in genere fi L gurarum, ſicut vnū in numero, & ſimplex in genere omni: & ꝙ figuræ, quæ continent̃ a pluribus lineis, ſunt ſicut multitudo in numero, & ſicut compoſita in alijs generibus: &, cum poſuimus ꝙ vnum in quolibet genere eſt prius multitudine, & quod ſimplex eſt prius compoſito, neceſſe eſt vt figura ſuperficialis rotunda ſit prior figura ſuperficiali multorum laterum. &, cum hoc ſit neceſſe in ſuperficiebus, neceſſe erit in corporibus. figura ergo ſphærica eſt prior. & intendit per hoc ꝙ figura rotunda eſt prior triangulo: quia M figura rotũda eſt vnius lineæ, & triãgulus trium. &, quia triangulus eſt prior cæteris figuris, quarum lineæ ſunt rectæ, neceſſe eſt vt illud, quod eſt prius eo, ſit iſtis prius. Et videt̃ ꝙ, cum dixerimus ꝙ ſuperficies rotunda ſit prior non rotunda, ſit alio Obiectio. modo, q̃ cum dixim⁹ ꝙ ſimplex eſt pri⁹ compoſito. ſuperficies enim rectorum laterum nec componit̃ ex rotundo, neq; diſſoluitur in ipſum, ſicut aliæ figuræ diſſoluunt̃ in trian

gulos

A gulos. Sed inuenitur in ea ſimile diſ
Solutio. ſolutioni, & compoſitioni in eo, ꝙ triangulus cõponit̃ ex tribus lineis, & circulus ex vna. ſi igitur linea, ex qua componitur circulus, eſſet eiuſdem ſpeciei cum ea, ex qua componitur triangulus, tunc prioritas circuli ad triangulum eſſet ſicut prioritas ſimplicis ad compoſitū: ſed in rei veritate circulus eſt prior triãgulo, ſicut linea circularis eſt prior linea recta: quia circulare ẽ perfectū, & rectum diminutum. & pp hanc diminutionẽ accidit ei vt recta non poſſit continere figuram. ſed tñ Ari
B ſto. non accepit prius in demonſtratione iſta ſm hunc modum, ſed ſm prioritatẽ ſimplicis ad compoſitū, nõ vere, ſed per ſimilitudinem: qm̃ linea circularis non eſt de genere rectitudinis. ſm hoc igit̃ eſt intelligẽda iſta propoſitio. Propoſitio autẽ, dicens ꝙ figura prior debet eſſe in corpore priori, eſt manifeſta, cũ poſuimus ꝙ prius ſm ſubſtantiam debet eſſe prius ſm accidentia eſſentialia propria, ſ. accidentib⁹ eius, quod eſt poſterius, ſicut eſt prius eo p ſubſtantiam corporis, & cum poſuim⁹ ꝙ figura eſt accidens, quod ſequit̃ ad ſubſtantiam corporis. &, cũ ita ſit
C neceſſe ẽ vt figura cęli ſit prior alijs figuris. qm̃ figura cęli non eſt in eo accidentaliter, ſicut in elementis, in quibus intendebatur receptio multarum figurarum, cum eſſe elementorum * ſit propinquius ad eſſe materiæ q̃ ad eſſe formæ: corpus autem cœleſte econtrario, qm̃ ſuum eẽ eſt propinquius formis.

Figura cœli nõ eſt i eo accidẽtaliter, ſicut i eſſentis, i q bus intendebat̃ receptio figurarũ. vide 3. cę. c. 67 * Eſſe eſſentorũ ẽ ꝓpinquiꝰ mãę, & eẽ cęli ẽ propinquius formæ. idẽ 1. cę 24.

Amplius autẽ, ſi perfectū id eſt, extra quod nihil eorũ, quæ ipſius ſunt, poſſibile eſt accipere, quemadmodũ determinatũ eſt prius: & recte quidẽ appoſitio ſemper eſt, circulari aũt nunq̃: manifeſtũ eſt ꝙ perfecta vtique erit ea, quæ continet circulũ. quare, ſi perfectum prius eſt imperfecto, & ob hęc prima vtique erit figurarũ, circulus. Silr aũt & ſphæra ſolidarum. ſola. n. illa continetur vna ſuperficie, rectilineę autem pluribus. vt. n. ſe habet circulus in planis, ſic ſphęra in ſolidis.

Dicamus etiam quòd completũ ẽ illud, quod nõ inuenitur, nec poſſibile ẽ inueniri poſt ipſum, neq; extra ipſum aliquid, ſicut prius determinauimus, ſed poſſibile ẽ addere ſemper in linea recta, & non ẽ poſſibile addere in linea circulari omnino. & , cum ita ſit, manifeſtũ ẽ quòd linea circularis ẽ completa, & perfecta. & , ſi circulare ẽ perfectum, & perfectum ẽ ante dimetnutum, neceſſario erit propter has propõnes prædictas, circulus ante iſtas figuras, & primum eorum. E *Erit igitur corpus ſphæricum ante alia corpora. quoniam ipſum ſolũ continetur ab vna ſuperficie, alia vero corpora æqualium linearum continentur a pluribus ſuperficiebus. & dicamus etiam quoniam, ſicut circulus in ſuperficiebus, ita ſphæricum in corporibus.*

Hæc eſt alia demonſtratio, ꝙ fi 23
gura circularis eſt prior natura non circulari, & ꝙ ipſa ſola eſt perfecta.

&

G & declarat ꝙ figura circularis eſt p
fecta duabus propoſitionibus, quarum vna eſt, quod in figura rotũda impoſſibilis eſt additio, & diminutio: & ſecunda eſt, ꝙ perfectum eſt illud, in quo eſt impoſſibilis additio. &, cum hoc conuertatᵉ, quia hæc eſt definitio perfecti, concludeᵗ in ſecũda figura (* quamuis ſit ex duabus affirmatiuis, quia maior conuertit) ꝙ figura circularis eſt perfectaˡ, ſic.

Definitio ꝓfecti ẽ eẽ id, cui nõ põt additio fieri. idẽ. 1. cœ. 4. & 12. & 7. ph. 18. & 8. phyſi. 75.

* In ſecũda figura, qñ maior cõuertitur ĩ terminis,

In figura circulari impoſſibilis eſt additio, & diminutio: & quod ẽ huiuſmodi eſt ꝓfectũ: ergo figura circularis eſt perfecta. Præterea nõ circulare eſt diminutũ: & declaratᵉ duabus propoſitionibus in ſecũda figura ſic. In eo, quod non eſt circulare, poſſibilis eſt additio, & diminutio: & quod eſt tale, eſt imperfectũ: ergo illud, quod non eſt circulare, eſt imperfectum: ergo illud, quod non eſt circulare, eſt imperfectum. D. d. & ſi circulare eſt perfectum. i. ſm ꝙ manifeſtũ eſt ex hoc ſermone † quod ꝓfectum eſt ante diminutum, erit neceſſario pp has ꝓpoſitiones, &c: & intendit ꝑ propoſitiones primam demonſtrationẽ, & ſecundam, cum in vtraq; demonſtraret ꝙ figura circularis eſt ante rectam: in prima quidem, quia eſt ſimplex, in ſecũda autem, quia eſt perfecta. D. d. Erit igiᵗ corpus ſphæricum, &c. mutauit demonſtrationẽ de ſuperficie rotũda ad corpus rotundum, cum hæc eſſet ſua intentio. i. & per demonſtrationem, ex qua apparet ꝙ circulus eſt prima figurarũ ſuperficialiũ, apparet ꝙ figura ſphærica eſt prima cæterarum figurarũ corporaliũ. qm̃ ſicut circulus eſt prior, quia eſt ſimplex ex vna linea, aliæ autẽ figuræ ſuperficierum ſunt compoſitæ, ita ẽ

H poſſumus arguere ex ambabus affirmatiuis. Idẽ. 2. ph. 23. & 4. phy. 33. & 42.

† Perfectũ ẽ añ dimiuutũ. idẽ. 8. ph. t. c. 75. & 1. Cœ. 12.

I de ſphæra cum alijs figuris corporalibus. D. incepit declarare ꝙ illud, quod ſequebaᵗ in figuris ſuperficierum, ſequitur etiam in figuris corporum ex proportione: & iſte modus declarationis in corporibus aliᵃ eſt a declaratione, qua fuit vſus ante mutationem. & d. & dicamus etiam quod, ſicut circulus eſt in ſuperficiebus, ita eſt ſphæra in corporibᵘ: ſed notum eſt ꝙ proportio circuli ad alias ſuperficies eſt ſicut proportio ſphæræ ad alias figuras: & declaratũ eſt ꝙ circulus eſt prior alijs ſuperficiebus: ergo & figura ſphærica eſt prior alijs corporibus. K L

Amplius aũt & diuidentes in plana, & ex planis corpora generantes, teſtes fuiſſe his vñr. ſolã enim ſolidarum ſphærã non diuidunt, tanc̃; non habentẽ plures ſuperficies c̃; vnã. diuiſio. n. in plana, non vt ſecãs quis ĩ partes diuidet totũ, hoc efficiᵗ modo, ſed vt ĩ diuerſa ſpecie. Quod igitur ſolidarum figurarum prima ſit ſphæra palam eſt.

Dicamus etiam, quòd corpora facientes ex ſuperficiebus, & diſſoluentes ea in ipſas teſtantur nobis. hi non diſſoluunt corpus ſphæricum inter alia corpora: quoniam non habet plures ſuperficies. & nõ eſt diſſolutio corporum in ſuperficies, ſicut diſſolutio totius corporis in partes. diſſolutio enim corporum in ſuperficies erit in formas diuerſas. Manifeſtum eſt igitur quòd figura corporis ſphærici eſt ante figuras aliorum corporum. M

Non

A Non intendit ꝑ hoc ꝙ ſermo illo
24 rum ſit verus: ipſe enim contradicit in Tertio tractatu iſtiᵘ libri illis: ſed vult demonſtrare ꝙ ipſa natura rei cogit dicentes corpora eſſe compoſita ex ſuperficiebus, vt non componant corpus ſphæricum. & hoc quidem non accidit eis, niſi quia figura eius eſt ſimplex. D. d. & non eſt diſſolutio corporum, &c. poteſt intelligi ꝙ velit dare differentiam inter dicẽtes ꝙ corpus componiᵗ ex partibus indiuiſibilibus, & dicentes ꝙ ex ſuperficiebus. Dicentes. n. corpus componi ex indiuiſibilibus, non eſt apud

B eos corpus ſimplex: componẽtes autem ex ſuperficiebus poſſunt dicere corpus eſſe ſimplex. compoſitio. n. corporum ex ſuperficiebus, vt dñt, eſt multis modis. dicunt. n. ꝙ figura ignea componiᵗ ex quatuor triangulis: & ꝙ octoedron componiᵗ ex octo triangulis, & icoſiedron componiᵗ ex viginti triangulis. Et, quia apud eos cauſa compoſitionis corporum eſt multitudo ſuperficierũ, neceſſe eſt eis dicere ꝙ corpus ſphæricum eſt ſimplex, cum ſit ex vna ſuperficie. &, quia compoſitio corporum ex ſuperficiebᵘ fit multis modis,

C poſſibile eſt inueniri corpus ſphæricum, carens omnibus iſtis modis, & quia compoſitio ex partibus eiuſdẽ modis eſt in oĩbus corporibus, impoſſibile eſt ſm ſuam exiſtimationẽ inueniri corpus ſimplex. Hoc igiᵗ intendebat, ſm ꝙ puto, cum dixit ꝙ diſſolutio corporum in ſuperficies erit in formas diuerſas. i. ꝙ diſſolutio corporũ in ſuperficies imaginatur diuerſis modis ſm numerũ modorũ compoſitionis: diſſolutio aũt corporis ĩ partes eſt eiuſdẽ modi in omnibus corporibus.

Eſt aũt & ſm numerũ ordinẽ D
aſſignantibus ſic ponentibus rationabiliſſimũ, circulũ quidem ſm vnum, triangulũ autem ſm dualitatẽ, qm̃ duo recti ſunt. ſi autẽ ſm triangulum, vnũ, circulus non erit figura.

Dicamus quòd, ſi figura corporis ſphærici eſt etiam in numero, & termino ante figuram aliorũ: corporum: ſphæricum enim habet vnam lineam, triangulus autem habet duas: & vnum ante duo eſt prius in numero, & in termino: ergo figura corporis ſphærici eſt ante figuras corporum. E

Intendit ꝑ terminum definitionem. & quaſi dicit, ꝙ figura ſphærica eſt ſimilis vno. &, quia vnum eſt prius in definitione, & numero, neceſſe eſt vt figura ſphærica ſit prior figuris numero, & definitione. Et hoc manifeſtũ eſt, qm̃ in definitione numeri accipiᵗ vnũ: ſed non in definitione vnius accipitur numerus: definitio ergo vniᵘ eſt prior definitione numeri. In figura autem ſphærica non inueniᵗ hoc, niſi ſm ſimili-
25 Vnum eſt prius numero.

F tudinem, ſicut diximus: quemadmodum non inueniᵗ in eo ſimplicitas, & vnitas, niſi ſm ſimilitudinẽ. &, quia prioritas definitionẽ, & numero eſt alia a prioritate ſm ſimplicitatem, & vnitatem, propter hoc eſt iſta demonſtratio alia a prædicta demonſtratione. Et hoc, ꝙ dixit ꝙ orbis habet vnam lineam, intendebat circulum. i. ꝙ figura ſphærica aſſimilabatur vni: in vno autẽ inueniuntur tres modi prioritatis, ſ. qa eſt vnum ſimplex, & quia eſt prius

defi-

definitione,& quia eſt prius numero.ſ.in ordine numeri,neceſſe eſt vt figura ſphærica ſit prior his tribus modis cæteris figuris cũ mõ quarto prioritatis,quem hẽt proprie,ſ.prioritatem perfecti reſpectu diminuti. & hæc quidem prioritas eſt magis propria:quia non dr̃ in eo ſm ſimilitudinem.& pp hoc vr̃ mihi ꝙ hæc demr̃atio eſt firmior inter iſtas.

Quoniam autem prima quidem figura primi eſt corporis. primum autem corpus, quod ī extrema circũlatione, ſphæricũ id vtiq; erit, quod circulari circũfertur latione. Et quod igitur continuum illi eſt: ſphærico.n. continuum eſt ſphæricum. Siʳ autem & quę ad mediũ horum ſunt.quæ enim a ſphærico continentur,& tangunt,tota ſphærica neceſſe eſt eſſe: quæ aũt infra eam,quod planetarum ſunt, tãgunt eam,quæ ſupra eſt ſphęrã. q̃re ſphęricavtiq; erit oĩs:oĩa.n. tangunt,& cõtinua ſũt ſphæris.

Dicamus etiam quòd,ſi prima figura eſt in primo corpore,& primum corpus eſt illud, quod eſt in primo orizonte motus totius, neceſſe erit illud,quod circulariter monetur eſſe rotundum.Igitur & corpus,quod ſequitur ipſum,eſt etiam rotundum.corpus enim copulatum cum corpore rotundo etiam eſt rotundum.Et corpus, quod eſt in medio,eſt etiam rotundum. omnia.n. corpora quæ continentur,& copulantur cum corpore rotũdo ſunt rotunda neceſſario. & ,cum ita ſit, & corpora,quæ ſunt ſub orbibus erraticis,ſint copulata cum ſuperiori motu, neceſſario erit totum rotundæ figuræ: quoniam omnia corpora ſunt continua, & contangentia ſunt orbes erraticos: orbes aũt erratici tãgũt orbes vltimos.

Cum declarauit ꝙ figura ſphæri ca eſt prima figurarum, & intentio eius fuit declarare ꝙ figura cœli eſt ſphærica,cõiungit huic propoſitioni,quam declarauit,propoſitionem notam p ſe,& eſt ꝙ prima figura debet eſſe in primo corpore.& cũ coniungatur huic ꝙ cœlum eſt primũ corpus,ſequitur neceſſario ꝙ figura cœli eſt prima figura: ſed prima figura eſt ſphærica:ergo figura cœli ſphærica eſt. quod autem cœlum eſt primum corpus manifeſtũ eſt p ſe. Et,cum dicit, ꝙ corpus primum eſt in orizonte totius,poteſt intelligi orbis ſtellatus. Et põt intelligi totus orbis;qui continetur a ſuperficie orbis ſtellati,& a ſuperficie ignis, q vr̃ mouet motu diurno. Et d. Igit & corpus,quod ſequitur ipſum, eſt et rotundum.&, ſi intellexerim⁹ ex hoc totum cœlum,intendit p illud, quod ſequitur ipſum igné, & aeré. &,ſi intellexerimus orbem ſtellatũ, intendit p illud, quod ſequitur ipm orbem Saturni.& magis manifeſtũ eſt ꝙ intendat per illud,quod ſequitur,ignem,& aerem, & per corpus, quod eſt in medio,terram. Et hoc eſt meliusdicere.qm̃ figura ſphærica eſt in omnibus corporibus cœleſtibus eſſentialiter,& in elemẽtis accidentalr:quia exiſtunt in rotundo:& quia vacuum non eſt. Si ergo dixe-

Figura ſphęrica ẽ ī oib⁹ corporib⁹ cœleſtibus eſſentialr,et ī elẽntis accĩtalr. Idẽ ſup.c. 11.

dixerimus ꝙ orbis Saturni eſt rotũdus,quia eſt in rotundo, & quia nõ eſt aliquid vacuũ,eſſet cã accidentalis.cum aũt dixerimus ꝙ ignis eſt rotundus,quia eſt in rotundo, eſt cauſa eſſentialis. Et,cum declarauit ꝙ vnumquodq; iſtorũ corporum eſt rotundum,& q̃dam ex ſuis naturis, & q̃dam ex naturis eorũ, in quibus exiſtunt,d.&,cum ita ſit,&corpora, q̃ ſunt,&c.& intendit per corpora, quæ ſunt ſub orbibus erraticis, quatuor elementa : & intendit p erraticos, orbes ſtellarũ ſeptem. Sed aliquis põt quærere, & dicere, verũ eſt illud,quod illud , quod eſt in concauo ſphęrici,neceſſario debet eẽ ſphęricæ conuexionis, ꝙ aũt ſit ſphæricæ concauitatis non eſt neceſſariũ. v.g. quia ignis eſt in concauo orbis lunæ, cõtingit neceſſario vt habeat ſupficiem conuexam , vt aũt habeat ſupficiem concauam non eſt neceſſarium : ergo non manifeſtabit ex hoc ſermone ꝙ aer ſit ſphęricus,aut aqua,aut terra. Et diſſolutio huius eſt ꝙ ex ſubſtãtijs horũ corporum eſt vt figurent ſphærice, cũ fuerint in locis ſuis naturalibus, ſm qđ declaratũ erit, qñ conſyderauerimus de figuris eorũ proprie.qñ,cum poſuerimus ꝙ motus eorũ a centro,& ad centrum eſt motus æqualis ex oĩbus partibus.i.ꝙ intendũt in dimẽſiones æquales,& quod quieſcent in dimenſionibus æqualib⁹ a loco motus,contingit neceſſario vt figurentur figura ſphærica.

Dubium.

Solutio.

Amplius,qm̃ vr̃,& ſupponitur circulariter circũferri ipm vniuerſum, demonſtratũ eſt autem ꝙ extra vltimã circũlationem neq; vacuum eſt,neq; loc⁹, neceſſe eſt & propter hæc ſphæricum eſſe ipſum.Nam,ſi erit rectilineum,accidet & locum eſſe extra,& corpus,& vacuum. nã rectilineum , quod circulariter vertitur,nunquam eandem occupabit regionem, ſed vbi prius erat corpus,nunc nõ erit,& vbi nunc non eſt , iterum erit propter permutationem angulorũ. Similiter autem & ſi quæ alia fi gura fiat non æquales habẽs eas, quæ ex medio,lineas,vt lenticularis,aut oualis. in omnibus enī accidet & locum , & vacuum eſſe extra lationem , propterea ꝙ non eandem regionem totum occupat.

Et dicamus etiam quòd,cum illud, quòd diximus, videtur cadere ſub viſu,neceſſario eſt permanens, & manifeſtum ẽ quòd figura vniuerſalis vadit circulariter,& iam declarauimus etiã rationabiliter quòd extra vltimum orbem non ẽ vacuũ,neq; locus, & ,cum ita ſit, figura eſt rotunda propter has diſpoſitiones,quas poſuimus in eo neceſſario.Quoniam,ſi vltimus orbis fuerit linea æqualis,non rotunda, neceſſario erit extra ipſam uacuũ, & locus,& corpus.quoniam linea æqualis,quando mouetur motu circulari,& motus eius non fuerit in eodẽ loco,ſed in diuerſis locis, recedet a ſuo loco,ī quo aliquãdo fuit, & aliquãdo non: & locus , in quo non eſt aliquando,eſt aliquando:

&

G *& hoc non erit propter diuersitatem angulorum. Et similiter erit in alys figuris quæ non sunt circulares, & quarum lineæ exeuntes a medio non sunt æquales, vt figura lentis, & oui. quoniam, cum orbis fuerit figuratus aliqua istarũ figurarum, deinde motus fuerit motu circulari, erit vacuum, & locus. quoniam circulatio totius, et eius itio non erit super vnum locũ semper, sed super loca diuersa, sicut diximus superius.*
H

27 Hęc est demonstratio alia accepta a visu. videtur enim ꝙ motꝰ corporis vniuersalis continentis dicat vere motus circulariter: quia videmus ꝙ vnaquæq; stellarũ mouetur a loco ad illum locum eundẽ absq; eo, ꝙ reuertat, & moueat ad contrariam partem, ad quam mouetur: & illud, quod mouetur ab aliquo, & ad illud idem absq; eo, quod reuertatur, mouet circulariter. Hoc igit intendebat cum d. Et dicamus etiã, &c. & intendebat per figuram vlem
I corpus continens totum. & d. cum hoc, qđ diximus visum fit sensui: ergo non indiget ratione: quia manifestum est per se. & sic componitur ratio. Hoc, quod diximus, ꝙ motus totius est circularis, est manifestum sensui: & quod manifestũ est sensui est permanens, & notum, & non indiget declaratione: ergo ꝙ motꝰ cœli est circularis est manifestum ꝑ se. D. d. secũdam propositionem, & d. & iam declarauimus, &c. i. &, cũ posuimus ꝙ motus Cęli est circularis, & posuimus illũd, quod declaratum est in principio libri, ſ. ꝙ extra orbẽ
K continentem totum non est vacuũ, neq; plenum, neq; locus, apparebit ex hoc ꝙ impossibile ẽ ꝙ figura corporis continentis totum sit nõ sphęrica. & intendit ꝓ rationabiliter, fortem demonstrationem. D. d. &, cũ ita sit, &c. i. & intendit per dispositiones hoc, quod mouetur circulariter & quod extra ipsum non est corpꝰ, neq; vacuum. Et, cum narrauit ꝙ existis propositionibus sequitur vt figura eius sit rotunda, incepit declarare quomodo sequit, & d. qm̃, si orbis vltimus, &c. i. qm̃, si posuerimus
L ꝙ figura orbis est composita ex lineis rectis, & ꝙ continet sub superficiebus rectis, tunc motus partiũ eiꝰ non erit in eodem loco, sed diuersis fm magis & minus. qm̃ loca, in quibus mouẽtur anguli figuræ, q̃ sunt extra, erunt necessario maiora locis in quibus mouẽtur partes, quæ sunt inter angulos. Et causa huius est, qa lineæ exeuntes a centro vsq; ad superficies nõ erunt æquales: quapropter linea maior mouetur in loco maiori loco, ĩ quo mouetur linea minor. locus igitur minoris necessario erit
M diuersus a loco maioris. D. d. recedet a suo loco, &c. i. &, cum corpus fuerit rotundum, continget ꝙ quælibet pars suarum partium recedat ab eodem loco existenti in actu sẽper, in quo ante non fuit, & in quo post non erit, & est idem numero: & sic continget ei vt vadat ad locũ existentem ſemper in actu, in quo ante non erat, & in quo post non erit, & est idem. quod non fit, cũ corpus transmutatur in eo, & intrat in ipsum, neq; corrumpitur, cũ recedit ab eo. Et hoc non accidit nisi in corpore sphærico. proprie. ꝓ. locus, ad quem

Qđ manifestũ é sensui é gmanens & notũ, & non indiget declaratione 1. cę. 1. cõ. 100.

A quem mouetur aliqua pars eius, idẽ est cum eo, a quo recedit: & sic locꝰ remanet idem numero, & partes permutantur absq; corruptione, vt fluuius, cuius partes mutant, eadẽ forma remanente. Corporum aũt nõ sphæricorum accidit parti vt locus eius non sit existens in actu, anteq̃ sit ĩ ipso, cũ locꝰ nõ sit ĩ actu, nisi cũ corpus fuerit in eo. quia igit locus, a quo recedit aliqua pars, differt a loco, in quo existit alia pars, ꝓp hoc non mouebit pars eius ad locũ existentem ante, & post. Et hoc intenB debat, cum dixit: & hoc non erit, ꝓpter diuersitatem angulorũ. & vt continget necessario cum corpꝰ nõ sphæricum mouebit, vt partes eius impleant locũ, & euacuent ipsum: quapp necessario sequitur vt extra ipsum sit locus, aut corpus, aut vacuũ: ergo non est sphæricum. D. d. Et sit erit in alijs figuris, &c. i. & similiter conueniet in figuris, quarũ lineæ exeuntes a centro vsq; ad circunferentiam non sunt æquales, q̃uis non contineant a superficiebus rectis, vt figura lentis, & oui. ſ. ꝙ, si figura cœli fuerit vnius istarũ figurarum, continget vt extra ipsum sit locus, siue corpus, siue vacuum. & hoc intendebat cum d. qm̃, cũ orbis fuerit, &c. &, cum dixit hoc, dedit cãm
Obiectio. C ejus, & d. qm̃ circulatio, &c. Et hoc, qđ dixit, non est manifestũ in istis figuris, ſ. oui, & lentis. qm̃, cum axis corporis oui fuerit in longitudine, tunc erit sicut corpus sphęricũ, ſ. ꝙ partes eius non implebũt, neq; euacuabunt. & sic de corpore lẽtis. qm̃, cum ejus axis fuerit ex parte laterũ, tunc partes eius non implebunt locum, neque vacuum. Et ideo d. The
Solutio. mistius ꝙ intelligendus est sermo Cœ. Gen. Met. cũ cõ. Auer.

Arist. in interpretatione ĩ bonum: D & est ꝙ, quocunq; modo axis positus fuerit in sphæra, contingit nõ ĩplere locũ, aut euacuare. cęteris autem figuris contingit contrarium: qm̃ quædam, cum mouentur, implent, & vacuant quocunq; mõ mouentur: & quibusdã contingit hoc in quibusdam sitibus. & vt ꝙ ĩuit per hoc, quod declaratum est ĩ Phy- 4. ph. tex. com. 43.
sicis, ꝙ corpus sphæricum contines totum non est in loco, cum nihil sit extra ipsum, quia est perfectũ: alia autem corpora necessario sunt ĩ loco, quia necesse est vt extra ea sit aliquid. locus. n. sphęrę nãtr est conue E xũ centri: quapp nõhẽt locũ vere.

Amplius autem, si motuum quidem mensura est cœli latio, quia sola continua est, & regularis, & sempiterna: in vnoquoq; autem mensura, quod minimũ: minimus autem est motus velocissimus: manifestum est ꝙ velocissimus vtiq; erit oĩum motuum cœli motus.

Et dicamus quod numerus omnium motuum est motus cœli: ipse enim solus est continuus, æqualis, & æternus. & dicamus quod prĩcipium numeri cuiuslibet rei ẽ ex minimo. & , cum ita sit, & minimus motus est velocissimus, necessario erit motus cœli velocissimus omnium motuum. F

28 Hæc est demonstratio Tertia, & fundamentũ eius est super hoc, qđ declaratũ est in Quarto Physic. ꝙ ꝓ motum cœli numerantur oẽs mõtus. &, quia illud, per quod numerat aliquid, est minimum in illo gene- Tex. c. 133 Illud, per quod numeratur aliquid, é minimũ in illo ge-

Gre:ergo motus cœli eſt minimũ motuũ:ergo & velociſſimus motuum. oĩs.n.motus non menſuratur niſi p velociorẽ ſe. Et dixit: Et dicamus ꝙ numerus motuum,&c. i. ꝙ eſt dignior vt ſit primus. eſt.n.cõtinuus, & æqualis,& æternus:& ꝙ eſt hmõi neceſſario eſt primus motus:& motus primus neceſſe eſt hmõi eſſe, & econuerſo,vt declaratũ eſt in Phyſicis. D. incœpit declarare ex hoc, ꝙ neceſſe eſt vt ſit velociſſim⁹ motuũ & dixit, & dicamus ꝙ principiũ numeri,&c. ideſt &, cũ declaratũ eſt ꝙ iſte motus eſt principiũ motuũ : & H oẽ principiũ eſt minus in illo genere,ſiue indiuiſibile in eo: neceſſe eſt vt iſte motus ſit minimus motuũ. &,cũ ita ſit, neceſſe eſt vt ſit velociſſimus motuũ. Et hoc intẽdebat, cum d.&,cũ ita ſit,&c. & addidit iſtã conſecutionẽ in conſequente, ſ. hoc qđ d.ꝙ,ſi motus fuerit minimus, eſt velociſſimus, ad demonſtrandum ꝙ illud,quod ex ſenſu apparet, eſt conueniens rationi.

nere.id.10 ne.t. c. 3. & 4.& ph. 133. & 6. phy. 64.

At vero eorum, quæ a ſeipſo ad ſeipſum ſunt,minima eſt circuli linea:ſm autẽ minimam ve I locisſimus motus eſt. Quare,ſi cœlũ circulariter fert, & velociſſime mouetur. ſphæricũ ipſum neceſſe eſt eſſe.

Et dicamus etiam quòd minima figurarum,incipientium ex eodem loco, & peruenientium ad ipſum,eſt linea circularis. Si igitur linea circuli eſt minima omnium linearum figurarum, neceſſario ẽ motus circuli velociſſimus omniũ motuum. Et,cum ita ſit,& motus cœli eſt rotundus,circularis,& ve K *lociſſimus omnium motuum,neceſſario igitur erit cœlum ſphæricum & rotundum.*

Cũ declarauit ꝙ motus cœli eſt 29 velociſſimus motuũ, vult declarare ꝙ neceſſarium eſt vt in corpore velociori ſit figura minor: eum velocius ſit illud, cuius reuolutio eſt cõpleta in tpe minori : reuolutio autẽ figuræ minoris cõpletur in tpe minori,q̃ ſit tps,in quo completur reuolutio eius,quod eſt inęquale ei in motu,cũ circulus eius fuerit maior. Manifeſtũ eſt igitur per ſe ꝙ, cum duo mota circulariter, & æqualiter L in velocitate fuerint,& circulus alterius eorum fuerit maior, neceſſe eſt vt maiorẽ hñs circulum pertrãſeat ipſum in tpe maiori:quapropter eſt tardius hñti minorẽ circulũ.&,cum ita ſit,neceſſe ẽ vt corpus,de quo intendebatur eſſe velociſſimũ motorũ,moueretur ſupra ſpatiũ breuiſſimũ ſpatiorum corporũ æqualiũ ei in magnitudine. Et,qm̃ rotundũ cõtinetur a ſuperficie minori ſuperficiebus continentibus corpus nõ rotundũ,quod eſt æquale ei in magnitudine:manifeſtũ eſt.n. ex Geometria ꝙ corpus ſphæricum eſt minus M corpore æquali ei in circunferentia corpore, ſ.rectarũ dimenſionum:ergo circumferentia corporis rectarũ dimẽſionum, quod eſt æquale ei in magnitudine,eſt maior circũferentia corporis rotundi:ergo complebitur reuolutio eius in tpe maiori neceſſario. D.d.Et dicamus ẽt ꝙ minima figurarũ,&c. i. &, dico ꝙ minima circũferentiarũ ſuperficierũ æqualiũ in ſe in magnitudine eſt circulus.& d.ſ.figurarũ,quę incipiunt, &c.

A &c,i.cũ magnitudo earum fuerit æquális, eſt in ſuperficiebus linea circuli minor.&,cũ fuerit hoc manifeſtũ in circulo,& manifeſtum erit in ſphærico. D.d.Si igitur linea circuli eſt minor,&c.i.erit mot⁹ circuli velocior quã ſuperficiei, q̃ eſt æqualis circulo in ſuo ſpacio,cũ iſta ſuperficies mouetur circulariter. & quãuis motus eius ponatur æqualis motui circulari, tñ, quia circũferentia eius eſt maior circũferẽtia circulari,quæ eſt æqualis ei in menſura, contingit neceſſario vt reuolutio eius cõpleat in tpe maiorisl̃gitudinis. Et,cum B declarauit hoc in circulo, mutauit declarationẽ ad corpus ſphæricũ, & d. Et,cum ita ſit,&c. i.&,cũ manifeſtũ eſt ꝙ ita eſt de corporibus, ſicut de ſuperficiebus,& motus cœli eſt circularis, & velociſſimus motuũ,& ſit neceſſe vt circũferentia velociſſimi motorũ circulariter ſit minima circũferentiarũ, cõtinget neceſſario vt cœlum habeat figuram ſphęricã. & Ariſt.complet ſermonẽ ſuum dicendo oẽs propoſitiones, ex quibus ſequitur hęc concluſio.& Ariſt.ponit eas,quaſi præcedentes, & concluſionem,quaſi conſequens. Et debes ſci C re ꝙ fundamentũ iſtius eſt ſup hoc, ꝙ mundus impoſſibile eſt vt ſit minor,aut maior. qm̃, ſi poſſibile eſſet vt eſſet minor, eſſet poſſibile vt contineretur a ſuperficiebus non rotundis,& vt iſtæ eſſent æquales ſuperficiei rotundæ,ſ.continenti ſuum totum.

Sumet autem vtiq; quis &ex his,quæ circa medium collocata ſunt, corporibus hanc fidem. Si enim aqua quidem eſt circa terram, aer vero circa aquam, ignis autem circa aerem,& ſuperiora corpora ſecundum eandẽ D rationem.continua enim quidẽ non ſunt,tangunt autem hęc: ſuperficies autem aquæ ſphærica eſt:quod autem ſphærico continuum eſt, aut* mouetur circa ſphæricum,& ipſum tale neceſſarium eſt eſſe:quare & propter hoc manifeſtum fuerit ꝙ ſphæricum eſt cœlum. * a.l. ſicũ eſt.

Et poſſet aliquis credere quòd cœlum eſt rotũdũ circulare ex corporibus ĩ medio exiſtẽtibus. Aqua enim exiſtit ſuper terram, E *& aer ſuper aquam,& ignis ſuper aerẽ, ſed ſuper hæc corpora cœleſtia. & illa corpora ſuperiora non continua ſunt cum iſtis inferioribus, ſed cõtangentia ea tantum. Superficies vero aquæ eſt rotunda: quoniam quod tangit aliquod rotũdũ eſt rotudũ etiã.manifeſtũ igitur ẽ quòd cœlum eſt rotundum,& ſphæricũ propter hoc, quod diximus.*

Hæc declaratio eſt talis, ꝙ terra 30 eſt rotunda,& tangens aquã,& contangens rotundũ eſt rotundũ:ergo eſt aqua rotunda.& ſic de aere, & de igne.&,cũ poſuimus ꝙ corpus cœleſte tangit ignem, dẽt eſſe rotundũ. Obiectio. Sed aliquis põt quærere ꝙ illud, qđ tangit rotundum, debet eſſe rotundũ ex parte cõcaua, ſed non pp hoc debet eſſe rotundum ex parte cõuexa. Dicamus ergo ꝙ aqua eſt rotunda in conuexo : quia hoc declarabitur per illam declarationem, per quam declaratum fuit ꝙ terra eſt rotunda in conuexo: & ſimiliter poteſt Solutio. 1.Cœ.44.


C testapparere ex potentia declaratio nis de terra, & φ aer, & ignis debẽt esse rotunda in conuexo. qm̃ sicut descensus omnium partium corporum grauium ad medium totiꝰ cogit nos dicere ea esse rotũda, vt post dicemus, ita motꝰ corporũ leuium a centro ad circunferentiam æquali ter cogit nos dicere φ circũferentia est rotunda. Cum igit̃ necesse fuerit vt concauitas coporis cœlestis sit rotunda propter rotunditatem conuexionis ignis, necesse est vt conuexitas eius sit rotunda: qm̃ figura est in eo naturalis, & nõ sicut in elemẽ-
H tis: quapropter necesse est vt concauitas eius sit naturalis: ergo & conuexitas. & verba eius sunt manifesta ex hoc, quod diximus.

Aquæ superficies rotunda.

At vero φ aquæ superficies talis sit, manifestum est suppositione, sumpta φ apta natuta est semp confluere aqua ad magis concauum: magis autem concauum est, quod cẽtro propinquius est. Ducant̃ igit̃ ex centro linea A B, & linea A C, & producat̃, in qua B C. ducta igitur ad basim linea, in qua A D, minor ẽ
I eis, q̃ ex centro. magis concauus igitur locus est. quare influet aq̃ donec vtiq; æquetur. æqualis ãt est ijs, quæ ex centro, linea A E. quare necesse est apud eas, quæ ex centro, esse aquam: tũc enim quiesceret. linea aũt, quæ eas, q̃ ex centro, tãgit, circularis est: sphærica igitur aquæ superficies est, in qua B E C.

Et oportet nos declarare vtrũ sphærica sit superficies aquæ. Dicamus igitur quòd hoc manifestum est, cum posuimus quòd aqua cur- K *rit ad inferius locorum, & quòd inferius locorũ est propinquior locus centro. Ducamus igitur ad centrum duas lineas, quarum vna est ex A ad B, & altera ad G, & copulemus eas per lineam B, & G, q̃ est basis, dico quòd linea A D ẽ minor duabus lineis exeuntibus a centro. & hæc est figura, & cum ita sit, erit igitur locus ille inferior,* L *& magis profundus, & aqua curret ad ipsum necessario, donec illa linea, s. basis cũ duabus lineis exeũtibus a centro æquabitur. tunc igitur erit illa linea A D E æqualis duabus lineis exeuntibus a cẽtro ad duo latera necessario. & cũ peruenerit aqua ad illũ locũ, quiescet & non curret, & erit linea tãgẽs duas lineas exeuntes a centro circularis. & cũ ita sit, erit superficies aquæ necessario rotunda, s. linea B E G.*

Figura, declarans aquæ superficiem esse rotundam. M



Cum

A Cum posuit φ, si terra, aut aqua
31 fuerit sphærica, necesse est vt oĩa cõtinentia ea sint sphærica, vult declarare φ aqua necesse est vt sit sphærica naturaliter. & demũ auit hoc in aqua, non in terra, quia est propinquior. vĩ. n. φ magis recipiat figurã rotundam pp suum descensum ad centrũ de facili q̃ terra, quia est corpus liquidũ. & post in fine istius tractatus declarabit figurã terræ, post q̃ ponet φ mũdus est sphæricus. hic autem vult dicere φ mũdus ẽ sphæricus: quia aqua est sphærica. Et d.

infra te. 2. 3 6. & int.

B Et oportet nos, &c. i. oportet nos declarare, & bene posuimus, φ aqua ẽ sphæricæ conuexionis, cum posuimus φ aqua est super terrã, & φ cõtinet ipsam, & circũdat, & cooperit eam circumquaq; : & indifferenter in hoc sermone, siue ponat φ figura terræ fit sphærica, siue non. D. d. Dicamus igitur φ hoc manifestum est, cum posuimus, &c i. & hoc manifestum est, cum concesserimus φ aqua currit ad inferius suorũ locorum, & q̃rit etiam p suũ cursum, & descensum propinquissimũ locorũ centro, quod est mediũ totiꝰ, quem
C habet naturaliter. &, cũ dixit ad inferius locorũ, intendit inferius locoꝝ, quem habet naturaliter. aqua. n. naturaliter non moueret ad centrum totius, nisi semp inueniret terra extra suum locum, & esset locus naturalis aquæ idem cũ loco terræ naturali. & pp hoc non debemus intelligere ex hoc, quod dixit ad inferiꝰ locorũ, quod hoc sit sic in oĩ corpore graui, sed in aqua tm̃: qm̃ inferiꝰ locorũ terræ est centrũ, non propinquissimum locorũ centro. & sic̃ ẽt est intelligendũ φ, cum ista longitudo non fuerit terminata, non inue-
D nit propinquissimũ locorũ centro. D. d. Ducamus igit̃, &c. i. imaginemur modo φ aqua est sup terrã, & sit A centrũ terræ, & exeant duæ lineæ ab A, & pueniant ad superficiẽ aquæ, q̃ vicinat aeri, & sint extrema lineatũ B G, & ducamus lineã in ipsa superficie ab vno puncto ad alterũ, & sit B G. D. d. ergo basis, &c. i. si ergo posuerimus φ illa linea, quæ est in superficie aquæ, est recta, non arcualis, tunc fit triangulus, cuius basis est G B. extrahemus ergo a cẽtro perpendicularẽ sup lineã B G, & sit A D. linea ergo A D minor est q̃ li-
E nea A G. angulus. n. A D G rectus est maior angulo A G B acuto. & sic̃ declarat etiam φ linea A D est minor linea A B. D. d. &, cum ita sit, &c. i. & cum A D est minor duabus lineis A G, & A B, erit linea A D ppinquissima centro: punctus igit̃ D est inferior in loco q̃ duo pũcta G B, & magis profundus: quapp contingit vt aqua nõ quiescat in duobus pũctis B, G, sed decurrens ad punctũ D, qđ est magis infimum. & sic̃ æquabitur longitudo oĩum punctorũ a cẽtro: quapp conueniet vt aqua quiescat, & φ linea B E G sit circũferentia circuli, cuius centrum est centrũ terræ.
F Et hoc intendebat, cum d. cũ puenerit aqua ad locũ illũ, &c. & intẽdebat p lineã tangentẽ, lineã G B. & vocauit ipsam lineã tangentẽ, quia est sup superficiẽ. D. d. &, cũ ita sit, erit superficies aq̃ rotunda necessario, s. erit linea, q̃ ẽ, i ea circularis s. linea B E G.

Mundus rotundus.

Quòd igitur sphæricꝰ sit mũdus palam est ex his, & φ cũ diligentia adeo recte tornatus sit, vt nihil aut manufactũ sese habeat similiter, aut aliud quippiã

eorum, quæ apud nos in oculis *exiſtunt. † nihil enim eorũ, ex quibus cõſtitutionem accepit, ſic poteſt regularitatem ſuſcipere, & diligentiam, vt primi, qđ circum eſt, corporis natura. manifeſtum.n.eſt ꝙ proportionabiliter ſe habet, quemadmodũ aqua ad tertam, & elementorũ ea, quæ plus ſemper diſtant.

*a.l. apparent.
*Inferior nullum regularitatẽ & diligentiã recipere põt cœlo ęqualẽ.

Manifeſtum eſt igitur ex hoc, quod diximus. quòd totus mundus eſt rotundus, & eſt ſphæricus, & quòd ſapiẽter eſt factus: & impoſſibile eſt vt aliquid factum manibus, ſit ſimile ei in ſua rotunditate, neq; aliquid viſibile omnino. neque eſt poßibile vt aliquid ſit ita lene, & æquale, ſicut æqualitas huius corporis, & lenitas: neq; ſpiſſitudo iſtius corporis aßimilatur alicui ſpißitudini omnino. & hoc manifeſtum eſt. quoniam, ſicut inter ſpißitudinem aquæ, & ſpißitudinem terræ, & ſicut remotio ſpiſſitudinis elementorum, quæ multum remouentur inter ſe, ita eſt remotio ſpißitudinis corporis cœli ab alijs corporibus.

32 Cũ declarauit ꝙ, ſi aliquis poſuerit ꝙ terra, & aqua ſunt rotunda, neceſſario continget ex hoc ꝙ mũdus totus ſit rotũdus, declarauit ꝙ aqua eſt rotũda, deinde fecit de hoc remorationem, & d. Manifeſtũ eſt igitur, &c. i. & dixit ꝙ leuitas cõuexitatis mundi non aſſimilatur leuitati alicuius rei naturalis, aut artificialis: qm̃ vera rotunditas nõ exiſtit in materia generabili, & corruptibili, cum non poſſit recipere ipſam niſi fm ſimilitudinem ad corpora ſuper cœleſtia. quapp quanto magis appropinquauerit natura elementi ad corpus cœleſte, tantomagis recipit cõuexionem, & lenitaté. videtur.n. ꝙ natura terræ eſt remotior a corporibus cœleſtibus, q̃ alia. Et hoc non inuenitur tm̃ in elementis, ſed in corporibus cœleſtibus. & ideo. d. *Ariſto. in lib. de Aĩalibus ꝙ natura Lunę cõicans eſt cum natura terrea pp defectum luminis in ſe. Et, cũ ita fit, ergo illud, quod luminoſum tm̃ eſt per ſe, habet naturã cõicantẽ naturæ ignis: & illud, quod ex partib. eius eſt diaphanũ, non luminoſum per ſe, neq; recipiens lumen, hẽt naturã cõicantẽ naturæ aeris, & aquæ.

*a.l. lenitati.
*Idẽ. 2. e. de ſubſtãtia orbis, & primo cœli. 16.

Et hoc intendebat, cum dixit. qm̃, ſicut inter ſpiſſitudinem aquæ, &c. i. qm̃, ſicut inter ſpiſſitudinem aquæ & terræ, & lenitatem, & rotunditatẽ eſt magna differentia, & multa remotio: & vniuerſaliter, ſicut inter ſpiſſitudinẽ elementorũ remotorũ adinuicẽ maxime. v.g. inter ignem, & terram eſt magna differentia, ita eſt de corporibus cęleſtibus cũ alijs entis ĩmo remotio hæc debet eſſe maior, cũ natura corporũ cœleſtiũ maxime differat in nobilitate a natura horum corporũ ſimpliciũ. Et ſimiliter eſt intelligendum de ſpiſſitudinibus corporũ cœleſtium ad inuicem, & maxime corporis ſuperioris. hoc.n. corpus maxime debet eſſe perfectum in rotunditate, & lenitate, cum nihil ſit extra ipſum. qm̃, ſi rotunditas eius eſſet nõ perfecta, neceſſe eſſet ut extra ipm̃ eſſet aut plenum, aut uacuum. Et ex hoc apparet

Excentrici ſunt ponendi.


paret ꝙ hoc, quod dicunt Mathematici de ecentricis, eſt impoſſibile, cõtingeret. n. vt in corporibus cœleſtibus eſſent corpora non veræ rotũditatis, neq; habẽtia actionẽ, ſed quaſi replentia, vt inuenitur in compoſitione aĩalium. & hoc eſt valde remotum ab illis corporibus: & nihil eſt in libris Mathematicorũ niſi hoc, ꝙ apparet in Luna de eclipſibus. & forte poſſibile eſt inueniri Aſtronomiam conuenientem huic, quod apparet de Luna, ſine orbe ecentrico.

Quæſitum Quartũ. Cur cœli motus magis in vnam tendat partem, quàm in aliam.

Primo huius tex. 29. & 30. Vin ſempiternis caſus eé nõ poteſt.

QVoniam autem eſt dupliciter, in circulo moueri, vt ab A, aliud quidẽ ad B, aliud autem ad C, ꝙ non ſint contrarij hi* prius dictum eſt. † ſed, ſi nihil, vt contingit, aut a caſu in ſempiternis eſſe poteſt: cęlum vero ſempiternum eſt, & circularis latio: propter quã nã cauſam ad altera fertur, ſed non ad altera: neceſſe enim eſt & hoc aut principium eſſe, aut eſſe ipſius principium.

Volumus etiam perſcrutari de motu primi corporis mobilis, & dicere quòd poßibile eſt vt corpus rotundum moueatur duobus motibus, quorum vnus eſt ex A ad B, & alter ex B ad A. iam igitur diximus ſuperius quòd iſti motus non ſunt contrarij. Dicamus ergo quòd, ſi impoßibile eſt vt aliquid ſit ocioſe, impoßibile ẽ vt rei æternæ ſint abſolutæ ſine cauſa: & cælum eſt æternum: qua de cauſa ergo motus cœli fuit ex quibuſdam partibus, & non ex alijs? & iſte motus aut eſt cauſa alicuius, aut habet cauſam.



Cum cõpleuit ſermonẽ de figura cœli, vult perſcrutari de alio quæ ſito deſiderato, & eſt quare cœlum mouetur ad partẽ propriã. v.g. quare mouetur ab oriente ad occidentem, & alij orbes ecõtrario. Et, quia difficultas iſtius quæſtionis non apparet, niſi cum poſuerimus poſſibile ꝙ oẽ corpus ſphæricũ põt moueri duobus motibus diuerſis ęqualiter: & quod vnus motus non eſt in eo poſſibilis magis q̃ alius: qm̃ non ſunt contrarij, ſicut motus elementorum: motus.n. elementorũ diuerſorum, quia ſunt contrarij, non eſt poſſibile ponere ꝙ duo motus ſint poſſibiles eſſe in eodem corpore æqualiter, ſed vni eorũ eſt naturalis ſ. & alteri eſt accidentalis. impoſſibile enim eſt vt ignis moueatur ad inferius, ſicut ad ſuperius, neque terra ad ſuperius, ſicut ignis: quoniam, cum iſti motus ſunt contrarij, formæ eorum ſunt contrariæ: & poſſibile eſt dicere ꝙ cauſa contrarietatis iſtorum motuum eſt contrarietas formarum corporum motorũ.

G Quia vero motus corporum cœlestium non sunt contrarij: quapp æqualiter sunt possibiles vnicuique eorũ: ideo difficile est dare cãm, pp quam q̃dam mouent ex oriente in occidentem, & q̃dã econtrario. qua propter ĩcœpit demrare ꝙ duo motus diuersi æqualiter sunt possibiles in corporib⁹ sphæricis, & d. dicam⁹ ergo ꝙ oẽ corpus sphæricũ pole est moueri duobus motibus ex duabus partibus diuersis. v. g. imaginemur circulum ex conuexo centri sphęrę, circa quod reuoluit, & imaginemur sup illum duo puncta, ſ. A B. possibi

H le enim vt ista sphæra moueat ex A ad B, & ex B ad A super illũ eundem arcum. D. dedit demonstrationem sup hoc, & dixit: iam igit dixim⁹ superius ꝙ isti motus non sunt cõtrarij. i. dicamus ꝙ necesse est vt in eodem corpore corporũ sphæricorũ sint duo motus diuersi poles æqualiter. quia iã determinatũ est ꝙ isti motus non sunt contrarij: quapp diuersificarent naturæ motorum, quemadmodũ accidit in corporib⁹ simplicibus, quæ recte mouent. Et, cum dedit rationem ꝙ duo motus diuersi sunt poles in oi corpore cœ

I lesti, dedit rõnem, ꝙ debet ita esse, & d. Dicam⁹ ergo ꝙ, si impole est, &c i. sed iam declaratũ est ꝙ isti motus sunt ęterni, & necessarij: necessario ergo isti motus sunt consises in eodem moto semper, in necessario enim nulla est possibilitas: ergo alter eorum necessarius est ei: & omne, quod est necessarij, habet cãm. Si ergo motus diurnus ex oriẽte in occidente est necessarius, impossibile est vt sit sine causa. & sit, si mot⁹ aliarum stellarum contrarius ei est necessari⁹, impole est vt sit sine cã. &, si hoc est pp aliquam cãm, causa autem non est diuersitas naturarũ motarũ: cum isti motus nõ sint cõtrarij: difficile est igit dare cãm in hoc. D. d. & iste motus aut est causa alicuius, aut habet causam, i. necesse est vt, cum dixerimus ꝙ cœlum mouetur ad partem propriam, ꝙ hoc sit in cœlo pp causam, aut vt cœlũ sit causa eis, quę sunt sub eo, existen tibus. i. impole est vt eẽt causa istis, nisi propter illum motum. quasi ergo dicit motus cœli ad partem propriam, aut erit causa alicui⁹ ex istis, quæ sunt hic, aut habet causam ĩ se.

K dẽ, vbi ponit potentiã in oĩ intelligẽtia, excepta prima vide cont. Zim.

Forte igitur de quibusdã enũ L ciare aliquid tentare, & de oĩb⁹, & prætermittere nihil, videbit vtiꝙ esse signũ aut multę amentiæ, aut multæ promptitudinis. non tñ iustum est omnes similiter increpare, sed videre oportet causam dicendi, quænã sit. præterea quo pacto se habeat in credendo, vtrum humano modo, an validius. Certiores igitur necesitates quando quis fuerit assecutus, tunc gratiam habere oportet inuenientibus: nunc autem id, quod videtur, dicẽdum M est. Si enim natura semper facit eorum, quę fieri possunt, quod optimum est, est autem quemadmodum earum, quę super recta fiunt, lationum ea, quæ ad eum, qui sursum est, locum. honorabilior (diuinior enim est locus, qui sursum est, eo, ꝙ deorsũ) eodem modo & quæ ad ante fit ea, quæ ad post: siquidem sic se habent & dextrũ, & sinistrum, quemadmodum dictũ est pri⁹.

Atte-

In ente ne cessario nulla est posita id. c. seq. & 12 Me. 30. & 9. me. t.c. 17. Sed vide oppositũ 3. d aja c. 5. In solutione. qõnis & i c. 14. eius

A Attestatur etiã dicta dubitatio, ꝙ habet prius, & posterius. hæc enim causa soluit dubitationẽ. si enim se habet q̃ põt optime, hęc vtiꝙ erit causa ei⁹, qđ dictũ est. optimum enim est moueri simplici motu, & incessabili, & hoc ad id, quod honorabilius est.

Et dicamus quòd labor in quærendo causas aliquarum rerum difficilium, & perscrutatio de causa cuiuslibet rei, & nõ dimittere ali

B *quid sine perscrutatione existimatur esse aut ex inuerecũdia, ex paucitate sui intellectus. aut propter malitiã considerandi, aut propter malitiam considerãdi ex abundantia considerandi ex fatuitate, aut ex multo desiderio ad sciendum causas rerũ secũdum veritatem. Et nõ debemus cauere cognitionẽ omniũ causarũ æqualiter, sed oportet nos considerare primo quo aliquis dicit de causa rei, & quo sufficit audienti, aut sufficientia humana debili, aut sufficientia forti sine contradictione. Quoniam, cum aliquis inuenerit necessaria propria sufficientia, tunc debet laudare inuentorẽ. nos autẽ volumus reuerti, & dicere causas manifestas visibiles, ſ. causam, propter quã cœlum mouetur ex aliqua parte, & non ex alia. Dicamus igitur, quòd natura innata est facere melius, & nobilius in eo, quod est possibile fieri. &, cum ita sit, & in rebus, quæ æqualiter* D *mouẽtur, locus superior est nobilior loco inferiori, & ante magis quàm retro, & dextrum quàm sinistrũ. Et testatur super hoc, scilicet quòd primum cœlum habet, & vltimũ, scilicet nobilius, & est quæstio, quã diximus superius. causa enim istius quæstionis dissoluit, & explanat ipsam. quoniã, si natura fecit in cœlo illud, quod est nobilius, & melius ẽ causa quæstionis, & eius solutio. melius enim & nobilius est vt cœ* E *lum moueatur semper sine cessatione, & quòd motus eius sit ex nobilissimo locorum, quod est dextrum. Manifestum est igitur quare cœlũ mouetur ex oriẽte ad occidentem, & non econuerso.*

Quia hæc quæstio est valde diffi- 34
cilis, & visum est ꝙ quærere de reb⁹ difficilib⁹ est error, incœpit demonstrare modos, pp quos accidit quærere de hmõi. & quidam illorũ modorũ est laudabilis, & quidam non. qm̃ qui quæret de talibus, aut facit F hoc pp inuerecũdiam: quãuis sciat ꝙ impole est vt comprehendat veꝝ de hoc. & hoc intendebat, cũ d. ex inuerecundia ex paucitate intellect⁹. aut facit hoc pp errorem accidentẽ ei, putando ꝙ oĩa comprehensibilia sunt, & nota certe. & hoc intẽdebat, cum d. aut pp malitiam considerandi. aut facit hoc, quia ignorat difficultates existimãdo in eo, quod difficile est, ꝙ sit facile. & hoc intendebat cũ d. aut pp malitiam cõsyderandi ex abundantia consyderãdi ex fatuitate.

G tuitate. quartus modus est ꝙ sit desyderiū ad sciendū causas rerum: & iste modus est lauda bilis. D. incœpit demirare quæ causæ sunt cauēdæ in talibus,& quæ non,& d. Et nō debemus dimittere consyderationem pp difficultatem istarū rerum, & pp debilitatem causarū, quas dicunt quidā hoīes: sed oportet nos, cū aliquis dixerit aliquā causam in aliqua re, & suffecerit nobis aliquo modo sufficientiæ cōsyderare illā causam, vtrū sit sufficiens fm ꝙ apparet: & est causa, quæ est non necessaria, neq; substantialis, sed causa fm existimationem: aut est causa necessaria substātialis, non cōtradicta aliquo modo. & intendebat p sufficientiam humanam, i. rhetoricam: qm̄ fides eius nō est nisi pp animam, nō pp res in se.

H D.d. Qm̄, cū aliquis inuenerit, &c. idest cū rectū sit vt non dimittam⁹ quærere de talibus, & vt non recipiamus in hoc, nisi demōstrationes veras, oportet nos, cum inuenerimus aliquem, qui dat in talibus rebus difficilibus demōstrationem veram, primā, & sufficientē, laudare ipsum pp ipsum.

I D.d. nos aūt volumus reuerti, &c. idest, & cū hoc declarauerim⁹, oportet nos quærere in istis rebus causas manifestas, quæ sunt causæ acceptæ ex visu, vt quęramus de causa, propter quā videm⁹ cœlum moueri ex vna parte, non ex alia. D. incœpit declarare cām istius rei, & d. Dicamus igit ꝙ natura est innata, &c. i. dicamus ergo ꝙ manifestū est per se ꝙ nā facit non tantum necessariū, sed etiam illud, quod est melius. Et hoc, quod dicit, manifestū est de animalibus, ꝙ natura p diuinā sollicitudinē posuit in eis aliquas res, non ex

Nā nō tm facit qđ necessariū ꝙ, sed etiā illud, qđ est

K necessitate, sed vt esse illius aīalis sit melius, & pfectius. v. g. possibile est vt aīal sit sine visu, & cū esse diminuto: tn̄ natura largitur ei visum non ex necessitate. Et cū ita sit in reb⁹ generabilibus, & corruptibilibus, quanto magis in rebus æternis. Sed tamē differunt in hoc, ꝙ melius in aīalib⁹ est possibile, sed tn̄ est melius duorū possibilium in æternis necessarium. possibile enim in reb⁹ æternis est ne cessariū, cum nullum possibile sit in eis vere. Et causa huius ē ꝙ nulla potentia est in æterno ad recipiendum eius contrariū, quod habet. & totū hoc ē determinatū in fine primi lib.

meli⁹. Idē 8. Phy. te. cō. 56. Pole ī aīalib⁹ est meli⁹, in ęternis ỹo necessariū: nā pole in ęternis est necessariū cum nihil sit pole in eis ỹe. Idē ꝫ cō prędenti. & ꝫ Physi. 32.

L Et, cum posuit hanc ꝓpōnem, d. & cū ita sit, &c. i. &, cū declaratū est ꝙ natura semp laborat vt entia sint fm dispōnē meliorē, & perfectiorē; nobilius aūt est in reb⁹, quæ mouentur, vt moueant in loco meliori, & ex parte meliori: & locus superior ē nobilior inferiori. & ante nobilius retro, & dextrū q̄ sinistrum. &, cum ita sit, necesse est vt oē, in quo inuenient meliores, & nobiliores partes, vt eis sit melius moueri in loco meliori, & ex parte meliori. Et, cū posuit hanc ꝓpōnē, dicentem ꝙ oē, in

M quo inuenitur melius, & nobilius, suū esse melius est vt sit fm dispositionē meliorem, posuit secundā propositionē, & est, ꝙ in cœlo inuenit melius, & minus bonū, vt concludat ꝙ motus cœli nō inueniatur ex parte meliori, nisi vt sit fm esse suū melius. Et hoc intendebat, cum d. Et testatur super hoc, &c. & intendit p quæstionem illud, quod determinauit prius, ꝙ cœlum habet dextrū, & sinistrum, & alias partes, &, quia responsio in istis fundata est super illā quęstionē, d. ꝙ illa quęstio dissoluit

istā,

A istam, & explanat. & debes intelligere per dextrū, & sinistrū, illud, quod prædiximus. & residuum sui sermonis in hoc capitulo est intellectum.

Quæsitum Quintum.

Cœlestium corporum motus esse æquales.

DE motu autem ipsius, ꝙ regularis sit, & non irregularis, deiceps post ea, quæ dicta sunt, erit percurrēdū. dico aūt hoc de primo cœlo, & de prima latione. in ijs enim, q̄ subter sunt, plures iam lationes

B conuenerūt in vnū. Si enim irregulariter mouebitur, manifestū est ꝙ intensio erit, & status, & remissio lationis. Omnis enī irregularis latio & remissionem habet, & intensionē, & statū. Stat⁹ aūt est aut vnde fertur, aut quo, aut in medio. vt forte ijs quidē, quæ fm naturā mouentur, quo feruntur: ijs aūt, qui præter naturam, vnde: proiectis aūt in medio. Circularis aūt lationis non ē aut vnde, aut quo, aut mediū.

C neq; enim principiū, neq; finis, neq; medium est ipsius simplicter: tempore enim sempiterna ē, & longitudine simul ducta, & *minime intersecta. quare, si nō est lationis ipsius status, neque irregularitas erit. irregularitas enim fit propter intensionem, & remissionem.

*ἄπλατος Inftangibilis.

Et volumus ēt perscrutari in futuro de motu cœli, & quòd ē æqualis sine diuersitate. & hoc erit in primo cœlo, & in primo motu. motus aūt orbiū, qui sunt sub primo, D *sunt plures, & cōgregātur ī eodē. Dicamus igitur quod, si primum cœlum mouetur motu diuerso, non æquali, necessario motus eius habebit fortitudinē, & debilitatem. Et fortitudo motus, & debilitas aut erunt in principio motus, aut fine, aut medio, vt animalia, quæ ad latera mouentur. Nos aūt non inuenimus in motu circulari fortitudinē, neq; in principio, neq; in medio, neq; in fine. non enim habet principiū,* E *neq; finem, neq; medium, quoniam est æternus in tempore congregatæ longitudinis. Reuertamur ergo, & dicamus quòd, si cœlum non habet fortitudinem, non erūt diuersi motus necessario. diuersitas enim motus prouenit ex fortitudine, & debilitate.*

Cum declarauit causam finalem, ꝫ pp quam cœlū mouetur ad partem propriā, vult determinare ꝙ motus eius est æqualis, & nō est velocius in vno loco, & tardiusī alio, & d. & hoc F erit in primo cœlo, & in primo motu. i. & hoc apparet sensui ī orbe stellato, & in motu diurno. Et, quia ī orbibus, qui sunt sub isto, aliqn̄ est velocitas, & aliqn̄ tarditas, dedit causam de hoc, ne quis obijceret ei, & d. motus aūt orbium. i. & mot⁹ orbiū, qui sunt sub eo, apparēt diuersi: qm̄ quod apparet ex hoc, nō est vn⁹ motus, sed plures, qui congregantur ad mouendum stellam, & oēs habent vnam intentionē, & hoc intēdebat, cum d. & congregantur in eodem.

Et

G Et debes scire, ꝙ ex hoc sermone eius apparet ꝙ ipse nō opinat ꝙ causa eius, quod apparet ex diuersitate in motib⁹ planetarū sit in orbe eccentrico, aūt epicyclo. qm̄ qui ponit causam diuersitatis has duas causas, nō dicit ꝙ causa diuersitatis sunt plures motus, ex quibus fit vnus motus diuersus stellæ in velocitate, & tarditate, & ꝓgressione, & retrogradatiōe.

Digressio, i qua ostēdit ñ dari eccētricos, neq; epicyclos.

Prima rō.

Et ex hoc ergo, quod declaratū est in hac scia, apparet esse impossē epicyclum esse. impossē enim est ꝙ corpus, quod circulariter mouet, moueatur nisi in circuitu cētri. Et sīr impossē est de eccētricis, nisi esset possibile ꝙ inter corpora cœlestia esset aut vacuum, aut corpora replentia, non rotunda nāt̄r, neq; mota, cum hoc, ꝙ mediū debet esse vnitum corpori, quod circulariter mouet. qm̄ sicut locus totius, & partis est idē in corporibus grauibus, & leuibus, ita debet esse in corporibus cœlestib⁹, s. ꝙ locus eorū, qui est medius, sit idē. immo magis debet esse hoc in corporibus cœlestibus q̄ in elementis. & ideo perfectius inuenit hoc in corporibus cœlestibus, q̄ in elementis:

H Secūda rō Loc⁹ ī corporib⁹ cœlestibus ē idem.

Id. 1. Cœl. 28. & q̄ ibi

I quia sunt ex eadem nā, & nō habēt contrarietatem: elementa aūt habēt contrarietatē: quapropter nō habēt eundem locū. &, si locus elementorū esset idem, prohiberent se adinuicē in loco. quod non contingit in corporibus cœlestibus. immo oīa reuoluuntur circa eundē locū numero.

G rum, perueniunt quidē, sed per plures perueniunt motus.

Et dico etiã vniuersaliter quod perfectio cuiuslibet rei est acquisitio complementi, & finis. & si hoc non poterit, nobilius est, & melius vt sit propinqua complemento. & quanto magis erit propinqua ei, tãto magis erit nobilior. Quapropter terra non mouetur omnino, & corpora ei propinqua mouentur paucis motibus. quia non perueniunt H *ad finem, sed illud acquirũt, quod possunt acquirere ex causa prima diuina secundum suum posse, & potentiam. Cœlum autem primũ acquirit hoc vno motu veloci. corpora autem media inter primum corpus, & vltimum acquirunt hoc pluribus.*

66 Dicit: & dico vt̃ ꝙ, si oēs res haberent naturam acquirendi complementum, & finem, daret ei. sed, quia quædam non possunt peruenire ad finē, fuit melius facere ea acquirere I aliquod propinquum complemento. Et hoc intendit, cum d. &, si hoc non poterit, &c. i. melius est quã nõ esse propinquum oīno. D.d. & quãto magis, &c. i. & quanto magis fiñt naturam appropinquandi complemento, tanto magis erit nobilius. & ecõtrario. &, quia terra valde distat in hoc, dicit: Quapropter terra non mouetur. i. &, quia terra est valde remota in receptione motus a re* nobili, non fuit mota oīno, cum non possit acquirere motum, qui est nobilior quiete, neque aliquod nobile, quod comprehendatur motus: sed il- K lud, quod recipit, apprehẽdit ipsum quiete propter suam vilitatem: & alia elementa econtrario: & maxime ea, quæ habent motum circularem, dico ignem, & aerẽ in pluribus partibus: aqua aũt habet motum in pluribus partibus, terra uero in paucioribus. Et hoc intendebat, cum d. & corpora ei propinqua mouent paucis motibus. i. cum non possint acquirere illud, quod appropinquat nobili pluribus motibus. Et fm qđ d. ordines videnť quatuor: & quilibet ordo habet latitudinem, præter vltimum ordinem. Ordo igitur pri- L mus est ordo entium, quæ comprehẽdunt nobilitatem perfectam sine operatione, & diuersanť fm magis, & minus: hæc aũt sunt entia abstracta. Secundus aũt est eorum, quę appropinquãt perfectæ nobilitati per operationẽ. & hæc sunt duobus modis, aut per modicam operationem: & hoc non inuenitur, nisi in corporibus cœlestibus, aut per multam: & hoc inuenitur in corporibus cœlestibus, & in homine. Tertius est eorum, quæ non possunt comprehendere propinquam nobilitatem nobilitati perfectæ, neque multa ope- M ratione, neque modica, sed tñ apprehendunt nobilitatem minorẽ propinquam perfectę nobilitati: & hoc per modicam operationem. & hoc non inuenitur in corporibus cœlestibus. & quilibet istorum trium habet latitudinem. Quartus vero est terra, quæ non potest cõprehendere nobilitatem per operationem, sed p quietem tantum. & iste ordo valde distat a primo: quamuis vterque sit sine operatione. & in primo fuit pp nobilitatem sui, & sui finis, in hoc autem

*a. l. mobili.

A autem propter suam vilitatẽ, & sui finis. qm̃, sicut finis nobilis, quanto magis erit nobilior, tanto comprehenditur minori operatione, ita est vilis finis, quanto magis fuerit vilior, tanto magis comprehenditur minori operatiõe, ita, ꝙ illud, quod est valde vile, cõprehenditur sine operatione oīno D.d. sed illud acquirunt, quod possunt acquirere, &c. i, elementa aũt absq; terra acquirunt ex prima causa modicũ, cũ non habeant naturã comprehẽdendi multum. D.d. Cœlum aũt primum, &c. i. comprehendit ex illo nobili, quod B est ei appinquius. D.d. corpora aũt media, &c. põt intelligere p corpus primum, primum cœlum, & per vltimum elementa, s. corpus, quod recte mouetur. impoſe est. n. vt intendat p vltimũ corpus terrã: qm̃ elementa mouent paucis motibus, & non habent naturam acquirendi ex illo nobili aliquid. Et potest intelligi per vltimũ, corpus orbis Lunæ secũdum suam opinionem, s. quod Luna habet paucos motus.

Quæsitum Sextum.

Cur supremi orbis plures sint stellæ, & in inferioribus stella duntaxat vna.

C DE dubitatione autem, ꝙ in prima quidem, q̃ vna est, latione astrorum magna multitudo consistat, aliorũ autem singulatim vnũquodq; acceperit proprios motus.

Volumus modo dissoluere secũdam quæstionem, quare in Octauo orbe, propinquo orbi primo, habẽte motum vnũ sunt plures stellæ non D *numeratæ, & in aliorum orbium vnoquoq; habentium plures motus est vna stella.*

Hoc, quod dixit, ꝙ Octauus orbis est propinquus primo orbi, ita inuenimus scriptum, & opinio Antiquorum est, quod orbis octauus, s. stellatus est primus orbis. Ptholemęus tamen posuit nonum: quia dicebat ꝙ ipse inuenit in stellis fixis motum tardum secundum ordinẽ signorũ: & moderni Arabes dicunt ꝙ iste motus est motus anteceſſus, & retroceſſus, & quod non est perfectus, & ponunt ꝙ iste motus est dictus a Babilonicis Antiquis. Si igit̃ istud, quod inuenitur in isto libro, sit verum, forte dixit ipsum innuendo opinionem Babylonicorum. & eius quæstio est intellecta per se. 67 E

Ob vnum quidem vtiq; qs primũ rationabiliter exiſtimauerit hoc eẽ. Intelligere. n. oportet vitæ, & principij vniuſcuiuſque multum esſe exceſſum primi ad alia.

Dicamus igitur quòd rectè hoc fuit. Sciendum igitur quod primus orbis principium est potentiæ, & causa in vita cuiuslibet viui, plusquã aly orbes. quapropter primus orbis mouet plura corpora, & unuſquiſque cæterorum mouet unam stellam. F

Dicit, ꝙ causa in hoc est, quia primus orbis est principium, & causa in dando cuilibet viuo suã vitã fortius, & plusquam principia cęterorũ corporum diuinorum. Et, quia in hoc min⁹ illo nobilitant, minus nobilitantũr 68

C bilitantur ſiſr in hoc,ſ.in mouendo plures ſtellas.iſti enī orbes non ſunt cauſa vitæ eorum,quæ ſunt hic,niſi per ſtellas,cum ſit viſum ꝙ nobilio ra,q̄ ſunt illic,ſunt ſtellæ.quaſi ergo d.ꝙ cauſa ī hoc eſt, quod principiū vitæ,eſt in orbe hoc,quod eſt cauſa cuiuslibet vitæ, fortius alijs principijs vitæ exiſtentibus in alijs orbibus.principia enim,quæ ſuntī iſtis orbibus,ſunt viua, & ſunt principia vitę,quæ eſt hic. Et ideo Antiqui dicebant ea eſſe Deos :& Babylonici dicebant ex hoc,ꝙ conſyderauerūt, ꝙ quælibet ſtellarum illarū hēt operationem propriam in generib⁹ ꝓprijs entium,& operationes cōmunes in generibus cōmunibus, & nō tm̄ in corporibus,ſed in animabus. v.g.dant Saturno plantas, & mineras,& omnem ſubſtantiam frigidā, & ſiccam,& dant conſyderationem ei,& bonitatem in finibus rerum, & alia,quæ ſcripta ſunt in ſuis libris : quamuis non ſit dubium ꝙ maior pars ſit deſtructa. Ariſt. autem fecit librum de hoc,qui dī de regiminibus cœleſtibus.

Erit autem vtiq̄ hic accidēs I ſm rationem,prima.n. vna exiſtens multa mouet corporū diuinorum:multæ autem exiſtentes vnum ſolum vnaquæq̄. errantium.n. vnumquodq̄ pluribus fertur lationibus. Sic igitur exæquat natura,& ordinē quēdam facit, vni quidem lationi multa tribuēdo corpora,vni vero corpori multas lationes.

Dicamus etiam,quòd rectè primus orbis eſt vnus,& mouet plura corpora ſpiritualia, & iſti orbes,qui ſunt plures, vnuſquiſq; mo K *uet vnum corpus tantum, quoniā omnis orbis orbium erraticorū mouetur plurib. motibus, & primus orbis vno. Et ſecundum hoc iuſtè fecit natura,cum poſuit in eis ordinem:dico, quia dedit vni motui plura corpora,& vni corpori plures motus.*

Dicit,ꝙ natura iuſtè poſuit,cum 69
dedit ei,quod eſt impoſſe moueri,niſi motu vno plures ſtellas,quas mouet illo vno motu, ita, ꝙ per illum L
vnum motū faciat plures operationes:& dedit ei ꝙ impoſſibile ē mouere,niſi vnam ſtellā tm̄ plures motus,ita,ꝙ quemadmodum primum facit per vnum motum plures operationes,ita illud etiam faciat ꝓ vnā rem motam plures operationes. Et d. Dicamus etiam ꝙ rectè,&c.i.ꝙ rectè fuit hoc,ꝙ dixim⁹.qm̄, ſi omnis orbis orbium erraticorum eſt poſſibile vt moueatur pluribus motib⁹, & impoſſibile eſt vt moueat plures ſtellas: orbis autem ſtellatus impoſſibile eſt vt moueatur pluribus motibus,& poſſibile eſt vt moueat plu- M
res ſtellas vno motu. Et,cum demō ſtrauit hoc,d. Et ſm hoc iuſtè fecit natura, &c.i. &, cum poſſibilitas ſit in eis his duobus modis diuerſis, iuſtè fecit natura, cum dedit cuilibet eorum in actu, quod poſſibile fuit in eo,& dedit vnicuiq; eorū terminum ī eſſe alium a ſuo compari, deinde explanauit hoc,& d.quia dedit vni motui plura corpora,& vni corpori plures motus.& debes intelligēre ꝙ quare fecit hoc,cauſa fuit vt aliter non faceret.

Et

A Et inſuper ob hoc vnum habent corpus aliæ ſphæræ, quia multa corpora mouent eæ,quæ ſunt ante vltimam,& eam,quæ vnum aſtrum habet. in multis enim ſphæris vltima ſphęra fertur innexa : vnaquęq̄ aūt ſphęra corpus exiſtit. Illius igitur cō mune erit opus : hęc. n. eſt propria quęq̄ per naturam latio.

Et dicamus etiam,quòd in quo libet orbium habentiū plures motus diuerſos fuit una ſtella, quia B *quilibet eorum mouet plura corpora,ſ.orbis continens orbes ſtellarū erraticarum,quæ ſunt in eo. quoniam orbis vltimus,ſ. continēs ſtellas erraticas mouetur, & firmatur in pluribus orbibus, & omnis orbis eorum eſt corpus,vt operatio orbium,qui reuoluunt ſtellam erraticam,ſit vniuerſalis operatio orbium,qui reuoluunt. & quilibet eorum habeat motum, & operationem propriam.*

C
70 Hæc eſt alia cauſa à prædicta : & eſt, ꝙ oēs orbes qui mouent ſtellam vnam erraticam, habent orbem, à quo continentur : & iſte orbis mouet oēs illos orbes, econtrario ſuis motibus, ſ. ex oriente in occidētem in motu diurno.&, cum ita ſit,continget vt omnes orbes, qui mouent ſtellam erraticam, ſint quaſi prohibiti à ſuis motibus ꝓp iſtum orbem mouentem eos econtrario ſuis motib⁹.&,quia iſti orbes ſunt quaſi ꝓhibiti a ſuis motibus, oēs nō pñt mouere,niſi.vnā ſtellam:orbis aūt ſtellatus ſe habet contrario, cum nō ſit prohibitus ſuo motu : quia non hēt alium motorem,a quo prohibeatur a ſuo motu. Et d.ꝙ in quolibet orbium,&c. i. & quilibet orbis continens orbium erraticorum habet in ſe plures orbes, & mouet vnā ſtellā: quia ille orbis continēs mouet alios plures orbes, econtrario ſuo motui. & hoc intendebat,cum d.ꝙ quilibet eorum mouet plura corpora, &c.i. quia monet oēs orbes illius ſtellæ, econtrario ſuo motui proprio, ſ. ex oriente in occidentem. D.d.cauſām in hoc, ꝙ mouet per ſuum motum E
plures orbes,& d.ꝙ vltimus orbis,ſ. continens ſtellas erraticas,&c.i.& neceſſe eſt vt omnes orbes ſtellæ moueantur per motum orbis continentis eos,quia iſte orbis eſt quaſi ligat⁹ in omnibus orbibus,qui mouentur conſequentes ipſum. Et non debes intelligere, niſi ligationem per motum, & conſequentiam tantum. D. d. & oīs orbis eorum eſt corpus, vt operatio &c.i. & poſuit in oībus orbibus orbium erraticorum vnū corpus continens eos,& mouēs eos ecōtrario ſuo motui. vt oēs orbes mouētes ſtellas hñt duas operationes,ſ. F
duos motus: quorū vnus eſt vīs oībus ſtellis,& eſt in quo ſequitur motum diurnum:& alter eſt proprius, & eſt motus appropriatus ſtellæ.

Hęc autem velut adiacet. oīs autem finiti corporis ad finitū potentia eſt. Sed de aſtris quidē circulari motu latis dictum eſt qualianam ſecundum ſubſtantiam ſint, & ſecundum figuram,& de * latione, & ordine ip- *a.l.loca.
ſorum.

Cœ.Gen.Met.cū cō.Auer.

T Et,

G *Et, si in aliquo orbe orbium erraticorũ essent plures stellæ, esset vltimus orbis in labore, cũ mouet orbes, qui sunt post ipsum motu diuerso, & reuoluit ipsos, & in quolibet eorum sunt multæ stellæ. & iã diximus multotiens quòd omne corpus finitũ habet potentiam etiã finitam. propter hanc causam igitur fuit in quolibet orbe orbiũ erraticorum vna stella tantũ. Iã ergo complemus sermonem de stel*
H *lis, & quomodo mouentur, & quam substantiam habeant, & figuram, & de locis, et ordine earum sermone sufficienti.*

71 Quia orbis primus est, qui ī motu diurno reuoluit oẽs orbes stellarum ex oriente in occidentem cum stellis, quæ sunt in eis, dicit ꝙ, si in quolibet orbe orbium erraticorum essẽt plures stellæ, non esset possibile vt primus orbis moueret eos ista velocitate: aut nõ esset possibile mouere eos omnino: cum sit declaratum ꝙ potentia cuiuslibet corporis est finita. & sermo eius est intellect⁹ per se. Sed haberet multas dubitationes. Quarum vna est, quia dicit ꝙ esset orbis in labore: & iam declaratum est ꝙ illis corporibus non contingit labor. a Secunda est hæc, ꝙ d. ꝙ primus orbis mouet alios orbes. qm̃ corpus non mouet corpus, nisi tactu: b & iam declaratum est ꝙ illa corpora non mouent se fm tactum, neque expulsione, neque attractione, sed fm desyderium. c Et ét, si cõfessi fuerimus ꝙ primus orbis mouet alios, quemadmodum corpora mouent se adinuicem, quomodo et go dicemus ꝙ ī istis corporibus erit potentia finita: & iam determinatũ est ꝙ semp mouentur? d Et, si aliqs̃ responderit ꝙ iam determinatũ est in principio istius libri ꝙ potentia cuiuslibet corporis agentis, aut patientis est finita, & hæc non acquirunt operationem æternam, nisi ex potentia infinita, quæ mouet ea, vt Alex. & Auic. respondet, contingit ex hoc vt aliquid sit pos̃ corrumpi, quod nunquã corrumpetur. e Ioannes aũt dedit hanc quæstionem Peripatheticis tali modo, ꝙ non possunt euadere ex ea, fm ꝙ concedunt ꝙ in isto corpore cœlesti est potentia finita. qm̃, si illic sint duæ potentiæ, finita scilicet, & infinita, continget vt fm finitam sit corruptibile, & fm infinitam incorruptibile. Dicamus ergo nos ꝙ hoc, quod d. ꝙ orbis vltimus esset in labore, intendebat ꝙ potentia moti ex eo addet supra potẽtiam suam naturalem. qm̃ causa laboris in animalibus est vt addat potentia moti super potentiam motoris: quoniam potentia moti necessario est opposita potẽtiæ motoris. hoc igitur intendit per laborem. Et etiam, si potentia moti in eo adderet super potentiam motoris, tunc motus eius esset violentus: & quod violente mouetur impossibile est vt recipiat æternitatem motus à potentia infinita, scilicet mouẽte, quæ non est in materia: &, cũ necesse sit in eo vt non recipiat æternitatem, necesse est vt laboret. De alia aũt dubitatione, in qua dictũ est ꝙ vltimus orbis non mouet alios per suum corpus, ita, ꝙ dicatur in eo ꝙ, si essent plures, aut maiores, contineret ei labor, cum non moueantur alij

Digressio.

I Prima qõ. ij q̃rit vtrũ intelligentia fatigetur in mouendo

a Secũda qõ ẽ, vtrũ primus orbis moueat alios orbes ꝙ sẽ tactum.

b 8.ph. 85

K & 12. Met. 36.

c Tertia qõ, vtrũ ī telligentia moueat potentia infinita.

d Responsio Alexã. & Auic.

e De qõne ista, mota a Ioanne grammatico, vid. 12. Me. có. 44.

L

Solo priæ q̃stionis.

Cã laboris in aĩalibꝰ ẽ vt addat potentia moti s̃ potentiã motoris. de hoc vide M 8.ph. 78. 79. 82 & 2 c. de subꝫ orbis.

Solo secũdæ qõnis.

A alij orbes, nisi per desyderiũ ad motorem primi orbis, dicamus ꝙ hoc debet intelligi ꝙ primus orbis est mouens eos, ꝙa totus orbis est, quasi vnum aĩal, sed non est vnum aĩal quasi ligatum multis ligamentis, sicut animal dissimilium partiũ, sed est ligatum prima potẽtia spirituali diuisa in suo toto. Hoc igitur vnum corpus per vnam potentiã spiritualem, quæ est in eo, debet habere magnitudinem terminatã necessario, vt post dicet. &, cum habeat magnitudinem terminatã, necessario est, si
B haberet plures stellas, vt motus eius esset violentus:* & sic̃ intelligendũ est ꝙ vltimus orbis mouet alios orbes, s. sicut dr̃ ꝙ nobilius mouet totum: qm̃ ista prima potentia spũalis̃ non diuiditur in alijs orbibus, nisi quia primo diuiditur in isto orbe: quemadmodum potentia mouens aĩal nõ diuiditur in alijs membris, nisi quia primo diuiditur in corde. & mirum est qũo hæc potentia diuiditur in mẽbris dissimilium partiũ, non qũo diuidit̃ in membris consimilium partiũ. diuisiõ. n. eius in istis est ingeniosa, s. per ligamentum, illic aũt sine ingẽio, sed naturaliter. & ideo non indiget illic ligamento, donec fiat ex eis vna res mota, sicut hic indiget. quapropter animal ligatum, & aĩal diuinũ, non ligatum nõ
C dr̃ esse vnum, nisi æquiuoce. determinatum est. n. ꝙ vnus motus simplex, & verus est motus diurn⁹: & ꝙ vnus motus est in vno moto: ergo illud, quod hẽt in rei veritate vnũ motũ, est vna res mota ī rei veritate. De tertia aũt quæstione, & est q̃stio de corporibus cœlestibus, quæ sunt æterna, dr̃ habere potẽtias finitas, dicamus ẽt ꝙ corpora cœlestia hũt finitas potentias in qualitate, infinitas in tempore, s. ꝙ oẽ corpus cœleste hẽt motũ terminatũ in velocitate, & non potest moueri neq; tardi⁹ neq; velocius, & diuersant̃ in motu fm diuersitatem suarũ naturarũ, & conueniunt in hoc, ꝙ sunt infinitī tpe. Qm̃ oẽ motum hẽt velocitatẽ terminatam necessario, siue habuerit formam naturalẽ, siue non: & sic̃ oẽ motum hẽt operationẽ finitã in qualitate, cũ oẽ motum habeat magnitudinem finitã, siue habuerit formã materialẽ, siue non. sed appropriat̃ finitibus formam materialem, quia motus eorũ est finit⁹, & abscissus, & vtr actio, & passio eorũ. carentib⁹ aũt forma materiali appropriatur ꝙ motus eorũ, & vtr actio, & passio sunt æterni. &, quia corpus cœleste est motũ, necesse ẽ vt habeat velocitatẽ terminatam, & vtr actionẽ, & passionem terminatam fm qualitatem. &, quia non habet materialem formam, necesse est vt actio, & passio eius sint æternæ. ergo non est in eo potentia finita vt moueat, vel vt moueat. ex quo contingit prædicta qæstio, & est qũo inueniat̃ æternum, in quo sit potentia ad corruptionem. Et quod terminatũ est in primo tractatu istius libri, s. ꝙ habet potentiam finitã propter actionem, & passionem, non intendit, nisi quo ad suam qualitatẽ, s. ꝙ actio eius, & passio sint finitæ in vigore.

Et causa eius est, qũia est finitum in magnitudine. & cum isti nõ possent distinguere finitum in qualitate à finito in tempore, accidit eis ista perplexio. Et propter hoc opinandum est ꝙ corpus cœleste est simplex, nõ compositum ex materia, & forma, & ꝙ forma, qua mouetur, non est

D Corpora cœlestia hũt potentias finitas in qualitate, infinitas in tpe. idẽ s. c. 63. & 12. me. 41 & 8. phy. 79. &. 3. c. de subꝫ orbis.

E

F

Totus orbis ẽ quasi vnũ aĩal. Idẽ s. c. 42 & 12. Me. 44.

Aĩal ligatũ, & nõ ligatũ r̃ dr̃ vnũ, nisi æquoce. Idem s̃ com. 60.

Solo tertiæ qõnis.

Corpꝰ cœlestẽ simplex, non cõpositus ex mã, & forma. id. s. c. 3. &. 1 Cœ. 20. & quæ ibi.

G materialis oīno. Et,cū ita ſit, determinatum eſt qūo Ariſt. de orbe dicit ꝙ,ſi in eo eſſent plures ſtellæ, eſſet in labore, ſi oē corpus hēt potentiam finitam. D.d.Iam ergo cōpleui mus ſermonem de ſtellis,& qūo mouent. i. quia ſunt fixæ in orbibus, & orbes mouent, & quam ſuſiſtātiam hñt; quia ſunt naturæ quintæ,& de figuris,quia ſunt ſphæricæ, & de locis, i. quia cauſa diuerſitatis motuū earū eſt ſm diuerſitatem ordinis ſitus,ſcarum adinuicē. Et pōt intelligi ꝙ iam declarauit ſitus earū, cū dixit ꝙ conſyderauit Lunam,& inue-
H nit ipſam eclipſare Mercurium.

SVMMA QVARTA.
de Terra.

Antiquorum de loco Terræ opinionem enuntiat. Cap. 1.

REliquum autē eſt de Terra dicere, & vbi poſita ſit, & vtrum de iis ſit, quæ quieſcunt, an ex iis, quę mouentur, & de figura ipſius. De poſitione igitur non eandem oēs hñt opinionem. ſed,cū plurimi, qui totum cœlum finitum eſſe aiūt, in medio iacere dicant,contra qui
I circa Italiā incolūt, vocanturq; Pythagorei, dñt. in medio.n. ignē eſſe inquiūt:terrā aūt aſtrorū vnum exñtem, circulariter latam circa mediū,noctē, & diē facere. Amplius aūt oppoſitam aliā huic conficiunt terram,quā antichthona noīe vocant:nō ad apparentia rōnes,& cās quęrentes, ſed ad quasdā opiniones, & rationes ſuas apparentia attrahentes,& tentantes adornare. K

Volumus modo dicere de diſpoſitiōe Terræ,& perſcrutari de ea, & de loco eius,& vtrum ſit quieſcēs,aut mota. Dicamus ergo,quod Antiqui diuerſi ſunt in loco eius. & omnes dicentes quòd cœlū eſt finitum dicunt terram eſſe poſitā in medio. Pythagorici autem habitantes Italiam contradicunt illis, & dicunt quòd ignis eſt poſitus in medio, & quòd terra eſt ſtellarū vna,& reuoluitur circulariter,et L *ex motu eius circulari fit nox, & dies,& faciunt aliam terrā, quā vocant antugamonani. & dicunt hoc,& opinantur hanc opinionem quia nō quærunt cognitionem cauſarum rerum,& ſermonum in eis ex viſu,ſed mutant viſum ſecundum ſuam voluntatem, deinde laborant in confirmando illam voluntatem.*

Dicit: volumus dicere de diſpō- 72
ne, i.de figura Terræ, & perſcrutari M
de ea,i.de ſua natura, & vtrū ſit qeſcens,aut mota,i.ſm totum. Deinde incœpit dicere opiniones Antiquorum de loco eius:&, quia opinio remotiſſima in Terra eſt dicentis ꝙ non eſt in medio, & reuoluitur circa medium, incœpit dicere ſermonē eorū, & dixit ꝙ oīs,qui dicit cœlum eſſe finitum,i.cœlum eſſe ſphæricum,dicit terrā eſſe in medio. D. d.Pythagorici autem, &c. i. Pythagorici contradicunt oībus Antiqs, & dicunt ꝙ ignis eſt poſitus in medio.

A dío.& vī ꝙ ipſi opinabant cum hoc ꝙ cœlum ſit ſphæricū : & vī ex hoc, quod dicunt,ꝙ terra eſt aliqua ſtellarum, & ꝙ mouet circa mediū, & quod non opinabant terrā eſſe motam circa ſe, i.ſm partes remanentes ſm totū, vt dñt alij Antiq. & viſum eſt ꝙ opinabant ꝙ ſtellæ mouētur cū eo,ꝙ terra mouet, præter motū diurnum, quē attribuunt terræ:& iō dixerunt ꝙ ex motu eius fit nox, & dies. Et intendunt,ſm ꝙ credo,ꝙ mouet ſm totum in circulo. & appa ret ex hoc,ꝙ faciunt alterā terrā op poſitā. & quod ipſi opinabant ꝙ in
B circulo,ſup quē mouet terra, eſt altera terra oppoſita iſti, & ꝙ mouet motu æquali ei. Et forte opinabant hoc pp eclipſes:qm̄ aliquis pōt imaginari hoc pp eclipſes Solis, & Lunę. Et vīr non poſſumus imaginari oēs opiniones Antiquorū, neque perficere eas, cum non ſint famoſæ apud nos,ſicut apud Ariſt. D.d. cauſam,pp quā accidit iſtis hoībus tales ſermones dicere, qui ſunt cōtrarij ſenſui,& d.& dñt hoc, & opinantur hanc opinionē,quia nō quærūt,&c. i.quia,cum conſyderauerunt de cauſis rerum, non quærunt vt illud, qđ
C dñt, ſit conueniens illi, quod ſenſui apparet,ſed faciunt econuerſo, ſ.qa volunt probare ſenſibilia per ſuas opiniones. &,cū viderunt ea cōtraria ſuis opinionibus, attribuūt hoc errori ſenſus:qa vident ꝙ ſermones vīes ſunt veriores q̄ ſenſibiles.& vīr eorū intētio nō ē quęrere ipſam veritatē, ſed verificare ſuas volūtates.

Multis aūt, & aliis videbitur non oportere terrę mediī regionē aſſignare,fidē non ex iis, quę apparent, cōſyderātibus,ſed potius ex rationibus, honorabiliſ-

Opiones Antiquorū imaginare poſſumus, & non ꝓficere eas, qa ſi ſt famoſæ apud nos, ſicut apud Ari. Idem.1,de Aīa.c.26.

ſimo.n. putant conuenire hono D
rabiliſsimā cōpetere regionē.eſſe aūt ignē quidē terra honorabiliorem,terminū aūt mediīs ipſis.extremum aūt, & mediū terminū eſſe. quare, ex his ratiocinantes, ipſam non putant in medio ſphęrę iacere, ſed magis ignem.Amplius aūt Pythagorei quidem, propterea ꝙ maxime cōuenit id ſeruari,quod eſt principaliſsimū ipſius vniuerſi,medium aūt eſſe tale (quem Iouis carcerem nominant) hanc habere regionem ignem. E

Et aly plures Antiquorum dicunt hoc etiam,quod iſti dicūt,& non ponunt terram in medio, neq; confirmant ſermonem ſuum ex viſu,neq; ex ratione,ſed quibuſdā ſermonibus Antiquorum.opinabantur.n.quòd oīs res nobilis debet eē in loco nobili, & quòd ignis ē nobilior terra,& quòd finis loci eſt nobilior medio,& quòd vltimū medij mundi eſt finis.& ex iſtis modis,quos diximus, ratiocinantur, F *& non concedunt quòd terra ſit fixa in medio orbis,ſed ignis eſt poſitus in medio orbis. Et pythagorici etiam dicūt propter hanc cauſam, quam nos dicemus, quod ignis eſt in medio. quoniam res nobilis conſeruāda eſt, qua nihil eſt nobilius, ſ.ignis,& quòd medium eſt cōſeruant res: quapropter Antiqui vocabant ipſum gemus æquale, ſcilicet locum quietis.*

D Honorabiliſſimo honorabiliſſima cō petit regio. Idem cō. 24.

G Cum dicit ꝙ hæc opinio attribu
73 ta eſt Pythagoricis, dicit ẽt ꝙ plures Antiquorum conueniunt cũ eis in hoc,& ꝙ idem accidit eis,quod accidit Pythagoricis, ſ. ꝙ non cõfirmãt ſuas opiniones neq; ex ſenſu,neque ex ratione,cuius propoſitiones ſunt ſumptæ ex ſenſu. D.d.rationem eorum,& d. opinabantur. n. ꝙ oĩs res nobilis,&c.i.quia dicunt ꝙ res nobilior debet eſſe in loco nobiliori: ſed ignis ẽ nobilior terra: ergo ignis debet eſſe in loco nobiliori. ſed locus nobilior eſt medium mundi, quod eſt finis ſphæræ: igit ignis eſt poſit⁹ H in medio.& hoc,quod dicit, ꝙ finis loci eſt nobilior medio, ſic inuenit in ſcriptura.&,ſi eſt vera,intendit ꝙ nobiliſſimum medij mundi, quod eſt oĩum,quæ ſunt ſub orbe,eius finis,ſ.centrum,eſt mediũ iſtius mundi.& ideo dixit narrãdo de eis & qđ vltimum medij mũdi eſt finis, ſ.in quo ſphæra finitur, & eſt centrum. Et,quia ratio Pythagorici eſt ꝓpin qua iſti rationi, d. & Pythagorici ẽt ratiocinantur ratione propinqua rationi Antiquorum,& dicunt ꝙ etiã ignis eſt nobiliſſimum entium: ergo debet conſeruari: ergo debet eẽ I in loco conſeruatiori &locus conſeruatior eſt medium totius: ergo debet ignis eſſe in medio totius. Et iſta ratio eſt alia a prima. Antiqui enim ponebant ignem in medio ꝓpter ſuam nobilitatem: quia nobilior debet eſſe in nobiliori. iſti aũt ponebant ꝓp ſuã conſeruationem.

Tanquam medium ſimpliciter diceretur, & magnitudinis medium,& rei medium eſſet,atque naturæ.quamuis quemadmodum in animalibus non idẽ eſt animalis,& corporis mediũ, K ſic exiſtimandũ eſt magis & circa totũ cœlũ. Propter hanc igit cãm, nihil eos oportet turbari circa vniuerſum,neq; adducere carcerem ad centrum, ſed illud q̃rere mediũ ipſum quale quid eſt,& vbi natura aptũ eſt eſſe. illud.n.medium principiũ eſt, & honorabile:loci aũt mediũ aſſimilatur extremo magis q̃ principio.qđ.n. determinatũ ẽ, mediũ ẽ,qđ vero determinat, finis ẽ.honorabilius aũt ẽ cõtinẽs, & finis,q̃ finitũ:hoc.n. materia ẽ, L iliud aũt ſub̃a cõſtitutionis eſt.

Et dixerunt hoc, quia ignorabant quid eſt mediũ. Mediũ enim ſimpliciter dicitur duobus modis. dicitur enim de medio corporis, & magnitudinis, & etiam de medio naturæ. iſti aũt dicebant medium quaſi vno modo. nos autẽ dicimus quòd medium ãalis, & medium corporis nõ eſt idem. & ſic oportet nos intelligere de toto cœlo etiam. Et propter hanc cauſam, qua dixi M *mus etiam non debent dubitare in diſpoſitione totius,neq; ponere centrum cuſtodiam aliarum rerum, ſed oportet nos perſcrutari de qualitate medij, & quòd medium naturæ eſt primum, & nobilius. medium vero loci videtur eſſe vltimum, non primum: medium enim eſt terminatum, orizon autem eſt terminans.*

Cum

A Cum declarauit ſermonem, qui
74 induxit eos ad credendũ ꝙ terra nõ eſt in medio,incœpit deſtruere illũ. Sermo.n. eorum eſt fundatus ſuper quinq; propoſitiones. Quarũ altera eſt cõis duabus opinionibus, ſ. d. ꝙ ignis eſt nobilior terra. Secunda eſt,qua vtebantur anteceſſores Pythagoricorũ,ſ. dicens ꝙ nobilius debet eſſe in loco nobiliori. Tertia autem eſt,qua vtebant Pythagorici loco iſtius,ꝙ nobilius debet eſſe ĩ medio.& hæ tres propoſitiones concedũtur ab Ariſt. Quarta,& Quinta ſunt ꝙ mediũ eſt nobilius:& ꝙ medium mundi eſt conſeruantius. Et ex his duabus propoſitionibus. d. Ariſt.ꝙ cecidit corruptio in hũc ſermonem,cũ medium dicatur ęquiuoce.aliq̃n.n.dĩ de medio mũdi, & aliq̃n de medio,quod eligit a natura,ſ.nobili.& iõ dicit ꝙ ignorabant quid medium eſſet. concedit ergo eis ꝙ nobilius debet eſſe in loco nobiliori:ſed non cõcedit ꝙ medium in magnitudine eſt nobili⁹,ſed medium,quod eligitur a natura.& ꝓpter hoc dicit:nos aũt dicimus,&c.i. ꝙ medium,quod eſt in animali ſm C electionem,& nobilitatem, non eſt medium in magnitudine,ſed ẽ mediũ in ſubſtantia Et iſte ſermo quaſi contradicit Peripateticorum ſermoni de corde, & ſermoni ipſius.d. enim ꝙ cor eſt nobiliſſimum membrorũ:ergo debet habere locorum nobiliſſimum, quod eſt mediũ corporis: ſicut princeps debet hr̃e medium in ciuitate, vt habeat regnum æquale. Sed tñ videtur ꝙ non eſt de animali magno, ſ. de mundo, ſicut de aĩali paruo,quod eſt generabile, & corruptibile qm̃ orizon in mundo eſt nobilius centro:orizon.n.eſt terminans,& centrũ eſt terminatũ: D &ẽt entia nobiliora ſunt in cœlo,qđ eſt nobiliſſimum locorũ. Vr̃ ergo ꝙ medium aĩalis generabilis,& corruptibilis eſt contrarium medio animalis æterni.& propoſitio,quam acceperunt iſti,fuit accepta vr̃ in animali ſimpliciter. Et d. ꝙ medium animalis, & medium corporis non ſunt idem.i.medium animalis ĩ eo, ꝙ eſt animal,ſiue ęternum, ſiue nõ, i.ꝙ medium ſubſtantiæ non ſequit medium magnitudinis.in quodam enim eius inuenitur medium ſubſtantiæ in medio magnitudinis, & in quodam non.& propter hoc d.& E ſic oportet nos intelligere de toto cœlo.i.ꝙ medium in eo non eſt medium in corpore. D.d. Et propter hanc cauſam,quam diximus, nõ debẽt,&c.i.propter hoc,quod dixim⁹, ſ.ꝙ medium ſubſtantiæ non conſequit mediũ magnitudinis, non debent dubitare in diſpõne toti⁹ mundi,& exiſtimare ꝙ ita eſt de eo,ſicut de particulari,ſ. ꝙ mediũ in eo eſt ĩ loco medio corporis. oportet ergo eos vt non iudicent ſup mundũ de hoc,quod vident in aĩali,ſed oportet eos perſcrutari de medio mũdi, quod eſt medium in ſubſtãtia, qũo F eſt,& in quo loco eſt. D.d.& quod medium naturæ.i.&debent credere ꝙ medium in rei veritate eſt mediũ in ſubſtantia: & quod medium in magnitudine aliq̃n cõſequitur hoc medium,aliq̃n autem non. & hoc intendit,cum d. medium vero loci vr̃ eſſe poſtremum.i. ꝙ medium in ſubſtantia eſt prius medio in eo magnitudine.& intendit ꝓ hoc ꝙ loc⁹, qui eſt in orizonte, eſt nobilior loco,qui eſt centrum mundi. D.d.medium enim eſt terminatũ, & orizõ

iſtæ tres ꝓpõnes cõcedunt ab Ari.v3, ꝙ ignis ẽ nobilior terra,&ꝙ nobilius dẽt eſſe ĩ nobiliori loco & ꝙ nobilius dẽt eẽ in medio.

B ꝓpria vide. 2. de gñat.t.cõ. 50. ꝓſeda vide 1. cę. t.c.22.96. & 100. ꝓ tertia,& et ꝓ ſeda ſil vide ĩ 3.de partib⁹ aĩa lium.ca.4

T iiij eſt

G est terminãs.i. necesse est ꝙ orizon sit nobilius medio.quia mediũ ẽ terminatũ ab orizonte,& orizon ẽ terminãs ipsum, & terminãs est nobilius terminato:cũ ꝓportio terminãtis ad terminatũ sit sicut formæ ad mãm: forma ãt ẽ nobilior materia.

Terminãs est nobilior terminato:quia proportio terminantis ad terminatum ẽ sicut forma ad mam. Ideo gene ne. 1.). & 2. li c. cõ. 3. & 35.

Antiquorum sententiæ de causa quietis, & motus terræ. Cap. 2.

H DE loco igitur terræ hanc habent quidã opinionẽ. Similiter aũt & de qete, & motu.Non.n.eodẽ modo oẽs existimant, sed quicunꝙ quidẽ non in medio iacere aiũt ipsam, moueri circulariter circa mediũ:non solũ aũt hanc, sed & antichthona, quẽadmodũ diximꝰ prius. Quibusdã aũt vr̃ & plura corpora talia posse ferri circa medium,nobis immanifesta ꝓp obiectum terrę. Quapp & lunæ eclipses plures quàm solis fieri inquiũt.eorũ.n,q̃ ferunt̃,vnum quodꝙ occultare ipsam, sed nõ solũ terram. qm̃.n.terra non est cẽtrũ,sed distat ꝑ totũ ipsius hemisphæriũ,nihil prohibere putant ea,q̃ apparent, accidere fiĩr non habitantibus nobis in centro, sicut, si in medio ẽt esset terra.nihil.n. neꝙ nũc efficere insigne ꝑ dimidiũ distantibus diametri. Quidà aũt & iacẽtem in centro dicũt ipsam volui,& moueri circa *semper statum polũ, quemadmodum in Timæo scriptum est.

*a. l. per vniuersũ ext ẽsum.

Iam ergo compleuimus sermonem de loco terræ. Volumus modo dicere diuersitatem Antiquorum de quiete, & motu terræ. Antiqui.n.differunt in hoc. quidam.n. dicunt,quòd terra nõ est in medio, & dicunt ẽt quòd mouetur circa medium,deinde dicũt quòd nõ tantum ipsa terra,sed & alia,q̃ dicitur astaricon,sicut diximus superius.Et quidam dicunt,quòd possibile est plura corpora,s.terras similes isti terræ esse,quæ mouẽtur circa medium:sed latẽt nos,quia ista terra cooperit eas.& non facit hoc ista terra tantum,sed terræ faciũt hoc.& dicunt etiam quòd,si terra non est centrum, & est remota a suo semicirculo,tamen non propter hoc prohibet quin stellæ apparẽtes cadant sub visu,cum non habitemus centrum.& ,si terra esset posita in medio,non laterent nos stellæ quæ sunt in semicirculo,cum simus remoti a polo. Quidam etia dicũt quòd terra est posita in centro, & quod mouetur,& reuoluitur super orbem,qui dicitur orbis superexiẽs sus,vt dictum est in Timæo.

K L M

Idest,compleuimus iã dicere opinionem Antiquorum de loco terræ, opinionẽ scilicet dicentis ꝙ est ī medio, & dicentis terram esse extra medium, & modo volumus dicere de opinionibus eorũ,de motu,& qete. D.d. quidã.n.dicunt ꝙ terra,&c. i.dicentes aũt ꝙ terra non est in medio, dicunt quòd mouetur circa medium,sicut stella. deinde dicunt,&c. dium,

7 5

A idest & dicentium ꝙ terra mouetur circa mediũ cum altera terra,quę ei opponit̃.quidã enim dicunt,ꝙ polꝰ est ꝙ plures terræ sint sibi̇s huic terræ motæ circa mediũ, sicut ista: sed latent nos, quia ista terra distinguit nos ab illis,ita,ꝙ ista nõ est illa, quæ facit motum circa medium tm̃, sed oẽs illæ terræ. & hoc intendebat, cũ d.& non facit hoc ista terra tm̃,&c.i. ꝙ tota terra mouet̃ circa medium. Et, ꝙa huic potioni continget vt de circulo signorum videat̃ esse maior pars occulta medietate,& non appareãt ex stellis, nisi q̃ sunt in minori
B semicirculo, dicunt excusando se ꝙ q̃is terra nõ sit in centro,tm̃ nõ prohibet quin stellę videant̃,s.ex signa, q̃ sunt ī medietate orbis decliuis, cũ sint remota à suo semicirculo, sicut si essent sup terrã.& nos magis vicinantes alteri duoꝝ poloꝝ,q̃ reliquo.

Et intẽdebat ꝙ dicens terrã esse in medio,ꝙ in oĩbus habitationibꝰ appareret semicirculus signoꝝ,quãuis habitationes sint viciniores vni poloꝝ,q̃ reliquo,cũ nos non habitemꝰ in ipso centro. Et causa illius est, ꝙ
C illa quãtitas, quã facit diuersitas polorũ in propinquitate, & in longitudine, non est sensibilis respectu magnitudinis orbis apud nos: ita quãtitas,fm quã circulus terræ egredit̃ à centro fm nos, nõ facit vt videat̃ de signoꝝ circulo minus,q̃ medietas in respectu orbis. Et hoc intẽdebat cũ d.& dicunt ẽt ꝙ,si terra non est centrum. Et,cũ narrauit opinionẽ dicẽtium terrã esse motã circa centrum, narrauit sermonẽ dicẽtium ẽt eam esse motã in centro. dicentes enim terram esse moram fm totum non dicunt, nisi istos duos modos.


Antiquorum sermo de terræ figura. Cap. 3. D

SImiliter autẽ & de figura ambigit̃. Alĩs enim terra esse videtur sphærica, alĩs vero lata, & figura tympano similis. faciũt aũt indicium(quia occidens, & oriens Sol rectã, & non circularẽ occultationẽ sub ipsa terra facere vr̃:tanquã oporteat,si sit sphærica,circularẽ fieri abscissionem) nõ attẽdẽtes & distantiam Solis ad terrã,& circũferentiæ magnitudinem,qũo in apparentibus paruis circulis rẽ E cta apparet â longe.Propter hãc igitur apparentiã nihil ipsos nõ credere oportet non rotundam molem esse terræ.Sed adhuc addunt,atꝙ dicũt, propter quietẽ esse necessarium ipsam figuram hanc habere.etenim de motu,& quiete dicti modi multi sunt.

Et dicamus etiam, quòd Antiqui diuersi sunt, vt diximus in figura terræ.Quidam enim dicũt quòd terra est rotunda sphærica, & quidam quòd est lata, vt figura tympani,cum fuerit in parte conuexa. & dicunt quòd signum huius est, quia,cum Sol occidit, & oritur,latet à terra secundum longitudinẽ, non secundum circularitatem &, si esset rotũda,deberet latere a terra secundum circulum. & dicunt hoc,quia dimittunt cogitare in remotione Solis in magnitudine suæ rotũditatis, & ,quia videtur ex re F

moto

G *moto longus, quẽ admodum hic accidit paruis circulis, qui videntur à remotis plani. Et oporteret eos, ut non opinarentur quòd figura terræ est rotũda ex hoc, quod diximus de errore sensuum: & sic ponunt eam esse rotundam. Sed isti dimittunt credere hoc, & volunt confirmare suum sermonẽ, dicendo quòd figura terræ ẽ figura tympani, propter quam figuram quiescit necessario.*



76 Vult dicere opiniones Antiquorũ de figura terræ, cũ narrauit opiniones eorũ de motu, & quiete eius, & dicit ꝙ Antiqui diuersi sunt, vt diximus. i. quemadmodũ diuersant in loco, & in motu, & in quiete eiº. D.d. & dicũt ꝙ signũ eius est, &c. 1. & dicentes ꝙ figura terræ est tympani, & ꝙ est medietas sphæræ. i. & quod nos sumus in planitie eius, dicũt rationẽ ex hoc, ꝙ videmº ꝙ Sol, cũ occidit, aut oritur, secat superficiẽ terræ sup K lineã rectam. &, si terra sphærica eẽt, tunc superficies Solis secaret superficiem terræ sup lineam arcualẽ, sicut Luna secat Solẽ apud eclipses Solis.

D.d. & dicunt hoc, quia dimittunt cogitare, &c. i. & existimant hoc signũ esse verũ, quia dimittunt cogitare, & nolũt scire ꝙ lineæ paruæ circulares ex magnis circulis apparent ex remoto recte. & d. quia non cogitant in remotione Solis, & magnitudine suæ quãtitatis. Quia ex magnitudine suæ quãtitatis vt determinatum est in Astrologia, cũ hoc, ꝙ apparet visui ex paruitate suæ quantitatis, vẽ ꝙ remotio eiº à nobis sit valde magna: & pp paruitatem sui circuli apud visum, & magnitudinem circuli terræ oportet vt arcus, qui fit à sectione supficiei terræ, & superficiei Solis sit paruus, s. arcus, sup quẽ apparet ꝙ superficies terræ secat superficiem Solis pp magnitudinem sphæræ terræ apud visum, & paruitatem sphæræ Solis. &, cũ circulus magnus secat circulum paruum, apparebit ille arcus circuli magni rectus ex remoto, & maxime ex maxima remotione. & hoc non accidit in eclipsi Solis, & Lunæ: quia corpora M eorũ sunt propinqua in quantitate.

D.d quẽadmodum hic accidit circulis paruis. i. cum fuerint abscissi à circulis magnis. & intendebat ꝙ, si hoc, accidit sensui, non deberent dicere ꝙ terra haberet talẽ figurã. & dicere deberẽt ꝙ hęc est visio Solis ex hoc, ꝙ demõstratum est à Mathematicis. qm̃, si ambulauerimº in septentrione autẽ meridie, apparebũt stellæ, quæ prius non apparebant, Et, ga ortus stellarũ in orizontibus diuersatur fm prius, & posteriº. &, si terra esset

A esset plana, tunc ortus Solis sup primum orientẽ esset idem cũ eo, qui est super vltimum occidentem. Et hoc intendebat, cum d. Et oporteret eos, vt non opinarentẽ, &c. i. & debebant recipere rationes Astrologorũ in hoc, & nõ cõsidere in hoc signo: cum non impossibilis sit vt sit error in sensu. D.d. Sed isti dimittũt credere, &c. i. dimittunt demonstrationes doctrinales, & volunt confirmare ꝙ figura terræ sit semisphærica ex sua quiete. fingunt enim ꝙ terra non staret in medio, nisi quia figura eius est talis: quapropter non potest B diuidere aerẽ, & sic defert ipsam. Et, si verũ esset ꝙ hæc eẽt causa in quiete terræ, non esset necessariũ vt figura eius esset figura ista: quia eius posterius sequit̃ à priori, s. quies à figura: & à posteriori non sequit̃ prius, scilicet à quiete figura: quia, cum posita fuerit quiescens in medio, non sequit̃ necessario vt figura eius sit lata. & hoc est, si cõcesserimus ꝙ figura eiº fuerit tympanica, ꝙ debet quiescere. & propter debilitatem huius sermonis dimisit contradicere eis, quamuis post contradicet eis.

C *Antiquorum de causa quietis terræ dicta commemorat, & quis illorum censuerit ipsam quiescere.*

Cap. 4.

Dvbitasse igitur oĩbus cõtigisse necessariũ est, forsitan enim *mẽtis fuerit irrõnabilioris nõ admirari quo nã modo parua quidẽ terræ particula, si eleuata dimittat̃, ferẽ, & manere nõ vult, & maior semp velocius, totã aũt terrã, si quis dimittat, cũ eleuauerit, nõ vtiq; ferat̃, nũc vero quiescit tãta grauitas. At vero, si qs ẽt latis pticulis D ipsiº, anteq̃ cadãt, subtrahat terrã, ferent̃ deorsũ nullo obsistẽte.

Dicamus nos vniuersaliter quòd opiniones, quas Antiqui dixerunt in motu, et quiete terræ valde multiplicãtur, illud autem, in quo Antiqui diuersificati sunt, & dubitantes oportet nos dicere. Dicamus igitur quòd debet homo mirari, nisi habeat cognitionem brutalem. Videmus enim quòd, cũ acceperimus partẽ paruam terræ, & eleuauerimus eam, & dimiserimus eã, non E stat in suo loco, neq; figitur in loco aeris, in quo dimiserimus eam, sed descendit ad inferius, & quãto magis illa pars terræ erit maior, tãto magis erit velocioris descensus. & si aliquis acceperit totã terram, et dimiserit eam, stabit, & non recedet à loco suo, & non ibit ad inferius: & quo figatur duplex totius grauis mirũ est. Et dicamus etiam quòd, si homo acceperit partem totius terræ, & eleuauerit ipsam su- F per terrã, deinde dimiserit eam, et fecerit terram recedere à suo loco, antequam illæ partes cadant super terra, non remanebit in suo loco aeris, in qua dimittebatur: neq; quiescet etiã in loco, super quem cadet, postquã partes receſſerint: sed vadit ad inferius, cũ nihil prohibeat ipsam à descensu sempiterno, dum aliquid non impediat eam.

Cum

*Aristo.

77 Cum dixit opiniones Antiquoꝝ
G in loco terræ,& quietem, & motum
ei⁹,& figuram, incœpit dicere ꝙ il-
lud,quod eſt magis deſyderatum,&
naturale magis,eſt perſcrutari qua-
re terra ſm totū quieſcit in medio,
& ſm partes moueť,dum non impe
diatur,& d. Dicamus nos vīr, &c.i.
quia ſunt opiniones corruptæ dicen
tium ſ ꝙ terra nō eſt in medio', & ꝙ
terra moueť ſm totum. D. d. illud
aūt,in quo Antiqui,&c. i. q̄ſtio aūt
magis difficilis, & magis deſyderata
nāt eſt hæc,quam dico. deſyderatū
eſt enim ab hoīe,& ei eſt mirum na-
H turaliter. & videt ꝙ oportet perſcru
tari, ſi hō non habuerit cognitionē
bruti:qm̄ hmōi cognitio non deſy-
derat aliquā cognitionem. D. de-
monſtrauit quid eſſet illud deſyde-
ratum,& d. videmus enim, ꝙ cū ac-
ceperimus partē paruam terrę,&c.i.
& loca aeris in hoc æqualia ſunt, ſ.
quia lapis non facit hoc in loco tm̄,
ſed in oībus locis. & videmus totam
terrā in aliquo loco aeris ſtare:quā-
tus ſit maior omni parte ſuarū par-
tium. & regula eſt vt deſcenſus ma-
ioris ſit velocior in aere. Si igitur ne
ceſſe eſt vt idem habeant iudiciū to
I tum, & pars terræ, & ſiſr loca aeris
idem habeāt, tunc neceſſe eſt vt aut
terra non ſtet in aere, aut partes ibi
ſtent. & hæc eſt vna quæſtio de terra.

D.d. Secundā quæſtionem,& d. Et
dicamus ēt,ꝙ ſi aliqs acceperit par-
tem terræ,&c.i. & etiā eſt quæſtio in
hoc.qm̄ non vī ꝙ,cum partes perue
niunt ad terrā, ꝙ quieſcunt in loco
aeris,cū quo terra quieſcit, niſi dixe
rimus ꝙ ille locus aeris habet aliqđ
proprium, ꝓp quod terra ſtat in eo:
ſed,cum terra, quæ eſt ſub parte ca-
dente,receſſerit,mouebitur etiā illa
pars cadens ad inferius, quouſq; ter- K
ra aliqua ēt non impediat eam. &,ſi illa terra ēt non impediat eam, mouebitur etiā ad inferius illa pars, ita,ꝙ exiſti mandū eſt ꝙ partes terræ habeant nām ſemp moueri ad inferius,dum non impediant. Et hoc intendit,cū d.ſed vadit ad inferius.i. ſed exiſtimatur ꝙ ſemp vadit ad inferius, nō ꝙ hoc ſit neceſſarium in partibus.

Quare dubitare quidem omnibus, vt philoſopharent,merito cauſa fuit. Circa aūt huius ſolutiones, ꝙ non magis abſurdæ videantur eſſe dubitatione ipſa, L
mirabitur vtiq; aliquis. Si enim ob hęc infinitā inferiorem terræ partem eſſe aiunt,in infinitū ipſam radicatā eſſe dicentes, quē admodū Xenophanes Colophonius,ne negocia habeāt quęrentes cauſam, Quapropter & Empedocles ſic increpauit dicens. Xenophanes. Empedocles.

Immēſum ne patēt terræ ima, »
ac largior æther, Vt fruſtra lin- »
gua multorū dicta fuere, Ore »
effuſa hominū de toto pauca vi »
dentū. Alij aūt in aqua iacere.

hunc enim antiquiſſimū accepi K
mus ſermonē,quem dixiſſe aiūt Thalem Mileſium:tanquā ex eo, quia natans ſit,ipſa maneat,quē admodū lignū, vel aliquid tale aliud. etenim horum ſuper aerē quidem nihil natura aptum eſt manere,ſed ſuper aquam. Thales Mileſius.

Dicamus igitur quòd hoc,quod Antiqui quærunt de cauſa cognitionis iſtius rei,ē vera philoſophia. Diſſolutiones autē, quas Antiqui dicūt,

A *dicunt,ſunt inopinabiles,& debet omnis homo mirari plus, quām de quæſtione. Quidā enim dicūt,quòd profundum terræ,& eius inferius eſt infinitū,quia ſuum fundamentum eſt ad infinitum, vt plures homines dicunt,ſ. Malaconenſes. Empedo.autē reſiſtit eis,& dicit,quòd iam exiuerunt, & dimiſerunt in*
B *mundo rectē ocioſiora mēdacia, cū dicunt terram carentem profundo: quia parum cognoſcunt de eſſentia ipſius. Quidam autem dicunt terrā fundatam eſſe ſuper aquas,& acceperunt iſtum ſermonē ex viro Antiquo,* *a.l Kelu ī ciuitate Enoch. *& eſt Kelus de ciuitate Hemor. & quòd terra natat ſuper aquam, vt lignū,& eſt ſimile ſibi. lignū enim non figitur ſuper aerē, ſed ſuper aquam.*

78 Dicit ꝙ oēs cauſæ, quas Antiqui dicunt in quiete terrę,ſunt impoſes. Quidā enim dicunt ꝙ cauſa in quiete terræ eſt,quia ē infinita:quapropter non habet locum,ad quē moue
C tur,& ꝙ ipſa ſuſtentat ſe. & Empe. reſiſtit dicentibus hunc ſermonem.

Tanquam nō eadem ſit ratio de terra, & aqua vehente terrā. neq; enim aqua nata eſt manere ſubleuata, ſed ſuper aliquid eſt. Amplius aūt,quemadmodū aer aqua leuior eſt,ſic & aqua terra. quare quonā modo poſſibile eſt id,quod leuius eſt,deorſum magis iacere eo,quod grauius ē ſm naturam? Præterea,ſi tota nata eſt manere ſuper aquam,manifeſtum eſt ꝙ & particularū ipſius D
vnaquæq; . nunc aūt non videť hoc fieri,ſed quælibet particula ferē in fundū. & velocius maior.

Et oportet igitur vt dicatur dicenti hunc ſermonem,vtrum dicat de terra,& de aqua deferēte quòd ſint idem. aqua enim nō figitur in aerem,ſed ſtat ſuper aliquod deferens ipſam. Et dicamus etiā quòd aer eſt leuior aqua,& aqua terra. & ,ſi ita ſit, quo igitur leue eſt ſub graui? Et dicamus etiā quòd, ſi to- E
ta terra poteſt ſtare ſuper aquam, neceſſe eſt vt quælibet partiū eius ſtet ſuper aquam. ſed non videtur hoc, ſed quæcunq; pars eſt terræ, ſi poſita fuerit ſuper aquam,deſcendit,quouſq; perueniat ad profundū aquæ, & quanto magis terra fuerit maior,tanto velocius deſcendit ad profundum.

Cum dixit opinionem dicētis, ꝙ 9
cauſa in quiete terræ eſt,quia eſt infinita, & opinionē dicentis ꝙ cauſa
in hoc eſt,ꝙ natat ſuper aquā. ſed ſer F
mo dicentis ꝙ cauſa in hoc eſt,quia eſt infinita,eſt ſermo non naturalis: qm̄,ſi fuerit cauſa,erit cauſa accidētalis. & ēt declaratū eſt ꝙ eſt impoſſibile vt corpus infinitū ſit, neq; elementum,neq; aliud. & ꝓp hoc non voluit contradicere huic opinioni, & contradixit ſecundæ,& d. Et oportet igitur,vt dicatur,&c.i. in primo debemus dicere eis ꝙ hoc, quod tu dicis de terra, & de aqua debes dicere. aqua enim eſt ita grauis ſicut terra, & ita deſcēdit in aere ſicut terra: q̄re

igitur

G igitur magis aqua q̃ terra defert, & figit in aere, & non descendit. & hęc est contradictio vera. qm̃ quæstio transmutatur in aquã. D.d. Secundam contradictionem, & d. Et dicamus, &c. & hoc, quod d. necesse é eis, cum concessum fuerit ꝙ aer leuior é aqua, & aqua terra. & forte posuit hic positionẽ, donec declararet dispositionẽ de graui, & de leui. Et videt ꝙ hoc sit magis apparẽs in aere, & aqua, q̃ in aqua, & terra. videtur enim ꝙ aqua mouetur in loco aeris, quiescente aere in loco suo: & etiam mouetur aer in aqua ad eius superfi-
H ciem, vbi fuit aqua. aer igitur é leuis in aqua, & aqua grauis in aere. ergo aer est leuior aqua. terra aũt mouet in aqua, sicut aqua in aere. Si igitur hoc, ꝙ sentimus, esset in suo loco naturali, & nõ esset in eo violente, tũc necessarium esset vt dispositio aquæ cum terra esset, sicut dispositio aquę cum aere. Et sit, si sensserimus aquã in loco terræ naturali moueri ad sũperius, tunc nulla dubitatio accideret. sed non sentimus ipsam in suo loco naturali. tñ cum demõstratio sũ-
I sit exerit ꝙ impoſſe est vt loca istorũ corporum naturalium sint eadem: & ꝙ impossibile est vt loca eorum, in quibus sentiuntur sint loca violenta: & videtur ꝙ terra sit grauior aqua: manifestum est ꝙ locus eius est inferior loco aquæ, cũ vincat aquã, vt perueniat ad locum inferiorem. Et existimatur ꝙ ex hoc modo mouetur aer in aqua, cum aqua fuerit in loco suo naturali. D. reuersus est ad Tertiam contradictionem. & d. Et dicamus etiam, &c. & hoc manifestum est, quia natura totius, & partis est eadem, & in hoc, ꝙ apparet ex statu vasis cuprei super aquã, quã-
K uis ipsum cuprum descendat in ea, cã est figura vasis, s. penetratio aeris in eam. D.d. & quanto magis terra fuerit maior, &c. & sequitur ex hoc ꝙ terra tota sit velocioris descensus in aqua, q̃ quælibet pars eius.

Verum videnẽ vsq; ad aliquid quærere, sed non quousq; dubitari possibile est. oĩbus enim nobis hoc cõsuetũ est nõ ad rẽ quę-
L stionẽ facere, sed ad contraria dicentẽ. etenim ipse in seipso quærit, quoad non amplius habeat ipse sibi ipsi contradicere. Quapropter bene quęsiturũ, per propriasin genere instantias ad instandum idoneum esse oportet. hoc autem est ex eo, ꝙ oẽs contemplatus sit differentias.

Sed quærunt, & perscrutantur de causa istius rei secundũ posse suis finem, non secũdum finem quæstionis. & hæc est consuetudo omnium nostrũ, s. quia non quærimus de aliquo secundum quæstionem, & illud perscrutamur, sed secũdum loquentem, & contradicentem nostro ser-
M *mom. & similiter, si nos quærimus de aliquo, perscrutabimur de eo, quousque perueniamus ad aliquid, quod nõ possumus negare super nos ipsos. Oportet igitur volentem de aliquo quærere, perscrutari contrá dicere sibi contradictione vera, conuenienti generi quæstionis. & potest hoc facere, cum fuerit perscrutatus, & cognouerit omnes differentias illius generis.*

Vult

80 Vult demõstrare in hoc capitulo
A causam, pp quam accidit Antiquis error, & d. ꝙ isti hoĩes fecerũt cõtra veritatẽ, quia quærunt sm finẽ virtutis in disputatione, aut sm finẽ sui posse in disputatione, non sm finem potentiæ demonstratiuæ. finis autẽ potentię hoĩs in disputatione est vt, cũ de aliquo quæsierit, si non inueniet contradictionẽ, & tunc confirmat ipsum: & hoc aut sm ipsam potentiã disputatiuã, quod é firmius: aut sm ipsum disputatorẽ, quod est
B debilius. Et d. Sed quærunt, &c. non intendit ꝙ ipsi quærant de talibus p finẽ sui posse naturalis, non sm finẽ rei in se, cũ cognitio perfecta in pluribus rebus non sit nisi sm ꝙ est in posse hoĩs vt veniat ad ipsam p demonstrationẽ, non sm rem in se. & hoc, quod d. ꝙ quærunt sm finẽ sui posse, intẽdit in potẽtia disputatiua non sm potentiã demonstratiuam. &, cum d. non ad finẽ quęstionis, intendit non ad virtutis finẽ demonstratiuæ. qm̃ finis illius virtutis demonstratiuæ est finis qõnis: finis autem virtutis disputatiuæ é finis quę-
C stionis sm disputatorẽ, non sm quęstionẽ. &, quia finis potentię disputatiuæ aut est inter duos, aut inter hominẽ, & se: &, cum fuerit inter duos, confirmat, cũ aduersarius non potuerit cõtradicere: &, cũ fuerit inter hominẽ, & se, confirmat, cum nõ inuenerit cõtradictionẽ. Et hoc intendebat, cũ d. sed sm loquentẽ. i. ꝙ in tñ perscrutantur, ita, ꝙ aduersarius non põt cõtradicere. Hoc igitur est sm potentiam disputatoris, non sm qõnem. & sit, si aliquis fuerit pscrutatus in se, donec non inueniat contradictionem, tunc cõfirmabit rem sm suam potentiam disputatiuam, non sm rem in se. Et hoc intende- D
bat, cũ d. & sit, si nos quærim⁹, &c.

D. incœpit demonstrare viam, per quam, cum quis processerit, necessario peruenet ad finẽ quæstionis in se, & non ad finem potentiæ perscrutatoris, neq; ad finẽ potentiæ disputatiuæ, & d. Oportet igit, &c. i. oportet eũ, qui voluerit perscrutari de aliquo sm se, contradicere illi, qui ponit, ppõnes essentiales quæstioni. cõtradictio enim per tales propositiones essentiales q̃stioni verificat quęstionem sm se, nõ sm nostrũ posse.

D. d. & potest hoc, &c. i. & via est ad
E quærendum propositiones essentiales, vt quæramus oẽs differentias existentes in illo genere. qm̃ *ex cognitione differentiarũ scit eẽ speciẽrũ, & cã accñtiũ illarũ spẽrũ, quia drię sũt cã speciẽrũ, & cadẽ uũ earũ. Idé. 3. Cę. c. 77.

Cognitio pfecta in pluribꝰ rebus nõ est nisi sm ꝙ é in posse hoĩs, vt veniat ad illam rẽ p demonẽ, nõ sm rẽ in se. Idé 8. t. c. 60.

Anaximenes aũt, & Anaxagoras, & Democritus latitudinem causam manendi ipsam esse dicunt. non enim diuidere, sed eũ, qui subtus est aerem obturare, quod corpora, quæ latitudinem habent, videnẽ facere. hæc enim & ad vẽtos cum difficultate mobilia sese habẽt propter reluctantiam. Hoc igit ipsum facere latitudine terrã ad suppositũ aerẽ, hunc aũt non habentẽ, quo trãsferatur, locũ sufficiẽtem, totum simul deorsum quiescere, quem admodum in clepsydris aqua. Quòd aũt possit multã grauita-
F Anaximenes. Anaxagoras. Democritus.

tem

G tem ferre cõprehensus,& manẽs aer, indicia multa dicũt. Primũ igitur,si non lata figura terrę sit, ꝓp hoc quidem non quiescet.

Volumus igitur reuerti,& dicere quòd Pythagorici, & Demoeriti dicunt, quòd latitudo figuræ terræ est causa suæ quietis. quoniã non abscindit aerem,qui est sub eo, sed natat super eum,vt faciũt alia corpora lata,quæ figuntur,et stãt, & non mouẽtur à ventis. Et sic facit terra super aerẽ, qui est sub ea.

H *aer enim non habet locum, à quo exeat:& sic quiescit terra super ipsum,& stat. vt accidit aquæ,cum fuerit in vase, quod dicitur fascã, & est ferens aquam. Et confirmãt suum sermonẽ per multa signa,& quòd aer potest deferre põderosum, cum fuerit retentus, & quiescit, & stat si igitur terra non esset lata, & esset retenta super aerem, non staret super ipsum.*

81 Hæc est opinio Tertia. isti enim
I dicunt ꝙ causæ in quietæ terræ sunt duæ. Quarũ vna est ꝙ lata est terra: quapropter non põt diuidere aerẽ: & sic natat super ipsum. Secunda est ꝙ aer non habet locum,ad quẽ trãsferat, sicut accidit aquæ in illo vase. & confirmat hoc propter hoc,ꝙ apparet de potentia aeris per hoc,ꝙ defert ponderosum, quando fuerit cõstrictus, & non habuerit locum, ad quem transferatur.

Quãuis quietis non latitudo causa sit ex ijs,quę dicũt,sed magnitudo magis, propter coarctationẽ enim, nõ habens transitũ, K aer manet ob multitudinẽ:multus autem est aer, propterea ꝙ à magnitudine multa terræ comprehenditur. quare hoc erit,& si sphęrica quidẽ fuerit terra, tanta aũt ſm magnitudinem. manet enim ſm illorum rationem.

Dicamus igitur quòd secũdum suum sermonẽ nõ est latitudo eius, sed magnitudo ẽ dignior vt sit causa suæ quietis. dicunt enĩ quòd aer, cum astringatur, & non habuerit locum,à quo exeat,stabit. constrictio enim aeris est propter magnitudinem terræ. &,cum ita sit,dicamus etiam quòd hæc constrictio erit,quamuis terra nõ sit lata, sed sphærica, rotũda tamen secundum suam primam magnitudinem. qua propter quiescit, & stabit super aquam secundum suam rationem. L

Dicit ꝙ dictum, quod causa quie 82
tis terrę est,quia aer defert ipsam,cũ non habeat locũ,ad quem transferatur,est sufficiẽs in dando causam suę quietis. & hoc,quod addunt,ꝙ est lata,est superfluum. qm̃ causa quietis pp latitudinem alia est à causa pp constrictionem aeris: quies aũt pp constrictionẽ aeris in amplitudine mundi continentis ipsum vt esse pp magnitudinẽ terræ. Et hoc intendit,cum d.constrictio enim aeris est pp magnitudinem terræ.i. quia pp magnitudinẽ terræ astringitur aer in orbe, sicut astringitur in vase, in quo ponit aliquod corpus extrinsecum:& pp hoc aer, qui ẽ in vase, nõ põt exire, cum stringit, & sustinet vas M

A vas intrinsecus, superpositum ipsi.

D.d. sed & ſm suam primã magnitudinẽ. & intendit, vt reputo,sed ſm suã primam magnitudinẽ debet stare sup aquam.& d. hoc,qm̃ loca vicinantia aeri,sunt addita super primã magnitudinẽ terrę. quasi igitur d.&

a.l. vt terra nõ stet sup aerẽ ppter constrictionẽ aeris. cõtingit eis ſm hoc vt* terra nõ stet nisi super aquã non super aerem: & aqua stat sup aerem pp constrictionem aeris.& quasi dimisit contradicere huic sermoni, quia cõtent° fuit in hoc cõtradictionibus futuris. Et, cũ aliquis consyderauerit hunc sermonẽ, videbit ꝙ impoſe est poni,

B nisi cũ fuerit aer ita imaginatus, ꝙ non possit constringi à ponderosita te terræ ex eũdo suo à loco,neq; etiã minimũ. qm̃,si fuerit imaginatus à terra constringi minimũ, & moueret terra à suo loco parũ, statim aer veniet ad illũ locum,quẽ dimisit:&

a.l.addat illa. impoſe est vt* cadat eius recessio,do nec recedat à suo loco toto,nisi quis ponat ꝙ aer ita sit cõstrictus à terra, ꝙ non possit expelli ab ea.qm̃,si posuerim° ꝙ possit recedere à suo loco saltem paululum,possibile esset recedere ſm totum: sicut videmus in cor

C poribus, quæ sunt in aqua,quæ mouent in ea, tñ aqua non expellitur ſm totum, neq; additur in suis diametris, sicut, cũ posuerimus corpus in aqua,& impleuerit aqua cum illo corpore vas continens, addit in suis diametris ꝑ corpus aduenies. Et,si illud corpus, quod est in aqua,moueat ad alium locũ, nõ fiet expulsio ex hoc in tota aqua, neq; addetur in suis diametris,sicut fit ex corpore aduenient ab extrinseco. & impoſe est vt aqua,& aer habeant talem con

a.l.existẽte. strictionẽ ex alio corpe* extrinseco in eis, vt sit impoſe vt istud corpus transferat in eis.&,si essent in fine cõ D strictiõis, cõtingeret huic positioni, vt in aere, & in aqua non occuparet aliud corpus, nisi ipsum,s.terra corpus addens super terram. & totum hoc est impossibile.

Omnino aũt ad eos, qui sic dicunt de motu,nõ est de parte habitatio, sed de toto quodam, ac vniuerso.à principio enim determinandũ est,vtrũ sit aliquis corporibus natura mot°,an nullus, & vtrũ natura quidem non est, violentia aũt est. Quoniam aũt de ijs determinata sunt pri°,quę E cunꝙ pro ea, quæ aderat, facultate habebamus, vtẽdum est vt existẽtibus. Si enim nullus natura motus sit ipsorũ,neꝙ violentus erit. si aũt neꝙ natura, neꝙ violẽtia est,nihil oĩno mouebit. nam & de his ꝙ necessarium sit accidere determinatũ est prius.

Volumus modo contradicere illis,qui diuersificati sunt in totalitate terræ,non in suis partibus.& dicamus vtrum corpora habeant aliquem motum naturalem,aut nullum motũ omnino: deinde & si nõ habeant motum naturalem, vtrũ habent motum violentum. Et iam distinximus hoc superius,tamen dicemus modo, inquantũ indigemus. Et dicamus quòd nos damus eis motum. &,si non habuerint motũ naturalem, non habebunt motum violentum omnino. &,si non habuerint motum naturalem,nec violentum, nihil mouebitur. & iã distin F

ximus omnia ista superius, & accidunt corporibus necessario.

83 Cum d. opiniones Antiquorũ in quiete terræ, incœpit cõtradicere eis vltr: quãuis non compleret de quibus dam, tñ post complebit. Et d. Volumus modo, &c. i. volumus modo inducere sermonem vltem cõtradicentem eis. & dicunt hoc, quia videbãt ꝙ causa in quiete partiũ est manifesta, s. ꝙ tota terra ipedit eas à motu. & pp hoc quærebant causam quietis in tota terra, sicut videt in parte. Et, quia fere oẽs Antiqui in hac causa conueniunt, incœpit cõtradicere eis, & d. dicamus vtrum corpora habeant aliquẽ motum naturalẽ, &c. i. debemus perscrutari vtrum oẽ corpus simplex habeat aliquẽ motum naturalẽ, aut nullum corp⁹ naturale habeat motum naturalem propriũ. Et diuisit quæstionem in hæc duo contraria, *quia impoſſe est vt quædam corpora naturalia habeant motum proprium, & quædam non. corpora enim naturalia sunt naturalia eodẽ modo: & impoſſe est vt in illo modo inueniantur dríæ contrariæ.

D. d. &, si non habeant motum naturalẽ, &c. D. d. Et dicam⁹ ꝙ nos damus eis. i. & principiũ perscrutationis est ꝙ debemus ponere corpora naturalia habere motus, & sic consyderatio erit naturalis. †Naturales. n. ponunt naturam esse, & naturalia, quasi sit hoc notũ per se. D. d &, si non habuerint motũ naturalẽ, &c. & d. hoc, * quia motus violentus non intelligitur in corpore nisi in respectu naturalis. &, cum posuit, ꝙ si corpora non haberent motum naturalem, tunc non haberent violentum, & contingeret vt corpora naturalia non haberent motũ omnino. quod est contrarium positioni. D. d. &, si nõ habuerit motũ naturalem, neq; violentum, nihil mouebitur motu locali: qm̃ hæc diuisio in cæteris motibus habet quæstionem, cuius perscrutatio est in Quinto Phy. s. diuisio cæterorum motuum in naturalem, & violentum. Et, quia breuiter fuit locutus de hoc in isto loco, dixit ꝙ iam declarauit in alio loco, quod motus naturalis debet existere in oĩ corpore necessario.

Et insuper ꝙ neque quiescere cõtingit. vt enim motus existit aut violentia, aut natura, sic & quies. At vero, si est motus aliqs fm naturam, non vtiq; violenta erit latio solum, neq; quies.

Et dicamus etiam quod impossibile est quietem esse. & signum huius ẽ hoc, quod dicimus, quod motus est aut naturalis. aut violẽtus, & similiter quies est aut naturalis, aut violenta. Et, si inueniatur motus naturalis, impoßile ẽ vt motus violentus tantum sit, aut quies violenta tantum.

Cum declarauit ꝙ oẽ corpus nãturarum dimensionũ * semper debet habere motũ naturalem, vult declarare ẽt ꝙ debet habere quietem, & d. †sicut Naturalis ponit ꝙ necesse est ꝙ corpora naturalia habẽt motum, sic ponit ꝙ necesse est vt corpora naturalia habeant quietẽ naturalem in eis, quæ nata sunt quiescere. dictũ est enim in diffinitione naturæ ꝙ est principiũ motus, & quietis. & signũ eius est, quia finis motus in illis, q̃ nata sunt recte moueri, ẽ ges. & ga

* Impoſſe ẽ vt q̃dã corpora nãlia hãant motũ ꝓpriũ, & q̃dã nõ. corpa enĩ nãlia sunt nãlia eodẽ mõ. Sed vide oppositũ 2. Phy. cõ. 3. & 1. Cœ. cõ. 5. vbi dr ꝙ nãlia eodẽ mõ dr de oĩb⁹ corpibus eodẽ mõ. & idẽ vide. 2. Cç. c. 3. & 71. vbi hẽt ꝙ ligatũ, & ñ ligatũ ñ dñr vnũ, nisi ç quocc, sicut ñ dñr vnum motũ, nisi æquiuocc. Vide cõtr. Zim.

† Nãles ponunt nãm eé, & nãlia q̃si sit hoc notũ p se. Idẽ. 2. Ph. c. 3. & 1. cõ. 6. & 1. Cç. cõ. 5. & 8. Phy. 23.

* Mot⁹ violent⁹ nõ intelligit, ni si in respectu nãlis. Vide pro hoc 1. Cœ. 14. & quæ ibi, & 1. de Aĩa. 40.

* a. l. simplex.

† Sicut nãlis ponit ꝙ corpa nãlia hñt motũ nãlem, sic ponit ꝙ hãt quietẽ nãlẽ in his, quę

84 apta sunt moueri, & quiescere. cõsisse prio Phy. t. c. 11 In oĩ corpore simplici, q̃d recte mouet ẽ mot⁹ nãlis & violentus, & ges nãlis, & violẽta. Idem 1. de Aĩa. c. 40.

A &, quia motus est duob⁹ modis, naturalis, & violentus, ergo & quies ẽt erit naturalis, & violẽta: qm̃ est hoc in oĩ corpore simplici, q̃d recte mouetur. D. d. & si inueniat⁹ naturalis, &c. i. &, si aliquid moueret motu naturali, impoſſe ẽ vt ille motus in eo sit violẽtus: & erit quies existens, quã habet in loco, in quo mouet nãlr, &, si fuerit necessario violenta, & quies in loco, in quo mouet violente, erit naturalis necessario.

Et voluit demonstrare ꝙ, si dixeri mus terrã moueri ex circunferentia ad mediũ nãlr, necesse est vt quies

B ei⁹ extra mediũ sit violẽta. &, si à medio mouet violẽte, vt apparet, necesse est vt quies ei⁹ sit in eo nãlis. &, si nõ, nõ habebit quietẽ nãlem oĩno.

Quare, si violentia nunc terra quiescit, & simul venit ad medium lata, propter vertiginem. hanc enim cãm oẽs dicũt ex ĩjs, quæ in liquidis ferunt, & circa aerẽ accidunt. in his enim semp feruntur maiora, grauiora q; ad mediũ conuersionis. Quapropter & terrã oẽs, quotquot cœlũ generant, ad mediũ conuenisse

C dicunt. Quia aũt manet, quęrũt causam. Et dicunt quidam hoc modo, ꝙ latitudo, & magnitudo ipsius causa est. Alĩ aũt, quẽ admodũ Empedocles, cœli lationem circulariter circũcurrentẽ, & velocius latã terræ lationem prohibere: quẽadmodum aqua, quę ĩ cyathis est. etenim hęc, circulariter cyatho lato, cũ plerũq; sub ære ipso existat, tamen non fertur deorsum, nata deorsum ferri, propter eandem causam.

Empedocles.

Et, si ita sit, terra est permanẽs, & stat violente, aut vadit ad medium, & stat illic propter rotunditatẽ. omnes enim conueniunt quòd causa quietis terræ est rotunditas. & hoc dixerunt, quia videbãt hoc in humoribus, & aere. corpora enĩ grauia, & magna, existentia in aere, aut in aqua, mouentur ad sũm mediũ propter reuolutionẽ aquæ, & rotunditatem aeris. Et propter hoc omnis, dicens quòd celum est generatum, dicit quòd terra est posi- E *ta in medio, & quòd terra expellitur ad ipsum propter velocitatem motus cœli. Sed quærunt causam quietis eius in medio. Et quidam eorum dicebant hoc modo, ſ quòd causa quietis terræ, & ſtatus est eius magnitudo, & latitudo. Et quidã dicũt quòd causa quietis terræ, & suæ permanentiæ est motus cœli, ut Empedo. dicit enim quòd cœlũ mo-* F *uetur circa terram circũquaq; motu veloci valde: quapropter nõ mouetur, vt accidit de aqua existente in vaſe. aqua enim reuoluitur iter vas: & cuprum existens in aqua non descendit inferius propter causam hanc, ſ reuolutionẽ aquæ: quãuis cuprum sit natũ descendere.*

Cum d. opiniones Antiquorum 85 in quiete terræ, & propositiones, ex quibus scitur error omnium eorũ, in hoc capĩo vult dicere in quo conueniunt, & in quo differunt. & dicit.

G Et,si ita sit,&c. verũ est ꝙ oẽ corpus simplex, quod rectè mouet, hẽt motũ naturalem, & quietem naturalẽ. D.d. & terra stat violẽte, &c. i. & terra nõ quiescit in medio violente, & mouet ad ipsum violente. &, si aliquis hoc dixerit, aut mouebit ad medi ũ violente, & quiescet in ipso violente pp reuolutionem orbis: reuolutio enim orbis nata est facere vtrũq;. D.d. oẽs enim cõueniũt, &c. intendit, fm ꝙ reputo, pter dicentẽ ꝙ causa quietis eius in medio ẽ sua latitudo. D.d. & hoc dixerũt, quia videbãt, &c. i. & dicũt hanc causam
H ex hoc, ꝙ vident, ꝙ corpa grauia, cũ ejiciunt in humido, & fueritaliqđ reuoluens, qđ reuoluit ea ab extrinseco, vt aqua, & aer, expellent ad medium illius humidi, & stabunt illic ppter motum circularem humidi.

D.d. & pp hoc d. omnis, dicens ꝙ cœlum est generatum, &c. i. ꝙ terra mouetur ad medium pp reuolutionem. & d. omnis d. ꝙ cœlum est generatũ: quia impoſſe est hoc dicere, nisi faciens cœlum esse generatum: cum impoſſe sit imaginari talem expulsionem, & statũ, dicentẽ cœlum nõ esse generatũ. oẽ enim violente
I impoſſe est vt sit æterne. D.d. Sed quærũt causam quietis, &c. & ex hoc fermone eius apparet ꝙ oẽs videbãt ꝙ causa expulsionis terræ est reuolutio, deinde diuersabant in causa quietis. Quidã enim ponebãt causam in hoc ipsam reuolutionẽ, & quidam vtrunq;, s. & reuolutionẽ, & latitudinem, & magnitudinẽ. & fm hoc nõ cõtradicit sibi hoc, quod d. oẽs enim cõueniunt, &c. & hoc, quod d. post, sed causam quærũt quietis, &c. i. ꝙ dicens hunc sermonẽ statum ponit cũ reuolutione ista causam secundam.

Oẽ violẽte impoſſe ẽ vt sit æterne. Idẽ supra. t. c. 18.

Et forte per hoc, ꝙ d. oẽs enim con K ueniunt, & c. intendi potest pter dicentem ꝙ causa in quiete eius est latitudo eius, sicut prius dixim⁹. & hoc apparet ex sermone eorum, quia oẽs conueniunt in hoc, ꝙ causa motus terræ ad mediũ est reuolutio. Causam aũt suæ quietis quidam ponunt latitudinem tantum, aut cum reuolutione: quidã vero ponũt eandem causam, s. reuolutionem in motu ad mediũ, & in quiete in medio, scilicet Empe. & dicentes opinionem suam, vt d. & dicunt quidam ꝙ causa pmanentiæ terræ ẽ motus cœli. vt Empe.

D.d. rationẽ. Empe. & d. dicit enim L ꝙ cœlum mouet circa terrã circunquaq; &c. i. ꝙ causa in quiete terræ in medio est velocitas motus cœli, & aeris velocitas, qui circulariter mouetur per motum eius. qm̃ propter vigorem motus in reuolutione impedit terra vt diuidat ipsum per suũ pondus, & vt recedat à medio, vt accidit in vase pleno aqua, cum in eo fuerit corpus ponderosum, & fuerit motum in reuolutione fortiter: qm̃ illud corpus stabit in medio. & manifestũ est ꝙ causa expulsionis illius corporis ad medium, & sui status in
M eo non est, nisi fortitudo illius aquæ in reuolutione. Sed isti quidem fingunt ꝙ similiter accidit terræ cum aere. &, si ita esset, tunc motus terræ ad medium esset violentus, & quies eius in medio esset violenta.

At, neq; vertigine prohibẽte, neq; latitudine, sed aere, q; subꝫt, quonã feretur? nam, si mouetur violentia ad medium, & manet violentia. fm naturam aũt necessarium est esse aliquam ipsius lationem. Hęc igit vtrum sursum,

an

A an deorsum, an vbi est? eẽ enim quandam est necessarium. Si aut tẽ nihilo magis deorsum q̃m̃ sursum, aer aũt, qui sursum est, non prohibeat eam, quæ sursum fit, larionẽ, neq; vtiq; qui sub terra est, prohibebit eã, quę deorsum. easdem enim eorundem necessarium est esse causas eisdem.

Dicamus modo quòd velocitas motus orbis, aut latitudo terræ non impediunt motum terræ, deinde ex aere super ipsam, quoniã tunc mo-
B *uebitur ad quendam locorum. quoniam, si motus eius ad medium fuerit violentus, & quies eius fuerit violenta, necessario habebit locum naturalem, & motum naturalem. Dicat ergo vtrum sit sursum, vel deorsum: quoniam necessarium est vt habeat locũ. Si igitur deorsum non fuerit dignius vt sit locus eius qua sursum: & aer superior nõ pro hibuerit ipsam, quin moueatur ad*
C *superius, neq; aer, qui ẽ sub ea, quin moueatur ad inferius. causæ enim eædem, & consimiles sunt causatorum consimilium.*

86 Cum dixit opiniones Antiquoꝝ in quiete terræ, & præmisit ꝓpõnes in quiete terræ, s. ꝙ oẽ corpus naturale, quod rectè mouetur, habet motum, & quietem naturalem, incœpit cõtradicere eis, & d. ꝙ, si posuerim⁹ ꝙ velocitas motus orbis non est causa quietis terræ, neq; latitudo, neq; magnitudo terræ, continget necessario vt non prohibeat terrã à motu eius naturali aer continens. illi enim D non ponunt eam impediri à motu, nisi pp latitudinem terræ, aut pp motum aeris in vigore. Et hoc intẽdit, cum d. ꝙ velocitas motus orbis, aut latitudo terræ, &c. idest & dicam⁹ ꝙ neq; velocitas motus, neq; latitudo terræ impediũt terrã à motu eius à loco, ī quo est. D.d. ex aere. i. in eo. qm̃, cũ posuerimus ꝙ impedimenti causa eius nõ est neq; latitudo, neq; magnitudo, neq; reuolutio, necesse est vt quies eius sit violenta: & motꝰ eius ad ipsum in loco, in quo stat, sit violente: & in quo quiescit violẽte, est violentus. &, cũ illic quiescit vio- E lente, necesse est vt habeat locũ aliũ ab illo loco nãtr. & quietem nãtr in loco, ad quem mouetur nãtr. & hoc intendebat, cum d. qm̃, si motus eius ad mediũ fuerit violentus, &c. Et, quia loca naturalia sunt duobus modis, sursum, & deorsum, d. dicat ergo vtrũ sit sursum, vel deorsum. i. cum quies eius in medio sit violenta, necesse est vt habeat locũ naturalem, ad quem mouetur nãtr, cum fuerit extra ipsum, & in quo quiescat nãtr, cum peruenerit ad ipsum: & necesse ẽ vt iste locꝰ sit aut sursum, aut deor sum. sed, si locus inferior est mediũ, F in quo ponebatur stare violente, necesse est vt locus naturalis eis sit motus ad circunferentiã, s. ad superius. quapropter erit ignis. Et, cũ vidit ꝙ impoſſe est, cum aliquis posuerit ꝙ quies eius in medio est violenta, vt ponat ei locus naturalis, d. Si igit deorsum non fuerit, digniusest, &c. idest, &, si dicẽs hunc sermonem nõ concesserit quod habet locum naturalem, neq; sursum, neq; deorsum, tunc non erit innata moueri à medio, neq; ad partẽ nostrorũ capitũ,

G neq, ad partem noſtrorũ pedum. & hoc intendit p deorſum. &, cum nõ fit innata moueri ad partẽ noſtrorũ capitum, neq; noſtrorũ pedum, manifeſtũ eſt ꝙ aer continens ex parte noſtra, non impedit ipſam moueri ad ſuperius, ſ. ad partẽ noſtrorum capitũ: ſicut non impedit ipſam aer ex parte oppoſita iſti moueri ad partẽ noſtrorũ pedum. & ſic cauſa eius ſtatus in medio nõ erit neq; reuolutio, neq; latitudo, ſed defectꝰ motus. &, quia cõparatio aeris continentis ipſam ex parte eius, ſupra quã ſumus, eſt eadem cũ cõparatione aeris cõti-
H nentis eã ex parte ipſius oppoſita illi etiã: & aer, qui ẽ ex noſtra parte, nõ impedit ipſam moueri ad circunferentiam: quia illi concedunt hoc: & quia, ſi impediret, impediret ẽt igne moueri ad partẽ noſtrorum capitũ: neceſſe eſt vt aer, qui eſt ex parte oppoſita iſti parti, nõ impediat ipſam moueri ẽt ad circunferentiã. motus enim à medio, à quocũq; fuerit, eſt ad circunferentiã. Et hoc intendit, cũ d. cauſæ enim eædem, & conſimiles, &c. intendit p cauſas conſimiles cõſimilitudinẽ aeris cõtinentis ex omnibus partibus. & intendit p cauſata
I cõſimilia motũ eius à medio ad circunferentiã, à quacũq; parte fuerit. Quaſi ergo d. Si igit̃ inferius nõ fuerit dignius, vt ſit locus eius, q̃ ſuperius, non mouebitur à medio oĩno, neq; prohibebit ipſam aer ex aliqua parte, cum fuerit innata moueri. Et etiã, ſi poſuerimus ꝙ innata ſit moueri ad partẽ circunferentiæ, quę eſt ex parte oppoſita nobis, neceſſe eſt vt moueatur ad oẽs partes, pp conſimilitudinẽ iſtius partis. Cum igitur nõ impediat ipſam aer, qui eſt ſupra ipſam, moueri ad partẽ noſtrorũ capitum, quia videmus ignẽ moueri K
ad iſtam partẽ, &, quia illi concedũt hoc, non impedier ipſam aer, qui eſt ſub eo, moueri ad partẽ oppoſitam: quia motus ex oĩbus partib⁹ mediꝰ ſunt cõſimiles. & ſic erit iſte ſermo, quaſi alia ratiocinatio. & pp hoc induxit aſſociationẽ, & d. & aer ſuperior non impedierit. & non induxit ipſum in forma reſponſionis.

Amplius aũt ad Empedoclẽ illud etiã quiſpiam dixerit. qm̃ enim elemẽta ſtabant ſeparatim per litẽ, quę cauſa ipſi terrę quietis erat? non enim & tunc vertiginẽ in cauſa eſſe dicet. Abſurdũ aũt eſt & nõ intelligere ꝙ prius quidem propter vertiginem ferebantur partes terrę ad mediũ, nunc aũt propter quam cauſam omnia grauitatem habentia feruntur ad ipſam, non enim vertigo appropinquat ad nos. L

Et dicamus etiam, quòd aliquis bene põt contradicere ſermoni Empedo. & dicere dicendo ei, demonſtra nobis, antequam elementa eſſent ſegregata adinuicem, quæ cauſa erat in quiete terræ. non enim poteſt dicere quòd cauſa quietis terræ fuerit reuolutio. Et debebat intelligere quòd partes impoſsibile eſt vt ſint motæ in præterito ad mediũ, & fuerint aggregatæ in ea per reuolutionẽ, & quòd propter iſtã cauſam modo ẽt omnia corpora grauia mouentur ad ipſam, ſ. terram. tempus enim reuolutionis eſt remotum a nobis, non propinquum. K

Cum

87 Cum d. contradictiones vſes opi-
A nionibus, dicẽtibus ꝙ cauſa quietis terræ eſt latitudo, & dicẽtibus ꝙ eſt reuolutio, vult modo contradicere Empe. proprie ex ſua opinione, ſ. ſm ſuum ſermonem, non ſm rem in ſe. põt enim aliquis quærere ab Empe. tu vides ꝙ terra, & alia elemẽta quie ſcunt, cum fuerint congregata pp amicitiam, dic ergo quæ cauſa fuit, pp quam quieuerunt in illo tpe. tũc enim non erat reuolutio, cũ vides ꝙ motus, ſ. cœli fit vnus poſt alterum. hoc intendit cũ d. Et dicamus ẽt ꝙ aliquis, &c. D. d. Et debebat intelli-
B gere, &c. 1. & debebat intelligere ꝙ nõ eſt poſſe ꝙ cauſa in motu partiũ terræ ad mediũ, cum corpꝰ ſuperius incœpit reuolui, eſt ꝙ aer motus expulit eas ad mediũ: & ꝙ ipſa reuolutio eſt cauſa motus partium eius ad medium. qm̃ ſic non fuit cauſa motus earũ ad medium, anteq̃ fuerant in aere moto, quem appellat Empe. turbinẽ. quare ergo partes terræ modo videnť moueri ad mediũ, & ſunt extra turbinem, ſ. aerem motum, pp motũ cœli? Et hoc intẽdebat, cum d. tempus enim reuolutionis, &c. i.
C quia aer remotus a terra, qui eſt cauſa expulſionis corporũ grauium ad medium nõ eſt propinquus nobis: & corpora grauia videnť à nobis expelli ad medium in aere propinquo nobis. ſ. quieſcente. Alex. autem d. ꝙ contingit Empe. vt turbo, ſ. motus aeris, non ſit cauſa quietis terræ in medio, ſed expulſionis eius ad medium: quies aũt eius habet aliã cauſam: & hoc, quod Alex. d. eſt verũ, videmus enim ꝙ corpora, quæ ſunt in humidis, quæ reuoluuntur, nõ deſcendunt, cum reuoluuntur cũ illo humido ſine ſeparatione à loco. & ſic debet terra moueri ſecundum re D
uolutionem in loco, ad quem expulſa fuit propter motum aeris.

Præterea pp quam cauſam et ignis ſurſum fertur? non enim propter vertiginẽ. ſi aũt hic ferri aliquò natus eſt. manifeſtũ eſt ꝙ & terram exiſtimandum eſt.

Dicamus etiam qua de cauſa ignis mouetur ad ſuperius. Ille igitur nõ poteſt dicere in hoc quòd hoc eſt propter reuolutionem. ſi igitur terra innata eſt moueri ad aliquẽ E
locum, manifeſtum eſt quòd debemus dicere quòd reliqua terra eſt ad aliquem locum.

Dicit ꝙ contingit Empe. cũ opi- 88
natur ꝙ reuolutio eſt cauſa motus corpis grauis ad mediũ, ꝙ non põt dicere qua de cauſa parsleuis mouetur à medio: qm̃ non põt dare cãm ex reuolutione, ex quo viſum eſt qđ motus naturalis eſt, quãuis cauſa eiꝰ non ſit reuolutio. D. d. ſi igit̃ terra Pria expõ.
innata eſt, &c. poteſt intelligi ꝙ debemus etiã nos dicere, cum dicimus ꝙ tota terra ſm totũ innata eſt moueri naturaliter ad locum, dicere ẽt F
ꝙ aliquæ partes terræ mouentur naturaliter ad illum locum. quomodo igitur erit idẽ locus partis, & totius? & intendit per hoc demonſtrare difficultatem iſtius quæſtionis. Et po Expõ ſcda
teſt intelligi, quòd cum manifeſtũ ſit quòd quædam partes terræ mouentur ad medium naturaliter in aere quieſcente, manifeſtum, eſt ꝙ aliæ partes terræ innatæ ſunt moueri omnes ad medium, ſi eſſent extra ipſum. & hæc eſt expoſitio conuenientior huic loco.

V iiij At

G At vero neq; vertigine graue, & leue determinatũ est: sed, prio existẽtibus grauibus, & leuib⁹, illa quidem ad mediũ veniunt, hęc vero supereminent propter motũ. Erat igitur, & antequam fieret vertigo, hoc quidẽ graue, illud vero leue. Quæ quonã determinata sunt, et quo pacto sũt apta natura ferri, aut quo: in finito enim existente, impossẽ est esse sursum, & deorsum: determinata aũt sunt his graue, & leue.

H *Et dicamus etiã necessario, quòd reuolutio. & motus æqualis non faciũt graue, aut leue: sed prima corpora fuerunt grauia, & leuia, & quædam veniunt ad medium, & quædam natant non propter motũ. Necesse est igitur vt quædam corpora fuerint grauia, & quædam leuia, antequam eis accideret reuolutio. Et, cum ita sit, oportet nos perscrutari quomodo corpora fuerant distincta ante reuolutionẽ, & quomodo mouebãtur. impossibile enim*

I *erat moueri ad superius, aut ad inferius. quoniam res, cum non habuerint finẽ, impossibile est vt illic sit, aut superius, aut inferius. loca enĩ non inueniuntur nisi in graui, aut leui, sicut diximus multotiens.*

39 Dicit: Et dicamus etiã, quod motus circularis nõ facit graue esse motum ad inferius, neq; leue ad superius, ita ꝙ motus circularis sit causa grauitatis, aut leuitatis in corporib⁹ grauibus, & leuibus. sed grauitas, & leuitas, quæ sunt causæ istorũ duoꝝ motuum in corporibus simplicib⁹, extiterũt anteq̃ motus circularis in ueniretur. D. dat conclusionẽ, quæ sequit ex hoc, & dimisit ꝓpones, ex quibus sequebat, & d. & quædam veniunt ad medium, &c. & ꝓpones, ex quibus apparet, sunt sic. Manifestũ est ꝙ graue describitur, ꝙ est illud, ex quo fit motus ad mediũ, & leue illud, ex quo fit mot⁹ ad superius: & motus circularis non describit alterã istarũ duarum descriptionũ: ergo motus circularis non est per graue, neq; leue: sed causa omnis mot⁹ ad superius, & ad inferius é grauitas, & L leuitas: ergo motus circularis nõ est causa motus ad inferius, neq; ad superius. &, quia hæ ꝓpones sunt manifestæ, dimisit ipsas. D. d. Necesse est igit vt quædã corpora grauia fuerint, &c. i. &, cum huic coniungatur ꝙ grauitas, & leuitas sunt necessario existentes in corporibus simplicib⁹, vt apparet, quia corpora simplicia apud Empe. sunt priora motu secũdum tempus: necessario ergo quædam corpora fuerunt grauia, & quædam leuia, antequã motus inciperet.

D. d. Et, cum ita sit, &c. i. &, cum cõtingit eis ꝙ corpora grauia, & leuia M erant ante motũ cœli, oportet eos dicere qũ o fuit possibile vt hęc corpa essent ante motũ cœli cum his differentijs, & virtutibus: & qũo est possibile eos habere motus cõsequentes istas virtutes. qm̃, si fuerũt ante corpus cœleste, tunc non erat superius, neq; inferius, qm̃ illic non est finis in loco. & cum superius nõ est, neq; inferius, nõ erit motus neq; grauis, neq; leuis. leue enim, & graue describuntur, sicut d. per superius, & inferius. &, cum non fuerit motus, non erit

A erit graue aut leue. &, cum non erit graue, aut leue, non erit corpus simplex prius corpore cœlesti. Hæc igit fuit sua intentio in hoc capitulo.

Terram subire motum destruit.
Cap. 5.

PLurimi igitur circa causas has immorant. Sunt autẽ quidam, qui propter similitudinem dicunt ipsam manere, vt ex antiquis Anaximãder. nihilo enim magis sursum, quã deorsum, aut ad latera id ferri

B conuenit, quod in medio collocatum est, & sist ad extrema sese habet. simul autem impossibile est ad contraria fieri motũ, quare ex necesitate manet.

Dicamus etiam, quòd fere omnes Antiqui errauerunt in cognitione istarum causarum per totam vitam suam: & quidam dicebant quòd terra est quiescẽs propter suam æqualitatem, vt Anaximander Antiquus, qui dixit

C *oportet rem existentem in medio, remotam esse ab orizontibus æqualiter, vt nõ moueatur ad superius, neq; ad inferius, neq; ad latera. quoniam, si fuerit huiusmodi. impossibile est vt moueatur ad loca contraria, & , si hoc est impossibile, stabit, & quiesceret necessario.*

90 Iste est sermo Tertius de quiete terrę in medio, & est magis sufficiẽs. & istum sermonem verificat Pla & d. Aristot. ꝙ quidam dicunt ꝙ terra quiescit pp suam æqualitatem, i. pp æqualitatem suarum distantiarum ab orbe continente ex omnibus par D tibus. & ratio eius, sicut d. est ꝙ oportet ꝙ res remota sit ab orizonte, continente ipsam, quæ innata est moueri ad ipsum æqualiter, vt figatur illic in medio. vt, si imaginati fuerimus corpus sphæricum ferri positũ in centro sphæræ concauæ adamanteæ. qm̃ tunc necessariũ est vt illud corpus stet in centro pp æqualitatẽ attractionis: cum sit impossẽ moueri motibus contrariis: & impossẽ est vt findantur, & diuidantur suæ partes. Et ista opinio differt ab opinione dicentis ꝙ causa, & status eius in medio est expulsio eius a motu orizontis æqualiter in hoc, ꝙ dicens hanc opinionem ponit terram habere motum naturalẽ, & ponit suã quietem violentam. dicens aũt secũ dam opinionem, ponit vtrunq; violentum, s. motũ ad medium, & quietem in eo. & ideo hæc opinio est magis sufficiens, cum non contingat ei impossibilitas, cõtingens primo sermoni, s. ꝙ motus circularis sit causa motus grauis, & leuis. F

Hoc aũt lepide quidem, non vere tm̃ dicitur. Secũdum enim hanc rationem necessarium est F omne, quodcunq; ponatur ĩ medio, manere. quare & ignis quiescet. quod enim dictum est, non est proprium terræ.

Et dicamus. quòd iste sermo nõ est verus. Quoniam, si ita esset, necesse esset vt omne, quod poneretur in medio, quiesceret in eo. ergo, si ignis poneretur in medio, non moueretur oĩno, sed quiesceret. sermo enim Anaximandri non est proprius terræ.

Quia

G Quia dicentes hanc cãm opinant 91 ꝙ cauſa quietis terræ ī medio eſt ſimilitudo contradictionis continentis circunquaq;,aut æqualitas declinationis eius ī oĩbus partibus, ſ.quia nõ declinat ad partẽ propriam: & hoc eſt manifeſtius ex ſermone eorũ:& declinatio ignis eſt ad orizontem,& ſiſr aeris: cõtinget igit quòd quies terræ in medio, ſi eſt pp æqualitatẽ declinationis, non eſt propriũ terræ,ſed igni, & aliis elementis.elemẽta.n.ſunt duobus modis,aut graua,aut leuia.ſi ergo graue ſtat ī medio pp æqualitatẽ declinationis:ergo ipſum & leue conueniunt in motione ſua ad circunferentiã.&,cũ ita ſit,mirum eſt vt quodcunq; corpus ponat in medio ex corporibus ſimplicibus ſtet ī eo neceſſario. Hęc igitur eſt intentio eius, qđ d. ꝙ neceſſe eſt huic poſitioni vt omne poſitũ in medio quieſcat in eo. &, ſi nõ, illud quod non eſt innatum moueri ad circunferentiam, neque contrahi a circunferentia, nõ eſt neceſſe vt ſtet in medio propter hanc cauſam, vt graue ſecũdum noſtram opinionẽ, quod innatum eſt moueri ad medium, non a medio. Et dicentibus I etiam ꝙ terra quieſcit, quia expellit ad medium a circunferentia æqualiter,hæc contradictio contingit:& eſt vt ſtet in medio omne poſitum in eo. The.autem d.ꝙ hæc contradictio non eſt vſis, ſ. contradictio, dicens ꝙ omne poſitum in medio debet ſtare in eo, niſi quia medium ſermonis Plato. in Timæo in hac intentione eſt quaſi vniuerſale in dando cauſam hãc. dictum enim eſt in Timęo ꝙ res conſimilis, cum fuerit poſita in medio nauis non declinabit ad alterum laterum. Et huic poſitioni vſi contradicit Ariſtote. ex hoc, ꝙ ignis mouet a medio. &, cũ ita ſit, oportet dicentem hoc dare cãm propriam quietis terræ in medio. & ſm hoc contradictio erit ſm ſermonem dicentis, non ſm rem in ſe ſm autem noſtram explationẽ eſt contradictio firma ſm rem in ſe. The.autem d.ꝙ non eſt difficile diſſoluere hãc contradictionem. Pla. enim non accepit hunc ſermonem vſr,ſ.non poſuit ꝙ omne conſimile, quodcunq; ſit,cum fuerit in medio poſitum,quieſcet,& non declinabit ad aliquam partem, ſed poſuit ꝙ oẽ conſimile, quod innatum eſt quieſcere,ſi ponat in medio rei conſimilis, quieſcit neceſſario.& pp hoc finxit ꝙ hæc contradictio non contingit ei.ignis.n.impoſſe eſt vt ſeparet a motu. Et iſta contradictio de igne ita eſt,ſicut, ſi aliquis dixerit in contradictione iſtius ſermõis ꝙ homo, cum poſitus fuerit in medio conſimilis,quieſcet. hõ.n.habet naturam moueri, inquantũ eſt aĩal: ſed non eſt neceſſe vt quieſcat inquantũ tale,cum fuerit poſitum in medio cõſimilis. & intendit ꝙ nulla eſt dria inter contradictionẽ de igne, aut de aĩali in apparentia caſus iſtius contradictionis. Et hoc,d. The.nihil eſt. Qm̃, ſi intẽdit de hac propoſitione, dicente ꝙ conſiſſe,cum fuerit poſitũ in medio conſimilis quieſcit, q̃ hoc non eſt verum,niſi in eo,qđ natũ eſt recipere quietem, quærimus ab eo, vtrum intendat per hoc recipere quietem violentam,aut naturalẽ. ſi violentam, ergo ignis innatus eſt recipere quietem violentam. ſi naturalem,dicemus ei,ſi intẽdis illud,quod eſt innatum recipere quietem naturalem, cum fuerit in medio, neceſſe eſt

K Auer. defendit Ari. cõtra The.

Defenſio Pla. a The. cõtra Ari.

M Defenſio Ariſt. contra The.

Themiſtij reprehenſio contra Ari. & Pla. defenſio.

A eſt vt illa natura, qua corpus poſitũ in medio cõſimilis recipit quietem in medio, ſit cauſa quietis eius ī medio,nõ quia eſt in remotione æqualia corpore continente. qm̃ hæc qes erit neceſſario violenta:& illa natura eſt cauſa exiſtens in re quieſcẽte, non in extrinſeco. Et,ſi intendit illud, quod innatũ eſt recipere quietem naturalem non in medio, ignis innatus eſt recipere quietem naturalem in loco ei naturali, ſ.circunferentia:& per illam quietẽ conſequit ignis motum cœleſtem circularem. B & vſr, ſicut diximus, cũ cauſa quietis terræ in medio ſit æqualitas declinationis ad oẽs partes in illo loco, in quo natũ eſt moueri à medio, hoc neceſſario exiſtit in igne, ſ. ꝙ innatum eſt moueri a medio ad circũferentiam. contradictio igit vera eſt ſine dubio. Si igit aliquis dixerit ꝙ ignis nõ accidit eius partibus vt moueant à medio, niſi quia partes eius non ſint in medio vere: &, ſi ponerent in medio vere, quieſcerent. Dicet ei rñdendo ꝙ ſimile huic cõtinget tibi in partibus terræ, ſ. ꝙ oportet eas moueri à medio,cum nõ ſint in vere medio.& ſiſr continget in lapide expulſo ad ſuperius vt moueatur ad circunferentiam, cum dimiſerit ipſum motus expellentis, non ad centrum,ſi fuerit magis propinqꝰ circunferentiæ,verſus quam expellitur, q̃ circunferentię oppoſitæ.

Nã eſt cã exſis in re quieſcẽte, non in extrinſeco. Idẽ. 2. ph. t. cõ. 3.

Dubium.

Solutio.

C At vero non eſt neceſſarium. non enim ſolum videtur manere ī medio, ſed &ferri ad mediũ. quo enim quæuis fertur particula ipſius,eo totam etiam ferri eſt neceſſarium:quo autem ferẽ aliquid ſm naturam, & ibi manere ſecundum naturã. Nõ igit propterea ꝙ ſimiliter ſeſe habet ad extrema. hoc enim omnibus eſt commune:ferri autem ad medium proprium terræ. D

Dicamus etiã,quòd ſermo eius non eſt neceſſarius.quia non tantũ videmus terram quieſcentẽ in medio,ſed etiam mouetur ad ipſum. & in quocunque loco fuerit motus alicuius partis,illic etiam erit motus totius tetræ neceſſario: & quo mouetur naturaliter,illic ſtat naturaliter. Declaratum eſt igitur E *quòd terra quieſcit,non quia æqualiter diſtat ab orizõtibus.quia hæc cauſa communis eſt omnibus corporibus, non tantum terræ: motus autem ad medium eſt proprius terræ.*

Dixit quod,ſi cauſa in quiete terræ ī medio eſſet mediũ:& ꝙ impoſſe eſt vt moueatur ad partes cõtrarias: tunc terra,ſi fuiſſet extra medium, non moueret ad medium: cũ cauſa motus eius ad medium ſit contraria cauſæ quietis eius in medio.qm̃ ſm hanc opinionem cauſa motus exit eſt a medio,in eo quod eſt medium & cauſa quietis eſt medium: exitus autem a medio cõtrarius eſt medio, ſed neceſſario moueretur ad nõ medium:qm̃ neceſſario eſſet vt moueretur ad circunferentiam propinquiorem:& nos videmus ꝙ cũ fuerit extra mediũ, mouebitur ad medium: ergo cauſa quietis eius ī medio non eſt æqualitas tractionis, ſicut dictum eſt in Timæo. Et non debet aliquis dicere, ꝙ pars terrę, cũ fuerit extra medium, mouet ad circunfe- 92 F

G cũferentiam, quæ eſt ex parte cẽtri. viſum eſt enim ꝙ corpora habẽtia declinationem vigorant̃ in motu, quanto magis fuerint propinqua loco, ad quem mouent̃. hoc igitur eſt vnum eorum, ſm quem poſſumus intelligere hunc locum: & eſt contradictio vera. Ale. aũt, ſm ꝙ narrauit Them. explanat hunc locum ſm ſuum modum, & non addit hanc intentionem, quam nos addimus. D. enim ꝙ, cum neceſſe eſt ꝙ cauſa qetis terræ, quę eſt medium, non eſt cã motus eius ad medium: ergo nõ eſt cauſa in quiete eius ī medio. Et hoc

H contingit dicentibus ꝙ eſt quieſcẽs, quia eſt in medio. quia, cũ cauſa qetis eius fuerit, quia eſt in medio: & cauſa motus eius erit, quia eſt extra medium: & eſſe extra eſt contrariũ ad eſſe in medio: ergo cauſa motus eius non eſt cauſa quietis eius: ergo, cum fuerit extra medium, non eſt neceſſe vt moueatur ad mediũ: qm̃ operationes cauſarum contrariarũ ſunt contrariç: ſed nos videmus ipſam, cum fuerit extra medium, moueri ad medium: ergo cauſa motus eius ad medium eadem eſt cũ cauſa quietis eius in medio, ſ. natura gra-

I uitatis in terra. Et The. contradicit huic explanationi, & d. ꝙ non eſt neceſſarium, cum medium non fuerit cauſa motꝰ eius ad ipſum, ſed aliud, ſ. exitus a medio, vt non ſit cauſa qetis eius in medio. Fingit. n. ꝙ, cum ab aliquo fuerit negatum vt ipſum ſit cauſa alterius rei, non ſequitur vt nõ ſit cauſa alterius rei. v. g. ꝙ, ſi virtus viſibilis non eſt cauſa ambulationis, non ſequitur vt non ſit cauſa viſionis. Et multiplicauit ſermonem in hoc, & d. ꝙ illa ſunt eadem, quorum cauſæ ſunt eædem: & ea, quæ ſunt plura, & diuerſa, habent cauſas K plures: ergo, ſi motus terræ ad medium eſt aliud quam quies in medio, neceſſe ẽ vt cauſa motus ad medium ſit cauſa alia a cauſa quietis. Et ideo, ſi aliquis dixerit ꝙ grauitas eſt cauſa vt moueatur ad mediũ, cũ fuerit extra ipſum, neceſſe eſt, cũ ſit innata quieſcere naturaliter, nõ vi lẽte, ſequi alterum iſtorum duorũ, aut vt grauitas nõ exiſtat in ea, cum fuerit in medio, aut vt non ſit cauſa motus ad mediũ. ſed impoſſe eſt vt grauitas non exiſtat in terra, qñ eſt in medio: ergo non eſt cauſa eſſentialis motus eius ad medium: ſed cã motus eius ad medium eſt eius exi- L tus. &, cũ cauſa motus eius eſt ſuus exitus a medio: ergo cauſa quietis eius in medio eſt ſuum eſſe in medio. Et totum hoc eſt falſum. quies enim eſt finis motus: & eſt neceſſa- Auer. cõtra The. rium vt cauſa eius, quod eſt ante finem, & finis ſit eadem. qm̃, ſi naturaliter moueꝰ ad medium, & ab aliquo principio, contingit vt ex illo principio, quo mouetur, cum fuerit extra medium, quieſcat, cum fuerit in medio. ſed hæc operatio inueniꝰ in hac eadem cauſa duobus modis diuerſis, cum motus ſit contrarius M quieti: contraria autẽ impoſſe eſt vt attribuantur eidem agẽti eodẽ modo. Grauitas igitur, cũ fuerit extra mediũ, eſt cauſa motus ad mediũ. Impoſſe ẽ ꝙ contraria attribuant̃ eidẽ agẽti eodẽ mõ. Idẽ. 2. phy. te. c. 30. & 5. m. t. c. 2. &, cum fuerit in medio, erit cã quietis in medio. Qui ergo attribuit has duas operationes diſpoſitionibꝰ contrarijs agentis, non ipſi agenti, peccat, vt dicens ꝙ cauſa motus eius ad medium, cum fuerit extra mediũ, eſt exitus eius a medio: & cauſa quietis eius in medio eſt ſuũ eſſe in medio. iſti. n. ponunt diſpoſitionẽ agẽtis

Corpora hñtia declinationẽ vigorant̃ ī motu, ꝙto magis fuerint ꝓpinqua loco. Idẽ 5 t. cõ. 35. & 8. phy. 76. Expõ Ale.

A tis loco agentis, & quærunt aliquid, & ſtant circa ipſum. Et, quia diſpõ agentis, qua agit, eſt propinqua ipſi agẽti, iſte ſermo fuit valde ſufficiẽs, ita, ꝙ The. errauit in illo. & fecit ipſum errare ſm quid, & ſimpliciter. qm̃, cum nõ inuenit grauitatẽ cauſam ſimpliciter motus, & quietis, remanſit vt ſit cauſa per aliquã diſpoſitionem, & poſuit ꝙ diſpõnes, quibꝰ eſt agens, ſunt cauſæ in hoc. &, cum iſtæ diſpoſitiões fuerint ſingulares, erunt cauſa per accidens. & ideo, ſi iſtæ duæ diſpõnes eſſent cauſa eſſen tialiter, contingeret vt inuenirentur

B in omni poſita extra medium, aut ī eo. Ariſt. aũt non fuit locutus de cã agente motũ, & quietem, niſi cũ diſpoſitionibus ſuis contrarijs. & ideo d. ꝙ, ſi æqualitas remotionis à circũferentia, quod eſt medium, non fuerit cauſa motionis terræ ad mediũ, neceſſe eſt vt non ſit cauſa in ſua qete in medio. &, quia in hac contradictione poſuit ꝙ, ſi terra imaginata eſſet extra medium, neceſſario mouereꝰ ad ipſum mediũ. Et, quia ita

Expõ tex. C eſt, incœpit notificare hoc, & d. non tm̃ videmus terram quieſcentem in medio, ſed ẽt mouetur ad ipſum. i. & contradicit huic ſermoni: quia nos non tm̃ videmus terram ſm totum moueri ad medium: cũ fuerit imaginata extra. & ſignũ eius eſt, quia videmus partes eius, cum fuerint extra medium, moueri ad medium: & idem eſt motus totius terrę, & vnius glebæ. Et, cum poſuit ꝙ cã motus eius ad mediũ non ẽ mediũ, poſuit ꝙ neceſſarium eſt, ꝙ illud, quod eſt cauſa motus eius ad medium, ſit idẽ cum cauſa quietis eius in medio. Et, ſi apparuerit ꝙ cauſa motus eius ad

Idẽ ẽ motus totius terræ & vnius glebę ide. 1. cę. t. c. 19. 73. & 58. &. 80.

medium eſt ſua potentia naturalis, D manifeſtum eſt ꝙ iſta potentia erit idem hic ẽ 35 &3, ph. 52. cauſa quietis eius ī medio. Et d. quò mouetur naturaliter, illic ſtat naturaliter. i. &, cum manifeſtum ſit ꝙ non moueꝰ ad medium violente, i. ab aliquo extrinſeco, ſed naturaliter, & ex principio in ea, neceſſe eſt vt in loco, ad quem mouetur naturaliter, quieſcat naturaliter: cum illud, quod moueꝰ naturaliter recte, non moueaꝰ niſi vt quieſcat̃. & iſta contradictio eſt contradictio perfecta: qm̃ deſtruit falſum, & cõfirmat verũ. Et propter hoc d. poſt. Declaratum eſt igitur. i. declaratũ eſt igiẽ E ex hoc ſermone corruptio ſermonis dicentis ꝙ mediũ eſt cã quietis eius, & exitus ab eo eſt cauſa motus eius, quoniam iſta cauſa eſt communis terræ & alijs: ſed cauſa quietis eius in medio eſt grauitas. & hoc intendebat, cum d. motus autem ad medium eſt proprium terræ.

Abſurdum autem eſt & hoc quidem quærere, cur nam terra manet in medio, nõ quærere autem cur ignis in extremo. Nam, ſi & illi natura locus extremus eſt, manifeſtum eſt ꝙ neceſſariũ eſt eſſe quendam & terræ natu- F ra locum. Si autem non huic eſt hic locus, ſed propter ſimilitudinis neceſſitatem manet: quẽadmodum de capillo eſt ſermo valide, quidẽ, ſed ſimiliter vndiq; extenſo, ꝙ non diſrumpetur: & de eſuriente, ac ſitiente vehemẽter quidem, ſiſt autem & ab eſculentis, & poculentis æqualiter diſtante (etenim hunc quieſcere neceſſarium eſt:) quærendũ eſt

ipſis

G ipſis de ignis quiete ſ extremis. Mirabile autem eſt & de quiete quidem quærere, de latione vero ipſorum non quærere, ꝓpter quam cauſam hoc quidem ſurſum fertur, hoc autem deorſum ad ipſum mediũ nullo ĩpediẽte.

Dicamus etiam, quòd fœdum eſt vt quærens perſcrutetur, quare terra poſita eſt in medio, & non perſcrutetur quare ignis eſt poſitus cum oriẓonte. Quoniam, ſi oriẓon ẽ locus naturalis ignis, manifeſtum

H *eſt quòd neceſſarium eſt ut mediũ ſit locus naturalis terræ. Quoniam, ſi iſte locus nõ fuerit naturalis terræ, & fuerit fixa, & permanens propter neceſsitatem æqualitatis ab oriẓontibus, erit iſte ſermo ſimilis ſermoni de extenſa circũquaq; extenſione forti, non abſciſſa. & ſimilis huic, quod dicitur de habẽte ſitim, & famem valde, & cibus, & vinum ſunt remota ab eo æqualiter, ſ. quòd neceſſariũ eſt vt quie-*

I *ſcat, & non moueatur omnino. & oportet eos perſcrutari ẽt de quiete ignis in oriẓonte. Et mirum eſt de quærente cauſam quietis corporum, & non quærente cauſam motus eorum. dico qua de cauſa quædam mouẽtur ad ſuperius, & q̃dã ad inferius, niſi aliquid impediat.*

93 Dicit & iſti non poſſunt dare cauſam, ꝓp quam ignis quieſcit in circũferentia, & ꝓp hoc valde eſt malum, & fœdum vt aliquis quærat quare quieſcat terra. & dat cãm in hoc: & K non quærit quare ignis quieſcit in orizonte: neque põt dare cãm: qm̃ cauſæ rerum contradictoriarũ debent eſſe diuerſæ. & pp hoc, ſi aliqs conceſſerit ꝙ cauſa quietis ignis in circunferentia eſt leuitas, neceſſe eſt vt concedat ꝙ cauſa quietis terræ in medio eſt grauitas. qui vero hoc nõ concedit, non põt dare cauſam, pp quam ignis quieſcit in circunferentia. D. reuerſus eſt ad dicendũ rationes, quibus confirmant ſermonem ſuum, & d. Qm̃, ſi iſte locus non fuerit naturalis terrę, &c. i. qm̃, ſi iſti nõ dixerint in cauſa q̃etis terræ in me- L dio ꝙ ſit natura terræ, & ſua forma, ſ. grauitas, & dixerint ꝙ cã eſt æqualitas remotionis ab orizõte, & ꝙ accidit ei ex attractione ex oĩbus partibus q̃ualiter vt quieſcat in medio, & non diuidat. & ſi le eſt ei, quod accidit ecufras, attractæ æqualiter ab oĩbus partibus: qm̃ ſic nõ abſcindit. & ſi le eſt ei, quod accidit hñti ſamẽ, & ſitim æqualiter, & fuerit panis, & aqua in partibus contrariis: qm̃ continget ei vt ſtet, & nõ moueat. & dicũt hoc, & dant iſta exẽpla opponẽdo huic, quod cõtingit eis, ſ. ꝙ res attracta ex oĩ parte diuidit. Et, ꝙa aliM qs põt dicere eis ꝙ, ſi ita eſſet, ſicut vos fingitis, neceſſe eſt vt terra diuideret, & mouerent partes ei⁹ ad circũferentiã ex oĩbus partibus, dñt opponẽdo hoc exẽplũ de ecufra, quod attrahitur ex omni parte, & tamen non diuiditur. & hoc, quod dicunt eſt falſum: immo neceſſe ẽ vt, ſi potentia attrahentis fuerit fortior potentia, qua retinentur partes attracti ab omnibus partibus, vt diuidatur. &, cum potentia retentionis fuerit fortior potentia attractionis, quę eſt

A eſt æqualis ex omnibus partibus, neceſſe eſt vt res attracta ſtet in medio attrahentis conſimilis. Et hoc, quod d. The. ꝙ non accidit ecufra vt diuidatur, niſi cum attractio non fuerit conſimilis, nihil eſt. quoniam ex attractione conſimili non contingit niſi diuiſio conſimilis, non vt non ſit diuiſio omnino, cum potentia attrahentis, fuerit fortior retentione potentiæ rei attractæ. Et anteq̃ inciat declarare ꝙ neceſſe eſt, ſi cauſa quietis terræ eſſet hoc, quod fingũt, neceſſe eſſet vt diuideretur, reuerſus eſt ad dicendum quoddam impoſſi-

B bile, quod eis accidit. iſti. n quęrunt cauſam quietis, & non inquirũt cauſam motuum contrariorum in iſtis corporibus ſimplicibus. quaſi igitur d. ꝙ mirum eſt de iſtis, quare non q̃runt de cauſis quietis elementorum in ſuis locis naturalibus, niſi in terra tm̃: neq; quærunt de cauſis etiam motuum eorum, ſicut de quiete.

At vero neq; verum eſt quod dicitur, ꝑm accidens tm̃ hoc verum eſt, ꝙ neceſſariũ eſt manere in medio omne, cui nihil magis huc, q̃ illuc moueri cõuenit.

C Sed propter hanc rationem nõ
70 manet, ſed mouebitur: non tm̃ totum, ſed diſcerptum.

Et dicamus etiam, quòd iſte ſermo non eſt verus, vt accidat ſermoni dicentis quod omne, quod nõ debet moueri huc, neq; illuc, ſ igitur, & ſtat in medio neceſſario. Dicamus igitur, quòd propter hunc ſermonem non debet ſtare in medio, ſed diuidi, & moueri ad omnes partes.

Vult contradicere ſermoni, dicen D
ti quòd omne, quod natum eſt mo 94
ueri ad omnes partes æqualiter, neceſſario debet ſtare, & d. quòd iſta propoſitio non eſt vera. quoniam quamuis totum corpus habeat ſitũ conſimilem reſpectu circunferẽtiæ, tamen partes non habent ſitum cõſimilem: ſed quælibet pars earum eſt propinquior alicui parti q̃ parti illi contrariæ: quapropter neceſſe ẽ, ſi virtus moti, aut potentia attractionis fuerit fortior potentia retentionis partium, vt diuidantur, & moueantur inſimul ad omnes partes.

Et induxit ſermonem in forma vni E
uerſali ſine hac conditione: quia potentia declinationis, quæ eſt in terra, videtur fortior quàm retentio partium terrę. &, ideo cum terra cecidit, collectio magna diuidetur, & deſcendent partes, ſ. cum iſta collectio fuerit ſuperius violenta. & eriã videmus plures partes terrę diſiunctas a ſuo toto. &, ſi eſſet, ſicut dicũt, oporteret vt partes mouerentur ad propinquiorem oriẓõtem. Et The- The. defẽdit prædi-
mi. reſpondet ſuper hoc quòd dicẽ- ctos contra Ariſt.
tes terram ſtare in medio propter Auer. contra The.
æqualitatem remotionis a circunfe F
rentia non dicunt quòd terra innata ſit moueri a medio, ſed quieſcere in medio, & dant hanc cauſam I
quieti eius naturaliter in medio.
Et, ſi eſſet, ſicut d. Themiſt. pro eis Remotio
eſſet verum, vel prope verum. quo- a motu
niam cauſa propinqua in quiete ei⁹ dat grauitatem, &
in medio eſt, quia eſt grauis: & cau- quietẽ, &
ſa grauitatis eius eſt, quia eſt valde frigiditatẽ
remota a motu circulari: remotio ſicut vici-
enim a motu dat grauitatem, & q̃- nitas dat
tem, & frigiditatem: ſicut vicinitas leuitatem
dat leuitatẽ, & ẽaliditatẽ, & motum. caliditatẽ,
Sed omne hoc nõ apparet ex ſermo & motũ.
ne conſtſe ꝛ.
com. 102

G ne eorum, nisi ſm expoſitionem remotam. & pp hoc, ſi intendebant hanc intentionem, errabant in doctrina ſua. &, ſi intendebant hoc, q̃ videtur ex manifeſto ſermonis eorum, ſimiliter peccant.

Eadem enim congruet ratio & in igne. neceſſe enim &, ſi ponatur, quieſcere ſimiliter atque terram. ſimiliter enim ſeſe habebit ad ſignorum extremorũ qđcunq; attamen feretur a medio, quemadmodum & videt ferri (niſi quid prohibeat) ad extre-
Themiſtius aũt expoſuit hoc capitulum ita, ꝙ intendebat Ariſt. narrare ꝙ iſti nõ poſſunt dicere ꝙ conſimilia, quæ ſunt elementa, ſunt infinita, quia neceſſe eſt vt dr̃iæ eorum ſint infinitæ, quia dr̃iæ generatorũ ex eis ſunt infinitæ, quia iſti ponunt drias in eis, quę generant ex eis, quas drias non ponunt in cõſimilibus. dicunt enim ꝙ facies nõ fit ex facieb⁹, neq; figuræ ex figuris. quaſi igit intenderet ꝙ licet cõceſſum fuerit eis, L ꝙ dr̃ię cõpoſitorũ ex elementis ſunt infinitæ, tñ non ſequitur ex hoc vt dr̃iæ elementorũ, quę ſunt apud eos conſimiliũ partiũ, ſint infinitæ. Dicentes. n. ꝙ conſimilia ſunt infinita, ponũt infinitũ duob⁹ modis in quãtitate, & qualitate. Dicẽtes aũt partes eſſe indiuiſibiles, ponũt eas in quãtitate tm̃. & ideo cõtingunt dicentib⁹ cõſimilia, plura impoſſibilia, q̃ dicẽtibus partes eſſe indiuiſibiles, ſm ꝙ ponũt eſſe ea infinita. Secundũ igr̃ primã expoſitionẽ ſic erit intẽtio ſermonis. Dicamus ẽt, ꝙ accidit dicenM tibus elemẽta eſſe corpa conſimiliũ partiũ, &c. i. dicentibus ꝙ elementa ſunt conſimiliũ partiũ corpora, contingit vt non generent oĩa compoſita ex eis, qm̃ impoſſe eſt eis dicere ꝙ facies generet ex facieb⁹, quia dicũt ꝙ generatio eſt exitus rei à re. Secundum aũt ſecundam expoſitionẽ intentio eſt ſic. & accidit dicentibus, ꝙ elementa ſunt conſimiliũ partiũ, ꝙ non dicunt ꝙ oĩs res generatur ex ſuo ſimili. &, cum ita ſit, impoſſe eſt eis dicere ea eſſe infinita, quia dr̃iæ entium ſunt infinitæ. & hæc intẽtio

Expõ Thę

Abbreuiatio primæ expõnis.

eſt

A eſt difficilis ad intelligendũ ex iſta translatione, quã modo habemus.

Nota ingeniũ Auerrois. Et forte diminutio cecidit ĩ hac trãſlatione à trãslatore. nos enim nõ habemus, niſi translationem Alkindi, trãslationes aũt veriores ſunt Iſaac.

D.d. Manifeſtum eſt igit, ꝙ rectius eſt, & melius, &c. i. manifeſtũ eſt igitur, ꝙ elementa ſunt digniora poni finita q̃ infinita, cũ nihil ad ponendum cogat ea infinita, ſ. ꝙ poſſibile eſt ponenti ea finita cõplere oĩa, quę accidunt cõpoſito, inquantũ eſt cõpoſitum ex elementis, & etiã ꝙ dr̃iæ
B rerũ debent eſſe finitæ, & quod elementa ſunt ſimplicia eorũ, in q̃ corpus diſſoluitur. & hoc intẽdebat, cũ d. & minima, dico ꝙ non diſſoluantur. &c. i. & dicere eſt minima ꝙ elementum non diſſoluit in corpus diuerſarũ formarũ. D.d. quemadmodum faciunt Geometræ, &c. hoc reſpondet ſermoni, quem d. ꝙ rectius eſt vt prĩcipia ſint finita, i. vt ponũt Geometræ. & ideo intelligendũ eſt ex hoc, ꝙ dixit, Geometræ faciunt principia finita, i. in forma, nõ quantitate. & poteſt intelligi vtrunq;, ſm ꝙ diximus. Et hoc, ꝙ dicit, ꝙ Geo-
C metræ faciũt principia finita, aut in forma, aut in numero, dicit ipſe, ſm ꝙ reputo, ꝙ Geometriæ principia ſunt finita in forma, ſ. in ſpecie, vt eſt diſſolutio omniũ figurarum ſuperficierum in triãgulum, & diſſolutio omniũ corporum in pyramidem. & principia oĩa Geometriæ non ſunt eadem numero. principia vero Numerorũ, ſ. vnitates ſunt idẽ nũero.

Principia oĩa Geometriç nõ ſunt eadẽ numero, Nũerorũ vero ſic. Et vr̃ dubiũ eſt de principijs numerorum, vtrũ ſint idem numero, aut ſpecie. non enim põſſumus dicere de vnitate, vtrum ſit ſpecies, quia non eſt diuiſibilis in talem vnitatẽ,

D & talem: cum huiuſmodi alietas in Mathematicis non accipiatur, niſi accidẽtaliter, niſi vnum eſſet vnum in forma, nõ vnum in numero. Cũ autem de numero conſyderatũ fuerit, inquantum inuenitur in numeratis, tunc principia eius videbũtur conſimilia in forma. &, cum hoc nõ ſit neceſſarium hic, videbitur alibi.

An principia nũerorũ ſint idẽ ſpẽ, aut numero.

Præterea, ſi corpus â corpore alterum dicitur ſm proprias differentias, corporum autem differentiæ ſunt finitæ (differũt enim ipſis ſenſibilibus, hæc autem finita ſunt, oportet autẽ hoc oſtenE di) manifeſtum eſt ꝙ neceſſe eſt & elementa finita eſſe.

Et dicamus quòd, ſi hoc corpus non differt ab alijs corporibus niſi per differentias eſſentiales, & differentiæ corporum finitæ ſunt, manifeſtum eſt quòd elemẽta ſunt finita neceſſario.

Cum contradicit eis ꝙ, ſi dr̃iæ cõ 36 poſitorum eſſent infinitæ, tamẽ nõ contingit eis ex hoc, vt dr̃iæ elementorum eſſent infinitæ, incœpit declarare hoc, ſi dr̃iæ compoſitorũ eſſent finitæ, ꝙ neceſſe eſt vt dr̃iæ elementorum ſint finitæ. Et declarauit, ꝙ
F dr̃iæ compoſitorũ ſunt finitæ, quia compoſita non differunt ab inuicẽ, niſi differẽtijs eſſentialibus, dr̃ię autem eſſentiales manifeſtũ eſt ꝙ ſunt finitæ. Et poteſt ĩtelligi iſte ſermo Alia expõ. quòd eſt in cõſimilibus partibus, de quibus illi dicunt eſſe elementa, & quaſi d. quòd, ſi differentiæ corporum conſimilium partium fuerint finitæ, quę ipſi ponunt elementa, neceſſe eſt vt elementa ſint finita.

The. expō. Themiſtius aũt d. ꝙ Ariſto. declarat ꝙ dr̃iæ corporum conſimilium partiũ ſunt finitæ, quia diſtinguunt̃ per dr̃ias ſenſibilium. & iam declaratum eſt in libro de Anima ꝙ ſenſibilia ſunt finita, quia diuidunt̃ in contraria, & omnis contrarietas eorũ diuiditur in dr̃ias finitas. & dicit ī alia expoſitione, ꝙ ipſe tranſmiſit nos ad illud, quod declaratum eſt in Phyſicis, ℒ ꝙ impoſſibile ē infinita in actu inueniri. &, ſi differentiæ eſſentiales infinitæ inuenirentur, inuenirẽtur in eodem genere ſpecies infinitæ in actu. quod eſt impoſſibile. & poteſt intelligi per eſſentiales, ſenſibiles, vt expoſuit Themiſtius. Et Ariſt. etiã contradicit huic opinioni rationib⁹ manifeſtis in Primo Phyſi. & ex manifeſtioribus earum eſt, ꝙ corpus finitum ſit ex elementis infinitis. opinant̃ enim ꝙ in omni corpore ſunt partes cõſimiles infinitæ, occultatæ in eo. fingunt enim ꝙ, ſi eſſent finitæ, abſcinderetur generatio. & contingit eis ex hoc, quòd magnitudo finita ſit compoſita ex infinitis, quarum qnælibet habet quantitatem, & magnitudinem.

Leucippus Democritus.

At vero neq; vt alĳ quidã dicunt, vt & Leucippus, & Democritus Abderites, rõnabilia ſunt quæ accidunt. primas enim magnitudines, multitudine quidẽ infinitas, magnitudine aũtẽ indiuiſibiles eſſe dicunt. & neq; ex vna multa fieri, neque ex multis vnũ, ſed harũ complexione, ac amplexu omnia generari. Nã quodã modo & iſti omnia entia faciunt numeros, & ex numeris. etſi enim non manifeſte declarant, hoc tamen volunt dicere.

*a.l. mutatione.

Ad hæc etiam, qm̃ differunt corpora figuris, infinitæ autẽ ſunt figuræ, infinita & ipſa ſimplicia corpora aiunt eſſe, qualis autẽ, & quænam ſit elementorum cuiuſq; figura, nihil inſuper determinauerũt, ſed ſolum igni ſphæram aſſignauerunt, aerem autẽ, & aquam, & alia, magnitudine, & paruitate diuiſerunt, quia ſit ipſorũ natura, veluti* omniſemi narium elementorũ omnium.

*παντοσπερμίαν

Et dicamus etiam, quòd non eſt rectũ quòd elementa ſint, ſicut Leucippus, & Democritus dicunt. accidet enim ſermoni ſuo omne impoßibile. dicunt enim quòd prima corpora ſunt infinita in multitudine, & quòd non recipiunt diuiſionẽ in magnitudine, & quòd ex vno nõ fiunt plura, neq; ex pluribus vnum. ſed omnia fiunt per coaceruationẽ iſtarum partium indiuiſibiliũ, & per diuerſitatem coaceruationis eorũ.

Dicamus igitur, quòd iſti ponebant oĩa numerũ, & generabant ea ex eo, ſicut Arithmetici, ſecundum quòd oportebat, ſed non explanauerunt hoc, ſed dixerũt obſcure. Et dixerunt etiam quòd, ſi corpora differunt abinuicem figuris: figuræ autem ſunt infinitæ: ergo corpora ſimplicia ſunt infinita. & non diſtinxerũt omnino quæ eſt figura cuuslibet corporis illorũ corporũ, neq; dixerunt etiam quæ ſunt figuræ elementorum, ſed poſuerunt figuram

A guram ignis ſphæricã tantũ, aerẽ autem, & terram, & cætera corpora diſtinxerũt, dicẽtes quòd quædam eorum compoſita fuerunt ex partibus paruis, & quædã ex partibus magnis, & ex eis poſuerunt naturam iſtorum corporum paruorum, reducẽdo omnia ad elemẽta.

37 Cum contradixit dicentibus elementa eſſe conſimiles partes infinitas, vult modo cõtradicere dicẽtib⁹ elementa eſſe corpa infinita indiuiſibilia, & primo narrat eorũ ſermonem, & opinionẽ in generatione, & corruptione, ſ. quõ generatio, & corruptio ſit in eis, & in oĩbus, quę apparẽt in cõpoſitis. iſti enim, ſicut dixit in libro de Generatione, magis poſſunt dare cauſas, q̃ alĳ eorũ, quæ apparẽt in cõpoſitis ex hoc, qd̃ ponũt ex iſtis corporib⁹. & ideo ſermo eo⁹ eſt magis nãlis. Et d. Et dicam⁹, &c. ideſt quod ſermo eorũ inducit eos ad plura impoßia, immo ad negãdũ plura principia Geometrię. Ex principijs enim Geometriæ eſt, ꝙ oẽ corpus eſt diuiſibile: & ꝙ oẽ corpus diuidit̃ in quocũq; puncto apud iſtos aũt non diuiditur corpus cõpoſitũ, niſi ſup terminos, qui imaginantur inter illas partes indiuiſibiles, nõ ſuper aliquã illarum partium indiuiſibilium. & ideo dicunt, ꝙ ex vno non fiunt plura, neq; ex pluribus vnum, ſicut narrauit de eis. qm̃, quia apud eos eſt vnũ in rei veritate pars indiuiſibilis, impoßibile eſt tũc vt ex eo fiat multitudo oĩno, neq; ex multis partibus fiat vnũ. & fm hoc negãt nãm continui, continuum enim eſt vnũ, & diuidit̃ in plura. & ſi ſ̃r etiam negant compoſitionem, quæ fit p admixtionẽ, ſicut vidit Ariſt. qm̃ apud ipſum ex pluribus fit vnũ. D. d. ſed omnia fiunt p coaceruationẽ, &c. i. ꝙ ipſi opinabant̃ ꝙ generatio ſubſtantiarũ eſt ex congregatione partium, & ꝙ diuerſitas dr̃iarũ ſubſtantiarum eſt ex diuerſitate figurarum partiũ, & ꝙ diuerſitas aliorum accidentiũ fit ex diuerſitate ſitus, & ordinis, & figuræ partium. Et, cũ narrauit modũ, ex quo reddebant cauſas generatiõis, & corruptionis aliorum accidentium ex iſtis elemẽtis, induxit impoßibile, quod contingit dicenti hunc ſermonem. & eſt impoſſibile, quod cõtingit ponenti numeros elementa entiũ: iam enim dixit hoc impoßibile in alĳs locis. Et d. Dicamus igit̃ ꝙ iſti ponebant oĩa numerum, &c. i. &, quia iſti dixerunt qũo dr̃iæ entium conſequuntur differentias numerorum, & iſti nõ declarauerunt modum, quo dr̃iæ compoſitorũ differunt inter ſe pp compoſitionem eorum ex partibus indiuiſibilibus, ſ. quia non dixerunt ꝙ lapis ſit de tali numero iſtarũ partiũ, aut de tali nũero, ſicut fecerũt Arithmetici, neq; propalauerunt ꝙ nã illarum partiũ ſit, ſicut nã vnitatum, cũ ponunt eis figuras, & ſitus, dixit: ſed non explanauerũt hoc, &c. i. ſed non dixerunt in iſtis rebus ſermonem determinatum, cũ non dederint in iſtis reb⁹ aliquã demõſtrationem, neq; etiã dixerunt ꝙ figura facit aliquã dr̃iam, neq; ꝙ ordo, & ſit⁹ facit aliquod accidẽs. neceſſe ē enim fm opinionem eorum, vt quælibet dr̃ia dr̃iarum entium cõpoſitorum habeat figuram propriam dr̃iarum illarũ partiũ, quæ figura facit illam dr̃iam. Et cũ d. non explanauerunt hoc, fm ꝙ oportebat, i. ſine deter-

G minatione,d. sed obscure dixerũt,& dixerunt φ, cum corpora differãt à se figuris: figuræ aũt sunt infinitæ: ergo corpa simplicia sunt infinita. i. non dixerunt in ratiocinãdo φ sint infinitæ,sed hoc tm̃ dixerunt,φ istæ partes indiuisibiles differãt inter se figuris: figuræ aũt sunt infinitæ:ergo continget vt hæc elementa, s. partes indiuisibiles, sint infinitæ. D. d. quid remanet eis de hac intentione, si concessum fuerit eis,& d. & nõ distinxerũt oĩno.&c. i. oporteret eos, cum posuerint diuersitatẽ earũ fm figuras, & sic diuersitatẽ compositarum dr̃iarum ex eis,dicere quæ figura cui parti appropriet illarum partium, & quæ figura appropriet cui dr̃iæ dr̃iarum compositarum ex eis, quoꝝ quædam vocamus nos simplicia, s. aquã, terram, ignẽ, aerẽ, & quędam cõposita,quæ videnť componi ex his quatuor. & hoc intendebat, cũ d. neq; dixerunt ẽt quæ sunt figuræ elementorũ, i. non dixerunt quæ sunt figuræ partium,ex quibus componuntur corpora quatuor,quæ vocanť elementa, sed tm̃ posuerunt figurã ignis sphæricã, i. nisi de igne. dicũt enim φ partes,ex quibus componiť,habent figuras sphæricas: aut nisi de igne,qm̃ posuerunt ei figurã sphæricam. hoc aũt apparet de hoc sermone fm hanc translationem.

H

I

Themistij expositio.

Themistius aũt exposuit hunc locum alio modo, & d. neq; isti hoĩes dederũt partib⁹ indiuisibilibus, fm φ elementa sunt, figuras proprias, sicut fecerunt ponẽtes elementa quatuor simplicia. igni enim dederunt figurã pyramidalem, terræ aũt figuram cubicam,duobus aũt alijs alias figuras. Isti enim non dederũt igni soli figuram propriam, & est sphærica,nisi quia ignis cito penetrat,cęteris aũt elementis non dederunt figurã propriã,sed dixerunt φ hęc elementa differunt pp dr̃iam partium indiuisibilium fm magnitudinẽ, & paruitatẽ. Et hoc intendebat, cum dixit:aerem aũt, & terram, & cętera corpora,&c. ex hoc sermone eorũ, quasi contradixit sibi,s. dicere partes esse indiuisibiles, deinde ponere eas diuersas fm paruitatẽ, & magnitudinem. sed non dixerunt hoc, nisi quia non reputant esse posse vt magnitudo composita ex eis, nõ habeť nãm recipiendi diuisionẽ in ea, sicut dicimus de corpore cœlesti. dicũt enim φ causa diuisionis est interiacẽs vacuum,&, quia magnitudines cõpositæ ex istis sunt solidæ sine vacuo, possibile est eis recipere diuisionem in istas partes: sed fm φ ponũt eas esse infinitas, quia magnitudo diuiditur apud eos fm totũ, vt declaratũ est in libro de Generatione, necesse est eis dicere vt magnitudines compositæ ex eis dissoluanť in eas, quapropter magnitudo corrumpereť in nõ magnitudinẽ. quod est impossę. D.d. & ex eis posuerunt naturam istorũ corporum,&c. ideſt & ex partibus in diuisibilibus posuerunt natura istorum corporum quatuor, cum generat omnia corpora, quæ nos vocamus simplicia,& cõposita ex his partibus indiuisibilibus.

K

Quõ Anst qui ponebãt ptes indiuisibiles differre tm̃ fm magnitudinẽ, & paruitatẽ.

L

M

Primum igitur idẽ *est & his error, non finita sumere principia, cum cuncta eadem dicere liceret. Præterea,si non sint infinitæ elementorũ differentię, patet φ non erunt elementa infinita. Ad hæc autem necesse est vt ñ repugnẽt Mathematicis scientñs, qui

*a.l. idẽ,& hos error sequi vi.

A qui inuisibilia corpora dicunt, & multa probabilium,& apparentium secundum sensum perimant,de qbus dictũ ẽ priº ĩ ñs, quæ de Tpe, ac Motu diximus.

Et dicamus nos igitur, quòd accidit sermoni eorum error, quẽadmodum accidit dicentibus principia esse infinita. Demonstremus eis igitur suum errorem, & dicamus quòd, si differentiæ corporum non fuerit infinitæ, manifestũ est quòd impossibile est vt elementa sint infinita. Et contradicunt ei, quod rectum est in Geometria,cum dicũt partes esse indiuisibiles. & contra dicunt etiam pluribus opinionibus hominum maximorum in sciẽtia, & apparentibus secũdum sensum. & iam compleuimus sermonem de istis opinionibus in tractatibus de Tempore, & Motu.

B

38 Dicit, φ dicentibus hoc primo contingit illud, quod contingit dicentibus principia esse infinita,φ iã

C dictum est,& ẽt apparet destructio sermonis eorum ex hoc. quod dr̃iæ compositorum corporum sunt finitæ:&,cum dr̃ię compositorũ sint finitæ,impossibile est vt dr̃iæ elemẽtorum,ex quibus componunť, sint infinitæ.φ aũt compositorum dr̃iæ sunt finitæ declaratum est, in principio istius libri,& ĩ Physicis,cum declarauit φ impossibile est vt res infinitæ inueniantur in actu. D.dedit eis aliud impossibile,& d. Et contra dicunt ei,quod rectum est, &c.i qa ex fundamẽtis Geometriæ est φ diuisio magnitudinum procedit in ĩ-

D finitum,& quod omnis linea diuidiť in duo media. D.d,& contradicunt ẽt pluribus opinionibus. & innuit per hoc Naturales. Isti.n.ponunt complexionem esse, & φ composita differunt differentiis substãtialibus pp diuersitatem dr̃iarũ elementorum,& φ generatio est altera ab alteratione,& generatio,& alteratio sunt in qualitate, sed tm̃ gr̃iatio est in qualitate substantiali, & hæc in accidẽtali,& φ in gr̃iato nullum elementum existit in actu,& φ est aliud ab elementis substantia, & forma.& totum hoc est impossibile dici cum partibus indiuisibilibus.

Gr̃iatio,& alteratio sunt ĩ qualitate.

E

D.d.& iam compleuimus sermonẽ, &c.i.& contradiximus iam dicentibus partes esse indiuisibiles,fm contemplationem Naturalis de natura cõtinui.hæc aũt opinio hic destruitur,consyderando in natura continui,in quo cõicat hæc scĩa cum Mathematica. & ex hoc modo locutus fuit hic de hoc,ĩ Physicis aũt tm̃ naturaliter. E destruiť etiam hęc opĩo per consyderationem de generatione,& corruptione, & de accidentib⁹ pluribus sensibilibus. Et ex hoc modo locutus fuit de hoc in hoc libro,

F & in lib. de Gr̃iatiõe,& Corruptiõe.

Simul autem & contraria dicere ipsos sibĩpsis necesse est. impossibile enim est, si indiuisibilia sint elementa, magnitudine, paruitateqꝫ differre aerem, & aquam,& terram. non.n.est possibile ex seinuicem fieri. deficiẽt enim semper maxima corpora, si segregentur. aiunt autẽ sic fieri aquam, & aerem, & terram ex seinuicem.

Et

G *Et dico etiam quòd neceſſe eſt eis dicere contrarium ſuo ſermoni. ſi enim elementa ſunt partes indiuiſibiles, impoßibile eſt vt aer, & aqua differant propter paruitatẽ, & magnitudinem partium. & impoßibile eſt vt quædam hæc corpora fiant ex quibuſdam. quoniã, cum ex figuris ſeparentur paruæ, remanebit reſiduum. ſecundũ igitur hunc modum dicunt quòd aer, & aqua, & terra fiunt ex inuH cem, ſ. ſecundum ſegregationem figurarum paruarum a magnis.*

39 Dicit: & contingit eis impoſſe ex hoc, quod dicunt de qualitate gñationis corporũ ſimplicium abinuicẽ pp partes indiuiſibiles. dñt. n. ꝙ terra nõ differt ab aqua, niſi qa eſt compoſita ex partibus indiuiſibilibus maioribus q̃ aqua, & ſiſr dñt de aere cum aqua. dicunt. n. ꝙ, cũ terra fiet aqua, exibunt ab ea partes magnæ propriæ terræ, & remanebunt paruæ propriæ aquæ, & ſic terra fit aqua. & ſiſr, cũ ex aqua exierint parI tes paruæ aquæ proprię, remanebũt magnæ propriæ terræ, & ſic aqua fit terra. Ariſt. aũt contradixit eis, dicẽdo ꝙ, cum partes magnæ fuerint ſegregatæ a terra, neceſſe eſt vt remaneat ex illis magnis reſiduum. qm̃ aqua, cum reuertit̃ in terram, exibunt ex ea partes paruæ, & remanebunt magnæ terræ propriæ, &, cum aqua, & terra cõponunt̃ ex magnis, & paruis, & fuerint infinitæ, ſicut dicunt, tunc magnæ in vnoquoq; eorũ erunt ęquales paruis in numero, & ſic ĩ nullo differẽt aqua, & terra. Et, ſi dixerint ꝙ in terra dominant K magnæ, & in aqua paruę, continget vt ſint finitæ, & vt ſit inter paruas, & magnas in quolibet eorum ꝓportio terminata. & ſequit̃ ex hoc vt partes diuidant̃ neceſſario, & vt generatio ceſſet, ſ. vt inueniat̃ aqua, q̃ non reuertatur in terram, & terra, q̃ nõ fiat aqua, cum paruæ, q̃ exeunt ab aqua, & magnæ, q̃ exeunt a terra, cõ ſumunt̃. v. g. ꝙ, ſi in terra fuerint ex magnis decem, & paruis quinq;, & in aqua econuerſo, ſ. ex paruis decẽ, & ex magnis quinq;, neceſſe eſt, cũ terra reuertat̃ in aquam, vt exeãt ex magnis, quæ ſunt in ea ſeptem, & di L midiũ, ita, ꝙ remaneant in ea quinque paruæ, & duæ, & dimidium magnæ, & tunc fiet aqua: &, cum iſta aqua reuertatur in terram, remanebit in ea ex paruis vna, & quarta, & ex magnis duæ, & dimidium. quapropter neceſſe eſt eis, aut vt partes diuidant̃ in infinitum, aut vt ceſſet generatio. D. d. qm̃, cum ex figuris ſeparentur paruæ, remanebit reſiduum, i. neceſſe eſt, cũ aqua fiat terra, vt remaneant in terra partes paruæ: &, cũ ex illis partibus ſegregent̃ magnæ, tunc illa terra fiet aqua, & ſic continget impoſſe, quod dixim⁹. M hoc aũt apparet ex iſta translatione. Themiſtius autem expoſuit ſuum Expõ The ſermonem alio modo. dicit. n. ꝙ cõtingit eis ex hoc, quod dicunt, ꝙ in aqua dominantur paruæ, & in terra magnæ, & ꝙ aqua fit ex terra eſſentialiter, & terra ex aqua, vt partes magnę generent̃ ex paruis, & paruæ ex magnis, aut per alterationem eiuſdẽ partis, & ex magnitudine in paruitatem, & ex paruitate in magnitudinem, aut quod pars magna diuidatur, & fiat parua, aut quod paruæ eõ gregen-

A gregentur, & fiat ex eis vna magna. & ſm hunc modum concludit eis. contingit enim eis vt partes indiuiſibiles ſint diuiſibiles, aut alterabiles adinuicem, quod non dicunt eſſe.

The. repreD. opponit Ariſt. dicendo ꝙ non cõhenſio cõ cludit eis, niſi p æquiuocationẽ. qm̃ ea Ariſt. hoc, quod intellexit ex ſermone eorum, ꝙ iſtæ partes fiãt ex inuicem, eſt aliud ab intẽtione eorum. illi. n. intendebant dicere per hoc, qđ dicebant, ꝙ iſtæ partes fiunt exinuicem!, i. ꝙ ſegregabãtur abinuicem, vt, cũ ex vino ſegregabunt̃ partes ſubtiles, & remanebunt groſſiores, tunc in-

B de fiet rhob, non per alterationem earum adinuicẽ, aut per diuiſionẽ magnarum in paruas, aut per collectionem paruarũ in magnas. Tu au-

Defenſio tem bene potes videre ꝙ ex vtroq; Auer. pro ſermone idem continget ei, ſ. vt parAri. cõtra tes indiuiſibiles ſint diuiſibiles, ſiThemiſt. ue poſuerint generationem earum abinuicem eſſe accidentaliter, cum fiunt per ſegregationem, aut eſſentialiter, cum fiunt per tranſmutationem paruarum in magnas, aut magnarum in paruas. Videtur ergo ꝙ contradictio perfecta contra eos ſic debet eſſe. Hoc, ꝙ dicitis, ꝙ iſtæ par-

C tes fiunt abinuicem, aut eſt eſſentialiter, aut accidentaliter: ſi eſſentialiter, continget vt partes tranſmutentur in inuicem magnæ in paruas, & paruæ in magnas, aut ſecundũ qualitatem, aut ſecundum quantitatẽ: & vtrunque eſt impoſſibile ſm opinionem eorum. ſm autẽ quantitatẽ prouenit diuiſio, ſm autẽ qualitatem prouenit alteratio. & vtrunque apud eos eſt impoſſe: ſi accidentaliter, ſ. per ſegregationem earum adinuicem prouenit diuiſio partium, aut abſciſſio generationis.

Præterea neq; ſm horum opi D nionem videbunt̃ infinita fieri ipſa elementa, ſi corpora quidem differunt figuris, figuræ autem omnes componũtur ex pyramidibus, Rectilinea quidem ex rectilineis, Sphæra vero ex octo partibus. neceſſe. n. eſt aliqua eſſe principia figurarũ. quare, ſiue vnum, ſiue duo, ſiue plura ſint, & ſimplicia corpora toterunt multitudine.

Dicamus etiam quòd, ſi elemẽta fuerint, ſicut dicunt, impoßibile E *eſt vt ſint ĩfinita, cum corpora differant figuris, & omnes figuræ cõponantur ex pyramidibus: Figura autem æqualis lineæ conſtat ex æqualibus lineis, & figura ſphærica componitur ex partibus perfectis ſphæricis: neceſſe eſt ergo vt figuræ habeant principia propria, ſiue fuerit vna figura, aut duo, aut plures. &, ſi ita ſit, neceſſe eſt vt corpora ſimplicia ſint ſecundũ numerum earum.*

F

Dicit: Dicamus ẽt eis ꝙ, ſi corpo- 40
ra indiuiſibilia hñt, ſm ꝙ dicunt, figuras, continget vt ſint finita econtrario poſitioni eorũ. D. d. cũ corpa differant figuris, i. cũ poſuerim⁹ ꝙ corpora differunt figuris, vt iſti ponunt. & d. hoc, quia figurarum quædam ſunt eſſentiales corporibus, & quædam non. Cum ergo poſitũ fuerit ꝙ figuræ ſunt eſſentiales corpor cuiuſcunq; ſpẽi ſint, ſiue corporum diuiſibilium, ſiue indiuiſibilium, neceſſe eſt vt differentiæ figurarũ ſint

propter

propter differentias illorũ corporũ, & ꝙ numerus illorum corporũ sit ſm numerum dr̃iarũ illarũ figurarum. &, quia dr̃iæ figurarum ſunt finitæ, cõtinget vt corpora, quorum dr̃iæ ſunt figuræ, aut conſequentes figuras, ſint finita. qm̃ autẽ figuræ ſunt finitarum differentiarũ, ponendum eſt ex hoc, quod dicũt Geometræ. declaratũ eſt. n. ꝙ oẽs figurę quĩque reſoluunt̃ in pyramides, quę cõtinent̃ a ſuperficiebus rectis, aut rotundis, Sphæra quidem in octo, & Cubus in ſex, & ſiſr de alijs, quæ dicunt̃ in libro Euclidis. Et hoc intendebat, cum d. & oẽs figuræ componant̃ ex pyramidibus, i. omnes figuræ corporeæ. Et, cum poſuit ꝙ corpora habentia figuram debent differre per diuerſitatem figuræ, & poſuit ꝙ omnes figuræ corporeæ componunt̃ ex pyramidibus, poſuit etiã tertiam propoſitionem, quaſi cãm in diſſolutione figurarũ corporearum in hanc figuram, & d. Figura autem æqualis lineæ conſtat ex lineis equalibus, i. & cauſa in diſſolutione corporũ in pyramides eſt, quia figuræ planæ diſſoluunt̃ in figuram planã primam, quæ non diſſoluit̃ in aliã, ſ. in triangulum: & pyramis diſſoluit̃ in triangulum: ergo neceſſe eſt vt ſit prima figurarum corporearũ prima figurarũ ſuperficialium. D.d. & figura Sphęrica componit̃ ex partibus perfectis, i. pyramidibus. & dixit perfectis. quia non diſſoluuntur in alias, neq; poſſibile eſt vt ſuperadd̃ant, alię ad conſeruandum figuram ſuam. Et, cum poſuit has propoſitiones, q̃ ſunt in hoc ſermone, quaſi præcedens, induxit conſequens, & dixit: neceſſe eſt ergo vt figuræ habeant principia, &c. & dixit hoc in modo demſtrationis. demonſtratum eſt. n. ꝙ oẽs figuræ corporeæ diſſoluunt̃ in pyramides, & ſiſr figuræ ſuperficiales diſſoluunt̃ in triangulũ. & quaſi ponit ꝙ, cum elementa fuerint finita in ſpecie, compoſita erũt finita in ſpecie. Et confirmatio eſt hæc, quaſi diceret, & quamuis non concedat̃ nobis hoc, ꝙ Geometræ dicunt ex hac diſſolutione, tñ concedendũ eſt nobis ꝙ oẽs figuræ quinque diſſoluunt̃ ĩ figuras finitas, aut vnam, aut duas, aut plures. Themiſtius autem dicit in hoc loco, ꝙ manifeſtũ eſt ꝙ figuræ regulares ſunt finitæ, enormes autem ſunt ĩfinitę. & ideo, ſi illi duo viri dixerunt ꝙ in diuiſibilia ſunt hmõi, ſicut ſolent dicere, tunc non eſt rectum opponere eis p hunc ſermonem. Dicamus igitur ꝙ, cum illi dicunt ꝙ differentię illorum corporum indiuiſibilium ſunt pp figuras, neceſſe eſt vt figuræ ſint huiuſmodi, ſ. regulares. figuræ. n. irregulares, & infinitæ non exiſtunt in corpore, niſi accidentaliter. Oppoſitio ergo Ariſto. eſt recta ſup hoc, ꝙ ponunt figuras eſſe dr̃ias iſtorum corporum indiuiſibilium.

Themiſt.

Auerrois.

Præterea, ſi vnicuiq; quidem *elementorum eſt aliquis proprius motus, & qui ſimplicis eſt corporis, ſimplex eſt: non ſunt autem ſimplices motus infiniti, quia neq; ſimplices lationes plures ſunt duabus, neq; loca infinita ſunt: neq; vtiq; ſic erunt infinita ipſa elementa.

*a. l. corporum.

Et dicamus etiam quod ſi omne elementum habet motum eſſentialem, & corpus ſimplex habet motum ſimplicem: & motus ſimplices non ſunt infiniti, diuiſio. n. non eſt, niſi bimembris, neq; loca ſunt infinita: manifeſtum eſt quòd elementa non ſunt infinita.

41 Cum deſtruxit ſermonem dicẽtis elementa eſſe infinita, inducẽdo ad impoſſibile, incœpit dare demõſtrationem rectam, ꝙ elemẽta ſunt finita. Et abbreuiatio ſui ſermonis eſt, ꝙ elementũ, ſm ꝙ apparet ex ſua definitione, eſt corpus ſimplex. &, quia oẽ corpus ſimplex hẽt motum ſimplicem, & econuerſo, vt declaratum eſt in principio iſtius libri, neceſſe eſt, vt numerus corporum ſim plicium ſit ſm numerum motuum ſimplicium. &, quia motus ſunt ad loca terminata, neceſſe eſt vt numerus locorũ ſit ſm numerũ motuũ. Si igit̃ loca fuerint finita, mot⁹ erũt finiti. &, ſi motus fuerint finiti, corpora ſimplicia erunt finita: & iã declaratum eſt ꝙ motus ſimplices ſũt terminati, & ꝙ ſunt tres, ſ. circa medium, & a medio, & ad medium: & cum elementa ſint corpora ſimplicia: & corpora ſimplicia ſint finita: ergo elementa ſunt finita. D.d. diuiſio enim, &c. i. motus a medio, & ad medium. Et intendit per loca, ſurſum, & deorſum. hæc enim duo loca diuiduntur in eo, quod eſt ſimpliciter ſurſum, & deorſum, & in eo, quod eſt reſpectiue.

Abbreuiatio.

Quæſitum Tertium.

Elementa vno plura eſſe declarat.

QVoniam autem neceſſe eſt finita eſſe, reſtat conſyderare vtrum plura erunt, an vnum. Quidam. n. vnum ſolum ſupponunt. & horum hi quidẽ aquam, illi vero aerem, alĩ autem ignem, nõnulli aqua quidem ſubtilius, aere vero denſius. quod, cum ſit infinitum, omnes cœlos continere aiunt. Quicunq; igitur vnũ hoc faciunt, aerem, aut aquam, aut aqua quidem ſubtilius, aere autem denſius, deinde ex hoc raritate, & denſitate alia generant, latet eos ſeipſos aliud quippiã priusipſo elemento facere. eſt. n. ex elementis generatio, compoſitio, vt aiunt. quæ autem eſt in ipſa elementa, reſolutio. quare neceſſe eſt id prius eſſe natura, quod eſt ſubtilium magis partium. Qm̃ igitur aiunt omniũ corporum ignem ſubtiliſſimũ eſſe, primum vtiq; erit natura ignis. refert aũt nihil. neceſſe. n. eſt, vnum aliquod aliorum eſſe primum, & non medium.

Dicamus etiam quòd, cum manifeſtum ſit, quòd elementa ſunt finita neceſſario, volumus modo perſcrutari vtrum elemẽtum ſit vnũ, aut plura. Quidam. n. dicunt elemẽtum eſſe vnum. ſed hi quidẽ aquã, hi vero aerem, hi autem terram, & quidam eorum dicunt ipſum eſſe ſubtilius aqua, & ſpiſſius aere. Dicamus igitur nos, quod oĩs, qui poſuit elementum vnum, aut aquam, aut aerẽ, aut aliquod ſubtilius aqua, & ſpiſſius aere, & quod alia elementa fiunt ex eo ſecundũ diuerſitatem ſpiſſitudinis, & raritatis eius. & omnis, qui dixit hoc,

ignoſ-

G *ignorauit ſuum ſermonem, & oblitus eſt quod poſuit aliud prius elemento. quoniam, ſi denſitas ſit ex compoſitione elementorum, & raritas ex diſſolutione eorum, neceſſe eſt vt rarum ſubtile ſit ante elemẽtum. & ſi ita ſit, & ignis eſt ſic, vt dicunt, ſubtilior alijs corporib. tũc ignis erit prior omnibus rebus. prioritate naturali. Si igitur ignis non fuerit ſubtilior omnibus corporibus, hoc non contradicet noſtro*

H *ſermoni. neceſſarium eſt enim vt primũ ſubtile ſit aliquod corporũ naturalium, non corpus medium.*

42 Dicit: & cum declaratũ ſit ꝙ elementa debent eſſe finita, conſyderãdum eſt vtrum ſint vnum, aut plura, &, ſi plura, quot. ſed quot ſint dimiſit vſq; ad librum Generationis: quapp exiſtimat ꝙ iſte liber quaſi ꝓcedit librũ Generationis, & Corruptionis. Et, quia dicentes elementa eſſe finita, quidam dicunt ea eſſe vnum elementorũ, aut vnum extremorũ, aut vnum mediorũ, & quidã

I dicunt illud eſſe aliud ab elementis, quidam autẽ dicunt ipſum eſſe medium inter aquam, & aerem, ſpiſſi⁹ aere, & ſubtilius aqua, & quidam, vt reputo, dicunt ipſum eſſe medium inter ignem, & aerem. & hoc intendebat, cum d. & quidam eorũ dicũt ipſum eſſe ſubtilius, &c. Et, cum d. opiniones eorum in hoc vno, incœpit contradicere ſermoni dicẽtis ipſum eſſe mediũ inter duo illorũ, & ꝙ eſt vnum mediorũ, cum vterque ſermo conueniat in ponendo elẽntũ medium inter duo extrema; qđ eſt

Liber de Cœlo ꝓcedit libru; de Generatione.

K contrarium ei, quod dictũ eſt in definitione elementi, quod eſt ſimpliciſſimũ eorum, q̃ exiſtunt in cõpoſito. duo aũt extrema, aut ſunt ſimpliciora medio, cũ mediũ fuerit ex qualitate, aut vnum eorum erit ſimplicius medio, cum medium fuerit ex quantitate. Et d. Dicamus igitur nos ꝙ oĩs, qui poſuit, &c. i. ꝙ omnis qui poſuit elementũ eſſe mediũ inter duo extrema, & poſuit illa duo extrema eſſe compoſita ex illo elẽnto, oblitus eſt definitionem elementi: & eſt, ꝙ eſt ſimplici⁹ eorum, quæ ſunt in compoſito: ſiue poſuerit ipſum eſſe vnum quatuor corporum,

L aut corpus mediũ inter duo eorũ. Et d. & ꝙ alia elementa fiunt ex eo, &c. quia dicunt ꝙ gñatio cæterorũ corporum quatuor ex hoc medio eſt ſm denſitatem, & raritatem, & ꝙ gñatio cæterorum corporũ quatuor conſequit diuerſitatem eius in raritate, & denſitate, ſ. quod, cum receperit denſitatem æqualem denſitati aquæ, erit aqua, &, cum terræ, erit terra, &, cum receperit raritatẽ æqualem raritati aeris, erit aer, &, cum ignis, erit ignis, & ſilr contingit ponentibus elẽntum medium, i.

M vnũ quatuor. Et nõ ſicut exiſtimat Themiſtius, ꝙ impoſſe non contingit eis, niſi inquantum ponunt gñationẽ ſm raritatem, & denſitatem: immo contingit eis, inquantum ponunt elẽntum eſſe medium inter ea, q̃ gñantur ex eo, quocunq; mõ generent, aut compoſitione, & diſſolutione, aut denſitate, & raritate, quæ ſunt apud eos congregatio, & ſegregatio. Et, cum natrauit ꝙ contradicunt ſibi, & nõ percipiunt, dixit: qm̃ ſi denſitas fit ex compoſitione elẽntorum, &c. i. & contradictio contin

Contra Themiſt.

git

A git eis, qm̃ ponunt dẽſitatem ex cõgregatione, & denſitatem multitudinis partiũ, & raritatẽ ex exitu partium, & amplitudine foraminũ, neceſſe eſt vt corp⁹ rarum, quod fit ex hoc medio, ſit pauciorum partium elementi, ex quo fit. & quod eſt huiuſmodi eſt prius medio, & dignius vocari elementum. elẽntum enim, ſi eſt ex quantitate, debet eſſe paucio rum partiũ eorum, q̃ inueniunt in compoſito, ſi ex qualitate, debet eſſe

Themiſt. ſimplicius. Et Themiſtius d. ꝙ hoc non contingit eis, niſi quia ponunt generationem ꝑ denſitatem, & raritatem, q̃ ſunt ex capitulo quãtitatis:

B &, ſi poſuiſſent ea ex capitulo qualitatis, non contingeret eis hoc impoſſibile. Et hoc, qđ dixit Themiſtius, & ſi poſuiſſent, &c. non contingeret eis hoc impoſſe, eſt id, quod d. Ariſt. in libro de Generatione. qm̃, ſi poſuerint denſitatem, & raritatẽ eẽ ex cap. qualitatis ſubſtantialis, continget vt medium inter duo elementa non haberet formã in actu, aut vt eſſet prima materia, aut vt eſſet ignis & aer inſimul, aut aer & aqua inſimul. &, ſi poſuerint ipſas ex cap. qualitatis accidentalis, contineet alteraC tionem eẽ. qđ eſt impoſſibile apud eos. D. d. &, ſi ita ſit, & ignis eſt, ſicut dicunt, &c. i. &, ſi illic fuerit corpus ſubtilius elemento, neceſſe eſt vt illud corpus ſit elementum. Si igitur ignis ſubtilius eſt corporum apud eos, vt dicunt, continget vt ignis ſit elementum. &, ſi ignis nõ fuerit ſubtilius omnibus corporibus, & dixerit aliquis alius ꝙ aliquod aliud corpus eſt ſubtilius, hoc nõ nocebit nobis, neq; proderit eis in hoc, quia cõtinget eis hoc, quod continget eis, ſi ſit qm̃ ſubtilius debet eſſe elementũ

D nen illud medium, quod ponunt eſſe elementum. Et hoc intendebat, cum dixit: Si igitur ignis non fuerit ſubtilior oĩbus corporibus, &c. i. qm̃ ſi non poſuerit aliquis ꝙ corpus ſubtilius eſt ignis, tñ propter hoc non euadunt ab eo, quod contingit eis neceſſario, ſ. ꝙ corpus ſubtilius ſit elẽntum, non illud medium, qđ ponunt ipſi elementum. D. d. neceſſarium eſt enim vt primum ſubtile, &c. i. neceſſarium eſt enim vt ſit ſm ſermonem eorum aliquod corpus, naturale, ſubtilius oĩbus corporibus & ꝙ non ſit corpus medium, qđ poſuerunt, & ſic erit elementum aliud E ab eo, quod poſuerunt.

Præterea raritate quidem, ac denſitate alia generare nihil refert, an ſubtilitate, & groſſitie, ſubtile enim rarum, craſſum vero volunt eſſe dẽſum. rurſus vero ſubtilitate, & craſſitie idẽ eſt, quod & magnitudine, & paruitate. Subtile enim eſt, qđ paruarum eſt partium, Craſſum vero, quod magnarum partiũ. qđ enim extenſum eſt ad multum, ſubtile eſt. tale autem eſt, quod

F ex paruis partibus conſtat. quare ipſis accidit magnitudine, & paruitate diuidere aliorum ſubſtantiam. Sic aũt determinantibus, omnia accidet dicere ad aliquid. & non erit ſimplr hoc quidem ignis, hoc vero aqua, hoc autem aer, ſed idem ad hoc quidem ignis, ad aliud vero quippiam aer. Quod quidem & ĩjs accidit, qui plura quidem ipſa elementa dicunt, magnitudine vero, ac paruitate differre aiũt.

nam

G nam, cum quantitate determinatum sit vnumquodq; , erit alia ratio magnitudinum ad seinuicem. Quare eorum, q̄ hanc habent rationem ad seinuicem, necesse est hoc quidem aerem esse, hoc vero ignem, hoc autē terram, hoc autem aquam, propterea q̄ maioribus rationes minorum insunt.

Dicamus etiam, quòd sermo dicentis, quòd omnia elementa generata sunt ex densitate, & raritate vnius elementi, non differt a sermone dicentis, quod omnia sunt generata ex paruis, & magnis. Subtilitas enim est paruitas partium, & spissitudo est magnitudo partium. subtile. n. est expansum, & dilatatum. & non est huiusmodi, nisi illud, quod componitur ex partibus paruis. & si ita sit, contingit eis necessario vt differentiæ substātiæ sint magnitudine, & paruitate. Et, cum posuerint omnia secundum hunc modum, continget eis dicere quod omnia elementa sunt in comparatione, & quod nullum elementum est ignis verus, neque aer verus, sed in respectu quorundam est ignis, & in respectu aliorū aer, & in respectu aliorum est aqua. Sicut contingit dicentibus quod elementa sunt plura infinita, & non differunt, nisi secundum paruitatē & magnitudinem partiū, & sunt dicentes partes esse indiuisibiles.

Dicamus igitur eis quod, cum distinxerunt quædā elementa a quibusdam secundum quantitatem, necessario erit idem elemētū ignis, & aer, aqua, & terra. quonia partes paruæ sunt in magnis necessario: quoniam eadem pars in respectu quarundā partiū est parua, & in respectu quarundā est magna.

Hæc est alia conclusio contingēs istis etiā. qm̄ plura impossibilia contingentia dicentibus partes indiuisibiles, contingunt etiam eis, s. q̄ substantiæ corporum simpliciū sint eædem. qm̄ dicens elementum eē vnū corpus, nō potest componere ex eo res diuersas, nisi p diuisionē in partes diuersas fm quantitatem, aut fm positionem, & situm. & hoc impossē contingit dicentibus partes indiuisibiles. Et d. Dicamus ēt q̄ sermo dicētis, &c. & intendit per elementa, corpora quatuor, qm̄ ita vocabantur tunc. & q. d. dicamus ēt q̄ sermo dicentis hæc corpora, vocata elmta, esse composita ex vno elemento, siue ex medio, quod est inter duo extrema eorum, siue ex medio inter duo eorum, fm densitatem, & raritatē, non differt a sermone dicētis, q̄ corpora hæc simplicia componant̄ ex partibus paruis, & magnis, i. non differunt, nisi fm paruitatem partium, aut magnitudinē earum. D. dedit causam in hoc, & dixit Subtilitas. n. &c. i. subtilitas. n. est ex paruitate partium, Spissitudo aūt, & grossities est ex magnitudine partium. hoc idem necesse est dicere non ponenti subtilitatē, & spissitudinem ex cap. quā titatis, vel qualitatis. D. incœpit narrare quō contingit q̄ subtile sit cōpositum

A positum ex partibus paruis, & d. subtile. n. est expansum, & dilatatū, &c. i. & causa in hoc, q̄ subtile debet eē ex partibus paruis est, quia debent congregari in eo duo, raritas, & paruitas partium. distantia. n. partium adinuicem est causa magnitudinis, & non corrumpit subtilitatē, & tenuitatem. subtilitas n. & tenuitas q̄runt paruitatem partiū in profundo, spissitudo autem earū est magnitudo in profundo: & raritas etiā quę rit multitudinem foraminū, ex qua prouenit paruitas partium, spissitudo aūt e contrario. Necesse est igit̄ B vt partes, ex quibus subtile componitur, sint minoris expansionis ī tribus dimensionibus. quapropter sūt minores partibus, ex quib⁹ spissum componit̄. Et contingit etiam eis aliud impossē pp hoc, quod posuerunt diuersitatem inter spissum, & rarum pp ampliationem foraminū non propter paruitatem, & magnitudinem, vt ī subtili sint partes pauciores, & in spisso plures, cum fuerint duo corpora æqualia. & etiam rarum, sicut diximus, necesse est vt sit plurium foraminū, quapropter partes sunt minores. & ex hoc modo non contingit vt sint pauciores, C nisi cum fuerint partes in eis in eadem magnitudine, & paruitate, qua propter necesse est vt rarum sit aut pauciorum partium, aut minorū. & impossibile, quod sequitur ex hoc, vnum, & idē est. D. d. &, si ita sit, cōtinget eis necessario, &c. i. cum substantiæ corporū simpliciū non differant, nisi fm diuersitatē partium in magnitudine, & paruitate, continget eis dicere q̄ dr̄iæ substātiarum corporum sunt pp partes paruas, & magnas, ita, q̄ substantia ignis non differt a substantia terræ, nisi quia D ignis componit̄ ex partibus paruis in vltimo, terra autem ex magnis in vltimo. D. d. Et, cum posuerint oīa fm hunc modum, cōtinget eis dicere q̄ oīa elementa sunt in comparatione, &c. i. &, si elementa non differūt, nisi paruitate, & magnitudine: magnū autem, & paruum sunt relatiua: idem. n. est magnū, & paruum in respectu diuersorū: continget vt idem sit ignis in respectu maioris, & aer in respectu minoris, & aqua in respectu alterius. Et, quia hoc impossē accidit dicentibus partes eē indiuisibiles, fm q̄ ponunt q̄ illæ par F tes differunt magnitudine, & paruitate, & q̄ ista diuersitas est causa diuersitatis corporū compositorū ex eis, dixit: sicut accidit dicentibus elementa esse plura, &c. & dixit: Dicamus igit̄ eis, q̄ cū distinxerint quædam elementa a quibusdam, &c. i. & dicam⁹ istis etiam ex hoc, quod ponitis, q̄ corpora quatuor simplicia differant ab inuicem pp paruitatē, & magnitudinem: paruum autem, & magnum sunt relatiua: contingit necessario vt idem corpus sit ignis, & aer, & aqua. qm̄, cum posuerimus q̄ aer nō est aer, nisi quia partes ei⁹ F sunt maiores partibus ignis, contingit vt in respectu aquæ sit ignis, q̄ partes eius sunt minores partibus aquæ, & in respectu ignis aer, & ī respectu terræ aqua, & sīt contingit in aqua. D. d. qm̄ partes paruę sunt in magnis necessario. hoc est quasi causa alia a prædicta. illic. n. fecit cōparationem de corporibus simplicibus adinuicem, inquantū constituūtur ex partibus, quæ dr̄ esse paruæ, & magnæ, hic vero quasi facit cōparationē ītr ptes exñtes ī eodē el'nto.

G Qm̃ vero hoc contingit dicentibus partes eſſe indiuiſibiles, manifeſtũ eſt, cum opinent ꝙ in eodẽ corpore ſint paruę partes, & magnæ infinitę, q̃ exeunt ab inuicem, contingit igit᷑ vt ſm paruas ſit ignis, & ſm magnas aqua. Secundum vero opinionem dicentis elementum eſſe vnum, & ꝙ gn̄atio fit raritate, & denſitate, continget neceſſario vt vnum & idem elementum ſit compoſitum ex partibus pluribus: rarum. n. habet partes paruas, ſpiſſum autem magnas. ſed, inquantum ponunt ꝙ ſpiſſum tranſmutat᷑ in rarum, & rarũ in ſpiſ
H ſum, contingit eis vt partes ſint paruæ cum magnis, ſicut cõtingit illis. & non ſolum modo contingit eis, vt idem corpus ſit aqua, & ignis tãtũ, ſed eadem pars earum, ex quib⁹ cõponit᷑ illud corpus. in reſpectu. n. minoris eſt aqua, in reſpectu aũt maioris eſt ignis. & ideo dixit: qm̃ eadẽ pars in reſpectu quarundam partiũ eſt magna, & in reſpectu quarundã eſt parua. & ſic poteſt intelligi.

Quicunq; autem ignem ſupponunt elementum ipſum, hoc quidem effugiunt, alia vero ip-
I ſis irrationabilia accidere eſt neceſſarium. Quidam. n. ipſorũ figuram coaptant igni, vt ñ, q̃ pyramidem faciunt. Et horum alĩ quidem ſimplicius dicunt ꝙ figurarũ qdẽ pyramidalis maxime inciſiua ẽ, corporũ aũt ignis

Dicentibus autem ignem eſſe elementum non contingit hæc contradictio, quæ contingit iſtis, contra quos loquebamur vſque huc, ſed accidunt eis alia irrationabilia. Quidam igitur eorum dicunt, K *quòd ignis habet figuram pyramidalem. Et quidam eorum verificant hoc ſermone debili ſimplici, dicendo quòd nulla figura eſt velocioris penetrationis quàm pyramidalis, & nullum corpus eſt velocioris penetrationis quàm ignis: figura igitur ignis erit pyramidalis.*

Cum contradixit dicentibus ele- 44
mentum eſſe vnum mediorũ quatuor corporum, aut medium inter duo illorum, aliud ab vtroq;, incœpit contradicere dicentibus elemen L
tum eſſe ignem tm̃. Et, quia hoc dicentibus non contingunt hæc ipoſſibilia, quæ illis contingunt alijs, qꝫ ignis exiſtimat᷑ ſimplicior quatuor corporibus, & ideo non contingũt eis impoſſibilia, q̃ contingunt dicẽtibus medium eſſe, q̃ non contingebant eis, niſi inquantum ponebant elementum medium, ideo d. dicentibus autem ignem eſſe elemẽtum, &c. D.d. ſed accidunt eis alia irrationabilia. D.d. Quidam igitur eorum dicunt ꝙ ignis habet figuram pyramidalem. Et, cum dixit hoc, dedit rationem eorũ, ſuper hoc, & dixit: M
Et quidam eorũ verificant hoc, &c. Et ſyll̃s ſic componitur, vt apparet. Ignis eſt velociſſimus omnium in tranſitu: & figura pyramidalis ẽ velocior alijs figuris. ergo ignis habet figuram pyramidalem. & ſic facit᷑ ſyllogiſmum ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura Et etiam, ſi ꝓpoſitio maior conuerteretur, non eſſet vera. qm̃ non oẽ, cuius pertranſitus eſt velocior in corporibus, habet figuram pyramidalem, niſi ĩ eis, quorum velocitas eſt in pertranſitu

pro-

A propter figuram, & hoc eſt in habẽtibus figuras. ignis aũt adhuc non eſt notum, vtrum ſit de habentibus figuras, aut non.

Alĩ vero perſuaſibilius dicũt ꝙ corpora quidem oĩa componuntur ex eo, quod eſt ſubtiliſ maxime partium, figuræ vero ſolidæ ex pyramidibus. Quare, qm̃ corporum quidẽ ignis ſubtiliſſimum eſt, figurarum vero pyramis maxime paruarum eſt partium, ac prima, prima autẽ figura primi corporis eſt, pyra-
B mis vtiq; erit ipſe ignis.

Et quidam eorum verificãt hoc alio ſermone, dicendo quòd oĩa corpora ſunt cõpoſita ex ſubtiliſſimo corporum, & quòd melior figurarum eſt compoſita ex figuris pyramidalibus. &, cum ita ſit, manifeſtum eſt quòd ignis eſt ſubtilior cæteris corporibus, & quòd figura pyramidalis ẽ minor, & prior figuris, & neceſſe eſt vt prima figura ſit in primo corpore, ignis igitur
C *habet figuram pyramidalem neceſſario.*

45 Dicit: Et quidam eorum verificant ſuum ſermonem alia ratione non vera, quãuis ſit ſufficientior prima, dicendo ꝙ, ſi oĩa corpora debẽt eſſe primo compoſita ex ſubtilioribus corporib⁹, & ſunt compoſita ex igne, manifeſtũ eſt ꝙ ignis eſt ſubtilior corporibus cæteris, & ꝙ ẽ prior eis natura. Et etiam, ſi habens figurã priorem oĩbus figuris, ſ. ſphęricam, eſt compoſitum ex corporibus pyramidalibus, manifeſtum eſt ꝙ iſta D
figura eſt ſimplicior, & prior figurarum in natura. Sed Ariſt. induxit duo præcedentia ĩſimul, deĩde duo conſequentia ĩnſimul. & quaſi d. ſi oĩa corpa ſunt cõpoſita ex ſubtilioribus corporibus, & corpora ſunt cõpoſita ex igne, & etiam corpus, qd̃ eſt primum corporum, ſ. ſphæricũ eſt compoſitum ex corporibus pyramidalibus, ꝙ manifeſtum eſt ꝙ ignis eſt ſubtilior cæteris corporibus, & prior eis. & manifeſtum eſt ꝙ figura pyramidalis eſt minimũ corporum, cum ſit elemẽtum eorum. & poteſt intelligi per meliorẽ figu- E
ram figura ſphærica, & figuræ ęqualium ſuperficierũ, & angulorum, ſ. quinq; dictæ in Geometria, q̃ ſũt figuræ elementorum. D.d. neceſſe eſt vt prima figura, &c. i. &, cum manifeſtum ſit ꝙ ignis eſt primũ corporum, & pyramis eſt prima figurarũ, & figura prima debet eſſe in primo corpore, manifeſtũ eſt ꝙ ignis debet hr̃e figuram pyramidalem.
Themiſti⁹ aũt dicit ꝙ ratiocinatio iſtorum, quam reprehendit Ari. eadem eſt cũ rõcinatione, quam ipſe fecit ſuperius in primo lib. in probã- F
do ꝙ motus circularis debet eſſe in corpore cœli. Poſuit. n. ꝙ iſte mot⁹ eſt primus motuum: & corpus cœleſte primũ corporum: ergo primum debet eſſe in primo. Et dico ẽt ꝙ exiſtimatur ꝙ per iſtam eandem declarationem declarauit ipſe figurã cœli. poſuit. n. ꝙ cœlum eſt primũ corporum, & ꝙ figura ſphærica eſt prima figurarũ: & figura prior debet eſſe in corpe priori ergo figura cœli eſt ſphærica. Dicamus nos igit᷑ ꝙ Ariſt. non fundauit hanc demonſtr̃, niſi ſuper hoc, quòd cœlum neceſſe

The. reprehẽdit Ari.

Auer. defendit Ariſt. cõtra Them.

G est vt habeat figuram, inquantum
mouet p se, & inquantũ est aĩal. &,
cũ positum fuerit ipsum hr̃e figurã,
necesse est fm demonstrationem
illam vt sit sphærica. nondum autẽ
declaratũ est de elemẽtis, vtrum ha-
beant figuram, sed ẽt non videntur
habere figuram, vt declarauit, & ẽt
declarabit post Arist.

Alĩ autẽ de figura nihil enun
tiant, subtilissimarum autẽ par-
tium solũ elementum faciũt: de-
inde ex hoc compositio aiũnt fie
ri alia, quemadmodum si ex cõ-
H flata auri arena. V trisq; autẽ ea-
dem accidunt difficilia. Si enim
indiuisibile primum corpus fa-
ciunt, rursus veniẽt prius dictæ
rationes ad eandem hanc sup-
positionem.

*Et quidam aliorum non fece-
runt rememorationem de figura
ignea omnino, sed dixerunt, quòd
ignis est subtilior oĩbus alys corpo
ribus, deinde dicunt, quòd ex com-
positione partium ignis adinuicẽ,
& densitate earum fiunt alia cor*
I *pora. quia naturaliter fuit tumoro
sus ignis, & cũ constringitur fiũt
ex eo alia corpora secundum cõstri
ctionem earum. Dicamus igitur,
quòd accidunt ex istis sermonibus
multa impossibilia difficilia. Quo-
niam, si posuerint primum corpus
partem indiuisibilem, uenient etiã
prædicta inconuenientia in parte
indiuisibili.*

46 Cum dixit, q̃ quidam dicentiũ
ignem esse ẽntũ, dant ei figurã py-
ramidalem, dixitẽt, q̃ quidam non K
dant ei figurã oĩno, & vtiq; conue-
niũt in hoc, quod ignis est subtilior
cæteris corporibus, & q̃ ex diuersita
te cõpositionis partiũ ignis in densi
tate fiũt cætera corpora ex eo. ignis
enim apud eos creatus fuit tumoro
sus nãr, i. remotus in partibus ab in
uicem in vltimo: &, cum illæ partes
constringuntur adinuicẽ, & appro-
pinquant, si parũ, fiet aer, si magis,
fiet aqua, & si plus, fiet terra. Et hoc
intẽdebat, cũ dixit: deinde dñt q̃ ex
cõpositione partiũ ignis, &c. & ser-
mo eius in hoc est intellis p se. & põt
intelligi iste sermo de his, qui dãt fi- L
gurã igni, & põt intelligi sicut dixi-
mus de vtroq;, cũ cõueniant ĩ hoc,
q̃ gñatio fit ex igne p dẽsationem.
Et, cũ d. opiones eorũ in hoc, incœ-
pit cõtradicere eis, & d. Dicamus igi
tur, q̃ accidunt ex istis sermonibus
plura impolia, &c. i. quod, si dixerĩt
q̃ partes primi corporis, quod est
ignis apud eos, quarum constrictio
est cã spissitudinis, sunt partes indi-
uisibiles, contingent eis oĩa impossi-
bilia, contingentia dicentibus partes
esse indiuisibiles, q̃ iam narrauim⁹.

Præterea non contingit hoc
dicere naturaliter volentibus M
consyderare. Si. n. oẽ corpus cor
pori comparabile sit fm quanti
tatem, habent autem sic propor
tionaliter magnitudines, & simi
lium partium ad se inuicem, &
elementorũ, velut omnes aquæ
ad omnem aerem, & elemẽti ad
elementum, sic̃r aũt & in alĩs:
aer autem maior est aqua, & oĩ-
no id, quod est subtiliorum par
tium, eo, quod est crassiorũ: ma
nifestum est q̃ & elemẽtũ aquæ

minus

A minus erit q̃ aeris. Si igitur mi-
nor magnitudo ineſt maiori, di
uisibile vtiq; erit aeris elemen-
tum. sic̃r autem & ipsius ignis,
& omnino subtiliorum.

*Et dicamus modo sermonẽ na-
turalem, quòd impossibile est vt
elementũ sit pars indiuisibilis. &
hoc manifestum est, si perscrutati
fuerint naturaliter de hoc. Quoniã
si hoc fuerit, erit tũc quodlibet cor
pus declinans aliud corpus in quã-
titate, & magnitudine. quoniam*
B *magnitudo partium consimilium
indiuisibilium assimilatur adinui
cem. dico quod magnitudo corporũ
totius aquæ assimilatur magnitu-
dini corporum totius aeris, & si-
militer de cæteris elementis. &
nos non videmus hoc ita, quoniam
aer ẽ maior in magnitudine, quã
aqua. & similiter oẽ corpus subti-
le est maioris magnitudinis corpo-
re grosso. & si ita sit, manifestum
est quod elementum aquæ est mi-
nus elemento aeris. Reuertamur*
C *igitur, & dicamus quod, si magni
tudo minoris elementi est in mag-
nitudine maioris elementi, neces-
sariũ est vt elementum aeris ca-
dat sub diuisione, & similiter ele-
mentũ ignis, & similiter oĩs pars
subtilis recipit diuisionẽ. declaratũ
est igitur quod elementum ignis
recipit diuisionem necessario.*

Cum dixit, q̃ dicentes ignem esse
47 elementũ, & q̃ gñatio ex eo fit fm

densitatẽ, continget ei vt sit compo- D
situs ex pluribus partibus in quanti-
tate, & q̃ illæ partes sunt elemẽtum,
quapropter sermo eorum est simi-
lis sermoni dicentium partes esse in
diuisibiles. &, si dixerint, q̃ illæ par-
tes sunt indiuisibiles, tunc continget
eis omne impole, quod dictum est ĩ
hoc libro, & in Physicis. incœpit ẽt
hic dicere aliud impole, quod con-
tingit eis, & est contradictio Natu-
ralis, non Doctrinalis, & dixit: Et di
camus modo sermonem naturalẽ,
q̃ impole est, &c. i. demonstremus
modo rationem naturalem, ex qua
apparet q̃ impole est vt ignis sit cõ- E
positus ex partibus indiuisibilibus.
D. d. & hoc manifestum est, si pscru
tati fuerĩt naturaliter de hoc. i. & ma
nifestum est q̃ est impole ei, qui na
turaliter voluerit pscrutari de hoc,
s. cum consyderauerit in modo trãs
mutationis entorũ adinuicẽ. D. in-
cœpit dicere illum modũ, & d. Qm̃,
si hoc fuerit, erit tunc quodlibet cor
pus declinans, &c. i. dicamus igit̃ q̃,
si corpa simplicia, q̃ sunt aqua, ignis
aer, & terra, fuerĩt composita ex par
tibus ĩdiuisibilibus, necesse est vt q̃li
bet pars alicuius eorum, q̃ generan-
tur ab aliqua parte alterius, sit æqua F
lis ei in magnitudine, & quantitate,
neq; maior, neq; minor. v. g. q̃, cum
pars aeris sit ex parte aquæ, necesse
est vt pars aeris sit æqualis parti aq̃,
& sic̃r de alijs. D. d. cãm in hoc, & d.
qm̃ magnitudo partiũ, &c. i. & hoc
necesse est, qm̃ partes, q̃ sunt in par
te elementi, a qua generatio est, & in
parte generata alterius elemẽti sunt
æquales in quantitate, & in nume-
ro, & in specie. & hoc intendebat, cũ
d. assimilatur adinuicem, i. in nume
ro, & in quantitate, & forma: quapp

G necesse est vt generatum, & illud, a quo est generatum, sint æqualia, cũ vtrunq; sit compositum ex partib⁹ æqualibus in numero, & magnitudine, & specie, & non illic sit vacuum. Et, cum dixit ꝙ necesse ẽ vt magnitudo corporum simpliciũ sit æqualis, dixit: & nos nõ videmus hoc ita, qm̃ aer est maior aqua & hoc, quod dixit de elementis, est manifestum. videmus. n. ꝙ, cum partes elementi spissioris transmutent in elementũ subtilius, fient maioris corporis. D. d. &, si ita sit, manifestum est, &c. i. quia magnitudo aquæ ẽ minor ma
H gnitudine aeris: & elementa, q̃ sunt in eis, sunt æqualia numero, consimilia in forma: & vacuum non est inter has partes, ex quibus componunt hæc corpora: necesse est vt partes, quæ sunt in corpore subtiliori, sint maiores eis, quæ sunt in spissiori. Et, cum posuit hoc, dixit: Reuertamur igit, & dicamus, &c. i. dicam⁹ igitur ꝙ continget ex hoc ꝙ partes, quæ sunt in corpore subtiliori, diuidantur in partes, quæ sunt in spissiori: cum quantitas partis minoris sit in parte maiori, s. quia minor partium illarum est pars maioris. Et vi
I detur mihi ꝙ intendat ꝙ, cum elementum alteretur in elementum, continget vt illæ partes alterent ex magnitudine in paruitatem, si subtile alteretur in spissum, & ex paruitate in magnitudinem, si econuerso. Deinde d. & similiter omnis pars subtilis recipit diuisionem, idest & omne corpus subtile constat ex partib⁹ indiuisibilibus. Deinde d. declaratum est igitur, ꝙ elementum ignis recipit diuisionẽ necessario. & quasi intendit per hoc dicere, ꝙ cõtingit eis dicere, vt ignis, qui est elementum, habeat elementum, s. partes, ex K
quibus componitur, & illæ partes etiam habeant elementa, cum recipiant diuisionem. & vniuersaliter, si dixerint ꝙ illæ partes sunt diuisibiles, continget eis vt elementa sint infinita. diuisio enim in magnitudinibus est infinita. Et vniuersaliter qui dixerint, ꝙ elementum est vnũ corpus, non possunt euadere a dicendo partes eẽ. quoniam impossibile est vt corpus fiat a corpore, nisi secundum alterum istorum duorũ modorum, aut compositione, aut complexione: sed impossibile est vt corpus fiat a corpore vno secundum cõ L
plexionem: relinquitur ergo fm cõpositionem. Et, cum factum fuerit per cõpositionem, necesse est vt corpus, ex quo corpus compositum sit, diuidat in partes, in quibus fiet magnitudo propter compositionẽ aliarum partium. & hoc est manifesti⁹ de hoc, quod apparet ex suo sermone. Themistius autẽ exposuit hũc Expõ The.
locum sic. ꝙ, si partes, ex quibus elementa componuntur, cum positæ fuerint consimiles in paruitate tm̃, s. vt sint indiuisibiles, continget ex hoc vt quãtitates corporum simplicium sint æquales, &, cum videãtur M
inæquales, continget vt subtile eorum sit ex partibus maioribus, s. vt non sint consimiles in paruitate. Et ipse opponit huic, dicendo ꝙ nõ cõ- The. contradicit
tingit vt quantitates eorũ sint æqua Arist.
les, nisi cum partes eorum non solũ modo fuerint æquales in paruitate, sed in numero. Et similiter, si hæc corpora simplicia fuerint posita diuersa in magnitudine, non contingit vt ptes corporis subtilis sint ma- Auer. defensio p
iores, nisi numerus fuerit æqualis. Arist. cõtra The.
Nos autem dicimus ꝙ ex generatio
ne

A ne vnius istorum corporum ex altero continget vt illæ partes sint ī eis eædem numero. Si igitur generatũ, & illud, ex quo generat, non fuerint æqualia in magnitudine, continget necessario vt partes subtilis corporis sint maiores, cum fuerīt equales in numero partibus corporis spissioris, s. minoris quantitatis. & totum hoc non contingit eis, nisi quia concedunt vacuum esse impossibile.

Si vero diuisibile sit, ꝝs quidem, qui figurant ignẽ, accidet ignis partem non esse ignem, p-
B pterea ꝙ nõ componit pyramis ex pyramidibus. Præterea non omne corpus esse aut elementũ, aut ex elementis. pars enī ignis, neq; ignis est, neq; alterum elementum vllum.

Et contradicamus eis, qui figurant ignem, & dicunt quòd ignis est elementum, quia est figuratus prima figura, & dicamus quòd, si ignis est elementum, quia figuratus est prima figura, s. pyramidali, & illa figura non est composita
C *ex multis figuris pyramidalibus, continget eis ex hoc sermone vt nõ sit omne corpus, aut elementũ, aut generatum ex elemento. corpus. n. ignis non est ignis, neq; aliud elementum omnino.*

48 Cum contradixit dicẽtibus ignẽ esse elementum, inquãtum est subtilissimum oĩum corporum, īcœpit contradicere ponentibus ignem eẽ elementũ, quia habet figuram, quæ est elementum figurarũ, s. pyramidalem, & dixit: Et contradicam⁹ eis, &c. i. & contradicamus ponentibus D
igni figuram pyramidalem, & dicẽtibus ipsum esse elementum corporum, & primum eorũ, quia habet figuram primam. qm̃, sicut primum corpus habet primam figuram, ita etiam quod habet primam figurã, est primum corpus. D. incœpit contradicere eis, & dixit: & dicamus ꝙ, si ignis est elementum, i. ꝙ, si ignis, inquantum est ignis, habet primam figuram, s. pyramidalem, & iam declaratũ est a Geometris ꝙ pyramis nõ diuiditur primo in Pyramides, necesse est vt pars pyramidis, quæ est non pyramidalis, non sit ignis, E
cum omnis ignis habeat apud eos figuram pyramidalem: & sic erit quę dam pars ignis, non ignis: quod est impossibile: ergo ignis nõ habet figuram pyramidalem per se. &, cum non habeat figuram pyramidalem per se, dignius est vt nõ sit causa ei⁹, ꝙ sit elementum. Et ex hoc apparet destructio sermonis cõuertentium hanc propositionem, qui dant igni figuram pyramidalem, quia est elementum corporum. D. d. neq; aliud elementum omnino. i. ꝙ pars ignis, quæ est nõ pyramidalis, impossẽ est dici in eo ipsum esse elemẽtum, aut F
ex elemẽto. quòd autem non sit elementum, est, quia elementum apud eos est ignis, quia habet figuram pyramidalem. ꝙ vero non sit ex elemento est, quia apud eos non componitur ex igne.

Iis vero, qui magnitudine determinant prius aliquid elemento elementum esse, & hoc in infinitũ abire, si oẽ corp⁹ diuisibile sit, & quod minimarum est partium elementum.

G *Et contradicamus etiam dicentibus quòd elementum eſt vnum corpus ſubtile. Accidit enim ex hoc vt ante elementum ſit aliud elementum, & ante illud aliud, & ſic in infinitū: & illud corpus, ſ. elementum, eſt diuiſibile, & minimum corpus diuiſibile eſt elementum ex ſpiſſo.*

49 Vult contradicere dicentibus ꝙ corpus, quod eſt ſubtiliſſimū corporum, eſt tm̄ elementū, cōtinget. n. eis vt ante elementū ſit elementū. qm̄, H cum apud eos corpus, quod eſt ſubtiliſſimū corporū, componat̄ ex partibus minoribus oībus partibus, ex quibus oīa corpora componunt̄ & oē minus ſe hēt minus ſe, cum diuiſio procedat in infinitum, & ſubtilitas eſt cauſa eſſe aliquod corpus elemētū, & cauſa ſubtilitatis eſt parui tas partium, & paruitas partiū procedit in infinitum, ergo ſubtilitas ꝙ cedit in infinitum. &, quia ſubtilitas eſt cauſa eſſe aliquod corpus elemtū, ergo corpora ſubtilia, q̄ ſunt elēta, ſunt infinita, & dixit: Et contradicamus ēt dicentibus, &c. iſte ſermo, ſm I ꝙ apparet, eſt vīs dicentibus elemētum eſſe ſubtiliſſimū corporum, ſiue ignē, ſiue aliud. D.d. Accidit. n. ex hoc, &c.i. &, cum dixit hoc, quod contingit huic poſitioni, dedit cām in hoc, & d. & illud corpus, ſ. elementum, eſt diuiſibile, &c.i. & contingit eis hoc, quia ponunt corpora, ex q̄bus corpus ſubtile, quod eſt elementū apud eos, cōponi, eē diuiſibilia. & ponunt corpus minus, ſ. ſubtili⁹, quod eſt minorū partium, q̄ illud, quod eſt maiorum partium, elēntū corporis ſpiſſi, ſ. maiorū partiū. Et d. hoc, quia ex iſtis duabus propoſi- K tionibus contingit eis vt elementa ſint infinita. quarum Vna eſt, ꝙ corpus ſubtile, quod eſt elementū, componitur ex partibus diuiſibilibus: quapropter fit ex eis corpus ſubtili⁹ ſubtili poſito elemento. & Secunda eſt, ꝙ ſubtilius eſt elementum ſpiſſioris. Cum ergo poſuerimus ꝙ oē ſubtile habet ſubtili⁹ ſe, & quod ſubtile eſt elementum ſpiſſo, continget vt elementa, procedant in infinitū. Propoſitio autem dicens ꝙ ſubtile eſt elementum ſpiſſo eſt poſita ab eis. Propoſitio autem dicens ꝙ omne corpus ſubtile habet ſubtilius ſe, L licet non ſit poſita ab eis, tm̄ ſequit̄ ex ſermone eorum, cū ſubtile cōponat̄ ex partibus minoribus, & ꝙ oīs pars parua diuidit̄ ſm eos in minorem. ſequit̄. n. ex hoc vt omne corp⁹ ſubtile habeat ſubtilius ſe.

Præterea & his etiam accidit dicere ꝙ idem ad hoc quidem ignis ē, ad aliud vero aer, & rurſus terra, & aqua.

Et contradicamus etiam eis, dicendo quòd contingit eis etiam idē dicere in reſpectu quorundam eſſe M *ignem, & in reſpectu quorundā aerem, & ſimiliter aquā, & terrā.*

Hoc, quod dixit, eſt manifeſtū. 50 qm̄, cum poſuerint differentias elementorū, quibus differunt, raritatē, & denſitatem ſm magis, & minus, & ignis non differt ab aere, niſi ſm ꝓportionem terminatam inter eos in raritate, & denſitate, manifeſtum eſt quòd, ſi poſitum fuerit aliud corpus, cuius proportio in ſubtilitate ad ignem ſit, ſicut proportio ſubtilitatis ignis ad aerem, neceſſe eſt

vt

A vt illud corpus ſit in reſpectu ignis ad ignis, & ignis in reſpectu illius aer, & aqua in reſpectu illius aer, & terra aqua. quod eſt impoſſe. & totū hoc accidit, quia dr̄ias illorum ponunt ex capitulo quantitatis relatiuæ.

Magnū, et paruū sūt ꝺ capſo relatiuæ qti tis.

Commune autē ēs omnibus peccatū eſt, qui vnum elementū ſupponunt, vnum ſolum motū facere naturalem, & omniū eundem. Videm⁹ enim oē naturale corpus mot⁹ habere principiū. Si igitur omnia corpora vnum quid ſunt, omniū vtiq; erit unus B motus. & eodem neceſſariū eſt, quanto quidē maiora fiunt, mouери magis, quemadmodum & ignis, quanto quidē vtiq; maior fit, fertur velocius ſurſum ſua ip ſius latione. accidit autē multa deorſum ferri velocius. Quare, & pp̄ hęc, & præterea, qm̄ determinatū eſt prius ꝙ plures ſunt naturales mot⁹, manifeſtū eſt ꝙ impoſſe eſt vnum eſſe elementū.

Dicamus igitur vniuerſaliter, quòd oēs dicentes elementum eſſe C *vnum peccāt manifeſte, vnū enim motū ponunt tantum naturalem, & in omnibus corporibus. ſed contrariū videtur. Videmus enī quòd oē corpus naturale habet principiū motus naturalis. Si igitur oīa corpora fuerint eadem, omnia habebunt eundem motum. & quanto magis corpus fuerit maius, tanto iſte motus erit fortior. V.g. quanto magis ignis erit maior, tanto erit velocius motus ad ſuperius. & nos videmus multa corpora moueri ad inferius velociter. Propter has igitur rationes, & propter ea, quæ determinauimus ſuperius, dicimus quòd motus naturales ſunt plures, & quòd impoſſibile eſt vnum tantum eſſe elementum.* D

Hæc eſt contradictio vīs oībus 51 dicentibus elementū eſſe vnū corporum quatuor. Et ideo dixit: Dicamus igitur vīr, &c. D.d. vnū enim motum, &c. & hoc, quod dixit, manifeſtum eſt. qm̄, cum nullū corpus inueniat̄, niſi ſit elementū, aut ex ele E mento, & corpus, quod eſt cōpoſitū ex elemento, impoſſe eſt vt habeat motū naturalē, niſi motū elementi, & præcipue cū compoſitum non differt ab elemento, niſi quantitate.

Et, cū dixit neceſſe eſt eis dicere ꝙ oīa corpora ſimplicia, & compoſita habent eundem motū, dixit: ſed cōtrarium videt̄. Videmus enim, &c.i. videmus enim plures vno motu in corporibus naturalibus. ex quo veri ficandum eſt præciſe ꝙ in oī corpore naturali ſimplici eſt principiū alicuius motus naturalis ſimplicis, & ꝙ neceſſe eſt vt numerus corporū ſim plicium ſit ſm numerum motuum ſimpliciū: quia numerus motuum conſequitur numerū ſuorū principiorum. D.d. Si igitur oīa corpora fuerint eadem, habebunt eundē motum. i. ſi elementū ſit vnum, erit elementum, & ea, quæ componunt̄ ex elēnto eiuſdem nature, & ſic corpora non habebunt, niſi eundem motū: ſed habent plures: ergo elementum nō eſt vnū. & addit in ſuo ſermone, & quanto corpus fuerit maius, &c. ne aliquis dicat ꝙ mot⁹ naturalis eſt

Cōpoſitū nō dīr ab elēnto, niſi ꝗtitate. vide oppoſitū. 7. Met. t. c. vlt. & 1. de Aīa 77. cō. & 1. Me. c. 12. Vide cōtr. Zim. F

vnus,

G vnus & idem, & eſt qui exiſtit in elemento, ſed violenti ſunt plures. & quaſi d. rñdendo ꝙ motus naturales ſunt plures vno. & ſignū eius eſt, quia nos videmus ignē, & aerē moueri ad ſuperius, & aquā, & terrā ad inferius, & quanto magis fuerit motus maioris corpis, tanto magis erit velocioris motus, & hoc demōſtrat ꝙ iſti motus non ſunt violenti. D.d. Propter has igit' rationes, &c. & ſermo eius eſt intellectus per ſe.

SVMMA SEXTA.

Generationem in ſimplicibus eſſe corporibus, elementis ſcilicet, & hoc ſecundum partes, ſecundum totum autem minime.

H

Vm aūt neq; infinita ſint, neq; vnū, neceſſe eſt plura eſſe, atq; finita. Conſyderandū autem eſt primū, vtrum ſempiterna ſint, an generata corrūpanť. hoc enim oſtenſo, manifeſtū erit & quot, & qualia ſint. Sempiterna igitur eſſe eſt impoſſibile. videmus enim & ignem, & aquā, & vnumquodq; ſimpliciū corI porum diſſolui. Neceſſe eſt autē
§ aut infinitam eſſe, aut ſtare diſſolutionē. Si igitur infinita ſit, erit & tempꝰ diſſolutionis infinitū, & rurſus compoſitionis. vnaquæq; enim partium in alio tpe diſſoluitur, & componiť. quare accidet extra infinitum tempus aliud eſſe infinitum, cum tempꝰ compoſitionis infinitum ſit, & inſuper prius hoc, quod diſſolutionis, ita, vt extra infinitū fiat infinitū, quod quidē eſt impoſſ.

Si autem ſtabit alicubi diſſolutio, aut indiuiſibile erit corpus, K
in quo ſtatur: aut diuiſibile quidem, nō tñ vnquam diuidetur, quemadmodum videtur Empedocles velle dicere. Indiuiſibile igitur non erit, propter prius dictas rōnes. Verū neq; diuiſibile quidē erit, nunquā autem diſſoluendum. minus enim corpus facilius corruptibile eſt maiore. Si igitur & maius corrūpitur ſm hanc corruptionē, vt diſſoluaťr minora, adhue quod minꝰ eſt, L
hoc pati magis eſt rationabile. Duobus aūt modis videmꝰ corrumpi ignē. nam & à contrario corrumpitur extinctus, & ipſe à ſeipſo marceſcēs. hoc aūt patiť minor à maiore, & tāto velociꝰ, quāto vtiq; fuerit minor. quare neceſſe eſt corruptibilia, & generabilia eſſe elementa corporum.

Dicamus igitur quòd, cum elementa nō ſint infinita, neq; vnum, neceſſario ſunt plura, & finita. Volumus aūt modo perſcrutari primo M
vtrum elemēta ſint æterna, aut generabilia, & corruptibilia. quoniā, cum hoc declaratum fuerit, declarabitur nobis numerus eorum, & natura. Dicamus igitur, quòd impoßibile eſt vt elementa ſint æterna. Videmus enim ignē, & aquā, & oē corpus ſimplex diſſolui, & tī āſmutari. Sed diſſolutio aut erit in infinitū, aut ceſſabit neceſſario. ſi aūt diſſolutio fuerit infinita, tem

pus

A *pus diſſolutionis etiam erit infinitum, & etiā tempus compoſitionis erit infinitum. quia omnis pars elementi diſſoluitur in alio tempore. accidet igitur ex hoc ſermone vt aliud tempus ſit extra tempus infinitum, dico tempus cōpoſitionis infinitum. manifeſtū eſt igitur quòd, ſi ita ſit, neceſſe eſt vt aliud tēpus infinitū ſit extra tempus infinitū. quod eſt impoßibile. Si vero diſſolutio ceſſauerit, & ſteterit, ſ. diſſolu-*
B *tio elemēti in aliquo loco eius, illud corpus aut erit diuiſibile, aut non, ſed non corruptibile, vt dicit Empedocles. Impoßibile aūt eſt vt ſit indiuiſibile, propter rōnes, quas prius diximus. Et etiā eſt impoßibile vt ſit diuiſibile, ſine augmēto, & ſine diminutione. corpus enim minus eſt velocioris diſſolutionis, & corruptionis, quàm maius. Si igitur & corpus maius corrumpitur hac corruptione, ſ. diſſolutione in aliud cor-*
C *pus minus, dignius eſt vt minus recipiat magis diſſolutionem, & corruptionem. Videmus quidem ignē corrūpi duobus modis, aut à contrario, aut vt extinguatur per ſe. minus aūt dignius eſt corrumpi à contrario maiori, & quāto magis fuerit minus, tanto magis erit facilioris corruptiōis. declaratū eſt igitur quod elementa corporū ſunt generabilia, & corruptibilia omnino.*

Vult in hoc capitulo declarare ꝙ 52
nullum corporū ſimplicium, q̄ ſunt D
eſſnta corporum rerū compoſitarū, eſt æternū, ingenerabile, & incorruptibile, ſed ſunt generabilia, & corruptibilia ſm oēs partes, ſiue generatio elementorū adinuicem, & compoſitorum ex eis fuerit ſm diuiſionem, aut tranſmutationē in ſubſtantia. qm̄, cum declaratum fuerit, ꝙ nulla pars relinquaťr ex eis, quę nō recipiat generationē, & corruptionem, contingit neceſſario vt generatio, & corruptio eoꝝ ſit tranſmutatio in ſubſtantia, non in quantitate. & ideo dixit, ꝙ ex iſta perſcrutatione poſſu- E
mus ſcire naturas eoꝝ. Et incœpit, & dixit: Dicamus, &c. i &, cū hoc declaratū ſit, inquiramus vtrū ſint ęterna, &c. D.d. qm̄, cum hoc declaratū fuerit, &c. i. ꝙ ex iſta perſcrutatione poterit declarari nnmerus eorum. qm̄ elementa ſunt corpora ſimplicia: & in hoc oēs conueniunt. corporum autem ſimplicium, vt dictum eſt, quædam ſunt æterna, & quędam generabilia, & corruptibilia. &, cum declaratum fuerit ꝙ elementa non ſunt ęterna, oportet quærere numerum elementorū in corporibus ſimplicibus generabilibus, & corruptibi F
libus. in hoc igitur eſt iuuamen in hac perſcrutatione in ſciendo numerum, * & Deus ſcit. Et etiam iſta ex perſcrutatione poteſt ſcire naturas eorum. quoniam, cum declarauerit ꝙ nulla pars relinquatur, quæ non ſit generabilis, & corruptibilis, apparebit ꝙ generatio, & corruptio ſit tranſmutatio in ſubſtantia, non in quantitate. quoniā, ſi fuerit tranſmutatio in quantitate, ſcilicet in diuiſione per quantitatem, neceſſario contiget vnum iſtorum duorum modorū,

* Deus ſcit neceſſārio eſſntoꝝ, ex quo aliq accipiunt Deū curare inferiora.

G modoꝝ, aut vt compoſitū diſſoluat in infinitum, aut vt diſſoluat in partes īdiuiſibiles, vt poſt apparebit ex Ariſt. Et, cum dedit vtilitatē iſtius perſcrutationis, incœpit dicere: Dicamus igit᷑ ꝙ impoſſe eſt vt elementa, &c. i. manifeſtū eſt ꝙ impoſſe eſt vt aliquis dicat ꝙ quatuor elementa ſunt ingenerabilia, & incorruptibilia ſm partem, cum hoc viſum ſit, Quod aūt poteſt eſſe dubiū eſt, vtrū pars, quæ vī, corrumpatur in oībus partibus, aut in quibuſdam. & ideo dixit: Sed diſſolutio aut erit in infinitū, aut ceſſabit neceſſario. i. ſed diſ-
H ſolutio, & corruptio, quæ apparēt in parte corrupta, aut procedunt in infinitū, aut ceſſabunt apud partes nō corruptibiles. Et debes ſcire, ꝙ iſte ſermo eſt vlis dicētib⁹ ꝙ corruptio ſit p diſſolutionem cōpoſiti in corpora diuerſa ſm formā, aut in parte diuerſa ſm quātitatem. adhuc enim non eſt declaratū vtrum tranſmutatio in elementis ſit tranſmutatio ſm qualitatem, aut ſm quantitatē. Et, cū poſuit, ꝙ iſta tranſmutatio, & corruptio, quæ vī in parte elementorū, aut eſt diſſolutio in partes, & illæ in alias, & ſic in infinitum, aut ceſſabit
I apud partes, quæ non diſſoluuntur oīno, aut diſſoluūtur ſm totum, ita, ꝙ diſſolutio terminabit᷑ in illa parte elemēti, quæ vī diſſolui, & d. ꝙ diſſolutio fit duob⁹ modis, diſſolutio, ſ. in infinitum, & diſſolutio, ſ. in aliquod indiſſolubile: vt, cū deſtruxerit iſtos duos modos, relinquat᷑ tertius. ¶ Et incœpit primo deſtruere ꝙ diſſolutio impoſſe eſt vt ſit in infinitum, & d. Si aūt diſſolutio fuerit infinita, &c. & intendit p compoſitionē temp⁹ generationis. & neceſſe eſt, ſi tps diſſolutionis fuerit poſitū in infinitum, vt tempus cōpoſitionis ſit in infinitum, quia vī ꝙ corruptio partis alicuius eoꝝ ſit generatio partis alterius, & ꝙ corruptio partis aeris ſit generatio partis aquæ, cum nihil corrumpat᷑ in nihil, & nihil generet᷑ ex nihilo, & neceſſe eſt, cum diſſolutio fuerit infinita vt diſſolutionis tē pus ſit infinitū. quia, cum diſſolutio fuerit infinita, & eſt motus, tps eius erit infinitū. D. d. quia oīs pars elementi diſſoluit᷑ in alio tpe. i. illud, quod corrumpitur, corrumpitur in alio tpe ab eo, in quo generatur, ſ. ꝙ illud, de quo dī ꝙ iam corruptū eſt, poſtq̄ fuit. In translatione aūt Alfagere ſcriptū eſt, ꝙ omnis pars elementi corrumpit᷑ in tpe, & generat᷑ ī alio. & hoc nō indiget expoſitiōe.

Nihil corrūpit᷑ ī nihil, & nihil gñat᷑ ex nihilo. Idē 1. Phy. 34.

L Et, cum poſuit ꝙ tps corruptionis eſt aliud à tpe generationis, induxit impoſſe, quod ſequitur à poſitione iſtorū duorum temporum infinitorum, & d. accidet igit᷑ ex hoc vt aliud tempus ſit, &c. i. &, cum tps compoſitionis ſit ante tempus corruptionis rei, & tps corruptionis rei eſt infinitum, cōtinget vt ante tps corruptionis, quod eſt infinitum, ſit tēpus infinitum, quod eſt tps generationis illius rei corruptę. D. d. manifeſtum
M eſt igitur ꝙ, ſi ita ſit, &c. i. inuenire duo tempora, quorū vtrunq; ſit infinitum, & infinitum, inquantū eſt infinitum: impoſſe eſt vt extra ipſum inueniatur aliquid: qm̄ illud, extra quod inueni᷑ aliquid, non eſt infinitum in illa parte. Hæc eſt igit᷑ intentio ſui ſermonis. & intendit p temp⁹ extrinſecū tempus generationis, & p tempus, extra quod nō inuenitur hoc, tps corruptionis. Et debes ſcire ꝙ non eſt poſſe inuenire tempus infinitum extra tempus infinitum.

Digreſſio, q̄ oſtēdit᷑, vtrū poſſe ſit īuenire tps infinitū extra infinitum.

hæc

A hæc enim eſt diſpoſitio tpis præteriti cū futuro, ſ. quia tempus præteritum eſt extra futurū, & vtrunq; eſt infinitum. ſed non eſt poſſe tempus infinitum eſſe extra tēpus infinitū, niſi inquantum ponit᷑ tempus infinitum in vno duorū extremorū. & hæc eſt diſpō temporis præteriti cū futuro. ponere aūt tempus infinitū extra tempus infinitū in extremitate, in qua eſt infinitum, eſt impoſſe.

Et hoc ſequit᷑ hanc poſitionē. qm̄, cum poſitū fuerit tēpus generationis eſſe infinitū, & extra ipſum fuerit poſitū tempus corruptionis, tunc
B extra infinitū eſt poſitū aliquid ex parte, ex qua eſt infinitū. Et apparet hoc, cū fuerit tempus conſyderatum ſm eſſe vnius entis. quod enim ē impoſſe in hoc modo imaginationis, eſt inuenire tempus habens eſſe vnius entis infiniti, & ꝙ extra ipſum ſit tempus. qm̄ illud, quod habet naturam vt inueniatur p tempus infinitum, habet potentiā, qua agit, aut patitur actione, aut paſſiōe infinita. &, cū ita ſit, neceſſe eſt vt extra tempus actionis, aut paſſionis iſtius potentiæ nō ſit tempus oīno. qm̄, ſi extra tempus actionis eſſet tēpus, non
C eſſet infinita potētia. Potentia enim infinita eſt, ſ. ꝙ non diuidit᷑, neq; in uenitur extra ipſam alia potentia infinita, ſ. ꝙ non diuidit᷑ in duo, ita, ꝙ vtrūq; ſit infinitum. qm̄ non inuenitur potentia infinita maior, q̄ potentia infinita. & hoc manifeſtū eſt in potentia, inquantū non habet extrema, neq; inquantū eſt quantitas. cum vero accipit᷑ inquantum eſt in habēti extrema, ſ. tpe, tunc exiſtimatur ꝙ poſſibile eſt vt actio eius diuidatur p duo tpa, quorum vtrunq; ſit infinitū. Et ex hoc exiſtimauit

D Plato mutauit idolū tpis ad idolū potentię.

Plato ꝙ poſſe eſt aliquid eſſe generatum, non corruptibile, & aliquid nō generabile corruptū in poſtremo. mutauit enim idolum tpis ad idolum potentiæ. & hoc totū declaratū eſt in fine iſtius primi libri. Sed, ſi hoc impoſſe eſſet, quod intendebat, non eſſet manifeſtū, niſi p illud, q̄d declaratum fuit in fine primi tractatus. & manifeſtatio ſui ſermonis ē, ꝙ impoſſe, quod poſuit hic, manifeſtum eſt p ſe. Et, cū deſtruxit ꝙ corruptio ſtet in re corrupta, & nō corrumpatur ſm totum, d. Si vero diſſolutio ceſſauerit, & ſteterit, &c. i. ſi
E vero corruptio ſteterit in re corrupta, quæ eſt corpus ſimplex apud ali quod non corruptibile, illud, apud quod ſtabit, aut eſt corp⁹ diuiſibile, aut indiuiſibile. & intendit p elemētum vnā partem quatuor corporū, quæ vī corrumpi quò ad ſenſum.

Et cum dixit hoc, & apud Empedoclem non corrumpunt᷑ hæc elementa adinuicē, quāuis ſint diuiſibiles, dixit: ſed non corruptibile, ſicut dixit Empedocles. Et dixit hoc, qm̄, cū corruptio peruenerit ad partē indiuiſibilem, impoſſe erit ponere eam corruptibilem. cum aūt dixerim⁹ ꝙ
F peruenit ad corpus diuiſibile, tūc ponemus corp⁹ diuiſibile, quod impoſſibile eſt vt recipiat diuiſionem, vt Empedocles dixit in totis elemētis. & fuit neceſſariū dicētibus ꝙ partes elementoꝝ ſunt diuiſibiles, non corruptibiles ꝙ non ſūt elemēta, ſicut ſermo Empedoclis in eis eſt. Empedocles enim dicit ꝙ partes elemētorum ſunt non corruptibiles, tñ non ponit partes elementoꝝ elemēta eis. nulla enim dīa eſt inter eos, niſi q̄a apud Empedoclē nulla pars elementorum corrumpit᷑, dicens aūt hanc

opinionē

G opinionem ponit aliam partem elementi corruptibilem,& aliam incorruptibilem: & ideo contingit illud, quod contingit Empedocli. Et, cũ terminauit ſermonem in iſtis duabus diuiſionibus, incœpit deſtruere eas, & d. impoſſibile eſt autem vt ſit indiuiſibile. ideſt illud, ad quod peruenit diſſolutio. Deinde dicit, cauſam in hoc,& d. propter rõnes, quas prius diximus, ideſt propter impoſſibilia. quæ cõtingunt dicẽtibus partem eſſe indiuiſibilem. Deinde incœpit deſtruere modum ſecũdum, ſcilicet vt corruptio pueniat ad par-
H tem non corruptibilem, ſed diuiſibilem, & d. Et etiam impoſſibile eſt vt ſit diuiſibile ſine augmento, & ſine diminutione. ideſt & impoſſibile ẽ vt illud corpus, ad quod corruptio peruenit, ſit diuiſibile, & non generabile, neque corruptibile. & hoc intendebat, cum d. ſine augmẽto, & diminutione. Deĩde dicit cauſam in hoc, & dixit: corpus enim min⁹, &c. ideſt & neceſſe eſt vt illud corp⁹, ad quod corruptio peruenit, & diſſolutio, ſit corruptibile: nam pars minor eſt facilioris corruptionis, q̃ maior.

Deinde dicit. Si igitur & corp⁹ ma-
I ius corrumpit᷑ hac corruptione, &c. ideſt, ſi poſuerimus quòd corruptio rei peruenit ad aliquã partem eius, & poſuerimus quòd pars minor ſit facilioris corruptionis quàm maior, contingit ex hoc vt illa pars recipiat corruptionem in modo, ſecundum quem recipit totum, immo dignius eſt ſic illud, quod poſitum fuit incorruptibile, eſſe corruptibile. & ſic procedet in infinitum. & iam declaratum eſt hoc eſſe impoſſibile. Et, quia poſitũ fuit in hac ratione, quòd minus eſt facilioris corruptionis quàm maius, incœpit verificare K
hoc, & d. Videmus quidem ignem corrumpi duobus modis, &c. ideſt ex ſenſu, & inductione poſſumus verificare propoſitionem, dicentem ꝙ minus eſt facilioris corruptionis q̃ maius. verbi gratia, quia ignis corrumpitur duobus modis, aut ex ſe, aut ex ſuo contrario, & in vtroq; videmus ꝙ ignis paruus eſt facilioris corruptionis quàm magnus. videmus enim quòd ignis paruus recipit citius corruptionem, quàm ſuũ contrarium, quod eſt magnum, à ſuo contrario, quod eſt maius eis. & hoc intendebat, cum dixit: minus L
enim dignius eſt corrumpi à ſuo cõtrario maiori. & diſpoſuit contrarium per maius, quia ex hoc modo corrumpitur, ſcilicet inquãtum eſt maius. Et intendit per hoc, quod dixit quod ignis extinguitur ex ſe, ideſt extinguitur per defectum materiæ, in qua retinetur. & ſecundum rei veritatẽ corruptio eius propter conſumptionem materiæ eſt etiam ex contrario, ſed modo accidentali, cum contrarium non poteſt corrũpere ipſum, dum habuerit materiã cõuenientem ſibi. & dixit hoc, quia nihil corrumpitur per ſe in rei veritate, ſicut nihil generatur p ſe in rei veritate. Et, cum compleuit declarationem, quam intendebat, fecit rememorationem de hoc, & d. declaratum eſt igitur, &c. ideſt declaratũ eſt igitur quòd omnis pars elementorum recipit generationem, & corruptionem in omnibus partibus. & hoc demonſtrat eas eſſe compoſitas ex materia, & forma, & quòd generatio, & corruptio in eis eſt in forma, vt declaratum erit in alio loco.

Nihil corrũpit᷑, niſi à ſuo maiori. Docuũ.

Corruptio ignis pp cõſumptionẽ mãæ ẽ ét a contrario, ſed modo accidentali. M

Summa

SVMMA SEPTIMA.

Elementorum generationem nec ex non corpore, nec ex alio corpore, ſed ex alterutris eſſe docens.

A

Voniam autẽ generabilia ſunt, aut ex nõ corpore, aut ex corpore erit generatio. &, ſi ex corpore, aut ex alio, aut ex ſeinuicem.

Dicamus igitur quòd, cum elementa ſint generabilia, & corruptibilia, neceſſe ẽ vt ſint aut à nullo corpore, aut ex corpore. & ſi fue-
B *rint ex corpore, aut erunt ex alio corpore ab eis, aut ex ſeinuicem.*

53 Quia hoc, quod videtur ſenſu, de generatione iſtorũ elementorũ abinuicem, non eſt ſufficiens, vt exiſtimat᷑ in habendo certitudinem in generatione eorũ abinuicẽ eſſentialiter, incœpit perſcrutari de hoc. qm̃ quẽadmodũ hoc, quod vr̃ ſenſu de corruptione eor̃, non eſt ſufficiẽs in certificatione, ꝙ illud, quod corrũpit᷑, corrumpitur ſm oẽs partes, ita eſt hoc, quod vr̃ ſenſu de generatione eor̃ adinuicem, ſ. ꝙ nõ eſt ſufficiens
C de certificatione in hoc. & ideo, cum perſcrutatus fuerit de prima intentione, & declarauerit ꝙ illud, qđ corrumpit᷑ ex eis, corrumpit᷑ ſm oẽs partes, & ſiſ illud, quod generat᷑, incœpit perſcrutari de ſecũda intẽtione, & eſt vtrum generent᷑ abinuicem eſſentialiter, aut non, & d. Dicamus igitur ꝙ, cũ elementa, &c. i. &, cũ verificatum ſit ꝙ elementa ſunt generabilia, & corruptibilia ſm oẽs partes, neceſſe eſt vt generatio eorũ ſit aut ex nullo corpore, aut ex corpore. & manifeſtum eſt ꝙ iſta quæſtio non ordinatur, niſi poſtq̃ cognitum fuerit ꝙ D
ſunt generabilia, & corruptibilia ſm oẽs partes. qm̃, ſi eſſent generabilia, & corruptibilia ſm quaſdam partes, tunc generatio, & corruptio eſſent compoſitio, & diſſolutio. &, ſi ita eſſet, non quæreret᷑ vtrum eſſet poſſe ea gñari à nullo corpe, aut ex corpe. Et, cũ d. ꝙ ſi ſint generabilia, & corruptibilia ſm oẽs partes, neceſſe eſt vt generatio eor̃ ſit ex nullo corpe in actu, aut ex aliquo corpe in actu, incœpit diuidere alterũ iſtor̃ duor̃ modorũ, & d. &, ſi fuerint ex corpe, aut erunt ex alio corpore ab eis, aut ex inuicem. & manifeſtũ eſt ꝙ iſta E
diuiſio eſt bene cõtradicibilis, & in ea eſt contradictio manifeſta.

Qui igitur ex incorporeo generat ſermo, facit vacuũ. Omne enim, quod fit, in aliquo fit, & aut incorporeũ erit id, in quo eſt generatio, aut habebit corpus. Et, ſi habebit corpus, duo ſimul erunt corpora in eodẽ, id, quod fit, & id, quod præexiſtit. Si aũt incorporeum, neceſſe eſt vacuũ eſſe ſeparatum. hoc autem ꝙ impoſſibile ſit, oſtẽſum ẽ & prius. F

Dicamus igitur, quòd ſermone dicentis elemẽta fieri ex non corpore cõtinget dicere vacuũ eſſe neceſſario. Oẽ enim generatũ aut eſt in aliquo corporali, aut in aliquo ĩcorporali. Si igitur in corpore, erũt duo corpora in eodẽ loco, ſ. corpus generatũ, & corpus, quod fuit ante ipſum, ĩ quo generabatur. Et, ſi locus, in quo corpus generabatur, fuerit ſine corpore, erit vacuũ neceſſario,

&ſic

G *& ſic ſepar abitur à corpore generato. & hoc eſt impoßibile, ſicut declarauimus ſuperius.*

54 In hoc capło vult deſtruere duas diuiſiones ſyłi prædicti ad confirmandum tertiam, & d. Dicamus igitur, &c. i. & intendit per non corpus, non corpus in actu, non priuationē ſimplicē. Generatio enim eſt motꝰ, motus aũt indiget ſubiecto neceſſario, & ēt res generata alia ē à re, quæ fuit apta vt eſſet. vnde neceſſe ē ſubiectum eſſe in generatione, ſicut in alijs trāſmutationibus: ſed tñ in ſubſtantia eſt in potentia, & in alijs trāſmutationibus in actu. Ipſe ergo non quærit in hoc loco vtrum elementa ſint generata ex non eſſe, aut ex corpore. qm̄, ſi ita eſſet, contingeret vt non eſſe eſſet illud, quod generat, ſ. illud, in quo eſt motus generatiōis. & idco ꝓpō dicens, ꝙ ens non generatur à contrarijs, & ex non eſſe, cōceſſa eſt ab Antiquis, ſicut calor non generatur à frigore, & vł contrariū ex contrario. Sed quærit hoc, vtrum elementū generet ex corpore in potentia, aut ex corpore in actu. Et, cū d. ꝙ contingit huic poſitioni vacuū eſſe, dedit cauſam in hoc, & dixit: Omne enim generatū, &c. i. qm̄, cū neceſſe ſit vt omnis generatio ſit in ſubiecto, neceſſe ē vt illud ſubiectū, aut vt nō participet corporeitate, vt quātitate, neq; alio accidente, aut vt exiſtat in corpore prius. Et, cum poſuit hanc diuiſionē, incœpit dicere impoſſe, quod ſequit poſitionem, ꝙ hoc ſubiectū eſt corpus in actu, & d. Si igit in corpore erunt duo, &c. i. ſi ſubiectum generati fuerit corpus in actu, contingit vt duo corpora penetrent ſe adinuicē, ita, ꝙ occupēt vnū, & eundem locum. v. g. ſi ſubiectum generationis ignis ex aere fuerit aer, & ſubiectū exiſtet in re generata, iā enim eſt pars, contingit vt ignis generatus ab aere ſit aer, & ignis inſimul, & vt locus, quem occupat totꝰ aer, aut pars eius in hora, in qua aer occupat ipſum, ſit idem cum loco, quē occupat ignis in illa hora. Et, cū deſtruxit hunc modum, incœpit deſtruere ſecundū, & d. Et, ſi locus, in quo corpus generabat, &c. i. &, ſi locus, in quo generabat corpus, non eſt corpus in actu, ſed ē corpus in potentia, poſſe eſt vt locus iſtius ſubiecti ſit vacuus, anteq̄ corpus fuerit generatū in eo. &, ſi corpꝰ fuerit in eo, erit accidentalis. &, ſi hoc fuerit poſſibile, inueniet vacuum neceſſario.

Quod gñatio idiget ſubło & quo eius ſubm differt ab aliarū trāſmutatiōnū ſubło.

H

K

L

Et, cū d. hoc, dedit cauſam, & dixit: & ſic ſeparabit à corpore generato, ideſt & neceſſe eſt, ſi generatio fuerit ex corpore in potentia, vt ſit vacuum. quia actus ſeparabit à potentia in generato, & ſic ſeparabitur dimenſio à mā, & erit dimenſio ſeparata. & hoc ſonat vacuum. D. d. & hoc eſt impoſſe, ſicut declarauimus, & eſt in 4. Phyſi. hoc igitur apparet de explanatione huius capti. Themiſtius aũt, & Alex. intēdunt ex ſuo ſermone ꝙ oē generatū aut erit in loco, in quo nō eſt corpus, aut in loco, in quo eſt corpus. deinde intelligunt reſiduum ſermonis ita. &, ſi generatū fuerit in loco, in quo eſt corpus, cōtinget vt duo corpora ſint in eodem loco. &, ſi generatū fuerit in loco, in quo non eſt corpus, continget vt vacuum ſit. & quaſi Ariſt. nō induxit hunc ſermonē apud eos, niſi ad declarandum qūo continget vacuum eſſe ex poſitione generati, ꝙ ſit generatū non ex corpore, ſed ex corpore

M Themiſtij & Alexan. Expoſitio.

A corpore in potentia. Et hoc nō eſt verum, vt mihi vr. qm̄ qui ponit generatū eſſe generatum à corpore in potentia, bene pōt, vt non ponat locum, in quo exiſtit generatū eſſe vacuum, ſed ponet ꝙ in eo exiſtet corpus, ſed recedet oī modo ab illo loco, & ſic non ſequit vt duo corpora penetrēt ſe adinuicē. videmus enim ꝙ oīa corpa liquida ſic intrāt vaſa, ſ. exeūte aere, & intrāte liquido. Si autem intellectū fuerit ex ſermone eiꝰ ex hoc, ꝙ dicit corporale, & non corporale mā, tunc intētio eius erit demonſtrare qūo poſſumus dicere ꝙ corpus generat à corpore. Qūo aũt ſequit ponentem generatum ab aliquo in potentia vacuum eſſe, manifeſtū eſt ex hoc, quod dixit de ſeparatione dimenſionum à mā. qm̄, cum illud, quod eſt in potentia, ſeparatū fuerit ab eo, quod eſt in actu, ita, ꝙ illud, quod eſt in potentia, remaneat ꝑ ſe, dignius eſt vt illud, quod eſt in actu, remaneat in ſe, ſ. dimenſiones, quod eſt vacuū. Themiſtius quidē dicit ꝙ iſte locus ē valde ambiguus ad intelligēdū. d. etiā & in ſermone Ariſt. eſt difficultas, & quaſi trāſpoſitio in verbis. Et ego quæro ab illis de hoc, quod magiſter dixit, ꝙ oē generatū, aut fuit generatū in aliquo non corporali, aut in aliquo corporali. ſi intendit locum ita, ꝙ intentio ſermonis ſit talis, oē generatū, aut ē generatū in loco, in quo eſt corpus, aut in loco, in quo nō eſt corpus: &, ſi eſt generatū in loco, in quo ē corpus, cōtinget vt duo corpora ſint in eodē loco: &, ſi generatū fuerit in loco, in quo nō eſt corpus, cōtinget vacuum eſſe. Et ego quæro, vtrū concedant ꝙ hę ꝓpōnes poſſunt dici de oī generato, aut non. Si igit dixerint concedendo has ꝓpōnes eſſe veras, & cōceſſerint vacuum non eſſe, continget ex hoc vt gñatio nō ſit oīno. & ſiue poſuerimus gñatū eſſe gñatū ex aliquo in potētia, aut ex aliquo in actu, idem conſequit. & hæc expō Themiſtij, & Alex. eſſet apta, ſi veritas harū ꝓpōnum conſequeret poſitionem, generatū eſſe generatum à corpore in potētia. Et hoc, quod dicunt, ꝙ ſignū, quod non intendebat ꝑ non corporale materiam, eſt, quia qui hoc poſuerit, ponit materiā eſſe non materiam. continget enim ex hac poſitione ꝙ mā non ſit pars corporis. quia, cum ſeparata fuerit à corpore, nō erit pars eius. Et nihil eſt qđ dicunt. qm̄ non intēdebant ꝑ ſuum ſermonē ꝙ generatum eſt in materia ita, ꝙ materia non ſit pars eius, ſed vt ſit pars eius, & non fuerit abſtracta à corporeitate, niſi ante generationem ab ea. &, ſi intenderent ꝙ eſt in materia, & ipſa ante fuit nō abſtracta à corporeitate, tunc eſſet ſermo verus, & non ſequeretur ipſum vacuum eſſe: ſed non contingit vacuum eſſe à generatione corporeitatis in materia, niſi cū materia fuerit poſita ante generationem.

Impugnatio Auer. contra expōné Themiſtij, & Alex.

B

C

D

E

F

At vero neq; ex corpe aliquo contingit fieri elementa. accidet enim aliud corpus elemētis priꝰ eſſe. hoc aũt, ſi grauitatem habebit, aut leuitatem, elementorum erit aliquod. nullam autem cum habeat propēſionem, immobile erit, & mathematicum.* tale autem cū ſit, nō erit in loco. in quo enim quieſcit, in hoc & moueri poteſt. &, ſi vi, præter naturam: ſi aũt non vi, ſecundum naturā.

* Corpus mathematicū nō eſt i loco. Sed huiꝰ oppoſitū requre 2. Phy. 47. 76. & 1. de Gene. 44. Vide cōtr. Zim.

G Si igitur erit in loco, & alicubi, erit aliquod elementorum. Si autem nõ erit in loco, nihil ex ipso erit. quod enim fit, & ex quo fit, neceſſe eſt ſimul eſſe. Quoniam autẽ neq; ex incorporeo fieri eſt poſſibile, neq; ex alio corpore, ex ſe inuicem fieri relinquitur.

Et dicamus quòd impoßibile eſt vt elemẽta ſint ex alio corpore. accidit enim ex hoc vt aliud corpus ſit ante elementa. & ſi ita fuerit, aut erit graue, aut leue, & tunc érit

H *vnum elementorũ. aut non erit graue, neq; ponderoſum omnino, & tũc erit vnum corporum geometricorũ ſine motu. & ſi ita fuerit, non erit omnino in loco. quia in loco, in quo exiſtit, illuc mouetur, aut violẽte, aut non violente. ſi violente, tunc motus eius erit accidentalis, & extra naturam, & ſi nõ violente, motus eius erit eſſentialis, & naturalis. Et, ſi fuerit in loco erit vnũ elementorum. Et, ſi non fuerit in loco,*

I *nihil erit ex eo omnino. quoniam generatum, & illud, ex quo fit generatio, erunt inſimul neceſſario. Etiam dicamus quod declaratum eſt quòd impoßibile eſt vt elementa ſint ex corpore, aut non ex corpore, relinquatur ergo dicere quòd generantur ex inuicem.*

55 Quia generatio elementorum ex corpore intelligitur duobus modis, quorũ Vnus eſt eſſentialiter, ſ. q̃ ſi corpus generatũ, & corp⁹, ex quo generatio fit, ſit ſubiectũ in actu corpo K ris generati. Secundus eſt vt ſit generatum ex corpore in actu accidentaliter, ſ. ſm q̃ impoſſe eſt in ſubiecto, quod eſt in potentia, ex quo generatio fit eſſentialiter, vt denudetur ab actu. Et, quia iam deſtruxit q̃ generatio ſit eſſentialiter, & deſtruxit q̃ generatio ſit ex corpe in potẽtia denudato ab actu, relinquit igitur vt ſit ex corpore in actu, ſed accidentaliter, & ex corpe in potentia eſſentialiter. Sed, quia hoc diuidit in duo, ſ. aut vt illud corp⁹ ſit aliud ab elemẽtis, aut vt ſit vnũ eorum, incœpit deſtruere q̃ illud corp⁹ ſit aliud ab ele L mentis, ad confirmandũ q̃ elemẽta generant ex inuicem, & dixit: Et dicamus q̃ impoſſibile eſt vt elemẽta ſint ex alio corpore. Et intelligendũ eſt ſm modum accidentalem, nõ eſſentialem. ſequit enim ex eo vt duo corpora ſint in eodem loco. q̃m, cũ fuerit impoſſe vt ſit eſſentialiter, & fuerit impoſſe vt ſit à nullo corpe in actu, q̃m ſequeretur ex hoc vacuum eſſe, neceſſe eſt vt ſit ex corpe accidẽ taliter, i. accidit ſubiecto, ex quo ẽ generatio, vt ſit in actu, ne inueniretur vacuum. & ſm hoc erit generatio ex corpore in potentia eſſentialr, & ex M corpore in actu accidentaliter. & totum hoc declaratũ eſt in Prĩo Phy.

Et, cum dixit, q̃ impoſſibile eſt vt generatio fiat ex alio corpore ab elẽmentis, incœpit declarare hoc, & d. accidit enim ex hoc, &c. i. q̃m accidit ex hoc, vt aliud corpus ſit prius iſtis corporibus vocatis elementa.

Et, cũ induxit hoc conſequens, incœpit deſtruere ipſum, & d. aut erit graue, aut leue. i. & illud corpus, inquantũ eſt elementũ, neceſſe eſt vt ſit graue, aut leue. & dixim⁹ inquantum

tum eſt elementũ, vt exciperem⁹ corpus cœleſte, quod non eſt elemẽtũ.

D.d. & tunc erit vnũ elementoꝝ. i. vnum iſtorũ quatuor ſimplicium. quod eſt inconueniens. D.d. aut nõ erit graue, neq; ponderoſum, &c. i. aut illud corpus non habebit grauitatẽ, neq; leuitatẽ: & tũc erit corpus non naturale, cum careat motu. Et debes ſcire q̃ intẽdebat p hoc, quod dixit, non graue, neq; ponderoſum, negationẽ ſimplicem, ecõtrario illi, quod dicebat de cœlo, cũ dixit de eo neq; graue, neq; leue. iſtic enim intẽdebat q̃ cœlũ habet nãm, de qua nõ dr̃ graue, neq; leue. D. incœpit declarare, q̃ cũ non habuerit motum non erit in loco oĩno, & d. quia in loco, in quo exiſtit, &c. i. & hoc neceſſe eſt. Oẽ enim, quod in loco eſt, aut eſt quieſcens, aut eſt motũ: & vtrunq; aut violente, aut naturaliter. D.d. ſi violente, tunc motus eius erit accidentalis, & extra naturam. i. ex quo ſequitur vt habeat motũ naturalẽ.

D.d. &, ſi non violente, motus eius erit eſſentialis, & naturalis. i. & ſequitur, cum poſitũ fuerit in loco, vt moueatur, & ex motu eius continget vt habeat motum naturalem: ergo erit

C corpus naturale, non mathematicũ.

D.d. Et, ſi fuerit in loco, erit vnum elementorum, &c. i. & aliud ſignũ, q̃ impoſſibile eſt aliud corpus eſſe rerum ab his quatuor: ex quo poſſibile eſt vt fiant hæc quatuor. loca. n. terminata ſunt, & ſunt loca quatuor iſtorũ. ſi igitur fuerit, ſicut dixit, in loco erit, aut ſurſum, aut deorſum: & ſic erit vnũ corporũ quatuor. &, ſi non fuerit in loco, nihil generabit ex eo. generatũ enim, & ex quo eſt generatio, ſunt in eodem loco neceſſario. Et, cum declarauit q̃ impoſſibile eſt vt hæc quatuor corpora gene- D rentur à corpore, aut à nõ corpore alio ab eis, fuit eis neceſſe vt generarentur adinuicem ſm reciprocationẽ: cum ſit declaratum q̃ nullũ eorum eſt elementum cęteris. Et intendebat, cũ d. à corpore, aut à non corpore. i. à corpore alio ab eis. D.d. relinquitur igitur dicere q̃ fiunt ex inuicem, i. ſm reciprocationem. Et ex hoc apparet quod ſubiectũ eorũ ſit idem, & q̃ ſint cõpoſita ex mã, & forma, & præcipue, cum declaratum ſit q̃ impoſſe eſt vt generentur ex inuicem, ſm diſſolutionem in ſuperficies, aut in partes diuiſibiles. F

Docuñ. Aſt corp⁹ mathematicũ ẽ non graue, & nõ leue, & aſt cœlũ.

SVMMA OCTAVA.

Antiquorum Sermones de mutua Elementorum generatione refellit.

Contradicit dicentibus generationem Elementorum eſſe per modum ſegregationis, & exitus. Cap. 1.

RVrſus igitur eſt cõſyderandum quiſnã generationis ex ſeinuicem modus ſit. vtrũ vt Empedocles dicit, & Democritus, an vt ñ, qui in ſuperficies F reſoluunt, an alius prẽter hos aliquis modus eſt. Empedocles igitur, & Democritus ignorãt ipſi ſeipſos non generationem ex ſeinuicem facere, ſed apparentem generationẽ, nam vnũquodq; quod ineſt, ſegregari inquiunt, tanquam ex vaſe fit generatio, ſed non ex quadã materia, neq; generari, mutato aliquo.

Volumus igitur perſcrutari quẽ elementa generentur ex inuicem,

G *Vtrum ſecundum quòd Empe. & Demo. dicunt, aut ſecundum diſſoluentes corpora in ſuperficies, & laminas, aut alius modus ẽ, & aliud ingenium. Dicamus igitur quòd ſe quaces Empedoclis, & Demo. ignorauerunt, & obliti ſunt ſe, quia nõ confirmauerunt generationem veram, & non fuerunt confeſſi, niſi quòd elementa generentur ex inuicem, ſed ipſi confirmant per hoc generationem ſophiſticam. dixerunt*

H *enim quòd elementa ſunt concluſa inuicem, & egredientia ex inuicẽ, ſicut facere filios: & quòd generatio eſt exitus rerum, ſicut ignis à lapide apud pulſum non quòd res generetur à ſua materia, ſecundũ alterationem, & tranſmutationem.*

56 Cum declarauit ꝙ elementa ſunt generabilia ex inuicem, incœpit perſcrutari ſm quem modũ generant ex inuicem, & d. Volumus igit perſcrutari, &c. i. &, cum declaratum ſit ꝙ elementa ſunt generabilia ſm oẽs

I partes, & ꝙ generant ex inuicem, volumus modo perſcrutari de modo, ſm quem generantur ex inuicem.

D.d. vtrum ſm Empe. &c. i. & debemus, &c. i. Et qm̃ iſta queſtio impoſſibile eſt vt declaret ſm ſyllſm hypotheticum, cum opiniones, quæ ſunt dictæ in modo generationis elementorum, non ſint contradictoriæ, incœpit primo narrare opiniones famoſas in hoc ſuo tpe, & cõtradicere eis. & hoc erit in hoc libro. deinde inducit modũ generationis verum in libro de Gñatione, & Corruptione.

& ideo cõtingit huic libro vt ſit qm̃ſi præcedens librũ Generationis. & nõ tm̃ intendit contradicere Empedodi, & Democrito, ſed oĩbus dicentibus generationẽ eſſe cõgregationẽ, & corruptionem eſſe ſegregationẽ. Qm̃ omnis ponens ꝙ generatio eſt ex ſubiecto in actu, neceſſariũ eſt ei dicere ꝙ res generabiles ex inuicem generãtur ſm modum latitationis, aut ponere ꝙ generatio eſt in qualitate, nõ in ſubſtãtia. Sed iã narrauit in libro de Generat one, & in libro de Aĩa ꝙ Empe. opinabatur ꝙ quatuor elementa nõ generant ex inuicem. & forte hic non attribuit hunc ſermonẽ ei, niſi quia contingit ei vt eleméta ſint exiſtentia in cõpoſito in actu modo latitationis. Et, cũ dixit has duas opiniones, quas Antiq ſuſtinebant in modo generationis elemento, incœpit contradicere dicentibus generationẽ eſſe ex corporibus in actu, ſiue diuiſibilibus, ſiue indiuiſibilib⁹, ſicut opinabat Empedocles, & d. ſequaces Empedo. &c. i. & iſti homines, ſicut dixit, & oĩs dicens ꝙ gñatio eſt cõgregatio, & corruptio ſegregatio oblitus eſt ſui, cũ fuerit perſcrutatus de aliquo. & dat cãm, ex qua ſequit contradictoriũ eius, quod ſonat nomẽ illius, de quo perſcrutat. qm̃ iſti hoĩes, cũ perſcrutati fuerint de modo generationis, dixerunt cõgregationem, obliuiſcendo hoc, quod ſonat hoc nomen generatio. & nulla obliuio ẽ maior iſta, ſ. ꝙ, cum aliquis perſcrutatur de cauſa alicuius rei, & dat cauſam deſtruentẽ intẽtionem nominis illius rei: ſicut iſtis accidit hominibus. generatio enim ſignificat eſſe alicuius non entis: iſti aũt dicũt ꝙ generatio eſt cõgregatio: quapropter cõtingit eis

K Liber de Cœlo p̃cedit librũ de Gener. & Corru. Idẽ ſ. c. 42 & in 1. Meteoro. c. 1.

L

M

Nulla obliuio maior ẽ iſta, ſ. cũ qs perſcrutat de cã alicui⁹ rei, & dat cãm deſtruentẽ ĩtentionẽ noĩs illius rei.

A eis vt generatio ſit eius, quod ẽ ens, cum congregatio non exiſtit in prædicamento ſubſtantiæ. & dixit ꝙ cõ firmãt generationẽ ſophiſticã, quia hoc, quod ſignificat nomen generationis ſm rõnem eorũ, nõ eſt illud, quod ſignificat nomẽ generationis veræ. D.d. dixerũt enim ꝙ elementa ſunt concluſa inuicẽ, &c. ideſt, vt mihi vr̃, quod hoc contingit Democrito, & Empedocli, & omni dicenti generationẽ, & corruptionẽ eſſe congregationem, & ſegregationẽ. Empedocles enim & Democritus nõ dicunt generationẽ eſſe, ſed Anaxago

B ras, & eius ſequaces, ſ. dicẽtes elementa eſſe conſimilium partiũ, vt dictũ eſt in multis locis. & dixit ſicut facere filios, quia filius eſt clauſus in matrice. D.d. ꝙ generatio eſt exitus rerũ, ſicut ignis à lapide apud pulſum, non quod res generet à ſua mã, ſm alterationẽ, & tranſmutationẽ. i. & hoc, quod dicũt in modo gñationis, inducit hoĩes opinari ꝙ generatio nõ eſt niſi apparẽtia ei⁹, quod latuit. vt exiſtimat de igne, qui fuit clauſus in lapide, & poſt colliſionem apparuit: nõ ꝙ res generet à ſua materia poſt alterationẽ, & tranſmutationẽ,

C ſicut videtur ſenſu in multis generabilibus. Et d. ſm alterationem, & tranſmutationẽ. quia generatio eſt apud dicentes generationem eſſe in capitulo translationis, non in capitulo tranſmutationis: & exitus ignis à lapide eſt ex capitulo alterationis, & trãſmutationis. ſed tm̃ induxit exẽplum de eo, qm̃ apparet, & nõ eſt ex capitulo translationis. Et in tranſlatione Albeſagar ẽ aliud exemplũ nobilius, & eſt illud. dicunt enim ꝙ elementa ſunt clauſa adinuicem, & non generantur ex inuicem, niſi ſm

Exit⁹ ignis a lapide ẽ in capĩo alteratiõis, & trãſmutationis.

D apparentiam eorũ adinuicẽ, ita, ꝙ generatio non eſt, niſi exitus rerũ, ſicut exitus eius, quod exit à vaſe, nõ ꝙ generent ex inuicẽ ſm alterationem. & hoc eſt intellectũ per ſe. ſed vr̃ ꝙ iſte vir nõ tranſtulerit niſi ſm intentionem, non ſecundum verba.

Deinde, & ſi ſic, non minus ſunt abſurda quæ accidunt. eadem enim magnitudo nõ videt per cõſtrictionem fieri grauior. Neceſſe autem eſt hoc dicãt, qui aiunt aquam, quæ ineſt, ſegregari ex aere. cum enim aqua ex aere facta eſt, grauior eſt. E

Et dicamus etiã quòd accidunt ex hoc ſermone multa extra rationem. corpus enim, cum fuerit in aliqua quantitate, deinde inſpiſſatur, & conſtringitur, nihil additur in ſua operatione. Et neceſſe eſt hoc dicentibus latitationem eſſe. dicunt enim quòd aqua clauſa eſt in aere, & nõ eſt aqua, niſi cum exierit ab eo, & apparuerit. ſed nos videmus quòd, cum aqua exierit ab aere, eſt grauior quàm in aere. F

Intentio eius in hoc capitulo eſt 57 cõtradicere dicentibus generationẽ eſſe exitum rerũ ex inuicẽ, ſiue fuerint dicentes hoc manifeſte, ſiue occulte. Et dixit ꝙ accidũt ex hoc ſermone multa extra rationẽ, i. multa impoſſibilia D.d. vnũ impoſſibiliu m contingentiũ eis, & d. corpus enim, cũ fuerit ĩ aliqua q̃titate, &c. i. cõtingit enim eis ꝙ, cũ corpus leue, à quo exit graue, fuerit ĩ aliqua quãtitate, deinde inſpiſſat, & diminuit ſua quãtitas, vt ĩ eo nõ appareat gra

G *Vtrum ſecundum quòd Empe. & Demo. dicunt, aut ſecundum diſſoluentes corpora in ſuperficies, & lamínas, aut alius modus ẽ, & aliud ingenium. Dicamus igitur quòd ſequaces Empedoclis, & Demo. ignorauerunt, & obliti ſunt ſe, quia nõ confirmauerunt generationem veram, & non fuerunt confeſſi, niſi quòd elementa generentur exinuicem, ſed ipſi confirmant per hoc generationem ſophiſticam. dixerunt*

H *enim quòd elementa ſunt concluſa inuicem, & egredientia ex inuicẽ, ſicut facere filios: & quòd generatio eſt exitus rerum, ſicut ignis à lapide apud pulſum non quòd res generetur à ſua materia, ſecundũ alterationem, & tranſmutationem.*

56 Cum declarauit ꝙ elementa ſunt generabilia ex inuicem, incœpit perſcrutari ſm quem modũ generant ex inuicem, & d. Volumus igit̃ perſcrutari, &c. i. &, cum declarãtum ſit

I ꝙ elementa ſunt generabilia ſm oẽs partes, & ꝙ generant̃ ex inuicem, volumus modo perſcrutari de modo, ſm quem generantur ex inuicem.

D. d. vtrum ſm Empe. &c. i. & debemus, &c. i. Et qm̃ iſta quæſtio impoſſibile eſt vt declaret̃ ſm ſyll̃m hypotheticum, cum opiniones, quæ ſunt dictæ in modo generationis elementorum, non ſint contradictoriæ, incœpit primo narrare opiniones famoſas in hoc ſuo tpe, & cõtradicere eis. & hoc erit in hoc libro. deinde inducit modũ generationis verum in libro de Gñatione, & Corruptione.

& ideo cõtingit huic libro vt ſit q̃ſi præcedens librũ Generationis. & nõ tm̃ intendit contradicere Empedocli, & Democrito, ſed oĩbus dicentibus generationẽ eſſe cõgregationẽ, & corruptionem eſſe ſegregationẽ. Qm̃ omnis ponens ꝙ generatio eſt ex ſubiecto in actu, neceſſariũ eſt ei dicere ꝙ res generabiles ex inuicem generãtur ſm modum latitationis, aut ponere ꝙ generatio eſt in qualitate, nõ in ſubſtãtia. Sed iã narrauit in libro de Generat one, & in libro de Aĩa ꝙ Empe. opinabatur ꝙ quatuor elementa nõ generant̃ ex inuicem. & forte hic non attribuit huic ſermonẽ ei, niſi quia contingit ei vt elemẽta ſint exiſtentia in cõpoſito in actu modo latitationis. Et, cũ dixit has duas opiniones, quas Antiq ſuſtinebant in modo generationis elementoꝝ, incœpit contradicere dicentibus generationẽ eſſe ex corporibus in actu, ſiue diuiſibilibus, ſiue indiuiſibilib⁹, ſicut opinabat Empedocles, & d. ſequaces Empedo. &c. i. & iſti homines, ſicut dixit, & oĩs dicens ꝙ gñatio eſt cõgregatio, & corruptio ſegregatio oblitus eſt ſui, cũ fuerit perſcrutatus de aliquo. & dat cãm, ex qua ſequit̃ contradictoriũ eius, quod ſonat nomẽ illius, de quo perſcrutat̃. qm̃ iſti hoĩes, cũ perſcrutati fuerint de modo generationis, dixerunt cõgregationem, obliuiſcendo hoc, quod ſonat hoc nomen generatio. & nulla obliuio ẽ maior iſta, ſ. ꝙ, cum aliquis perſcrutatur de cauſa alicuius rei, & dat cauſam deſtruentẽ intẽtionem nominis illius rei: ſicut iſtis accidit hominibus. generatio enim ſignificat eſſe alicuius non entis: iſti aũt dicũt ꝙ generatio eſt cõgregatio: quapropter cõtingit

eis

K Liber de Cœlo p̃cedit librũ de Gener. & Corru. Idẽ ſ. c. 42 & in 1. Meteoro. c. 1.

L

M

Nulla obliuio maior ẽ iſta, ſ. cũ qs perſcrutat̃ de cã alicui⁹ rei, & dat cãm deſtruentẽ intentionẽ noĩs illius rei.

A eis vt generatio ſit eius, quod ẽ ens, cum congregatio non exiſtit in prædicamento ſubſtantiæ. & dixit ꝙ cõfirmãt generationẽ ſophiſticã, quia hoc, quod ſignificat nomen generationis ſm rõnem eorũ, nõ eſt illud, quod ſignificat nomẽ generationis veræ. D. d. dixerũt enim ꝙ elementa ſunt concluſa inuicẽ, &c. ideſt, vt mihi vr̃, quod hoc contingit Democrito, & Empedocli, & omni dicenti generationẽ, & corruptionẽ eſſe congregationem, & ſegregationẽ. Empedocles enim & Democritus nõ dicunt generationẽ eſſe, ſed Anaxago

B ras, & eius ſequaces, ſ. dicẽtes elementa eſſe conſimilium partiũ, vt dictũ eſt in multis locis. & dixit ſicut facere filios, quia filius eſt clauſus in matrice. D. d. ꝙ generatio eſt exitus rerũ, ſicut ignis à lapide apud pulſum, non quod res generet̃ à ſua mã, ſm alterationẽ, & tranſmutationẽ. i. & hoc, quod dicũt in modo gñationis, inducit hoĩes opinari ꝙ generatio nõ eſt niſi apparẽtia ei⁹, quod latuit. vt exiſtimat̃ de igne, qui fuit clauſus

C in lapide, & poſt colliſionem apparuit: nõ ꝙ res generet̃ à ſua materia poſt alterationẽ, & tranſmutationẽ, ſicut videtur ſenſu in multis generabilibus. Et d. ſm alterationem, & tranſmutationẽ. quia generatio eſt apud dicentes generationem eſſe in capitulo translationis, non in capitulo tranſmutationis: & exitus ignis à lapide eſt ex capitulo alterationis, & trãſmutationis. ſed tn̄ induxit exẽplum de eo, qm̃ apparet, & nõ eſt ex capitulo translationis. Et in tranſlatione Albefagar ẽ aliud exemplũ nobilius, & eſt illud. dicunt enim ꝙ elementa ſunt clauſa adinuicem, & non generantur ex inuicem, niſi ſm

Exit⁹ ignis a lapide ẽ in capſo alteratiõis, & trãſmutationis.

apparentiam eorũ adinuicẽ, ita, ꝙ D generatio non eſt, niſi exitus rerũ, ſicut exitus eius, quod exit à vaſe, nõ ꝙ generent̃ ex inuicẽ ſm alterationem. & hoc eſt intellectũ per ſe. ſed vr̃ ꝙ iſte vir nõ tranſtulerit niſi ſm intentionem, non ſecundum verba.

Deinde, & ſi ſic, non minus ſunt abſurda quæ accidunt. eadem enim magnitudo nõ videt̃ per cõſtrictionem fieri grauior, Neceſſe autem eſt hoc dicãt, qui aiunt aquam, quæ ineſt, ſegregari ex aere. cum enim aqua ex aere facta eſt, grauior eſt. E

Et dicamus etiã quòd accidunt ex hoc ſermone multa extra rationem. corpus enim, cum fuerit in aliqua quantitate, deinde inſpiſſatur, & conſtringitur, nihil additur in ſua operatione. Et neceſſe eſt hoc dicentibus latitationem eſſe. dicunt enim quòd aqua clauſa eſt in aere, & nõ eſt aqua, niſi cum exierit ab eo, & apparuerit. ſed nos videmus quòd, cum aqua exierit ab aere, eſt grauior quàm in aere. F

Intentio eius in hoc capitulo eſt 57 cõtradicere dicentibus generationẽ eſſe exitum rerũ ex inuicẽ, ſiue fuerint dicentes hoc manifeſte, ſiue occulte. Et dixit ꝙ accidũt ex hoc ſermone multa extra rationẽ, i. multa impoſſibilia D. d. vnũ impoſſibilium contingentiũ eis, & d. corpus enim, cũ fuerit ĩ aliqua q̃titate, &c. i. cõtingit enim eis ꝙ, cũ corpus leue, à quo exit graue, fuerit ĩ aliqua quãtitate, deinde inſpiſſat̃, & diminuit̃ ſua quãtitas, vt ĩ eo nõ appareat gra

G uitas maior', qñ inſpiſſatur, & appropinquat ſua quantitas quãtitati corporis grauis, quod exit ab eo. v. g. qa videmus ꝙ aer, ex quo generatur aqua, habet quãtitatem terminatã, &, cum ex eo fiat aqua, inſpiſſatur primo, & diminuitur ſua quantitas, & ſic fit aqua. Si igitur aqua eſſet in actu clauſa in aere, nõ accideret aeri, qñ inſpiſſat, & appropinquat aquę, vt eſſet grauior q̃ ante, quia non accidit in eo grauitas noua. ſed nos videmus aerem, cum inſpiſſatur, ꝙ additur in eo grauitas. Et, inclinauit ad dicendum ꝙ contingit huic poſi

H tioni, ſ. ꝙ aer eſt grauis. qñ, cum in eo exiſtit grauitas in actu, eſt grauis neceſſario poſt exitũ aquæ ab eo, & ante: ne aliqs dicat ei ꝙ leuitas, quæ eſt in aere, reſiſtit aquæ, dum aqua includit' in eo, &, cũ aqua exierit ab eo, tunc nõ habebit impediens, & apparebit ſua grauitas. & ideo dixit loco illius totius ꝙ ipſe aer, cum inſpiſſatur, videtur grauior, aut fieri in eo grauitas, & adhuc aqua non diſtinguebat' ab eo, neq; exiuit. licet opinio ei⁹ ſit ꝙ aer habeat grauitatem in loco ſuo, non leuitatem. ſed hoc, quod dixit, fuit ad confirmandum.

Opĩo Ariſtotelis fuit ꝙ aer in ꝓprio loco grauitat.

I D.d. Et neceſſe eſt hoc dicentibus latitationẽ eſſe. i. ꝙ, cum aer inſpiſſatur, nõ debet addere ei ſpiſſitudo in grauitate. & non videtur ita. Et, ſi aliquis quæreret quõ eſſet, & dixit in aere ꝙ ſpiſſitudo non debet addere in ſua grauitate, cũ aer ſit leuis, dicim⁹ ei rndendo ꝙ aer apud ipſum habet aliquã grauitatẽ in ſuo loco, vt dicit' in Quarto iſtius libri. D.d. dicunt. n. ꝙ aqua ẽ clauſa in aere, &c. ideſt neceſſe eſt eis dicere ꝙ grauitas, quæ eſt in aere, non eſt niſi propter grauitatẽ aquæ exiſtẽtis in eo.

Cum igitur aqua exiſtat in eo apud K ſpiſſitudinẽ, & raritatẽ, quare ergo addit' grauitati aeris, cum inſpiſſat? & ẽt, cum poſuerimus ꝙ aer non habet leuitatẽ in ſuo loco, & habet aliquã grauitatẽ, quõ ergo poſſibile eſt vt aqua appareat grauior ſe in loco aeris, cũ exierit ex eo? neceſſe eſt enĩ vt grauitas ei⁹ in aere, & extra ipſum ſit eadem, cum dixerimus ꝙ aer eſt grauis in ſuo loco, & ꝙ nõ eſt in eo potentia, qua reſiſtit motui grauitatis, ſed potentia conueniens ei. Et hoc intendebat, cũ dixit: ſed nos videmus ꝙ, cũ aqua, &c. i. neceſſe eſt eis, cũ in aere non ſit potentia, impe- L diens motum grauitatis, vt grauitas aquæ exiſtentis in aere ſit ſicut grauitas eius, cũ fuerit extra aerem. ſed nos videmus ꝙ, cũ aqua exiuerit ab aere, ẽ grauior, quã cũ fuerit ĩ aere. quod eſt impoſſ., ſ. vt grauitas alicuius rei in ſe ſit ꝓp ſuam translationẽ ex loco ad locum tantum diuerſã.

Præterea miſtorũ corporum alterũ ſeparatum non neceſſe eſt maiorem locũ obtinere: cum autem ex aqua aer fit, maiorẽ occupat locũ. quod enim ſubtiliorũ eſt partiũ in maiori loco fit. Ma- M niſeſtum eſt aũt hoc quidẽ & in ipſa tranſitione. euaporãte enim humido, ac intumeſcente, rumpunt' vaſa, quæ moles continẽt, ꝓp loci anguſtiam. Quare, ſi omnino nõ eſt vacuum, neq; extenduntur corpora, quẽadmodum aiunt hoc dicẽtes, manifeſtũ eſt ꝙ eſt impoſſ. Si aũt eſt vacuum, & extenſio, irrationabile eſt ex neceſſitate ſemp ampliorem locum id occupare, quod ſeparat'.

Et

A *Et dicamus ẽt, quòd corporum miſcibilium, cũ ſeparatur vnũ ab altero, non neceſſario occupat maiorem locũ altero. aer aũt, cum fuerit ex aqua, occupat maiorem locum ſuo loco priori. corpus enim ſubtilius exiſtit ĩ maiori loco. Et hoc manifeſtũ eſt in alteratione, & tranſlatione. quoniã humiditas, cum ſit vapor, inflatur, & extendit vas continens ipſum, & frangitur, cũ non poſſit ei ſufficere vas. Et, cum*

B *ita ſit, & nihil eſt vacuum, in quo corpora expandantur, ſicut dicunt facientes latitationem, manifeſtũ eſt quòd impoſſibile ẽ vt corpus recipiat maiorẽ locũ ſuo primo loco.*

58 Hæc eſt Secunda contradictio à prędicta, fundata ſuper duas ꝓpones in ſecunda figura, quarum Vna eſt, ꝙ corporũ clauſorũ in inuicem, cũ exierit vnũ ab altero, non occupabit maiorem locũ loco corporis, in quo erat clauſum. & intelligẽdum eſt ex hoc, quod dixit miſcibilium corporum clauſorũ in inuicem, non vere

C miſcibilium. Secunda eſt, ꝙ, cum ab aqua exierit aer, occupat maiorẽ locum loco aquæ, in quo erat clauſus: & concluditur ex hoc in ſecunda figura, ꝙ, cum aer fuerit generatus ex aqua, non erit clauſus in ea. Et hoc intendebat, cum d. aer aũt, cum fuerit ex aqua, &c. Et, quia hoc nõ appropriat' generationi aeris ex aqua, ſed ẽ cõe generationi ſubtilioris corporis ex corpore groſſiori, d. corpus enim ſubtilius exiſtit ĩ maiori loco. ideſt, & hoc accidit aeri, quia ẽ corp⁹ ſubtili⁹ aqua. & hęc quidẽ eſt diſpõ cuiuslibet ſubtilis generati à corpe D groſſiori ſe, vt occupet maiorẽ locũ.

Et, cũ dixit hanc ꝓpõnem, duxit nos ad rem, ex qua cadit certitudo in vniuerſalitatẽ iſtius ꝓpõnis, & dixit: Et hoc manifeſtum eſt in alteratione, & translatione. i. & hoc manifeſtũ eſt in alteratione apud alterationem eiuſdem corporis ex ſpiſſitudine in ſubtilitatem, & apud translationẽ totius corpis groſſi ad aliud corpus ſubtile. D. d. qñ humiditas, cum ſit vapor, &c. i. manifeſtum eſt ſenſui ꝙ res humidæ liquidæ, cũ rarificant', & appropinquant naturę aeris, & ſunt conſeruatæ in vaſe ali- E quo clauſo orificio, findũt illud vas. & hoc manifeſtum eſt in muſto, & dolio. & ideo non põt aliquis dicere ꝙ, cum aer fuerit in aqua, erit cõſtrictus in ea. &, cum exierit ab ea, occupabit maiorem locum. Aqua enim non habet potentiam retinẽdi aerẽ in quantitate alia à quãtitate ſui loci naturalis, ſicut non habet potẽtiam impedire eum à ſuo loco naturali. Aer vẽ fortior omniũ elementorum. D.d. Et, cum ita ſit, & nihil eſt vacuum. poteſt intelligi. &, ſi generatio non ſit, niſi exitus ab aere, & F vſr corporis ſubtilis à ſubtili, & impoſſ. eſt vacuum eſſe, in quo corpa expandantur, & transferãtur ex magnitudine in paruitatẽ, cum expanſionis cauſa apud facientes latitationem ſit vacuum, manifeſtũ eſt ꝙ impoſſ. eſt vt idem corpus, cũ transfertur, occupet ampliorẽ locũ, q̃ ante. Et, ſi cõceſſerimus eis vacuum eſſe, non eſt poſſ. eis dicere ẽt ꝙ, cum corpus latet, eſt minus, &, cum apparet, eſt maius. Sed Ariſtote. pertranſit hanc partem diuiſionis, & verificauit hanc expoſitionẽ: quia hoc vide

Aer vẽ fortior omniũ elementorũ,

G mus propalatũ in translatione Albe farag. D. enim. Et, cũ ita ſit, & nihil ẽ vacuum oĩno, in quo corpa expandantur, manifeſtũ eſt ꝙ impoſſe eſt vt occupent maiorẽ locum primo, cũ exierint, & apparuerint. &, ſi fuerit vacuum, cũ quo adaptatur expãſio, impoſſe eſt vt corpus occupet maiorem locũ primo loco ſuo, cũ ſeparatum fuerit ab alio corpore. i. ꝙ impoſſibile contingit huic poſitioni, ſiue cõceſſum fuerit eis vacuũ eſſe, qđ eſt cauſa tranſmutationis corpis ex magnitudine ĩ paruitatẽ, ſiue nõ. Vacuum enim eſſe non putatur cau
H ſa poſſibilitatis expãſionis corporis, ita, ꝙ occupet maiorẽ locum, q̃ priꝰ, niſi in corporibus alterabilibꝰ ex magnitudine in paruitatẽ. Cum autem poſuerimus idem corpus transferri ex paruitate in magnitudinẽ ſine alteratione, ſed ipſa translatione ſola ex interiori corporis ad ſuũ extrinſecum, impoſſe eſt ẽt, ſi conceſſerimꝰ vacuum eſſe, & quod ſit cauſa alterationis corporũ ex magnitudine in paruitatẽ. Et forte iſta eſt trãslatio ex Græco, & eſt ſm ꝙ intellexit Themiſtius ex iſto loco. Et Themiſtius cũ expoſuit hunc locum hoc modo
I dixit ꝙ Alexan. expoſuit ipſum alio modo, & non narrauit ipſum. & ipſe dixit, & non dixit hoc, niſi quia cõtradicendo ſermoni dicentis ꝙ corpus tranſmutatur de magnitudine in paruitatẽ, negando vacuum eſſe, accidit quæſtio, quã diſſoluit in Phyſicis. & iccirco voluit narrare hic ꝙ huic modo trãslationis ex paruitate in magnitudinẽ non contingit quæſtio, quæ contingit pp negationem vacui in alteratione corporis eiuſdẽ ex magnitudine in paruitatem. Et cauſa in hoc eſt, vt diximus, ꝙa iſta translatio eſt ſine alteratione, & pp
K hoc contingit ei impoſſe. translatio vero, quæ eſt ſm alterationem, exiſtimatur habere quæſtionem, ſi vacuum fuerit negatũ. Nos aũt intel Auer. & ligimus hunc ſermonẽ alio modo Alexandri manifeſtiori iſto, ſine indigẽtia per expõ. tranſitus, & forte Alex. ita expoſuit, & eſt ꝙ poſſe eſt dicentibus vacuum eſſe, dicere ꝙ idẽ corpus transferẽ ex paruitate in magnitudinẽ ſine alteratione, cum ſeparatione partiũ adinuicem, & amplificatione foraminum per introitũ vacui. & ſm hoc, ſi non fuerit vacuum, per quod corpora expandanẽ à paruitate in ma-
L gnitudinẽ ſine alteratione, manifeſtum eſt ꝙ impoſſe eſt vt idẽ corpꝰ, cũ latet in alio corpore, minoretur. &, cum apparet magnificeẽ. & manifeſtum eſt ꝙ ſine hac intentione cõtradictio eſt imperfecta.

At neceſſe eſt & deficere eam, quę ex ſeinuicem eſt, generationem, ſi in magnitudine finita nõ inſunt infinita finita. Cũ enim ex terra aqua fit, ablatum eſt aliquid ipſius terræ, ſi quidẽ ſegregatio generatio: & rurſus, cũ ex
M derelicta, ſimiliter. Si igitur ſemper hoc erit, accidet infinito infinita ineſſe. q̃m autem hoc impoſſibile eſt, non vtiq; ſemper fient ex ſeinuicem. Quod igitur non erit ſegregatione in ſeinuicẽ tranſitio dictum eſt.

Et dicamus etiam quòd dicentibus latitationem eſſe cõtingit vt ex corpore remaneat aliquid, ex quo non fit aliud corpus omnino, cũ in corpore finito non ſint corpora

infinita

A *infinita in magnitudine, aut ĩ multitudine. Quoniam, cum ex terra fuerit aqua, neceſſe eſt quòd accipiat aliquid ex terra, cum exitus ſit generatio: & poßibile eſt vt aqua exeat a terra pura. Et, ſi hoc eſſet ſemper, contingeret quòd in corpore finito eſſent corpora clauſa infinita. & ſi hoc eſt impoßibile, impoßibile eſt vt elementa ſint ex inuicem ſemper ſecundum exitum ad apparentiam. Declaratum eſt*
B *igitur, quòd elementa non fiunt ex inuicem ſecundum exitum, & ſeparationem.*

59 Hæc eſt alia contradictio a prædictis, fundata ſuper hoc, ꝙ, ſi generatio exitus ſit corporum ex inuicẽ, neceſſe eſt aut vt gñatio feceẽ, aut vt in corpore finito ſint corpora infinita in multitudine. & vtrunq; eſt impoſſe. Et d. contingit vt ex corpore remaneat, &c. i. contingit ꝙ generatio feceẽ. q̃m, cum ex hac terra ſignata exierit aqua multotiens, aut peruenier vt remaneat terra pura ſi
C ne aqua omnino, aut dicamus ꝙ in terra ſunt corpora aquoſa infinita. Et hoc intendebat, cum d. cũ in corpore finito non ſint, &c. & d. finita in magnitudine, quia corpora clauſa ſunt finita in magnitudine, i. ea q̃ exeũt a re. & impoſſe eſt dicere ꝙ in terra terminata ſit aqua infinita in magnitudine, aut in multitudine. Et iſtius ſermonis forma eſt quaſi in ſyllo hypothetico continuo, cuiꝰ cõpoſitio eſt talis. Si generatio elementorum ex inuicem eſt ſm exitum, neceſſe eſt vt generatio feceẽ. Et, quia continuatio iſtius ſyllogiſmi non eſt manifeſta, incœpit declarare, & dixit, cum in corpore finito nõ ſint corpora infinita. i. q̃m, ſi generatio non ſecetur, continget vt in corpore finito ſint corpora infinita. quod eſt impoſſe. D. d. exemplũ, & d. Quoniã cum ex terra fuerit aqua &c. i. & neceſſe eſt, ſi generatio fuerit exitus, vt generatio feceẽ, niſi in corpore finito eſſent corpora infinita. q̃m, cũ ex terra terminata exiuerit aqua, neceſſe eſt vt illa terra minuatur. & ſi hæc diminutio fuerit aſſidua, ceſſabit generatio, autĩ corpore finito erunt corpora infinita. E
quod eſt ĩpoſſe. Et, quia omnes Antiqui conueniunt in hoc, ꝙ gñatio eſt aſſidua, d. &, ſi hoc eſt impoſſibile, impoſſe eſt, &c. i. &, ſi impoſſe ẽ vt in corpore finito ſint corpora infinita, impoſſibile eſt vt generatio elementorum adinuicem ſit ſm exitũ aſſiduum. Et, cum generatio eorũ adinuicem ſit aſſidua, ergo non eſt ſecundum exitum. Et, cum compleuit demonſtrationem, d. concluſionem declarandam, & d. Declaratum eſt igitur, &c.

Inuehitur contra ponentes elementorum F
compoſitionem eſſe ex triangulis, in eoſq; hæc ipſa reſolui. Ca. 2.

RElinquitur autem in ſeinuicem tranſmutata fieri. Hoc autem dupliciter, aut. n. transfiguratione, quemadmodum eadem cera fiet ſphæra, & cubus, aut diſſolutione in ſuperficies, quemadmodum quidam aiunt. Si igitur transfiguratione fiunt, accidit ex neceſſitate in diuiſibilia dicere corpora. diuiſibili-

G sibilibus.n.existentibus,nõ erit ignis,ps ignis,neq; terræ terra, ppea q neq; pyramidis ps oino pyramis est,neq; cubi cubus.

Relinquitur igitur dicere ea generari adinuicem secundum alterationem,Et hæc est alteratio duorum modorum,aut secundum mutationem figurarum,sicut ex eadẽ cera fit rotundum:aut secundũ dissolutionem in superficies,vt quidã dicunt.Si igitur elementa generẽtur exinuicem secundum figurarũ
H *mutationem,continget dicere partem esse indiuisibilem, & ponere prima corpora partes idiuisibiles. quoniam,si corpora sunt indiuisibilia,pars ignis nõ erit ignis,& pars terræ non erit terra, quoniam non est pars figuræ, quæ dicitur pyramis,neq; pars frigoris est frigus.*

60 Quia dicentes partes esse indiuisibiles nõ possunt dicere generationem elntorum,nisi etiã dixerint diuersitatẽ partium,aut sm figuram,
I aut sm magnitudinem, & paruitatẽ,vt iã dictum est, aut q hæc quatuor corpora differunt abinuicem sm figurã,s.q,cum partes indiuisibiles congregant, & figurant figura pyramidali,erit ex eis ignis:&,si alia figura,erit aer,aut aqua.Et,qa primo modo contingunt impossibilia, quæ contingunt dicẽtibus latitationem,incœpit destruere primo hãc opinionem,deĩde destruere sermonem dicentis q generatio corporũ simpliciũ adinuicem sit sm trãsmutationem in figuris, & q substantia eorũ non sit nisi in figura. Et,quia K
Antiqui non opinabant in generatione elntorũ,nisi hæc tria,s.aut existũ,aut mutationẽ figurarũ, aut dissolutionem in superficies, vt videbatur Platoni,d. Relinquitur igit dicere,&c.i &,cũ iam destruximus dicentes latitationem, relinquit ergo destruere sermonem dicentis, q generatio eorũ est sm alteratonem, q̃ est in figura,vt alteratio ceræ, q̃ est ex figura in figurã. D.d,aut sm dissolutionem in superficies, vt quidã dicunt,vt est Plato. hanc autem opi
L nionẽ opinantes videntur dicere q corpora non differũt nisi sm diuersitatem superficierum.figura igitur ignea constat ex tribus superficieb triãgularibus,& figura cubica ex sex quadrangulis, & octoedros ex octo ttiangulis. D.d.Si igit elementa generent ex inuicem sm figurarũ mutationem ,&c.i. q ponentibus substantias elementorũ differre sm figuras contingit alterum duorũ,aut dicere ignem habentem istã figurã esse indiuisibilem, aut dicere esse diuisibilem,& tunc pars ignis non erit ignis. pars enim pyramidis non est pyramis.pyramis enim non quocũ
M que modo diuidit in pyramides. & ideo d.q dicentes figuras contingit eis dicere partes esse idiuisibiles,&c. Et necesse est eis dicere q ignis non recipit diuisionẽ.quia,si fuerit diuisibilis,non est necessarium vt diuidatur semp in figuram pyramidalem,sed in alias.&, cum ita sit,cõtingit vt pars ignis non pyramidalis nõ sit ignis.& si tr, si terra habet figurã propriam,non est necessariũ vt semp diuidat in illã figurã. Et impossẽ est eis dicere q ignis semp diuidat in figuras cubicas,quia vt diuidi in

alias

A alias figuras remanente igne. figura aũt pyramidalis impossẽ est vt diuidat in pyramidales numerãtes ipsam. Declaratũ.n.est q pyramis diuidit primo in pyramidẽ,& duo serratilia,& q vtrunq; duorũ serratilium diuidit in tres pyramides.& iõ appropriat igni q impossẽ est vt diuidat in pyramides, sed relinquitur ex eo necessario aliquod non pyramidale. terra autem,quæ est cubica, possẽ est vt diuidatur in cubica:& id circo existimat quod possunt dicere bene de terra,cum dicitur q cubica diuiditur in cubica. qd non possunt dicere de pyramide.

B Si autem superficiei dissolutione,primum quidem absurdum est non omnia generari ex sese inuicem.quod quidem ipsos dicere est necesse,atq; dicũt. Neq; enim rõnabile est vnum solum expers fieri transitionis,neq; videt sm sensum,sed fiet oĩa transmutari in sese inuicem. Accidit aũt eos de apparentibus dicentes,non cõsentanea dicere ĩs, q̃ apparent. Huius autẽ causa est non bene sumere prima principia, sed omnia velle ad quasdã determinatas opiniones reduce-
C re.Oportet enim fortasis sensibiliũ quidẽ sensibilia, sempiternorum vero sempiterna, corruptibilium aũt corruptibilia esse principia,atq; oĩno eiusdem generis cũ ĩs, q̃ subĩciũtur.Hi vero pp horum amorem idem facere videnť,quod ĩ,qui positiones in sermonibus seruant. omne enim sustinent,quod accidit, tanquam vera habentes princi-
D pia, perĩde quasi nulla iudicare oporteat ex ĩs,quæ eueniunt,& maxime ex fine. Finis autem Effectiuæ quidem scientiæ est op ipsum,Naturalis vero id, quod sp proprie sm sensum apparet.

Si vero elementa fiunt ex inuicem per dissolutionem superficierum,impossibile est vt omnia elementa fiant exinuicem. & hoc dicunt quidam eorum.& hoc est impossibile.Non enim est rectum vt
E *elementum vnum tantum careat translatione,& alteratione:& visus etiam non testatur huic,sed omnia elementa sunt visibilia, & alterantur, & transferuntur in inuicem.Et contingit dicentibus hoc dicere de visibilibus, quod non testatur visus.Et causa eius est,quia non acceperũt principia rerum acceptione pulchra, & vera,sed voluerunt transferre omnia ad opi-*
F *niones, quas hæreditauerunt ab Antiquis, & fecerunt principia omnium rerum æterna.& nõ est ita.Necesse est enim vt principia sensibilium sint sensibilia,& æternorum æterna, & corruptibilium corruptibilia.& dico vniuersaliter quod possibile est vt principia sint similia suis subiectis.Illi vero, qui diligũt suos magistros, fecerũt quod faciunt dicentes sermonẽ impossibilem.in principio enim vtuntur principijs impossibilibus:&,*

cum

G *cum posuerunt ea, coguntur ad credendum sermoni aduersarij contra dicentis positioni eorum. Dicamus igitur quod necesse est iudicare super quasdam res ex complemento & fine earum, non ex principijs. omnis enim scientia habet complementum, & finem. complementū enim artis, & complementū naturæ est res sensibilis, visibilis.*

61 Cum declarauit ꝙ generatio elementorū non sit ſm exitū ſm latita
H tionem, nec ſm tranſmutationem figurarum, incœpit declarare etiā ꝙ neq; eſt ſm diſſolutionem figurarū adinuicem, ſ. vt diſſoluatur figura vnius eorum in ſuperficies contine tes illam figuram, & illæ ſuperficies diſſoluantur in triangulos, in quos diuidunt illæ ſuperficies, deinde ex illis triangulis componantur ſuperficies aliæ, & ex eis figura alteri⁹ corporis. Et hęc eſt opinio Platonis, ponit enim figuram ignis pyramidalem, habentem tres baſes, & figurā aeris habētem octo, & aquam vigī
I ti, & terram cubicam. Et, cum incœpit contradicere eis, d. impoſſe magis famoſum de impoſſibilibus contingentibus eis, & d. Si vero elementa fiunt ex inuicem, &c. i. ſi vero elemētorum generatio ex inuicem ſit ſm diſſolutionem corrupti in triangulos ſuos, & compoſitionem gñati ex illis triangulis, impoſſe eſt vt oē elementum generet ex oī elmto. Et d. hoc, quia impoſſe eſt vt elemētum, quod eſt ex pluribus triangulis generet ex elemento, quod eſt ex paucioribus triangulis. v. g. impoſſe eſt vt elementum, quod eſt ex vigin ti baſibus, gñetur ex elemento triū K
baſium. & ſequitur ex hoc vt illud elementorum, quod eſt pauciorum triangulorū, non tranſmutet in aliquid, neq; aliquid in ipſum, quia relinquuntur ex corrupto triāguli ſu pflui. Et, quia hoc dicunt multi Antiqui, ſ. elementum vnum eſſe, non tranſmutabile, d. & hoc dicunt quidam eorum. & hoc eſt impoſſe. i. & quamuis plures Antiqui hoc dicāt, tñ hoc eſt impoſſe. D. narrauit quomodo hoc eſt impoſſe, & d. Non. n. eſt rectum vt elementū vnū tm̄ careat, &c. i. nulla enī ratio dat vt nullum elementum ſit non tranſmutabile. elementum enim, inquantum elementum, debet eſſe tranſmutabile. &, ſi non, non eſſet elementū: & raro debet habere compoſitionem, & diſſolutionem. D. d. & viſus etiā non teſtatur huic. i. & iſte ſermo eſt impoſſibilis, quia ſenſus contradicit illi. & hoc intēdebat, cum d. ſed omnia elementa ſunt diuiſibilia, &c.

D. d. Et contingit dicentibus, &c. ī. & contingit etiam eis quoddā magnum impoſſe, ſ. dicere de rebus ſenſibilibus illud, ꝙ contradixit ſenſui. D. dedit cauſam, propter quam acci
M dit hoc pluribus conſyderantibus, & d. & cauſa eius eſt, quia non acceperunt principia rerum pulchre, & vere. i. & cauſa, propter quam accidit eis vt rationes eorum ducāt eos ad contradicendum ſenſui, & ad negandum ſenſibilia, & ad dicendum ea eſſe ex errore ſenſus, eſt, quia nō fundabant ſuas rationes ſuper propoſitiones conuenientes huic ſcientiæ. D. d. ſed voluerunt transferre oīa ad opiniones, quas hæreditauerunt, &c. i. & cauſa, quare dimiſerūt propria principia, & acceperūt principia extranea, eſt, quia nutriebant in opinionibus, quas hæreditauerūt a parentibus, & propter dilectionē opinionum earum indiguerunt defendere eas per principia extranea. Et, d. & ponunt principia omnium rerum eſſe non tranſmutabilia. qa cum principia Geometriæ ſunt nō tranſmutabilia, & iſti fecerūt ea prī cipia rerum ſenſibilium, continget eis ponere principia omnium rerū eſſe æterna, & non tranſmutabilia. D. narrauit ꝙ nō fuit rectum hoc, quod acceperunt ex non principijs non conueniētibus & d. Neceſſe eſt
B enim vt principia ſenſibiliū ſint ſenſibilia, & æternorum æterna, & corruptibilium corruptibilia. Et intelligendum eſt propinqua, nō remota, quia principia rerum ſenſibiliū remota non ſunt ſenſibilia, vt prima forma, & prima materia, neque etiam principia rerum corruptibilium remota ſunt corruptibilia. Et intendebat per hoc ꝙ res Geometricæ, cum ſint æternæ, neq; generabiles, neq; corruptibiles, neceſſe eſt vt principia earum ſint hmōi: &, quia res ſenſibiles ſunt generabiles, & corruptibiles, neceſſe eſt vt prīcipia ea-
C rum propinqua ſint hmōi. Et intenQūo principia gñabiliū ſint gñabilia. debat, cum dixit, ꝙ principia rerum generabilium, & corruptibiliū ſunt generabilia, & corruptibilia, quia ſunt in generabili, & corruptibili. & ſm hoc diximus in forma rei, & ſua materia propinqua, ꝙ corrumpuntur per corruptionem rei, cū generabile, & corruptibile non ſit niſi cō poſitū ex principijs & diximus hoc, quia materia prima apud eum, quæ eſt materia ꝓpria iſtis quatuor corporibus, non eſt apud eum generabilis, & corruptibilis, ſed ſimilis generationi, & corruptioni, & ꝙ for- D
mæ eorum ſunt generabiles, & corruptibiles, quia exiſtunt in generabili, & corruptibili. D. d. & dico vt ꝙ poſſe eſt, &c. i. ꝙ neceſſe eſt vt principia ſint ſimilia rebus, quarum ſunt principia, vt dictum eſt a Socrate, et Platone. D. d. illi vero, qui diligunt ſuos magiſtros &c. & innuit Platonem, & ſuum magiſtrum Socratē. & ideo vī ꝙ Plato accepit hanc opinionem a Socrate. Et hoc, quod dixit, ꝙ Socrates, & Plato pp diligentiam fecerunt, quod faciunt dicētes ſermonem impoſſem, intendebat ꝙ illi peccauerunt pp amorem, & fece E
runt ſermonem ex genere ſermonū Sophiſticorū. Et intendebat ꝙ Plato non intendebat facere ſermonē falſum, ſicut faciunt ſophiſtæ, ſed accidit ita, ꝙ fecit, ſicut illi pp amorē magiſtri, & amorem Geometriæ. & quia in ſuo tpe magnificabat Geometria, credebant Geometrica eſſe principia rerum ſenſibilium. D. d. in principio enim vtuntur principijs impoſſibilibus, &c. i. & accidit Platoni in hoc ſermone illud, quod accidit vtentibus propoſitionib⁹ ſophiſticis. accidit. n. eis contradictorium illius, quod ponunt, ſicut acci- F
dit Platoni hoc. qm̄, cum poſuit ꝙ cauſæ generationis elementorum adinuicem ſunt ſuperficies, continget ei vt omnia non generent ex oībus. quod eſt contradictorium poſitionis. D. d. neceſſe eſt iudicare ſup quaſdam res ex complemento, & fine earum. & intendebat per complementum complemētum in earum generatione, & eſt illud, quod ex eis apparet ſenſui, ſ. compoſita. & intendit per fines actiones compoſitorū. compoſita enim, & actiones eorum mant-

Cōpoſita, & actiōes eorū manifeſtiora ſūt apd nos q̄ ſuæ cāę. Idē. 1. phy. com. 3.

G manifestiora sunt apud nos, q̃ causæ compositorũ, sicut dixit in Physicis, ꝙ de natura hmõi scĩæ est procedere de eo, qđ ẽ notius apud nos, s. a cõpositis, & actionibus eorum ad notius in natura, s. ad compositorũ causas, econtrario in Mathematicis. illic. n. procedendũ est ex simplicib⁹ principijs ad composita. & ideo dixit super quasdam res. & d. hoc quia isti fecerunt econtrario, & iudicauerunt composita a suis causis. & omnis, qui hoc facit, iudicat notius ex magis latẽti, & sic necesse est ei negare sensibilia.

Afr proce dimus in Nãlib⁹, & afr in Mathemati- cis. Ide. 1. ph. & 2.

H Accidit autẽ ipsis terram maxime elementum esse, & solam incorruptibilem, si id, quod indissolubile est, & incorruptibile sit & elementum. terra. n. sola indissolubilis est in aliud corp⁹.

Reuertamur, & dicamus quod, si dixerint quòd terra sola nõ trãsmutatur, neq; alteratur in cætera elementa, contingit eis ex hoc, vt terra sola sit elementum verum. illud enim, quod non dissoluitur, neque transfertur, neq; recipit corruptionem, est vnum elementũ. terra igitur sola ẽ elemẽtũ, quia non dissoluitur in aliud corpus, vt fingũt.

I 62 Cũ declarauit qđ cõtingit eis, ꝙ aliqđ eẽntoꝝ debet esse nõ trãsmutabile oĩno in aliud, vult demfare ĩposse, ꝙ contingit eis ex hoc. qm̃, si dixerint ꝙ corpus, qđ est hmõi istorum quatuor corporum, est terra, aut aliud, contingit vt illud tãtum sit elementum in rei veritate. Et d. sit elementum verũ. quia posuit ꝙ elementa sunt transmutabilia, sed tamen ascendunt ad nõ transmutabile, quod est primum elementum, quod dignius est habere nomen elementi. Et intendit ꝙ contingit eis contrarium suæ opinionis. opinantur enim ꝙ hęc quatuor sunt elemẽta aliorum compositorum, & ꝙ nullum eorum est dignius hꝫ nomen elementi, & rationem eius, q̃ aliud.

K

At vero neq; in ĩs, quæ dissoluuntur, triangulorum *iuxta eleuatio rationabilis est. accidit autem & hoc in ea, quę in sese inuicem fit, transitione, propterea ꝙ ex inæqualibus multitudine cõstant triangulis.

*a. l. despe ęus.

L

Dicamus etiam quòd contingit eis dicere quòd in elementis sunt trianguli quibus non indigetur. et hoc non est rectum. accidit. n. vt in transmutatione elementorum adinuicem sint trianguli ociosi. quoniam elementa sunt facta ex triãgulis non æqualibus in numero.

Dicit & contingit aliud impossẽ, 63 & est, quia debent concedere ꝙ in quibusdam elementis sunt trianguli, non necessarij in generatione elementorũ ex inuicem, sed superflui. v. g. quia habens viginti cum corrũpit in elementũ habens tres, remanebunt decem & septem superflui, qui non sunt elementum, neq; ex eẽnto. & si ex eo genere habens octo, remanebunt duodecim superflui. & si cubicum, remanebunt octo. & impossibile est vt habens viginti generetur ex aliquo eorum.

M

Præterea, necesse est ĩs, qui hæc dicunt, non è corpore facere generationem. cum enim ex superficiebus factum fuerit, nõ è corpore erit factum.

A

Et dicamus etiam quòd necesse est dicentibus hunc sermonem, vt non ponant generationem ex corpore. quoniam, si generatio non fit, nisi ex superficiebus, generatio nõ fit ex corpore omnino.

64 Cum dixit, ꝙ manifestum est visui ꝙ corpus non gnaẽ, nisi ex corpore in actu, quãuis accidentaliter, qm̃ essentialiter est ex corpore in potẽtia. sed illud, qđ est accidentaliter hic, impossibile est vt nõ sit, immo est æternũ, & necessarium. & contingit eis hoc, quia dissoluunt corpus corruptum primo in superficies, deinde componunt corpus generatum ex illis superficiebus. & sm hanc opinionem nõ generatur primo, & essentialiter, nisi ex superficiebus, & non ex corpore, quod dissoluitur ĩ superficies. & sm hoc contingunt eis impossibilia, q̃ contingunt dicentibus generationẽ esse ex non corpore. v. g. quia cõtingit eis dicere vacuum esse, & ꝙ corpus generatur ex non corpore, qđ neq; est corpus in actu, neq; in potẽtia. nisi dicãt ꝙ superficies sunt corpora in potentia, & ꝙ ligantur cum subiecto, & dissoluuntur a subiecto, quapp necesse est eis subiectum esse prius superficiebus, & vt superficies sint substãtiæ elementorum, s. quasi formę.

B

C

Vniuersaliter refellit dicentes essentiales differentias, quibus diuersificantur elementa, esse figuras. Ca. 3.

AD hæc necesse est non oẽ corpus esse diuisibile dicere, sed repugnare certissimis scientijs. Nam Mathematicæ ipsum quidem intelligibile accipiunt diuisibile, Hi vero neque sensibile omne concedunt, propterea ꝙ conseruare suppositionem ipsam volunt. Necesse enim est eos, qui figuram faciũt vniuscuiusq; elementorum, & hac determinant substantias ipsorum, indiuisibilia facere ipsa. pyramide enim, aut sphæra diuisa aliquo pacto, qđ relinquit, sphæra, aut pyramis non erit. quare aut pars ignis, ignis non est, sed erit quid prio elemento, propterea ꝙ omne aut elementum est, aut ex elemẽtis, aut nõ omne corpus diuisibile est.

D

E

Et dicamus, quòd necesse est eis vt non ponãt quòd omne corpus est diuisibile, & sic contradicunt veræ scientiæ, s. Geometriæ. Ponunt enim primum sensibile diuisibile. Isti autem non concedunt quòd oẽ corpus sensibile est diuisibile, nè corrumpant suam positionem, & sũm primum sermonem. Et dicamus ẽt quòd ponentes in omni elemẽto aliquam figuram, & distinguentes substantias abinuicem secundum figuras, necesse est eis ponere ea ẽt non diuisibilia. figura enim pyramidalis, & figura sphærica, cũ diuidantur aliqua diuisione, non remanebit sphæricum, neq; pyramidale. & si ita sit, pars ignis nõ erit ignis, sed est aliquid prius elemento.

Vsq; hue non exponit Cõmẽtator.

F

G *to.omne enim corpus aut eſt elemẽtum,aut ex elemento.*

Dicit,ꝙ neceſſe eſt eis non ponere ꝙ omne corpus eſt diuiſibile. & hoc neceſſe eſt eis, vt ꝓdictum eſt, ꝓp duo fundamenta, ſ. ꝙ elementũ eſt illud,quod hẽt figuram ꝓpriã, quod pars elementi habentis figuram non debet habere illam figuram.& ſequitur ex hoc,ꝙ elementũ diuidatur in non elementum.quod eſt impoſſibile. Et ideo dixit: Et dicamus etiam ꝙ ponentes in oĩ elemento,&c.i. dicamus ꝙ ponẽtes ſubſtantias elementorum figuras,neceſſe eſt eis ponere illas ſubſtantias eſſe indiuiſibiles. quia,ſi diuidantur,diuidentur in alias figuras: non enim omnis figura diuiditur in partes figuratas illa eadem figura: & ſic contingit vt ante elemẽtum ſit corpus, quod non eſt elementum, neq; ex elemento. Et debes ſcire,ꝙ corpora figurata ſunt in ambobus modis,in modo,in quo poſſibile eſt eſſe diuiſionem in figuram toti⁹,ſ.in corpora ſimilia toti, quouſq; totum conſumat̃, vt cubicũ, & ĩ modo,in quo eſt hoc impoſſibile, vt pyramis, & ſphæra:ſed primo diuiditur in habẽtes ſuam figuram,& in habẽtes aliã. Elementum igitur, habens ſuam figuram,impoſſibile eſt vt diuidatur niſi eſſet poſſibile inueniri corpus non elementum, neq; ex elemẽto. D.d.figura enim pyramidalis &c.i. figura enim pyramidalis non diuiditur in pyramides ſimiles toti, donec conſumat̃.quia,cum diuiditur, diuiditur in duas pyramides,& duas ſerratiles:quamuis ſerratile diuidatur ſecundo in pyramides, ſed non ſimiles toti. & contingit ex hoc vt ignis non diuidatur. qm̃,ſi diuidit̃, cum non diuidat̃ in pyramides, con K tingit vt pars ignis non ſit ignis: ſed nos videmus ipſum diuidi:ergo cõtingit neceſſario vt diuidat̃ in ignẽ, & in non ignem, quod non eſt elementum, neq; ex elemento. ſerratile enim non eſt vnum elementorũ, neq; factum ex elemẽto. illud.n. ſerratile ſimplex eſt neceſſario. & iam declaratum eſt ꝙ omne corp⁹ aut eſt elementum,aut compoſitum ex elemento.corpus vero ſphæricũ nũ q̃ diuiditur in corpora ſphærica,ſed in pyramides. D.d. &, ſi ita ſit,pars ignis non erit ignis.i. &, ſi ſubſtãtiæ H elementorũ ſint figuræ, & poſuerimus ꝙ figura ignis,ſ.quæ eſt forma L eius,eſt pyramidalis, manifeſtũ eſt ꝙ,cum ignis diuidat̃, diuidetur in pyramidem, & in non pyramidem, ſicut diximus. in pyramide aũt poſſunt dicere eſſe ignem,in non pyramide vero neq; poſſunt dicere ignẽ eſſe ipſum,neq; vnum elementorũ, neq; compoſitorum. D.d.ſed eſt aliquid prius elemento.& d.hoc, quia eſt pars eius,& partes ſunt priores toto.& ſequit̃ ex hoc, vt elementũ habeat elementum.& hoc eſt aliud impoſſibile ab eo,quod d.ꝙ hoc corp⁹ neq; eſt elementũ, neq; compoſitũ M ex elemento. Iſti ergo non poſſunt fugere ab vno trium impoſſibiliũ, aut vt non concedant ꝙ ignis eſt diuiſibilis,&hoc eſt cõtrarium ſenſui: aut,ſi concedant, cõtingunt eis duo impoſſibilia,ſ.ꝙ aliquod corpus ſit non elementũ,neq; compoſitum ex elemento.quod eſt impoſſe.& ſecũdũ eſt ꝙ elemẽtũ habeat elementũ. & hoc eſt contrarium definitioni elementi,ſ.ꝙ elementum eſt illud,ĩ quod vltimo diuidit̃ res eſſentialr, & primo componitur eſſentialr.

Oĩno

A Omnino autem tentare ſimplicia corpora figurare irrationabile eſt. Primo quidem, quia accidet non repleri toto.nam in planis tres figuræ vñr implere locum,Triangulus, & Quadratum,& Sexangulus.in ſolidis vero duæ ſolum, Pyramis, & Cubus.Neceſſe autẽ eſt plures his ſumere, propterea ꝙ plura faciunt elementa.

Et dicamus vniuerſaliter,quòd ſtudentibus in figurando corpora

B *ſimplicia contingit dicere multa impoßibilia. Primo enim cõtingit eis dicere,quòd figurarum ſunt q̃dam,quæ,cum componuntur adinuicem,non implebunt ſuum totum locum,ſed relinquitur aliquod vacuum.figuræ vero, quæ componuntur adinuicem,& implent ſuũ locum,paucæ ſunt. figurarum vero ſuperficialium ſunt tres,Triangulus,& Hexagonus,& Quadratum.corporalium vero duæ,Bracalis,& Pyramis.Et,ſi ita ſit, oportet ponere figuras corporales plures iſtis,quia elementa ſunt plura*

C *eis.& hoc eſt impoßibile.*

66 D. Et ſtudentibus in defendẽdo hanc opinionem contingunt plura impoſſibilia præter prędicta,ſ.ꝙ corpora, quæ dicunt̃ habere illas figuras,cum congregant̃, non peruenit vnum corpus,quin inter eius partes ſit vacuum,niſi tm̃ in duabus figuris,in pyramide,ſ.& in cubo,qm̃,cũ cubus diuidit̃ ĩ quatuor cubos, poſſibile eſt vt ex eis congregetur cub⁹

Cœ.Gen.Met. cũ cõ. Auer.

continuus ſine vacuo. Et cã in hoc D eſt,quia ſuperficies iſtius corporis ẽ quadrata,quadrata autem implent ſuperficiem, vt declaratũ erit poſt. & ſiñt pyramides implent locum,cæteræ autem figuræ impoſſe eſt hoc in eis, vt in habenti octo baſes,& viginti,quas opinabatur eſſe formam aquæ,& aeris. contingit igitur eis dicere ꝙ aer non impleat locum ſuũ, neq; aqua. D.d.figuræ vero,quę,cũ componuntur adinuicem,&c.i. contingit eis vt figuræ partium elementorum,ex quibus componũtur elementa,ſint ex figuris,quæ, cum applicant̃ adinuicem, implebunt ſuũ E locum ſine vacuo interiacente. & hoc erit,cum vna pars earum mẽſurauerit totum locum. Et,quia corpora,habentia figuras, q̃ ponũt elementa mundi,ſunt pyramis, & cubi cũ,& octoedron,& icoedron, & iſtarum non implent locum,cũ applicãtur adinuicem,niſi pyramides,& cubi,d.figuræ vero, quæ componunt̃ adinuicẽ,& implẽt ſuum locũ,paucæ ſunt,quia figuræ,quæ illũ ĩplent, ſunt tres.& ideo d. paucas, & forte vocauit eas paucas in reſpectu omnium figurarũ earũ corporearum. Et,quia cauſa in hoc, ꝙ corpora im F plent ſuũ locum,eſt, quia ſuperficies earum ſunt hmõi,ſ.quia implent ſuperficiem,& iſtæ etiam ſunt paucæ in reſpectu aliarum ſuperficierũ equilateraꝝ, d.figurarum autem ſuperficialium eſt Triangulus, & Hexagonus,& Quadratum. Et fecit remorationem de ſuperficieb⁹, quoniã paucitas ſuperficierum implẽtium ſuperficiem eſt cauſa paucitatis corporum complentiũ locum. figurarum autem ſuperficialium non implent locum niſi iſtæ tres tantum:

G qm̃,cum duæ lineæ rectæ secent se, faciũt quatuor angulos rectos. figuræ vero,quæ implent superficiẽ,debent habere, aut quatuor angulos rectos,aut æquales. Cum igit̃ quatuor quadrata componentur,cõcurrent quatuor anguli in vno puncto cõi eis,& implebunt superficiem necessario,quia oĩs angulus angulorũ quadrati est rectus. Et fiet, si aliquis punctus fuerit cõis angulis sex trianguloru̇ æquilaterorum, quia angulus cuiuslibet trianguli est duæ tertiæ vni⁹ recti: quapp illud,quod cõgregat̃ ex angulis sex,erit æquale an
H gulis quatuor rectis. Et fiet Hexagoni implẽt superficiem,cũ aliquis punctus fuerit cõis trib⁹ hexagonis: qm̃ quilibet angulus eorũ erit rect⁹, & tertia recti. Pentagonus autem,& Heptagonus, & aliæ figuræ impoſſe est vt impleant superficiem,cum illud,quod cõgregat̃ ex suis angulis, aut sit minus quatuor rectis, aut maius. v.g. q̃,si tres pentagoni congregent̃ in eodem puncto, proueniunt illic tres anguli recti, & tres quintæ vnius recti. &,si fuerĩt quatuor, fiẽt illic quatuor recti,& quatuor quintæ vnius recti. Figurarũ vero quin-
I que corporaliũ æquilaterarum impoſſe est vt impleant locũ, nisi duæ tm̃. qm̃,cum in vno puncto se secẽt tres lineæ in longitudine,& latitudine,& profundo sup̃ angulos rectos, fient illic octo anguli corporales, & quilibet eorum est tres recti, & est angulus cubi. ex quibus vero cõgregantur,cum componũtur octo anguli, vt anguli cubi,aut æquales eis, implent locum necessario:&, si maius,aut minus congregetur,non implebunt locum. & sic non inuenitur ex quinq; figuris famosis q̃ ĩpleant locum,nisi duæ tm̃, quas prædixit. K qm̃,cum aliquis punctus fuerit positus cõis octo cubis, implebunt locũ necessario:& fiet,cũ fuerit cõis duodecim pyramidib⁹, anguli enim sex pyramidales sunt æquales angulis quatuor cuborum. qm̃ angulus pyramidis solidus est ex duobus rectis, & angulus cubi ex tribus. Erunt igitur tres anguli pyramidis æquales duobus angulis cuborum, cum sint æquales sex angulis rectis.* Proportio enim anguli pyramidis ad quatuor cubos est sicut proportio anguli trianguli ad quatuor rectos, cum angulus trianguli sit duæ tertiæ recti. Et, cum consyderauerimus figuras residuas, s. icoedron, & duodecedron,& octoedron non inuenient̃ implere locum, cum non congregetur ex eis æquale octo angulis cubicis. v.gr. quia angulus icoedron est ex tribus rectis,& tertia vnius ex tribus rectis, impoſſe est vt producant̃ duodecim recti, q̃ sunt quatuor anguli cubici,& fiet̃ est de octoedron, & duodeedrõ. &,cum ita sit,continget figurantibus elementa figuris essentialibus, vt sint duæ figuræ corporales,implentes locum,præter pyramidalem,& cubicam,quæ implẽt locum,qm̃ elementa sunt quatuor. & iam declaratum est in libro Euclidis q̃ nulla figura est corporea p̃ter has quinq;, nedum vt sit figura alia implens locum. Et hoc intendebat,cum dixit: Et, si ita sit,necesse est eis ponere figuras essentiales plures his duabus.

L

M

r

Deinde omnia quidẽ simplicia corpora figuram accipere a continẽte loco videnť, maxime autem aqua,& aer. Permanere igitur

*a.l. ꝓportio igr̃ sex angulorũ ꝑricipaliũ solidorũ ad q̃tuor solidos cubicos est sicut ꝓportio sex angulorum trianguli æquilateri in plãis ad quatuor superficiales.

A igitur elementi figuram est ĩpossibile. non. n. totum tangere omni ex parte id, quod continet. At vero si transformetur, non amplius erit aqua, si figura differebat. Quare manifestũ est q̃ non sunt determinatæ figuræ ipsorum. Sed vr̃ natura hoc ipsum declarare nobis, quod & fm rationem est. quemadmodum. n.
B & in alĳs sine specie & forma oportet subiectũ ipsum esse (maxime enim sic poterit formari, quemadmodum in Timæo scriptum est, id, quod omnia suscipit) sic & elementa oportet putare, vt materiam esse compositis. quapropter & possunt transmutari in se inuicẽ, separatis ĳs, q̃ fm passiones, differentĳs.

Et dicamus quòd nos videmus omnia corpora simplicia figurari secundum figuram loci continẽtis, & maxime aerem, & aquã. Et si ita sit, nõ remanebit figura elemẽti ĩ sua dispositione. quoniam, si ita
C *non esset, non tangeret secundũ totum locum continentem circũqua que. Si igitur tangeret, ipsum non remaneret in sua figura, & sic nõ erit aqua omnino, si non sit aqua, nisi propter suam figuram. Declaratũ est igitur quòd elementa non habent figuras terminatas. Sed natura eorum significat quòd non habent figuras essentiales, & sic oportet vt illud subiectũ deferens alias res sit sine forma, & sine figura,* D *sed possint formari, sicut etiã isti dicunt de materia recipiente omnia. sic est intelligendum de elemẽtis etiam, sicut de materia corporũ sensibilium. & ideo possibile ẽ vt elementa alterentur adinuicem, cum separentur ab eis suæ qualitates diuersæ.*

Hæc est Tertia ratio ad destruen- 67
dum elementa habere figuras essentiales. si. n. haberent̃, impoſſe esset vt figurarent̃ figura continentis, cum differant a figura eorũ, nisi eorum perent̃: sed visa sunt non corrumpi: E
ergo non habent figuras essentiales. Et locutus fuit de aqua,& aere, quia istæ sunt, quæ facile terminantur ab alienis, terra vero nõ ita figuratur, quia non facile patitur, nisi sit pulue rosa, s. cuius partes non retinent̃ adinuicem. ignis aũt semper videtur 68.
conseruare figuram pyramidalem. & sermo eius in hoc intellectus est per se. D. d. Et, si ita sit, non remanebit, &c. i. &, si elementa figurarẽtur figuris continentium, quorum figuræ sunt diuersæ a figuris elementorũ, necesse esset vt figuræ elẽtorũ F
corrumperentur tunc. D. d. q̃m, si ita non esset, &c. i. & signum huius est, quoniam, si non figurarentur figura loci, non tangerent omnes partes superficiei elementi partes superficiei loci. &, si non tangerent, contingeret vacuum eẽ. Et, cum posuit q̃ necesse est vt tangant locum suũ totum omnibus suis partibus, d. Si igitur tangeret ipsum, &c. i. &, cum necesse sit vt tangant omnibus suis partibus partes sui loci. & figuræ eorum sint essentiales, non remanebunt elementa. v.g. quòd, si posue-

Aer. & aq̃ facile terminãť ab alienis. id. 8. phy. 8z. & 4. phy.

Primus aquã habere figurã propriã, & posuerimus ipsam tangere sm totum partes loci continentis habẽtis figurã aliam, necesse est, cum sic tãgat locũ illũ, vt nõ remaneat aqua. tunc enim figurabitur figura illius continentis. Et forma huius sermonis est sylls hypotheticus, cuius antecedens est: Si corpora figurantur figura continentis, & habent figuras substãtiales, necesse est, cũ figurent, vt non remaneant in suis naturis. & posuit antecedens, quod manifestũ est sensũi, & rõni. & hoc intendebat cum d. qm̃, si ita non esset, non tãgeret sm totũ locum continentẽ. & tacuit impossibile, quod sequit ex hoc, s. vacuũ esse, quia ex hac positione sequit oppositum antecedentis, & est impossibile, & destruxit ipsum. &, cũ destruxit ipsum, verificauit cõsequẽs, quod intendebat. & nõ indiguit vti signo in destructione antecedentis per consequens, quia notum est intellectui, non sensui. &, quia positio antecedẽtis manifesta est sensui tm̃, coniungit ei intellectũ, cũ aduersarij possint abnegare propositiones sensibiles, & dicere, hoc, quod fingitis, quod vr possibile implere suũ locũ, non est verum. & non possunt dare rõnẽ de igne, & terra, & nõ possunt abnegare hoc in aere, cum aer non cõprehendat sensu. & ideo continet iste sermo has intentiones, quas exposuimus. D.d. cãm, pp quã elemẽta hæc non habent figuras, & d. Sed natura eorũ significat cp non habẽt figuras essentiales. i. &, cũ consydauerit aliquis de his elemẽtis, in eo cp sunt elementa, & materia aliorũ, videbit cp necesse est vt non habeant figuras essentiales. D.d. & sic oportet vt illud subiectũ, &c. i. quod necesse est vt hæc elementa, inquantum sunt recipientia oẽs figuras, non habeant figuram propriam. D. iduxit nos ad causam, & d. sed possunt formari. i. qm̃, si haberent figuram, nõ haberent possibilitatem recipiendi formas. & hoc intendebat, cũ d. possunt. quãuis posse non sonet in rei veritate, nisi possibilitatem, quę est in aĩalibus. Et causa huius est, quia nihil recipit se. &, si haberent figurã substantialẽ, contingeret alterũ duorũ, s. cp aut non reciperent figuram oĩno, aut reciperent ipsam, cum corrumperet sua figura, & tunc non remanerent elementa. qm̃ quod apud generationẽ alterius corrumpit sm totum, non est ei elementũ, qm̃ elementũ est illud, quod inuenit pars elementati. Et, cum hoc, quod contingit in elementis, sit contingit in prima materia, sed magis in prima materia, demonstrauit hoc. ipse. n. concedunt cp materia nõ habet formã, aut figurã. & d. sicut ẽt isti dicũt de materia recipiente omnia. i. contingit eis dicere elementa non habere figuram, quia dicunt primã materiam non habere formã substantialẽ. D.d. similitudinẽ in hac intentione, & d. sic est intelligendũ de elementis, &c. i. & necesse est vt habeãt eandẽ dispositionem, cũ vtrunque sit materia, in hoc tn̄ differunt: qm̃ hæc quidem sunt materia corporũ sensibilium, i. compositorũ, hęc aũt est materia corporũ simpliciũ primo, secundo vero corporũ compositorũ mediantibus istis elementis.

Quæstio

Et quærendũ est, quare igit nõ ponitis hæc elementa hr̃e figuras, & ponitis ea habere formas, & iã dixistis cp prima materia non est receptibilis formarũ, nisi inquantũ caret forma

ma oĩno. Et dissolutio est, cp nõ est necessarii si in receptibili, nisi vt non habeat formam, quã recipit, non vt non habeat formã oĩno. Quia igit prima materia ẽ receptibilis oĩum formarũ, non debet hr̃e aliquã formã oĩno. elementa vero, quæ non sunt receptibilia oĩum formarũ, cũ non recipiant se, non debẽt denudari a suis formis apud receptionẽ, sed est necessariũ tm̃ vt denudent a formis, quas recipiunt. & ideo oĩs materia, habens formã, receptibilis est quarundã formarum tm̃. & pp hoc istæ materiæ propriæ nõ habent formas, quas recipiunt: prima aũt materia est vniuersalis, cum nullã formam habeat oĩno. Et quærendum est, qua de causa non remanent formæ eorũ elementorũ in actu, deferentes alias formas, quas recipiunt, cũ iam posuistis cp non sunt materiæ propriæ quibusdã formis, nisi p suas formas. Dicam⁹ igit cp, si esset, necesse esset vt nullũ ens generaret ex eis, diuersum ab eis in forma substantiali, sed tm̃ in accidentibus. & ideo necesse est, cum ex eis gñat vna forma, vt corrumpant formæ eorũ sm medietatem. qm̃, si corrumperẽtur sm totũ, tunc prima materia reciperet primo & essentialr oẽs formas, & non reciperet formas cõpositorũ mediantibus istis corporibus. Si igit aliqs dixerit, cp sequit ex hoc vt formæ eorũ substãtiales recipiãt magis, & minus: & hęc est dispositio accidentiũ, non formarũ substãtialiũ: dictum est. n. in multis locis cp formæ substantiales non recipiunt magis, & minus, Dicemus cp formæ istorũ elementorũ substãtiales sũt diminutæ a formis substantialib⁹ pfectis, & quasi suũ esse est mediũ inter formas, & accñtia. & iõ non fuit impossibile vt formæ eorum subales admiscerent, & prouenirent ex collectione earũ alia forma, sicut, cũ albedo, & nigredo admiscentur, fiunt ex eis mixti colores medij. Et, cũ hoc latuit Aui. & cõcessit cp formæ subales nõ diuidunt in magis, & minus, d. cp hęc elnta nõ miscent, nisi sm qualitates eorũ, non sm subas. Et ex hoc contiget magnũ impossibile, s. vt elnta sint in cõposito in actu, pp qđ cõpositũ non habebit vnã formã substantialẽ. Quid ergo est, qđ diximus cõpositũ esse vnũ, vtrum p vnã formam, aut, vt dictũ est, in rebus contiguis, aut continuis eas esse vnas? sed impossibile est dici cõpositũ esse vnũ sm contactũ: ergo relinquit vt sit vnũ, aut sm formã substãtialẽ, aut sm aliqđ accidens: sed impossibile est vt sit vnũ p aliqđ accñs: relinquit igit vt sit vnũ sm formã substantialẽ: & ẽt contingit ei vt qlibet earũ sit distincta ab alia.

* Verũ, si formæ elntorũ relinquũtur in cõposito in suis pfectionibus, vtrũ sibi relinquant in suis qualitatibus, pprijs suis formis, aut nõ. v.g. in calore, & frigore. Si remanẽt, cõtingit vtiq in cõposito sit ignis in actu. ignis. n. non est ignis in actu, nisi in calore, & siccitate, q̃ sunt in summo. Si aũt amittant quandã partẽ istarũ qualitatũ pp mixtionẽ, & formæ tãtũ remanent pfectæ, possibile est vt formæ eorũ denudent ab his qualitatibus sm totũ. pars n. & totũ idẽ hñt iudicium. idẽ enim iudiciũ est partis, & totius. & totum hoc est impossibile. † Paucitas vero exercitatiõis istius viri in naturalibus, & bona cõfidentia in proprio ingenio induxit ipsum ad istos errores. Si igitur aliquis dixerit forte, sicut formæ eorũ

Solutio.

Oĩs mã habẽs formã receptibilis equa rundã formarũ tm̃.

Quæstio

Solutio.

Elnta concurrentia ad gñationẽ mixti

corrũpũt sm rẽ ediatem.

Obiectio

Formæ subales elntorũ intendunt,

*a.l Iterũ Auer. probat cp, si qualitates elntorũ intẽdunt, cp eorũ formæ intendunt.

Caliditas, & siccitas in summo sũt i igne.

Oppositũ de siccitate vi. 4. Mete. c. 10 Vide cõ. Zim.

† Gã error is Aui. p quo vide et. 3. de ala com. 30.

G recipiunt magis,& minus,ſic &figu
ræ,Dicemus ꝙ figuræ ſunt ex quali
tatibus aſſociatis formis ſubſtantia
libus pfectis in hoc, ꝙ non recipiũt
diuiſionem,& ideo carent motu al-
terationis,vt dictum eſt in Septimo
Phyſic.D.d. & ideo poſſe eſt vt elẽta
alterent adinuicẽ.i. &, quia formæ
elementorũ non recipiunt ſeipſas,
cũ ſint eiuſdem generis, cõtingit ꝙ
non generant adinuicem, niſi cum
recipiens exuit formã,& recipit for-
mam receptam,& ideo non ſunt ele
menta adinuicẽ. & hoc non contin
H git in receptione formarũ compoſi
torum,ſ.vt denudẽtur a ſuis formis
apud receptionem formarum cõpo
ſitorum.formæ enim compoſitorũ
ſunt alię a formis eorum. formæ q-
dem eorum,licet ſint diuerſæ, tñ in
eodem ordine ſunt in ſubſtantiali-
tate,ſ.ꝙ impoſſibile eſt vt quædam
ſint materiæ formarum quarundã,
& omnia iſta manifeſta ſunt exerci
tantibus in hac ſcientia.

Ad hæc autem, quo pacto cõ
tingit fieri carnẽ,& os, aut qđ-
cunqꝫ compoſitorum corporũ ? ne-
qꝫ enim ex ipſis elemẽtis poſ-
I ſibile eſt,propterea ꝙ non fit cõ
tinuum ex compoſitione, neqꝫ
ex ſuperficiebus compoſitis. ele
menta.n. generant compoſitio-
ne,& non ea, quæ ex elementis
conſtant. Quare,ſi quis exacte
loqui voluerit,& non in trãſitu
a.l.tales. rationes ſuſcipere elementi, ip
ſas videbit generationem aufer
re ex entibus.

Dicamus etiam, quomodo poſſi bile eſt vt elementa ſint caro, aut os, aut ſimile eis ex corporibus con tinuis, cum ſubſtantia elementorũ K *non ſit, vt dicunt, niſi figuræ. & impoſſibile eſt vt ex compoſitione figurarum ſit corpus continuum, neque ex ſuperficiebus. elementa.n. rerum ſunt per compoſitionem, ac cidentia vero ex elementis, ſ. figu-ræ, nihil ex eis fit per compoſitio-nem. Si igitur aliquis perſcrutatus fuerit de ſermone eorum perfecte in elementis, ſciet certe quòd nõ di cunt eſſe generationem, & quòd quanto magis laborant in confir-* L *mando ipſam, tanto magis negant ipſam, & vniuerſaliter non inten dunt generationem omnino.*

Hoc eſt aliud impoſſe Quartum, 68
quod cõtingit eis,cum figurent ele-
menta figuris ſubſtantialibus, tunc
enim non poſſunt dicere gñationẽ,
& corruptionẽ eſſe in ſubſtantia. Et
d. Dicamus ẽt,qũo poſſe eſt, &c.i.&
dicamus ẽt qũo eſt poſſe,cum poſue
rint figuras eſſe ſubſtantias elẽtoꝝ,
vt fiat ex compoſitione earũ corp⁹
conſimiliũ partium, quod eſt vnũ
ſm formam, vt os,& caro. Et,cum M
narrauit ꝙ hoc eſt impoſſe, induxit
nos ad demſtrationẽ,& d. & impoſſe,
vt ex compoſitione figuræ ſit corp⁹
continuũ,neq; ex ſuperficiebus.ele-
menta.n.rerũ ſunt per cõpoſitionẽ.
i.& impoſſe eſt vt ex figuris cõponat
vnũ corpus p continuationẽ, quod
eſt vnum in forma.nam figuræ nõ
admiſcent adinuicẽ ita, ꝙ ex eis fiat
vna forma.generatum aũt ab elẽntis
non eſt vnum in forma,& continua
tione,niſi per mixtionem.& hoc in
tendebat per compoſitionem. Et cũ
d.&

A d. & impoſſibile eſt vt ex compoſi-
tione figurarum. intendebat appli-
cationem figurarũ adinuicem. figu
ræ enim non admiſcent.D.d.accidẽ
tia vero ex elementis, &c.i.illa aũt,
quæ ponunt accidentia elementoꝝ
propria,inquantum ponunt eas fi-
guras,impoſſe eſt vt ex eis faciãt ali-
quod corpus ſm mixtionem, ſicut
eſt poſſe ponentibus accidentia ele-
mentorũ in calore,& frigore, & hu
miditate,& ſiccitate,ſ.propria eis, in
quantum ſunt elementa. D.d. Si igi
tur aliquis perſcrutatus fuerit, &c.i.
&vlr,cũ aliqs pſcrutat⁹ fuerit de ſer
B mone eorum ĩ modo generationis
rerum ex elementis, ſiue de eis, qui
figurant ea, ſiue de eis, qui non, ſed
componunt ex ſuperficiebus,ſciet ꝙ
non poſſunt concedere generatio-
nem,& corruptionem eſſe in ſubſtã
tia. Dicentibus enim elementa figu
rari figuris eſſentialibus, contingit
vt generatio eorum & corruptio ſit
in accidentibus, & ſi ſr ponẽtibus ele
menta eſſe ſuperficies. congregatio
enim ſuperficierum, & ſegregatio,
q̃ eſt generatio & corruptio apud il
los,non eſt generatio in ſubſtantia,
& ſi ſr dicentibus partem eſſe indiui
C ſibilem. generatio enim apud eos
non eſt niſi congregatio illarũ par-
tium,corruptio vero ſegregatio. &
iſti ſunt ſequaces Democriti. ſimili-
ter contingit ſequacibus Anaxago-
ræ dicentibus mixtionem corporũ
ſimiliũ partium, quæ vocant elẽnta,
& dicunt ꝙ generatio fit per exitus
eorum abinuicem,exitus enim & la
Laus ma- titatio ſunt accidentia. Et d. hoc:
gna d Ari. quoniam omnes hæ opiniones di-
vide idẽ i cebantur ab Antiquis in modo ge-
procemio nerationis. &ideo voluit demon-
ſuo ſ. 1. ſtrare ꝙ nullus ante ipſum d. mo-
phy. dum,quo generatio ſit in ſubſtãtia, D
ſicut nullus dixit ante ipſum plura,
ĩmo ferè oĩa iſti⁹ ſcię,&aliaꝝ ſcięꝝ.

At vero & ad paſſiones,& vir
tutes,& motus, figurę non ſunt
congruæ corporibus,ad q̃ maxi
me reſpiciẽtes ſic diſtribuerũt.
veluti, qm̃ ignis facile mobilis
eſt,& calefactiuus,&exuſtiuus,
alĩ quidem fecerũt ipſum ſphæ
ram,alĩ autẽ pyramidem. hæc
enim facillime quidẽ mouent,
propterea ꝙ minima tangunt,
minimæqꝫ ſtabilia ſunt.maxime
vero calefactiua ſũt, & maxime E
exuſtiua, quia illa quidem tota
eſt angulus,hæc autem acutiſſi-
mi anguli.exurunt autem,& ca
lefaciunt,vt aiunt,angulis.

Et dicamus, quòd figuræ elemẽ torum, quas dixerunt, non ſunt cõ-uenientes qualitatibus eorum, neq; virtutibus, neq; motibus, propter quos figurauerunt elementum figura, qua figurauerunt, ſicut narro. quia cum ignis ẽ velocioris motus, calefaciens, comburens, poſue-runt quidam ipſum ſphæricum, et F *quidam pyramidalem. hæ enĩ duæ figuræ ſunt velocioris motus alys figuris. non enim quieſcunt, neque implent ex loco, niſi parũ. & ſunt etiam calefacientes, & comburẽ-tes valde, vnum enim eorum totus eſt angulus, alterum autẽ eſt an-gulus acutus. & dixerunt quòd ignis non comburit, & calefacit, niſi per angulos.*

FF iiij Cum

G 69 Cum iam deſtruxit cõcluſiones illorum hominum rationibus prædictis, incœpit in hoc capitulo dicere rationes eorum, deinde deſtruere eas. Et incœpit primo dicere ſermonem vniuerſalem, ad frangendum rationes eorum, & d. Et dicamus ꝙ figuræ elementorum, &cæt. ideſt, & dicamus ꝙ vniuerſaliter ſignum eſt deſtructionis opinionis eorum, quia accidentia, & operationes, & motus eorum non conſequũ tur figuras, quas ponunt in eis. Et d. hoc, quia ſigna vera ſunt poſteriora, quæ, cum fuerint poſita, conſequuntur præcedentia: &, cum præcedentia fuerint poſita, conſequuntur poſteriora, & hoc intendebat, cum d. non ſunt conuenientes, &c. Deinde d. quia, cum ignis eſt velocioris motus calefaciens, &c ideſt, iſti homines quidam ponũt ī igne figuram ſphæricam, & quidam ponunt pyramidalem ex tribus poſterioribus apparentibus in igne, ſcilicet velocitate motus, combuſtione, calefactione. Deinde d. hæ enim duæ figuræ ſunt velocioris motus, &c. ideſt & dixerunt ꝙ ſignum eiꝰ, I ꝙ ignis habet alteram iſtarum duarum figurarum eſt ꝙ ignis eſt velocis motus, & corpus figuratum his duabus figuris eſt velocis motus, qa non figuntur in eodem loco. figura enim ſphærica non tangit ſuperficiem, niſi in eo, quod eſt ſimile pũcto: & ſimiliter pyramis, cum tãgit ipſam in altero ſuorum angulorũ.

Verorũ ſignorũ ꝓprietas.

Figura ſphærica nõ tangit ſuperficiẽ, niſi in eo, qd ẽ ſile puncto.

H Deinde d. neque implent ex loco, niſi parum. i. & hæc eſt cauſa in hoc ꝙ non quieſcunt, quia non implent ex loco, niſi parum. Et, cum dixit modum, propter quem dederunt igni has duas figuras propter velocitatem motus, incepit dicere modũ, K propter quem dederunt ei figuram propter combuſtionem, & d. & ſunt etiam calefacientes, &c. i. & dicentes ignem habere figuram ſphæricam propter combuſtionem ſuam dixerunt ꝙ figura ſphærica eſt conueniens combuſtioni propter velocitatem pertrãſitus in re, cum ſit quaſi habens vnum angulum. figura autem multorum angulorum difficile pertranſit in rem. & dantes illi figuram pyramidalem propter cõbuſtionem dixerunt etiam ꝙ iſta figura eſt velocis pertranſitus in rem ꝓpter acumen anguli, & quia eſt pauciorum angulorum aliis figuris. D. d. & dixerunt ꝙ ignis non comburit, & calefacit, niſi per angulos. i. & dixerunt ꝙ ignis non calefacit, niſi per iſtos angulos, qui ſunt in figura pyramidali, qui ſunt acuti, & ptranſeuntes in omnia concurrentia. L

Primum igitur circa motum vtrique peccauerunt. nam & ſi ſunt figurarum hę facillime mobiles, non tamẽ ipſius ignis motu facile mobiles ſunt. motus. n. ignis ſurſum fit, & ſecundum rectam, hæ autem facile mobiles circulo ſunt eo motu, qui volutatio appellatur. M

Et dicamus nos contradicentes eis, quod oẽs peccãt in motu. hæ. n. duæ figuræ, licet ſint velocioris motus cæteris figuris, tamen non eſt eis motus, ſicut motus ignis: motus enim ignis eſt ad ſuperius, & non eſt circularis, motus aũt iſtarũ duarum figurarum ẽ circularis.

Ideſt

70 Ideſt, & dicamus ꝙ dicentes has
A duas opiniones in figura ignis peccant in hoc, quia vnus eorũ figurat ipm figura pyramidali, & alter ſphęrica pp velocitatem motus ignis. velocitas enim, quæ inuenit in corporibus p has duas figuras, eſt cõtraria velocitati, quæ inuenit in igne. qm velocitas ignis eſt in motu recto, velocitas aũt corporum pp has duas figuras ẽ in motu circulari. & hoc intendebat, cum d. motus enim ignis eſt ad ſuperius, &c. Et poteſt aliquis dubitare in hoc, dicẽdo ꝙ motus rectus inuenitur in his duabꝰ figuris, Dubium.
B in corpore aũt ſphærico fm titubationem, in pyramidali vero, quia velociter pertranſit corpus in rectitudine. Et reſpõdendũ eſt ꝙ iſte modus velocitatis non inuenitur in his duobus corporibus, inquantum habent has duas figuras, niſi per accns. figura enim circularis nõ debet moueri naturaliter, niſi circulariter, & ſiſr videtur vt circularitas ſit in pyramide ſup vnum angulorum vt in *troco. iſte enim motus proprius ẽ, & naturalis ei, & in motu recto communicat alijs figuris, & ꝑcipue figuræ octogonæ. Ratio aũt iſtius contradictionis ſic componitur. Motus ignis eſt velox in rectitudine: motꝰ aũt corporum, habentium has duas figuras, nõ eſt velox in rectitudine: concludit ergo in ſecunda figura ꝙ ignis non eſt velox pp has duas figuras. Et etiam ſylſs eorum eſt ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura, Quarum vna eſt, ꝙ oẽ habens alteram harũ duarum figurarum eſt velocis motus: ſecunda eſt, ꝙ ignis ẽ velocis motus. ex his aũt nihil concluditur, donec conuertatur ꝓpõ, dicẽs ꝙ oẽ habens alteram iſtarum duarum figurarum eſt velocis motus. & hæc non videntur conuerti. multa enim ſunt velocis motus, non tñ figurãtur altera harum figurarum. D

Solutio.

*a. l. recto

Deinde, ſi eſt terra cubus, propterea ꝙ ſtabilis eſt, ac manet, manet aũt non vbiuis, ſed in ſuo ipſius loco, ex alieno verò fertur nõ prohibita, & ignis ẽt, & alia ſiſr, patet ꝙ & ignis, & vnumquodq; elementorum in alieno quidẽ loco ſphæra eſt, aut pyramis, in proprio vero cubus.

Et dicamus etiam, quod figura terræ eſt figura frigoris propter ſtatum, & quietem eius, & terra nõ ſtat, neq; quieſcit in omnibus locis, ſed in ſuo loco tantũ, & mouetur à loco extraneo, niſi aliquis ꝓpediat. & ſimiliter ignis, & alia elementa ſunt hmõi, ſiue fuerint ſphærica, ſiue pyramidalia, cum fuerint in loco propinquo, & fuerint in ſuis locis frigida neceſſario. E

Intentio eius in hoc capitulo eſt 71
ꝙ, ſi elementa differunt abinuicẽ in
figura, & differũt in calore, & frigore ꝑ figuras proprias, neceſſe eſt, ſi terra, inquantũ eſt frigida, habuerit figuram propriam, v. g. cubicam, & ignis, inquantũ eſt calidus, pyramidalem, & frigus ſit cauſa quietis terræ in medio, neceſſe eſt vt figura cubica ſit cauſa quietis eius in medio. &, quia neceſſe eſt, cum fuerit extra medium, vt p hanc figuram mouea tur ad ipſum, cõtingit igitur vt figura cubica ſit cauſa duorũ contrariorũ inſimul, quietis, ſ. & motus. quod eſt impoſſibile. Contingit igitur ex F

hoc

G hoc vt terra ſemp quieſcat in omni loco. cauſa enim quietis, ſ. figura, inſeparabilis eſt ab ea. & ſiſt oportet ignẽ moueri in omni loco. nam cauſa motus nunq̃ ſeparatur ab eo, ſ. figura pyramidalis. Sequitur ergo ex hac poſitione vt, cum ignis quieuerit in loco ſuo, vt figuret figura terræ: &, cum terra mouebit ad ſuũ locum, vt figuretur figura ignis. & ſm hoc nullum eorum habebit figurã ſubſtantialem inſeparabilem. Et d. Et dicamus etiã ꝙ figura terræ, &c. ideſt & dicamus etiã ꝙ, ſi figura terræ ſit altera illarum duarum figura-
H rum pp velocitatem motus, & velocitas motus cõſequitur calorem, neceſſe eſt vt altera illarũ duarum figurarum ſit pp calorem ignis. & cum terra ſit frigida, & frigidum eſt contrariũ calido, neceſſe eſt vt habeat figuram dantem ſibi quietẽ, quæ eſt contraria motui. D.d. & terra non ſtat, neq; quieſcit, &c. ideſt, qm̃, ſi haberet figuram largientem quietem, quieſceret in omnibus locis. ſed nõ videmus ita contingere: immo videmus ipſam moueri ad ſuum locum, cũ fuerit extra ipſum. & hoc intẽdebat, cum d. & mouetur à loco extra-
I neo, &c. D.d. & ſiſt ignis, & alia elementa. ideſt, & ſiſt videmus ignem, & alia elemẽta ſcilicet moueri extra ſuum locum, & quieſcere in ipſo. &, ſi haberet figuram dantẽ motũ, aut quietem, ſemper videretur moueri, aut quieſcere, & nunquam vtrunq;.

D.d. ſiue fuerint ſphærica, ſiue pyramidalia. ideſt, & cũ poſuerimus ꝙ figuræ elemẽtorum ſunt cauſæ motus & quietis, contiget vt apud motum habeãt figuras proprias motui, ſcilicet ſphæricam, aut pyramidalẽ. &, cum fuerint in ſuis locis quieſcentia, vt habeant figuram dante quietem, & eſt figura corporis frigidi. K

Et hoc intendebat, cũ d. & fuerint ĩ ſuis locis frigida neceſſario. i. & cõtingit neceſſario, cum fuerint quieſcentia in ſuis locis, vt habeant figuram frigiditatis, v.g. cubicã. & d. in loco propinquo, quia motus cuiuslibet eorum, licet ſit in omnibus locis extraneis, tñ velocior ẽ in loco propinquo: motus autem velocior manifeſtior eſt ſenſui. & hæc eſt alia cõtradictio à prædictis.

Amplius autẽ, ſi calefacit, & vrit ignis pp angulos, omnia elementa erunt calefactiua, magis L aũt forſitan alterũ altero. omnia enim habent angulos, veluti id, quod octo ſedium, & id, qđ duo decim ſedium. Democrito autẽ etiã ſphæra, tanquã angulus quidam exiſtẽs, vrit. quare differẽt ipſo magis, & minus. hoc autẽ ꝙ ſit falſum, manifeſtum eſt. Simul aũt accidet & mathematica corpora vrere, & calefacere (habent enim & illa angulos, & inſunt ĩ ipſis indiuiſibilia, & ſphæræ, & pyramides) præſertim ſi M ſint indiuiſibiles magnitudines, ſicuti dicunt. Nam, ſi hæc quidẽ vrunt, illa vero non, dicenda eſt differentia, ſed non ſimpliciter ſic dicendum eſt, vti dicunt.

Et dicamus etiam quod, ſi ignis non calefacit, & comburit, niſi propter angulos, neceſſe eſt vt omnia elementa calefaciant, & comburant, ſed quædam magis, & quædã minus. omnia enim habent angulos, vt octoedron, & duodeedron. et

figura

A *figura ſphærica abſcindit etiã, vt dicit Democritus, quia eſt quidam angulus. Si igitur ita ſunt elementa, non differunt abinuicem, niſi ſecundum magis & minus, in calefactione & combuſtione. et hoc eſt falſum manifeſte. Quoniam, cũ ita fuerit, continget quod corpora mathematica comburent, & calefacient, quia in eis ſunt habentes angulos, & in eis ſunt partes indiuiſibiles, vt dicunt in corporibus pyra-*
B *midis, uel pyramidalibus. Si igitur in corporibus mathematicis ſunt partes indiuiſibiles, vt dicunt, quare igitur corpora naturalia calefaciunt, & cõburunt, mathematica vero non cõburunt, neq; calefaciũt? neceſſe eſt enim eis dicere hanc cauſam. ſed non poſſunt omnino.*

72 Cum cõtradixit ei, qui dicit ignẽ hẽre iſtas figuras ex velocitate motus, & ex quiete, incœpit contradicere eis ex combuſtione, & d. Et dicamus ẽt ꝙ, ſi ignis, &c. ideſt & contin-
C git eis, cũ poſuerint ꝙ ignis non calefacit & comburit, niſi pangulos alterius duarum figurarum, quibus ſi gurant ignẽ, vt alia elementa ſint cõburentia. Deinde dedit cãm in hoc, & d. omnia enĩ habent angulos, &c. ideſt, nã iſti ponunt ꝙ calefactio nõ eſt in igne, niſi pp angulos. apud vero figurantes ignem figura pyramidali pp angulos pyramidis, quia ſũt acuti. apud vero figurãtes ſphærica, quia opinãtur ꝙ ſphæra eſt vnicus angulus, vnicus aũt angulus magis pertranſit, & abſcindit. Et hocintẽ debat, cum dixit: & figura ſphęrica D abſcindit etiã vt dicit Democritus, quia eſt quidã angulus, i. vnicus angulus. Et, cũ poſuerint hanc propoſitionem, & poſuerint ꝙ cętera elementa habent figuras, habentes angulos, cõtingit eis, ſicut dixit, vt oĩa elementa ſint comburentia, ſed differunt ſm magis, & minꝰ. D.d. Si igitur ita ſunt elementa, &c. & induxit hoc, conſeruando ſe à cõtradictione eorum. poſſent enim dicere ꝙ ignis non calefacit, niſi pp acumen angulorum, aut paucitatẽ eorum, & ſiſt corpus ſphæricum, ex quo eſt exiſti E matum ꝙ non contingit contradictio, quã induxit contra eos, ſed, qa poſuerunt ꝙ cauſa calefactionis eſt, quia anguli habent aliquã quantitatem. Et regula eſt ꝙ à cauſis, quaꝝ natura eſt eadem, & non differunt, nili ſm magis, & minus, non ſequit nili natura vna diuerſa ſm magis, & minus. Si igitur anguli acuti calefaciant multum, ergo anguli minoris acuminis calefacient minus. Sequit ergo ex hoc, vt omnia elementa ſint calefacientia, ſed differunt ſm magis, & minus. cauſæ enim diuerſæ in quantitate habẽt cauſata diuerſa in quantitate, & vtrunq; eſt eiuſdẽ ſpẽi. F

Regula eſt ꝙ a cauſis quaꝝ nã ẽ eadẽ, & nõ differunt niſi ſm magis, & minꝰ, non ſequẽ niſi nã vna diuerſa ſm magis, & minus.

Sermo autem eorũ, ſi eſſet verus, tũc ex diuerſitate cauſarum ſm magis, & minus, ſ. cauſarum conuenientium in forma, & eſſentia, & diuerſarum ſm magis, & minus, conſequeretur diuerſitas cauſatorum ſm formas. quod eſt impoſſe. contingit enĩ ex hoc vt ex eadem cauſa in forma conſequerentur cauſata diuerſa ſm formas. Et hoc fuit ita, quia cauſa non eſt cauſa alicuius pp quantitatẽ ſuam, niſi accidentaliter. quantitas enim eſt non terminata, cauſæ autẽ

Quantitas eſt cã accidentalis.

agẽtes,

G agentes,& patiẽtes ſunt terminatæ,ſ. ꝙ nõ quælibet cauſa facit quodlibet cauſatum. cauſæ aũt, & cauſata ſunt terminata ꝓp ſuas formas. Manifeſtum eſt igitur ꝙ, cũ poſuerimus ꝙ acumen angulorũ facit ignẽ,& amplitudo eoꝝ facit aquam, neceſſe eſt vt ex eadem cauſa in forma fiãt corpora infinita diuerſa ĩ forma. quod eſt impoſſe. diuiſio enim angulorũ eſt in infinitum. cum igit̃ apud eos diuerſitas elementoꝝ in ſubſtantia & forma proueniat ex diuerſitate angulorũ ſm magis,& minus, quæ eſt infinita, neceſſe eſt vt ex eadem cauſa

H ſa proueniant cauſata diuerſarũ formarum infinita. & hoc manifeſtum eſt in Logica,& in hac ſcĩa. Et, quia figurantes ignem figura pyramidali poſſunt dicere, ꝙ iſta figura eſt cõburens, quia eius anguli nõ diuiduntur omnino in minores ſe,ſ. quia anguli eius ſunt acutiores angulis omnium figurarũ, quæ cõtinentur à ſuperficiebus æquilateris,& æquiangulis,accidit igitur huic figuræ vt ſit cõbuſtiua, quia anguli ſui nõ diuidun

I tur, aliæ aũt figuræ quatuor non cõburent, cum habeant angulos diuiſibiles, iſti igitur anguli comburentes differunt ab alijs ſm formam, & ſm quantitatem, & ſic non contingit vt oẽ habens angulos comburat, dixit reſpondendo ꝙ contingit eis vt pyramis ſit comburens: & nõ poſſunt dare vlr cauſam, ꝓp quam figuræ mathematicæ non comburant, naturales autem comburant. Et d. & hoc eſt falſum manifeſte. Qm̃, cum ita fuerit, continget ꝙ corpora mathematica comburent, & calefacient. ideſt contingit ex hoc, quod ponũt ꝙ calefactio fit ꝓp angulos, vt oĩa elementa ſint cõburentia, immo corpora mathematica habentia angu- K los. Et, quia contra illam contradictionem primã poſſunt dicere hoc, qđ diximus, ſed contra hanc contradictionẽ ſecundam nihil poſſunt dicere, cum concedant ꝙ in mathematicis ſunt figuræ, quarũ anguli nõ diuiduntur omnino, contingit eis igitur dicere neceſſario cauſam, ꝓpter quã figuræ mathematicę non cõburant,& naturales comburãt. Et hoc intendebat, cũ d. quia in eis ſunt habentes angulos, & in eis ſunt partes indiuiſibiles. i. & non poſſunt dicere ꝙ habẽtes angulos indiuiſibiles ſint comburentes, ponunt enim in Geo- L metria ẽt angulos indiuiſibiles. debent ergo dare cauſam, ꝓp quã iſti anguli comburant, illi autem non.

Et nõ debet aliquis defendere eos, dicendo ꝙ magna dr̃ia eſt inter eos. qm̃, cum anguli fuerint in materia, erunt comburentes, cum aũt abſtracti à materia, non erunt comburentes. eſſe enim eorũ in materia eſt eis accidentaliter. Si igitur ſunt comburentes, inquantum ſunt in materia, ergo ſunt cauſæ combuſtionis ꝑ accidens. Et forte Ariſt. cõcedit hoc, M ſcilicet ꝙ acumen angulorũ eſt cauſa combuſtionis ꝑ accidens in corpo- Acumẽ angulorũ eſt cã combuſtionis ꝑ accidẽs in corꝑib⁹ cõburẽtib⁹. ribus comburentibus. & totum hoc eſt ſm noſtram opinionem: & eſt ꝙ corpora mathematica non habẽt eẽ extra intell̃m. Cum ergo poſuerint ea habere eſſe extra intell̃m, ſicut in intellectu, contingit eis tunc neceſſario vt figuræ mathematicę ſint comburentes. Et hoc, vt reputo, opinabant oẽs Antiq,& eius anteceſſores

Præterea, ſi id, quod vritur, igniť, ignis autem ſphęra eſt, aut pyramis, neceſſe ẽ id, quod vriť, fieri

A fieri ſphæras, aut pyramidas. Incidere igit̃ & diuidere ſic ſit ſm rationẽ accidens figurę. ex neceſſitate aũt pyramidem facere pyramidas, aut ſphærã ſphæras, penitus eſt irrationabile,& ſiłe eſt, atꝙ ſi quis cenſeat gladiũ in gladios diuidi, aut ſerram in ſerras.

Et dicamus etiam quòd, cũ res cõburens eſt ſicut ignis, & eſt ſphærica, aut pyramidalis, neceſſe eſt vt res comburens ſit ſphærica, aut pyramidalis. Et dicamus etiã quòd, ſi

B *poſuerimus, & dixerimus quòd cõbuſtio nõ exiſtit in iſtis figuris, niſi per diuiſionẽ in figuras, non eſt neceſſarium vt ex ſphærico fiat ſphæricum, neq; ex pyramidali pyramidale. hoc enim irrationabile eſt omnino. & hoc ẽ ſimile ei, qui ex vno cultello vult diuidere duos, & ex vna ſerra duas ſerras.*

73 Cum primo contradixit concluſioni eorũ ſine argumẽtis, deinde cõtradixit argumentis eorũ, qui iſtas figuras ponebant in iſtis corporibus

C ꝓp velocitatẽ motus, & combuſtionem, incœpit primo declarare ꝙ ex motu veloci non ſequunt̃ hæ figuræ, deinde ꝙ hæ figuræ ẽt non ſunt cauſæ velocitatis motus. Et, cũ iam compleuit iſtos duos motus contradictionis contra argumenta ſua ex velocitate motus, incœpit contradicere argumento eorũ, quod fit à cõbuſtione his duob⁹ modis, & primo incœpit narrare argumenta eorũ, & dixit: Et dicamus, &c.i. &, cum poſuerint ignem eſſe comburentẽ, & cõcluſerunt ex hoc, ꝙ ignis habet alteram iſtarum duarum figurarum, D tunc ponunt ꝙ comburens hẽt alteram iſtarũ duarum figurarum, ita, ꝙ ſylłs eorum ſic componitur: Ignis eſt comburens: & comburens habet talem figuram: ergo ignis habet talem figurã. Si enim non conuertentur, nihil concludet̃, quia tunc eſſet ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura. Et, quia hæc ꝓp̃ eſt dicens ꝙ comburens debet habere alterã iſtarum duarum figurarum, probabant hoc ꝑ iſtas duas ꝓp̃ones, quarũ Vna eſt ꝙ comburens non comburit niſi per diuiſionẽ, quæ eſt in vltimo: Secunda eſt ꝙ iſta actio inuenit̃ in his E duabus figuris. Et nunc incœpit deſtruere ſermonẽ, dicentem ꝙ cõbuſtio fit ꝑ diuiſionem, & ſegregationem, & d. Et dicamus etiam ꝙ, ſi poſuerimus, & dixerimus, &c.i. & dicamus ꝙ, ſi poſuerimus ꝙ combuſtio non exiſtit ex his figuris, niſi quia cõburens diuidit combuſtũ, & facit ipſum ꝑ diuiſionẽ ignem, & ipſum eſſe ignẽ eſt vt ſit in figura faciẽtis, neceſſe eſt vt, quantũcunq; diuidit̃ à figura ſphærica, non diuidat̃ niſi ſm partes ſphæricas: & ſilr quantũcunq; diuidat̃ à figura pyramidali, nõ diuidat̃ niſi à pyramidalibus, cũ F oẽ, quod ignis cõburit, faciat ipſum ignẽ. Sed nõ eſt neceſſarium vt figura diuidat̃ in figuras ſibi cõſimiles. Et, cum ita ſit, non eſt igitur neceſſarium, cũ ignis diuidit illud, quod cõburit ꝑ ſuam figurã, vt faciat ipſum ignẽ. quod eſt impoſſe. D. d. & hoc eſt ſimile illi, q ex vno cultello, &c. ideſt, & reputo ꝙ ſermo dicentis ꝙ figuræ diuiſiuæ nõ diuiduntur, niſi in figuras æquales ſibi, ſimilis eſt ſermoni dicentis, ꝙ cultellus diuiditur in cultellos, & ſerra in ſerras.

Prętere

G Præterea ridiculum est ad diuidendum solum assignare figuram igni. videt enim magis congregare, & conterminare, q̃ segregare. segregat enim ea, quæ non sunt eiusdem generis, cõgregat aũt ea, quæ sunt eiusdem generis. Et congregatio quidẽ per se est. conterminare enim, & vnire ipsius ignis est. segregatio autem per accidens. congregans enim id, quod eiusdem est generis, separat alienũ. Quare, aut ad ambo oportebat assignare, aut H magis ad congregandum.

Et dicamus etiam quòd mirandum est de eo, qui figurat ignẽ hac figura, quæ abscindit, & diuidit, cũ magis cõgreget quàm diuidat. segregat enim omne heterogeneũ, & congregat, & adunat oẽ homogeneum. Congregatio autẽ, & adunatio sunt igni essentialis, diuisio autẽ, & segregatio est ei accidentaliter. cum enim congregauerit, & traxerit homogeneum, tunc se- I *gregabit heterogeneum. Et, cũ ita sit, oportet eos attribuere hæc duo, scilicet diuisionem, & congregationem igni, aut congregationem tantum, quæ dignior est vt sit in igne, quàm segregatio, & diuisio, & abscisio.*

74 Quia syllogismus eorum, ex quo dabãt igni alteram earum duarum figurarum, fundabat super has duas propositiones: Ignis est comburens: & combures cõburit per diuisionẽ: ergo ignis comburit p diuisionẽ. & K quod comburit p diuisionẽ, habere debet alteram illarum duarum figurarum: ergo ignis debet habere alteram illarum duarum figurarũ. Et, cum in sermone prædicto contradixerit maiori propositioni primi syllogismi, dicẽti q̃ combustio fit per diuisionem, vult in hoc sermone cõtradicere, ponẽti minori secundi syllogismi, quæ est cõclusio primi, s. dicenti quod ignis comburit per diuisionem, & dixit: Et dicamus etiam, q̃ mirandum est, &c. i. & dicamus ẽt contradicendo eis, q̃ melius est dicere ignem esse congregantem, & adu L nantem, q̃ diuidentem, & segregantem. D. incœpit declarare hoc, & d. segregat enim omne heterogeneũ, ideſt cõgregatio autem dignior est igni, q̃ segregatio. nam ignis segregat heterogenea, & cõgregat homogenea, apud departitionem auri, & argẽti. segregat enim lapides, & alia corpora ab argento, & congregat argentum. & sibi facit calor naturalis in animalib⁹ in cibo, segregat enim ea, quæ nõ assimilantur cibo, & adunat tantum cibum. Et, quia congregat homogeneum, & segregat heterogeneum, d. Congregatio autem, M & adunatio sunt essentiales, &c. i. &, cum ignis congreget homogeneũ, & segreget heterogeneum propter congregationem homogenei, tunc non segregat prima intentione, sed secunda: & omne factum prima intentione est essentialiter, secunda autem est accidẽtaliter. Et hoc intendebat, cum d. cum enim cõgregauerit, &c. i. cum enim fecerit congregationem in homogeneo, segregabit heterogeneum per congregationẽ. Et non debet aliquis dicere q̃ forte congre-

Oẽ factũ prima itẽtione ẽ essentialr, et secũ da est accitalr.

A congregatio homogenei nõ est nisi propter segregationẽ heterogenei. congregatio enim est actio alicuius similis igni, & nõ perficitur nisi per segregationem: quia, & si ageret segregationem, nihil congregaret. in congregatione enim homogenei ne cessaria est segregatio heterogenei, sed in segregatione non est necessaria congregatio. Et vbi congregatio est generatio, & segregatio corruptio: & melius ẽ attribuere ipsum generationi, q̃ corruptioni. Cum ergo congregatio sit ei essentialis, & segregatio accidentalis, melius est di-

In congregatiõe homogenei necessaria est segregatio heterogenei, ſi ſi cõuertit.

B cere ignem facere cõgregationem, q̃ segregationem. Isti enim volebãt probare ignem habere rem priorẽ per aliam rem posteriorem accidentalem, quod non licet. D. d. Et, cum ita sit, oportet eos, &c. i. &, cum videtur q̃ ignis segregat, & congregat, oportet eos aut concedere q̃ congregatio sit ei essentialis, & segregatio accidentalis, aut attribuere ei vtrũq; essentialiter. & intẽdebat q̃ quocũq; modo sit, nõ debet habere figuram diuisiuam, & segregatiuam. Si enim concesserint q̃ diuisio est ei accidentaliter, & congregatio essentialiter,

C tunc debet habere figuram congregatiuam, non segregatiuam. &, si vtrunq; est eius essentialiter, continget q̃ habebit duas figuras insimul: & debent esse contrariæ, cum actio vtraq; sit contraria. sed in figuris nõ inuenitur cõtrarietas, nedum vt in eis inueniantur duo contraria in eodem subiecto.

Ad hæc autem, qm̃ calidum & frigidum contraria sunt potentia, assignare frigido figuram aliquam est impoſe ex eo, quia oportet quidem contrariũ id D esse, quod assignatur. nihil autẽ est contrarium figuræ. quapropter & omnes omittunt. & tamen decebat omnia determinare figuris, aut nihil.

Et dicamus etiam quòd, si calidum & frigidum sunt contraria in potentia, impoßibile est vt frigidum habeat figuram. debet enim habere figuram contrariam figuræ calidi: sed figura non habet contrarium omnino. & ideo nullus eo- E *rum dedit figuram frigido aliquo modo. & oportet eos aut omnibus dare figuram, aut nulli.*

Hæc est alia contradictio à prædi 75 ctis, &c. q̃, cum elementum calidũ & frigidum dicantur habere caliditatem, & frigiditatem, & calor apud eos dat hanc figuram, necesse est eis vt frigus det elemẽto frigido aliquã figuram. quod est impossibile eis.

D. declarauit qũo, & d. debet enim habere figuram contrariam, &c. & iste sermo est intellectus p se. & hoc, quod dixit, necesse est eis, quia, cum dent igni aliquam figuram propter suam actionem, necesse est eis dare cæteris alias figuras pp suas actiones, cum habeant actiones diuersas, &, quia actiones eorum sunt diuersæ secũdum contrarietatem, necesse est vt figuræ eorum sint diuersæ secundum contrarietatem, aut dent causam, propter quã dederunt actioni ignis aliquam figuram, & nullam actionibus cæterorum. F

Quidã aũt de potentia ipsius tentantes dicere, contraria dicũt ipſi

G ipſi ſibiipſis. Aiunt enim frigidum id eſſe, quod magnarũ eſt partiũ, propterea ꝙ conſtringit, & non tranſit per meatus. manifeſtũ eſt igitur & ꝙ calidũ vtiq; erit trãſiens. tale aũt id eſt, quod ſubtilium eſt partiũ. quare accidit paruitate & magnitudine, differre calidũ & frigidum, ſed non figuris. Præterea, ſi inæquales ſũt pyramides, magnæ vtiq; non ignis erunt. neq; erit figura cauſa vrẽdi, ſed cõtrariũ. Quòd igitur non figuris differant ele-
H menta, manifeſtum eſt ex dictis.

Et quidam eorũ ſtuduerunt ad dicendum aliquid in hac potentia ſcilicet frigore, & dixerunt cõtraria ſibiipſis. Dixerunt enim quòd frigidum eſt illud, quod eſt maximum corpus, conſtringitur enim, et non pertranſit in canales. & ſi ita ſit, neceſſe eſt vt calidum ſit parui corporis, procedens per canales propter ſuam ſubtilitatem. calidum enim, & frigidum differũt in par-
I *uitate corporis & magnitudine, non in figuris. Et dicamus ẽt quòd, ſi figuræ pyramidales nõ ſũt æquales in quantitate, tunc magna earum non erit ignis. & tunc igitur non erit figura cauſa combuſtionis, & calefactionis, ſed erit cauſa contrary, ſ. infrigidationis. Declaratũ eſt igitur quòd elementa non differunt abinuicem propter figuras.*

76 Dicit, &, cum quidam iſtorũ percepit ꝙ, cum dederit cauſam caloris pp figurã, ꝙ neceſſe eſt ei dare cauſam frigoris pp figuram, etiam labo rauit, & ſtuduit in figurando frigus figura conuenienti, & induxit cauſam contrariã eius actioni. D. narrauit ſermonẽ eorum, & d. Dixerũt enim ꝙ frigidum, &c. i. ꝙ frigidum eſt illud, quod habet partẽ magnã. pars enim magna retinetur ĩ poris, & canalibus, & nõ pertrãſit eos, neq; agit in eos actione calidi. ſ. diuiſiõe.

D.d. &, ſi ita ſit, &c. i. & contingit eis, ſi poſuerint frigidum eſſe compoſitum ex partib⁹ magnis, ponere calidum, quod eſt ſuum contrariũ, eſſe compoſitũ ex partibus paruis. Contraria enim debent habere cauſas contrarias in eodem genere, ſ. ꝙ, ſi magnitudo partium eſt cauſa frigoris, debet eſſe cauſa caloris paruitas partiũ. & hæc non dicũt in igne, ſcilicet ꝙ attribuant paruitati partiũ combuſtionem. qm̃, ſi hæc dicerent, ponerent cauſam cõbuſtionis ex capitulo quantitatis, non qualitatis, & figuræ. Et hoc intẽdebat, cũ dixit: calidum enim, & frigidum differũt in paruitate, &c. i. & cõtinget ex hoc vt calidum, & frigidum differant in paruitate, & magnitudine partium, ex quibus componũtur: & ſic diuerſitas eorum erit in quãtitate, non in figura. Deinde induxit aliam contradictionem contra eos, & d. Et dicamus etiam ꝙ, ſi figuræ pyramidales, &c i. &, ſi conceſſerimus eis ꝙ cõbuſtio fit per figuram, v. g. pyramidalem, & infrigidatio, & combuſtio p magnitudiuem, & paruitatẽ partium, pyramidum aũt hæc eſt magna, illa vero parua, neceſſe ẽ vt magna infrigidet, & parua cõburat: magna enim non pertranſit in poros.

L Contraria debẽt hꝛe cãs contrarias ĩ eodẽ genere.

M

D.d. & tunc igitur non erit figura cauſa

K

A cauſa cõbuſtionis, & calefactionis. ideſt tunc igitur contingit eis vt figura nõ ſit cauſa calefactionis, & cõbuſtionis, ſed magnitudo: cum eadẽ figura, ſi fuerit magna, infrigidet, &, ſi parua, cõburat. D.d. ſed erit cauſa contrarij, ſcilicet infrigidationis, ſcilicet vt reputo. &, cum iſta figura non ſit cauſa calefactionis. & neceſſe ẽ apud eos vt ſit cauſa alicuius actionum elementorũ, cum actiones eorum apud eos ſunt per quatuor figuras, neceſſe eſt vt ſit cauſa elementi, cuius actio eſt contraria actioni calidi, ſcilicet infrigidatio.

B Quoniam autẽ propriſſimæ differentiæ corporum ſunt quæ ſm paſſiones, & opera, & potentias ſumunt (vniuſcuiuſq; enim eorum, quæ natura conſtant, & opera, & paſſiones, & potentias eſſe dicim⁹) erit de his dicendũ, vt, cum conſyderauerimus hęc, vniuſcuiuſq; ad vnumquodq; differentias ſumamus.

Et etiam dicamus quòd, ſi differentiæ corporũ ſunt per qualitates, & operationes, & virtutes eorũ,
C *& dicamus quòd quodlibet eorum habet actiones, & qualitates, & virtutes naturales perfecte. cum enim hoc fecerimus, tunc ſciemus diuerſitatem cuiuslibet elementi à ſuo compari.*

77 Et, cum iam declaratũ ſit ꝙ operationes elementorum non ſunt pp ſuas figuras, manifeſtum eſt ꝙ non ſunt, niſi pp ſuas formas, & ſuas qualitates contrarias, & ꝙ actiones eorum non differunt, niſi ſm hęc duo.

Cœ. Gen. Met. cũ cõ. Auer.

Et intendebat ꝓ qualitates caloꝛẽ, & frigiditatem, & ſiccitatẽ, & humiditatem, & p virtutes formas. & poſuit operationes ex differentijs, quia cõſequuntur dr̃ias; quæ ſunt formę, & cum appareat ꝙ habẽt qualitates, & formas, & actiones diuerſas. D.d. & dicamus ꝙ quodlibet eorum habet, &c. &, cum quodlibet iſtorũ elementorum habet formam propriã, & qualitatem propriam, & operationem propriã, dicendum eſt de quolibet iſtorum trium in quolibet elementorũ quatuor ſermone pfecto. qm̃, cum hoc perfecerimus, tunc perficietur ſciẽtia cuiuslibet eorum, in-
E quantũ ſunt diuerſa, & cõuenientia. & tacuit conuenientiam, quia intelligitur ex diuerſitate. Et hoc, quod promiſit de elementis, continetur in ſecundo peri Geneſeos. Primus autẽ continet in ſe ꝓpones, per quas poteſt demonſtrare hoc, quod intendit in ſecundo. Et ideo apparet etiam ꝙ iſte tractatus eſt quaſi ꝓcedens librũ Generationis. deſtruxit enim in eo oẽs opiniones falſas in generatione, & corruptione iſtorum, & vſr in potentijs, & actionibus, & qualitatibus eorum. Et fecit hoc hic, & non in libro de Generatione, qa maior pars
F opinionum falſarũ dictarum de his hic non fuit dicta de eis, inquãtum ſunt elementa, ſed inquantum ſunt primæ partes mundi, vt dicentes ea eſſe compoſita ex ſuperficiebus, aut ex partibus indiuiſibilibus, aut vt dicentes ea eſſe non generabilia, neq; corruptibilia, aut dicentes ea eſſe nõ elementa, aut dicentes ea eſſe generabilia, & corruptibilia: & omnes hę quæſtiones non ſunt, niſi inquantũ ſunt partes mundi, non inquantum elementa ſunt.

D Opatiões cõſequũt drias, quæ ſunt forę. Idẽ 2. Cœ. cõ. 80.

ARISTOTELIS DE COELO

LIBER QVARTVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

Prima de Antiquorum sermone circa Graue, & Leue inquirit.
Secunda causam docet, qua quædã ex simplicibus leuia sint, & quædam grauia.
Tertia ostendit quid Graue sit, & quid Leue, & quæ sint corpora, quibus hæc insunt, quorq; numero, & accidentium eorum causas enuntiat.

H SVMMAE PRIMAE.

Huius libri propositum declarat.

Caput Primum.

VIa intentio eius in hoc libro ẽ loqui de partibus simplicibus mundi, ſ. de cognitione ſubſtantiarũ eaꝝ, & de numero earum, & de omnibus accidentibus eaꝝ, & iam locutus fuit de ſubſtantia corporis cœleſtis in Prĩo tractatu ꝙ ipſa non eſt grauis, neq; leuis, & in pluribus ſuis accidentib⁹, & declarauit quot ſunt corpora prima ſimplicia, in Secundo aũt de eis, I quæ reſidua fuerunt corporis cœleſtis, & in quibuſdam diſpoſitionib⁹ terræ, in Tertio aũt de pluribus diſpoſitionibus corporũ grauium, & leuiũ, non inquantũ elementa ſunt, Hic vero locutus eſt in cognitione ſubſtantiarum corporis grauis, & leuis, ſ. in cognitione harum formarũ grauitatis, & leuitatis, & quot ſunt eorũ formæ, & in omnibus accidentibus corporum, quæ contingunt eis pp has formas, aut quæ contingunt his corporibus. Manifeſtum eſt autem ꝙ, hoc completo, perficit ſermonem K de corporibus mundi primis, & ſimplicibus, & de omnibus exiſtentibus in mundo, inquantum eſt mundus. hæc igitur eſt ſua intentio.

DE Graui autem, & Leui quid vtrunq; eſt, & quænam eſt natura ipſorum cõſyderandum eſt, & propter quam cauſam has potẽtias habent. eſt enim de ipſis contemplatio ſermonibus de motu propria.

De Graui aũt, & leui declarandum eſt quam naturã habent, & qua de cauſa habent elementa has virtutes. perſcrutari.n. de hoc cõuenit motibus, & ſermonibus de eis. L

VIa ſicut dixim⁹, remanſit ei in hoc libro dicere de formis quatuor corporũ ſimplicium, & fuit manifeſtum ꝙ formæ eoꝝ ſunt grauitas, & leuitas, ſed latet quas naturas habent, incœpit dicere, ꝙ ſua intẽtio in hoc tractatu eſt perſcrutari de hoc, quod latet de formis horum elemen- M torũ, & eſt cognoſcere quid eſt grauitas, & leuitas, cũ ipſas eſſe formas horum corporũ ſit manifeſtum per ſe, & dixit: De Graui aũt, & leui declarandum eſt. ideſt exponenda hæc ſunt nomina. D.d. & qua de cauſa. ideſt qua de cauſa iſtæ ꝓprietates, ſ. grauitas, & leuitas ſint principia motuum contrariorũ in his corporibus vocatis elemẽta. & hæc perſcrutatio non eſt de cauſa agente, ſed de formali, quæ facit leue moueri ad ſuperius, & graue ad inferius, & etiã de cauſa

A cauſa finali, propter quã hoc ẽ leue, hoc aũt graue. Res enim æternæ nõ habent agens, niſi ſm ſimilitudinẽ, neq; habent ex quatuor cauſis, niſi formalem, & finalẽ: &, ſi habuerint aliquid quaſi agens, non erit, niſi in quantũ eſt forma illi, & conſeruans ipſum. D.d. ꝓſcrutari enim de hoc conuenit, &c. i. & neceſſe eſt conſyderare in eis. nam conſyderatio in eis ſimiliſ eſt cõſyderationi in reb⁹ mobilibus, ſ. naturalibus. & hoc fuit neceſſe. quia nã eſt principium mot⁹, & quietis, & graue, & leue ſunt principia horũ elementorũ, quapropter neceſſe eſt naturali loqui de eis.

Res eternę nõ hñt de quatuor cauſis, niſi formale, & finale, nec hñt agẽs, niſi ſm ſimilitudinem.

B

Graue enim & leue, quia mouent aliquo modo naturalr poteſt, dicimus. Actionibus aũt ipſorum nomina poſita non ſunt, niſi quis putet propenſionẽ ipſam eẽ tale. Quia vero naturalis eſt tractatio de motu, hæc aũt habent in ſeipſis veluti* ſuſcitamẽta quædam motus, oẽs quidem vtunt̃ potentijs ipſorum, non tñ determinauerũt, præter paucos. Viſis igit̃ primũ ñs, quæ ab alijs dicta ſunt, & diſquiſitis ñs, quæcunq; ad cõſyderationem hanc diuidere neceſſarium ſit, ſic & quod vr̃ nobis dicam⁹ de ipſis.

*a.l. ſomẽta.

C

Et dicamus, quòd non vocamus Graue, & Leue, niſi illud, quod habet proprietatem, qua mouetur motu naturali. Sed non inuenimus ad actiones eorum nomen inſtitutum, niſi aliquis uelit ea habere actionẽ. Et omnes quidem Antiqui naturales dixerunt has duas cauſas. ſermo enim de eis cõuenit libro de motu naturali, & quòd ſunt principia motus, & fundamentum eius. ſed non diſtinxerunt eas, neq; dixerunt de eis perfecte, niſi ualde pauci eorum. Nos autem volumus adducere ſermonem ſuum, deinde perſcrutari, & quærere de eis, qua quærenda ſunt, & ſunt neceſſaria perfecte, & ſufficiẽter, & diſtinguere, & determinare ea, deinde dicemus poſt noſtram opinionem de eis. D

E

Quia hoc nomẽ graue, & leue dicitur in maiori parte in idiomaticis bus, quæ ſimus, de actione, non dę motu proueniente ex iſtis potentijs, & habitibus: qm̃ hæc duo ſunt habitus, ſ. forma, & actio proueniens ab illo habitu: oportet igitur vt eſſent duo nomina habitus ſcilicet, & actionis proueni entis ab illo habitu. &, cũ hoc non contingat in idiomate* eorum, neq; in multis idiomatibus, demonſtrauit ꝙ hæc nomina, ſcilicet graue, & leue non demonſtrant hic, niſi habitum, & formam, & eſt illud, quod habet potentiã, & dixit: Et dicamus ꝙ non vocamus, &c. ideſt & F ꝙ non vocamus graue, & leue, niſi habitum, & formam, qua mouetur habens formam naturali motu, aut ad ſuperius, aut ad inferius. Et, cum dicit illud, quod habet potentiam, intendebat formam, nõ illud, quod habet formam. forma enim, & habitus dicuntur habere potẽtiam, & dicuntur eſſe potentiæ, ſed actiuæ, non paſſiuæ. Virtutes autem actiuæ, & paſſiuę differũt in hoc, quòd actiuæ non indigent, cum exiuerint de potentia in actum motore extrinſeco,

*a.l. græcorũ vt i paraphraſi. ca. 1.

Vide 1. cę. cõ. 17.

Dſia inter virtutes actiuas & paſſiuas. vide. 3. de Aia cõ. 4.

G pasliuis autē est necessarius. v.g. ꝙ Geometer habet potentiā geometrizandi, dum non geometrizat, sed cū geometrizauerit ī actu, id est fecerit actionē Geometræ, non indiget motore extrinseco: addiscens vero Geometriam habet potētiam geometrizandi ēt, sed indiget motore extrinseco, ſ. doctore. D.d. Sed non inuenimus ad actiones eorū, &c. i. oportet, vt apparet dicere ipsū. & d. hoc, qm̄ non inuenimus ad habitum, ex quo prouenit ista actio, nomen propriū, quapropter necesse fuit nobis transferre nomen actionis ad habitum, & formam. hoc aūt, quod dixit, H nisi sit error trāslatoris, significat ꝙ hęc nomina, ſ. graue, & leue diceban tur apud eos de vtrisque, forma, ſ & actione. & sic erit expositio eius, qđ dixit, sed non inuenimus ad actiones eorū nomina instituta, idest nomina propria, sed æquiuoca, quæ dicuntur de ista forma, & de actione. & hoc non est in idiomate nostro. Et non intēdit ꝙ in ſuo idiomate habeat forma nomen, sed actio nō habet. qm̄, si hoc intendebat, non inciperet demonstrare ꝙ hoc nomē grae, & leue demonstrat potentiam, & I habitum. Et etiam hoc ferè non cadit in idiomatib⁹. idiomatum enim ſunt in hoc quatuor modi. Quædā enim habent nōia propria ad habitum, & alia ad actionem prouenientem ab illo habitu: & hoc est melius, Quoddam vero habet nomen æquiuocum qñq; demonstrans habitū, qñq; actionem, Quoddam autē habet nomen ad habitum, ſed non ad actionem. & hoc raro inuenit. actio enim est manifestior habitu cū ſenſu apprehendatur, & habitus intellectu mediante actione. Quartū vero est vt actio habeat nomē, & habitus, K ex quo ꝓuenit illa actio, nō habeat nomen, sicut in Arabū idiomate, & in plurib⁹. D.d. nisi aliquis velit ea habere actionē. i. nisi aliquis velit demonstrare ꝙ hæc duo nōia actionē proprie, non habitū. Et forte intelligit ꝙ hoc, quod dixit, ſed non inuenim⁹ ad actiones, idest ad formas & quasi d. & non inuenimus ad illud, quod est in eis ſemp in actu, quod ē in forma nomē. Et forte hoc nomē Actio fuit error ſcriptoris. & hoc in Arabica lingua quidem demōstrat formā. Et deinde dixit Et oēs quidem Antiqui, &c. i. & oēs Naturales L locuti ſunt de his duabus naturis, ſ. grauitate, & leuitate. sermo enim de eis conuenit ſermoni de naturalib⁹.

D.d. causam ī hoc, & dixit: & quod ſunt principia motus. i. & ſermo de eis est naturalis, quò ad hoc, ꝙ ſunt principia motuum naturalium ſimplicium, & fundamētum. i. qm̄ vnū eorū, de quibus dī hoc nomen natura, quæ definitur, ꝙ est principium mot⁹, & quietis. Si igit Naturali necesse est loqui de modis naturæ: & ista ſunt vnius ſuorū modoꝝ: ergo necesse ē ei loqui de eis. D.d. ſed nō distinxerūt, &c. & dixit hoc, q a Plato M definiuit graue, & leue definitione, dicente vnum tm̄ ſuoꝝ duoꝝ modorum, ſ. qui dī ſm comparationē, nō illud qđ dī simplr, vt post dicemus. Et, cum narrauit ꝙ iſti non dixerūt in eis ſermonē perfectum, qm̄ illud, quod dixerunt, aut est error, aut diminutum, d. Nos aūt volumus dicere, &c. & dixit quod vult quærere de eis, quæ ſunt quærenda. & intendit, & debemus quærere ſufficienter de hoc, quod dixerunt de eis, vtrum ſit pole perficere p ea, omnia quæsita, quę

Idiomatū q̄tuor sūt modi.

Actio est manifestior habitu, cū ſenſu apphēdat.

A quæ necessaria ſunt ſciri, & cōputare debemus oēs ſpēs illius generis. & dixit hoc, quia hoc est propriū bonarū definitionū ī rebus definitis, ſ. ꝙ p has definitiones debent perfici oīa quæsita, quæ necessaria ſunt ſciri in illa re apud perſcrutationē. D. narrauit ꝙ post omnia iſta dicet ſuā opinionē, cum talis debeat esſe ordinatio, & d. deinde dicemus post noſtram opinionem de eis.

Proprium bonarū definitionū ī rebus definitis ꝙ p eas perficiant oīa q̄sita, q̄ ne cessaria ſciri in illa re.

De Graui, & Leui, quotupliciter eorum vnumquodq; dicatur, & Antiquos de horum tantum altero ſermonem feciſſe. Cap. 2.

B DIcitur itaq; hoc quidem ſimplr Graue, & Leue, illud vero ad alterū. eorū enim q̄ grauitatē habēt, dicim⁹ aliud quidē esse leuius, aliud vero grauius, vt ligno æs. De ȳs igitur, q̄ simplr dicunt, nihil dictū est à prioribus, ſed de ȳs, quę ad alterū. non enim dicūt quid est ipſum graue, & qd ipſum leue, ſed qd ipſum grauius, & qd ipſum leuius ī habētib⁹ grauitatē.

Et dicamus, quòd debes ſcire

C *quòd hoc nomen Graue dicitur ſimpliciter, & hoc nomē Leue dicitur abſolute, & dicuntur ſecundum cōparationē. dicimus enim, quòd grauium quædam ſunt grauiora, vt dicimus quòd cuprum grauius est ligno. Antiqui autem nihil dixerūt de graui, & leui ſimplicibus oīno, ſed dixerunt tantum graue, & leue in comparatione. & non dixerunt graue, & leue, neq; narrauerunt ea, ſed grauius, & leuius.*

Cū dixit ꝙ ipſe vult incipere primo de opinionibus Antiquorum in D duabus rebus, ſ. vtrum illud, quod dixerunt, ſit continens, & terminans oēs ſpecies iſtius naturæ, & vtrum illud, quod dixerunt, ſit dictum recte, & incœpit primo dicere ꝙ ſermo eorum de natura Grauis, & Leuis ē diminutus. qm̄ oēs ſermones eorū nō ſunt, nisi in graui, & leui, quæ dicuntur ſm comparationē, non in graui, & leui, quæ dicūtur simplr, vt terra, & ignis. Graue aūt, & Leue ſm comparationem est illud, in quo non est pura grauitas, neq; pura leuitas, ſed vtrunq;. est enim grauius alio, & leE uius alio. v.g. quia cuprum grauius est ligno, & leuius viuo argento. qm̄ aūt graue, & leue ſimplicia ſunt, iā declaratum est, & etiam declarandū erit post. leue vero, & graue, quę sūt ſecundum comparationem, manifeſtum est esse. & ſermo eius in hoc capitulo est manifeſtus per ſe.

Magis autem erit manifeſtū quod dicimus ſic. Nā hęc quidē ſemp nata ſunt à medio ferri, illa vero ſemp ad medi ū. horum autem id quidē, quod à medio fertur, ſurſum dicimus ferri, deorF ſum vero id, quod ad medium. Absurdū enim est non arbitrari in cœlo aliqd esse, quod qdē ſurſum fit, aliud aūt deorſum, quē admodū quidā censent. nō enim esse aliud quidē ſurſum, aliud vero deorſum dicunt, ſi oī ex parte ſiīe ē, & vndiq; oppoſitis pedib⁹ ambulabit vnuſquiſq; ipſe ſibi. Nos āt ipſum vniuerſi extremū ſurſum dicimus, quod & ſm poſitionē ē ſurſū, & natura primū.

Platonis opinio in Timæo.

G *Nos autem volumus declarare hunc ſermonem ſic. Rerũ enim quæ*
dam mouentur ſemper ad mediũ,
& quædam ſemper à medio. quod
autẽ mouetur à medio dicitur mo-
ueri ad ſuperius, ad medium autẽ
ad inferius. Dicentes autem quòd
mundus non habet ſuperius, neq; in
ferius peccant, vt quidã Antiqui,
fingentes quòd mundus non habet
ſuperius, neq; inferius, cũ totus mũ-
dus ſit conſimilis in omnibus par-
H *tibus. & ſi ita ſit, continget vt ſit*
poſsibile cuilibet homini, vt in qua
dam hora ſit ambulans in oppoſi-
tione loci, ẽ quo primo ambulabat,
& vt pedes eius non ſint oppoſiti lo
co, in quo primo erant. Nos aũt vo-
camus oriZontem mundi ſuperius,
& dicimus quòd eſt in ſuo loco ſu-
perius, & eſt primum in natura.

4 Cum poſuit, ꝙ graue dicitur duo bus modis, ſimpl'r, & ſm comparationẽ, & ſil'r leue, vult modo demonſtrare modum, ex quo poterit apparere graue, & leue eſſe ſimplicia. & I hoc apparet ex motibus naturalibus corporum ſimplicium. quia, cum inuenimus duo corpora, quorũ alterꝫ mouetur ſemper ab eodem loco ex oĩbus partibus ad partes oppoſitas, & alterum mouet' ſemper ad illum eundem locũ ex oĩbus partibus oppoſitis, neceſſe ẽ vt ſint duo loca hic, naturaliter oppoſita, med: ũ, ſ. quod vocat inferius, & circunferentia, quã vocat ſuperius, nõ ſm cõparationẽ.

Et hoc intẽdebat, cum dicit: Rerũ enim quædam mouentur, &c. ideſt & ſignũ eius, quod inferius eſt res ꝓ K ſe, non in comparatione tm̃ ad alterum, & ſil'r ſuperius, eſt, quia inuenimus corpa, quæ ſunt in mũdo, duobus modis, modo, quo mouẽtur ad mediũ mundi ex oĩbus partibus, & illud vocam⁹ graue, & mobile ad inferius, ex quo neceſſe eſt vt medium Medium mundi ẽ diuiſibile, habens lati. tud inem mundi ſit inferius nãl'r, & modo, quo mot⁹ eſt à medio mũdi, in quo cunq; loco fuerit poſit⁹ in medio, cũ mediũ fuerit diuiſibile, habens ſ. latitudinẽ. &, quia iſte motus nõ procedit in infinitũ, ſcimus ꝙ peruenit ad corpus circundans mediũ, & ꝙ illud corpus eſt ſuperius naturaliter. L

D*d.* quod aũt mouet' à medio, &c. ideſt ex oĩbus partibus, ſ. ignis dicit' moueri ad ſuperius. ergo circũferentia corporis cœleſtis eſt ſuperius, cũ illud corpus ad ipſam mouetur. qm̃, cũ manifeſtum ſit ꝓ ſe ꝙ illud corp⁹ dr̃ moueri ad ſuperi⁹: & ꝙ illud corpus mouet' ad circunferẽtiam cœli: ergo circunferẽtia cœli eſt ſuperius. Et non nocet huic ſermoni, ſi ſit ex duab⁹ affirmatiuis in ſecũda figura. & *ſil'r propter conuerſionẽ ſermonis. quia manifeſtũ eſt apud nos ꝙ corpus, quod ex oĩbus partibus mouetur ad medium mundi, dr̃ moueri ad inferius, cõtinget vt inferius ſit medium mũdi. &, quia mediũ mundi, & ſuus orizon ſunt terminata naturaliter, non dicta ſm comparationem, continget vt inferius, & ſuperius ſint terminata naturaliter. ergo neceſſe eſt graue, & leue ſimpl'r eſſe, non ſm comparationem tm̃. & non eſſet ſm comparationem, niſi graue moueretur ad partem noſtrorũ pedum ex vna parte tm̃, & tunc ſuum eſſe ſuper terram eſſet ex vna parte tm̃, & tũc eſſet cœlum, quaſi tectum ſuper a.l. vlt. M

A ſuper capita noſtra ex parte vna partiũ terræ tm̃, ſicut imaginat' vulgus. qm̃, ſi ita eſſet, tunc nihil eſſet graue, & leue ſimpl'r. D.d. vt quidam Antiqui, fingentes, &c. i. quia iſti, cum non intellexerint de iſtis nominib⁹ ſuperius, & inferius, niſi ea, quæ ſunt ſm comparationem. & mundus, inquantum eſt ſphæricus, nõ habet in ſe hanc comparationẽ, iudicauerũt ꝙ inferius, & ſuperius non ſunt ſimpliciter. ſuperius enim & ĩferius ſm comparationem non imaginantur, niſi in corpe plano, nõ in ſphærico. ergo contingit iſtis, cum apud eos B non dicãtur ſuperius, & inferius, niſi reſpectiue, & mundus ſit ſphæricus, negare ſuperius, & inferius eſſe ſimpliciter. D. d. &, ſi ita ſit, &c. i. ꝙ, ſi ſuperius, & inferius, quæ ſunt in mũdo, non ſunt, niſi ſm comparationẽ, poſſibile ẽ vt hõ ambulet in aliqua hora ſuper aliquem locũ terræ, deinde poſt hoc ambulet in alio loco oppoſito illi primo loco, tm̃ pedes ſui in ſecundo loco non erunt oppoſiti ſuis pedibus in primo loco, vt nos dicimus de ambulantibus ſuper terrã in parte oppoſita loco, ſuper quẽ ſumus: ſed eſt poſſibile vt caput ambu C lantis in parte oppoſita parti, ſuper quam ſumus, ſit in parte noſtrorum pedum, ſ. vt caput eius ſit ad partem terræ, & pedes ad partẽ aeris, qui eſt ſuper illam partẽ terræ. quod eſt impoſſibile. Et, cum poſuit orizontem eſſe, & centrũ, & ꝙ orizon, vbicũq; fuerim⁹ in terra, eſt verſus noſtra capita, & centrũ verſus pedes in omni loco terræ, d. Nos aũt vocamus, &c. ideſt quia ſemper ſitus eius in reſpectu noſtrum eſt ſuperius e contrario ſuperiori, quod eſt ſm comparationem: quoniã in alio loco redit ſuus ſitus, vt ſit inferius. Si igitur ſuperi⁹ D eſt illud, quod eſt verſus noſtra capita, & hoc eſt ſuperius naturaliter, cuius ſitus nunquam mutatur in reſpectu noſtrum, manifeſtum eſt ꝙ illud ẽ ſuperius naturaliter, non ſm comparationem. & ſil'r de inferiori. Et ideo dixit: & dicim⁹ ꝙ eſt in ſuo loco, &c. i. ꝙ eſt in ſuo ſitu ſuperius naturaliter, non ſm comparationẽ, & ꝙ eſt primum in natura, i. ꝙ eſt prima partium naturaliter. prius. n. eſt in inferiori naturaliter. Et poteſt intelligi ꝙ eſt prius eo, quod eſt ſecundum comparationem.

Quoniam aũt aliquid ipſius E cœli extremum eſt, & medium, patet ꝙ erit & ſurſum, & deorſum, quẽadmodũ & multi aiũt, verum nõ ſufficienter. Huius autem cauſa eſt, quia putãt nõ eſſe ſimile vndiq; cœlum, ſed vnum eſſe ſolum, quod ſupra nos eſt, hemiſphærium. qm̃ exiſtimãtes & circulariter eſſe tale, & mediũ ſimiliter ſeſe habere ad vniuerſum, hoc quidem ſurſum dicent eſſe, medium autem deorſum.

Reuertamur poſtea, & dicamus
quòd, ſi mundus habet oriZontem, F
& medium, manifeſtum eſt ipſum
habere ſurſum, & deorſum, vt con
cedunt plures, quãuis non confeſſio-
ne firma. Et cauſa eius eſt, quia pu
tant cœlum non eſſe continens totũ
circunquaq;, ſed concedunt media-
tẽ cœli, quæ eſt ſuper nos tantũ,
cum neſciunt ipſum eſſe rotũdum,
& dixerunt quòd eius altius eſt ſu
perius, & medium eſt inferius.

Dicit, cum declaratũ sit ꝙ mun-
G dus habet orizontem, & mediũ, & ꝙ pedes nostri, vbicunq; sint in terra, sunt versus centrum, & capita versus circunferentiam, manifestum est ꝙ mundus habet nãr superius, & inferius. & hoc manifestũ est apud scientes ꝙ cœlum continet totum, sicut apud existimantes ꝙ cœlum continet nos ex vna parte tantũ. isti enim vulgares concedunt cœlum esse superius, & terram esse inferius. D. dedit testimoniũ ex vulgo, & dixit: vt cõcedũt plures. i. & ista opinio cõis est oĩbus. vulgus enim videt, & opi-
H natr ꝙ terra est inferius, & cœlũ est superius. sed non opinatr ꝙ superius est cõtinens totum, & ꝙ inferius est medium totius, cum non sciuerint ꝙ cœlum continet totum. &, si scirent, tunc dicerẽt, sicut nos dicimus.

Et hoc intendebat, cum dixit: Et causa eius est, &c. i. & causa, ꝓp quã vulgus opinatr ꝙ superius est ex vna parte terræ, est, quia non sciuerunt ꝙ cœlum continet terrã, nisi ex vna parte tm̃. &, si scirent ꝙ cœlum continet terram vbiq; scirẽt ꝙ superius continet terram, ꝙ est superius naturaliter. notum enim est per se ꝙ cœ-
I lum est superius, & dixit hoc, vt puto, reprehẽdendo Antiquos, opinantes ꝙ cœlum continet totum, & dicebant cum hoc, ꝙ non est superius, neq; inferius naturaliter.

Simpliciter igit̃ Leue dicim⁹, quod sursum fertur, & ad extremum. Graue autẽ, quod simpliciter deorsum, & ad mediũ. Ad aliud autẽ leue, & leuius, quod, duobus habẽtibus grauitatem, atq; molẽ equalẽ, deorsum altero alterũ natura velocius fertur,

Et, si ita sit, dicamus quòd Leue K
simpliciter est illud, quod mouetur ad superius, & ad oriẽtem, & quòd graue simpliciter est illud, quod mouetur ad iferius, & ad medium. Leue aũt, & Graue secundũ comparationẽ est, cum fuerint duo æqualia in magnitudine, & spissitudine, & vnũ eorum mouetur ad inferius citius, quàm alterum.

Cum declarauit superius esse na- 6
turaliter, s. circunferentiam, & inferius nãr esse, s. medium, d. ꝙ ex hoc L
sequitur Graue esse simpliciter, s. illud, quod mouetur ad inferius simpliciter, quod est mediũ, & Leue esse simplr, s. illud, quod mouetur ad superius simplr. Et d. Et, si ita sit, i. &, si superius sit simplr, non fm comparationem, & silr inferius, contingit ex hoc vt leue simplr sit, quod mouetr ad superius, quod est circunferentia, & graue simpliciter sit illud, qđ mouetur ad inferius, quod ẽ medium. & hoc, quod dixit, est vna descriptio num grauis, & leuis simpliciter. Et, cũ declarauit graue, & leue esse simpliciter, & * declarauit cum hoc, quæ sunt dispositiones, siue descriptiões, quæ in talibus rebus accipiuntur loco definitionum, quia actiones propriæ istis rebus accipiuntur loco formarum, & differentiarum in definitionibus, reuersus est ad describendum quid est graue, & leue fm comparationem & d. Leue aũt, & Graue fm comparationem, &c. i. ꝙ, cum ad grauius, & leuius fuerit comparatũ. Illud aũt, quod est minoris grauitatis ẽ ex genere grauis simpliciter, & nõ differunt, nisi fm magis, & min⁹, ꝓpter

M
* a. l. & declarauit ī hoc, qđ ꝙ siunt, cum descriptiones ī talibus rebus accipiantr loco definitionũ. Opationes ꝓprie accipiuntr in dehõnib⁹ loco soꝛarũ, & drarũ. Idẽ infra. c. 26.

propter illud, quod miscetr cum eis
A ex altero cõtrario, quod est leue. & hoc non inuenitr in rebus, quæ sunt eiusdem speciei. Grauitas. n. magnitudinum æqualium, q̃ sunt eiusdẽ speciei rerum grauium, æqualis est. & istæ magnitudines non differunt in grauitate, nisi propter magnitudinem, & paruitatẽ. magnitudines autem æquales, quę sunt diuersæ speciei, inueniuntur diuersæ in grauitate, i. ꝙ quædam earum sunt velocioris motus ad medium. & ideo dictũ fuit de istis vt sint æquales in magnitudine, & spissitudine, & spissitudine. Et intendit ꝓ
B magnitudinem quantitatem, & spissitudinem grossitiem. & intendebat in hoc ꝙ non dominatur in eis substantia leuis. Et silr huic, ꝙ dixit de graui fm comparationem, intelligẽdum est de leui, s. ꝙ leue dr fm comparationem, cum fuerint duo æqualia in magnitudine, quorum vnum citius mouetur ad superi⁹. licet hoc raro inueniatr in compositis. grauitas. n. magis dominatur ī cõpositis.

Eorum ita ꝙ, qui prius ad eã, quæ de his est, consyderationẽ venerunt, plurimi ferè de hoc
C modo grauibus, & leuibus dixerunt solis, quorum amboꝝ⁹ habentibus grauitatem, alterum est leuius. sic autem, cum pertractauerint, putant determinatũ esse & de simplr leui, & graui. ratio autem ipsis non congruit.

Et dicamus, quòd fere omnes perscrutantes de his duobus nõ fuerunt perscrutati, nisi de leui, & graui secundum comparationem, & dixerũt: quare igitur sunt duo, D
quorum actio est æqualis, & unũ eorum mouetur citius ad inferius, quàm alterum. & cum hoc determinauerunt, etiã putauerũt quòd determinauerunt leue, & graue simpliciter. sed sermo eorum non conuenit istis.

Et, cum declaratũ est iam leue esse 7
se simplr, & leue eẽ fm comparationẽ, & graue simplr, & graue fm cõparationem, reuertamur igit̃, & dicam⁹ ꝙ ferè omnes Antiqui, pscrutantes de istis duabus naturis, s. graui, & leui, non fuerũt locuti de istis E
ꝓbus earũ, nisi de graui, & leui fm comparationem. Et hoc est manifestum ex quæstione eorum. Quęrũt enim quare sunt duo, quorum motus est ad eandem partem, & vnum eorum mouetr ad inferius citius suo compari. Et hoc intendebat cum dixit: & dixerũt, quare igitr sunt duo, quorũ actio est æqualis, &c. & hoc sicut dr, est signum super hoc, ꝙ illi non fuerunt locuti de graui, & leui, nisi tm̃ in eis, quæ sunt fm comparationem. oẽ enim quod mouetr ad eã dem partẽ, est eiusdem spẽi, aut grauis, aut leuis, & de hoc, quod q̃runt, F
quare illa, quæ sunt huiusmodi, &c. apparet ꝙ loquuntur de eisdem specie, s. aut de graui fm comparationem, si illa pars fuerit inferi⁹, aut de leui fm comparationem, si illa pars fuerit superius. Et, si perscrutati essent de graui, & leui simplr, deberẽt dicere quare quędam corpora ad ī-ferius mouentur, & quædam ad superius. D. d. &, cum hoc determinauerunt, &c. i. &, cum dederunt cãm grauis, & leuis fm comparationem, & determinauerunt ipsam, putauerunt

G runt ꝙ hoc facto iam determinauerunt cauſam grauis, & leuis ſimpliciter. D. d. ſed ſermo eorũ non conuenit iſtis, i. & apparet ex hoc, quod narrauimus de eis, ꝙ ſermo eorum de graui, & leui, ſin cauſis dandis, non conuenit graui, & leui, quę ſunt ſimpliciter, quæ deſcripſimus.

Antiquorum, veterum, ſ. & iuniorum de Graui, & Leui ſententias commemorat, & eorundẽ fallacias.

Cap. 3.

H MAniſeſtum aũt erit hoc magis ſi ꝫs, qui vlteriꝰ ꝓceſſerint. Dicunt. n. grauius, & leuius nõnulli quidem, quemadmodum in Timæo exiſtit ſcriptum. Grauius quidem, quod ex pluribꝰ eiſdem cõſtat, Leuius autem, quod ex paucioribus. quemadmodum plumbo plumbum maius grauius eſt, & æs ære: ſiſr autem & aliorũ eiuſdem ſpeciei vnumquodq; nã in exceſſu æqualium partium grauius vnumquodq; exiſtit. eodẽ autem modo & ligno plumbũ aiunt. ex quibuſdã. n. eiſdem eſſe
I oĩa corpora, & vna materia, ſed non videri. Sic autem determinatis, non eſt dictum de ſimpliciter leui, & graui.

Volumus igitur declarare, & exponere ſermonem eorum. Quidã enim eorum determinauerũt Grauius, & Leuius, dicendo quòd graue eſt quod componitur ex plurib. conſimilibus, leue autẽ ex paucis. v. g. quòd fruſtum plumbi eſt grauius altero fruſto plumbi, cum magis plumbum fuerit in eo, quàm in K *altero. & ſimiliter cuprum ẽ grauius alio cupro, cum ĩ eo fuerit magus cuprum, vt dictũ eſt in Timæo. Et hoc dicunt in alys conſimilibus formis. quia illud, in quo ſunt plures partes, quàm in ſuo compari, eſt grauius ſemper. & ſimiliter dicunt de ligno, & plumbo. fingunt enim quòd omnia corpora ſunt cõpoſita ex partibus ſimilibus, & ex vno elemento, & putauerunt hoc, & ſenſus non teſtatur eis. Modo* L *igitur iam determinauerunt grauius, & leuius hac determinatione, & nihil dixerunt de graui, & leui ſimpliciter.*

Cum narrauit ꝙ Antiqui nõ fue 1
rũt locuti de iſtis, niſi ſm cõparationẽ, vult modo declarare hoc narrãdo ſermonẽ eorũ, & d. Quidam. n. determinauerunt Grauius, & Leuiꝰ, &c. i apparet. n. ꝙ, cũ iſti voluerunt definire graue, & leue, non definiuerũt, niſi graue, & leue ſm cõparationem, ſ. grauius, & leuius. iſti. n. dixerunt ꝙ graue eſt illud, quod compo M
nit ex pluribus elementis. & hoc intendebat pro pluribus conſimilibꝰ. Oés. n. conueniunt in hoc, ꝙ elemẽta ſunt conſimilia, & ꝙ leue eſt illud, qđ componit ex elementis paucis. & ſm hanc definitionẽ graue, & leue ſunt eiuſdem naturæ, & nõ differũt niſi ſm magis, & minus. & hæc eſt diſpoſitio grauiũ in reſpectu, & leuiũ in reſpectu, non ſimpliciter. iſtæ. n. duæ naturæ ſunt diuerſæ in definitione, & in eſſentia, &c. D. d. exẽplũ ad declarandũ ꝙ ſermo eorũ nõ eſt, niſi in

A in eadẽ nã diuerſã ſm magis, & minus, & d. v. g. &c. i. & ſermo eorũ de natura grauis, & leuis eſt ſimilis ſermoni dicentis ꝙ hoc plũbũ eſt grauius hoc plumbo, quia in eo ſunt ex partibus plumbi magis q̃ in altero. & dixit hoc, quia dr̃ia eſt magna inter dicentes ꝙ hoc plumbũ eſt grauius hoc, qa in eo ſunt ex eĩntis grauibus plus, q̃ in altero, aut quia i eo ſunt ex partibus plũbi plus, q̃ in altero. D. d. Et hoc dicunt in alijs conſimilibus formis. i. & hæc eſt cã, quã reddunt in graui exiſtenti in rebus, quæ ſunt eiuſdem ſpẽi, & in rebus, q̃
B ſunt diuerſæ ſpeciei. & hoc intendebat, cum dixit: & ſiſr dicũt de ligno, & plumbo. D. d. cãm in hoc, & dixit: fingunt enim ꝙ oĩa corpora, &c. i. & hoc, quod dant de cauſa grauitatis, & leuitatis, eſt idem in oĩbus corporibus, ſiue eiuſdem ſpeciei, ſiue diuerſæ ſpẽi. opinabanr̃. n. ꝙ oĩa corpora ſunt compoſita ex elementis eiſdem in ſpecie: quapp dicebant ꝙ graue eſt illud, in quo ſunt plura elementa, & leue, in quo pauca. D. d. & putauerunt hoc. & ſenſus non teſtatr̃ eis. Et hoc poteſt intelligi, ꝙ iſte ſermo in elementis non conuenit oĩbꝰ
C eis, quę videnr̃ in corporibus compoſitis. dicentes. n. hunc ſermonem impoſſibile eſt eis dicere, quomodo corpora compoſita diuerſantur ſpecialiter, cum eĩnta, ex quibus cõponũntur, ſint eadem in ſpecie, ſ. q̃ quomodo diuerſanr̃ formę compoſitorum, & alia multa contraria ſenſui, q̃ contingunt huic poſitioni. Et põt intelligi ꝙ, ſi hæc eſſent elementa, ſicut dicunt, ſentirentur corpora diſſolui in ea, & cõponi ex eis, ſicut ſentitur in quatuor eĩntis. Et, cum videar̃ ex ſermone eorum ꝙ ipſi non fuerunt locuti, niſi de grauiori, & leuiori, fecit de hoc rememorationẽ. & d. Modo igiꝛ iam determinauerunt, &c. i. qm̃ autem iſti non dederunt, niſi cauſam grauioris, & leuioris, & nihil dixerunt de graui, & leui, q̃ dicuntur ſimpliciter, manifeſtum eſt ex hoc, quod diximus.

Nunc enim ignis quidẽ ſemper leuis eſt, & ſurſum ferr̃, terra autẽ, & terrea omnia deorſum, & ad medium. Quare, non propter paucitatem triangulorum, ex quibus conſtare aiunt vnum quodq; ipſorum, ignis ſurſum D
ferri natus eſt. nã maior minus vtiq; ferreꝛ, & grauior eſſet, ex pluribus cũ ſit triangulis. Nunc aũt vr̃ contrarium. quanto. n. fuerit maior, leuior eſt, & ſurſũ ferr̃ veloci9, & deſup etiam paucus citius deorſum ferꝛ ignis, multus autem tardius.

Nos autẽ videmus quòd ignis eſt leuis æternæ leuitatis, & quòd mouetur ad ſuperius, & terra, & terreſtria ſunt grauia æternæ gra E
uitatis, mobilia ad inferius, & ad medium. Si igitur ita ſit, non propter triangulos: ex quibus elementa componuntur, mouetur ignis ad ſuperius. quoniam ſi ita eſſet, ſicut dixerunt, tunc magnus ignis eſſet tardioris motus ad ſuperius, & grauior, cum componeretur ex pluribus triangulis, vt dicunt. Sed nos videmus contrarium. quoniã quãto magis fuerit maior, tanto magis

G *gis erit lenior, & velocioris motus ad ſuperius. & quanto magis fuerit minor, tanto magis velocioris motus a ſuperiori ad inferius.*

9 Cum contingat eis ſm ſuam cauſam, vt eadem natura qñq; ſit leuis, cum fuerit compoſita ex paucis elementis, & qñq; grauis, cũ fuerit cõpoſita ex pluribus elementis, incœpit primo demonſtrare ꝙ in grauĩ ſimplr, & leui ſimplr apparet cõtra dictorium, ſ. ꝙ omne leue ſimplr, ſiue magnum, ſiue parũum, i. ſiue cõpoſitum ex pluribus elementis, ſiue
H paucis, ſemper vr leue. i. mobile ad ſuperius, & ſiſr de graui ſimplr, & d. Nos autem videmus, ꝙ ignis eſt leuis, &c. i. nos autem videmus ex noſtris fundamentis ꝙ ignis oĩs, ſiue magnus, ſiue paruus, & in qualibet hora, cum fuerit in loco inferiori, ſ. medio, mouebiſ ad ſuperius, quod eſt circunferentia, & ſiſr oẽs partes terræ, ſiue magna, ſiue parũa, ſemp mouentur ad medium. Et, cum poſuit hanc propoſitionem, tanq̃ manifeſtam ſenſui, d. Si igiſ ita ſit, non propter triãgulos, &c. i. & ſi hoc fundamentum ſit ſicut poſuimus, im-
I poſſibile eſt ſm opinionem dicẽtis, ꝙ quatuor hæc corpora, vocata elementa, ſunt compoſita ex triangulis, dicere ꝙ cauſa, propter quam q̃dam ſunt grauia, & quædam leuia, eſt, quia leue componiſ ex pauciorĩbus triangulis, & graue ex pluribꝰ. D. d. qm̃, ſi ita eſſet, ſicut dixerunt, &c. i. qm̃, ſi cauſa grauitatis eẽt multitudo triangulorũ, & leuitatis paucitas, ita, ꝙ terra cõſtaret ex multis triangulis, & ignis ex paucis, contingeret vt magnus ignis eſſet tardioris motus ad ſuperius q̃ paruus: magnus enim plures habet triangulos K
q̃ paruus: ſed non ita eſt: ergo multitudo triangulorum non eſt cauſa grauitatis, neq; paucitas leuitatis. D. d. qm̃ quanto magis fuerit maior, &c. Ignis. D. d. & quanto magis fuerit minor, &c. i. & quãto magis ignis fuerit minor, tanto motus eius violẽte ad infetius erit facilior. & hoc contingit eis, quia ponunt hos triangulos eiuſdem naturæ. Et, ſi dixerũt ꝙ quidam eorum ſunt graues, & q̃dam leues, & graue componitur ex triangulis graubus, & leue ex leuibus, non contingeret eis hæc contra dictio. & hæc contradictio eſt vni- L
uerſalis omnibus ponentibus quatuor elementa eſſe compoſita ex elementis conſimilibus, ſiue ſuperficiebus, ſiue partibus indiuiſibilibꝰ, & ꝙ cauſa grauitatis, & leuitatis ẽ multitudo, & paucitas eorum.

Ad hæc autem, quoniam qđ pauciora quidem habet ea, quæ ſunt eiuſdem generis, leuius eſſe dicunt, quod autem plura grauius, aerem autem, & ignem, & aquam ex eiſdem eſſe triangulis, ſed differre paucitate, ac multitudine, quapropter hoc quidẽ M
ipſorum eſſe leuius, hoc autem grauius, erit aliqua multitudo aeris, quæ grauior aqua erit. Accidit autem totum contrarium. nã & ſemper maior aer furſum fertur magis, & oĩno quelibet pars aeris furſum ex aqua ferſ.

Dicamus etiam aliter alio ſermone quòd, ſi corpus leuius fuerit leue, quia componitur ex homogeneis paucis, & corpus grauius fue
rit

A *rit graue, quia componitur ex homogeneis multis. ignis autem, & aer, & aqua componuntur ex ſimilibus triangulis, ſed diſtant in paucitate, & multitudine triangulorum, ex quibus videntur grauiora, aut leuiora ſe adinuicem, neceſſarium eſt, vt aliqua quantitas aeris in multitudine ſit grauior aqua. tunc igitur debet aer moueri ad inferius. quod eſt impoſſibile. Videtur enim quòd quanto magis aer fuerit maior, tanto citius mo-*
B *uebitur ad ſuperius.*

10 In prima* demõſtratione demõ- *a. L. cõtra dictione.
ſtrauit eis accidẽr quòd pars maior ignis, aut terræ mouetur tardius q̃ minor, in hac autem ꝙ pars maior leuis elementi mouetur ad partem, ad quam minor pars corporis grauis mouetur. & d. ꝙ, cũ poſuerimus ꝙ leue, inquantum eſt leue, componitur ex elementis conuenientibus in forma, ſed paucis, & graue ſimpliciter e contrario, ſ. componiſ ex illis eiſdem elementis, ſed multis, contingit vt aliqua pars aeris, aut ignis ſit grauior aliqua parte terræ, ita, ꝙ
C illa pars aeris, aut ignis debet moueri ad inferius. poſſibile eſt. n. accipere partem aeris magnam, ĩ qua ſint plura elemẽta q̃ in terra parua: quapropter continget vt illa pars magna aeris deſcendat ad inferius. Et hoc intendebat, cum d. neceſſarium eſt vt aliqua quantitas aeris in multitudine, &c. i. poſſumus bene accipere partem aeris magnam, in qua ſint plures trianguli, q̃ in parte parua terræ: quapropter debet moueri ad iferius citius, q̃ illa pars parua ter D
ræ. ſed contrarium vr eſſe. quanto enim aer fuerit maior, tanto citius mouebitur ad ſuperius.

Nonnulli igitur hoc modo de leui, & graui determinauerunt. Alĩs autem non ſatis viſum eſt ſic diſtinguere, ſed quamuis Antiquiores eſſent ea, quæ nunc ẽ, ætate, nouo magis modo de ĩs, quæ nunc ſunt dicta, intellexerunt. videntur enim corporum quædam, mole quidem minora exiſtentia, grauiora autem. Patet igiſ ꝙ non ſatis eſt dicere ex E
æqualibus ipſis primis ea componi, q̃ eque grauia ſunt, æqualia enim eſſent mole.

Secundum igitur hunc modum diſtinxerunt iſti graue, & leue, & hac diſpoſitione diſpoſuerũt ea. Alys vero diſplicuit iſta diſtinctio, & diſpoſitio, quapropter illi diſtinxerunt hoc, & alia ſcientia determinauerunt, & ſunt iſti priores alys in tempore. & nos videmus quòd quædam corpora ſunt maioris ſpiſſitudinis quàm alia: corpus F
enim duriſſimum eſt grauius. Declaratum eſt igitur: quòd graue, & leue non ſunt ex multitudine, & paucitate homogeneorum. quoniam, ſi ita eſſet: tunc ſpiſſitudo in eis eſſet æqualis.

Per hoc, quod dixit: Secundũ igi 11
tur hunc modum, innuit dicẽtes ꝙ cauſa grauis, & leuis ſit multitudo, vel paucitas triangulorum, ſ. Platonem, & eius ſequaces, & per hoc, qđ

d. Alijs

G d. Alijs,&c. innuit Democritum, & eius ſequaces, dicentes partem eē indiuiſibilē. ſermo. n. iſtorū ꝙ cā grauitatis, & leuitatis ſit multitudo, & paucitas elementorum, ſ. corporum indiuiſibilium, eſt magis cōueniēs naturæ, q̄ ſermo Platonis. & ideo dixit, ꝙ iſte ſermo ē prioꝝ tpe, q̄ alius i. & deberet eē ecōtrario. ſermo. n. poſterioris deberet eſſe acutior, & rectior. et in hoc reprehendit Platonem. D. d. & nos videmus ꝙ quædā corpora, & c. i. & intēdit hic per ſpiſſitudinem magnitudinem, & eſt iſte ſermo contradicens dicentibus ꝙ cauſa grauitatis, & leuitatis eſt multitudo, & paucitas elementorum. cū. n. contradixerit huic opinioni in graui, & leui ſimplr, incœpit hic contradicere ei etiam in graui, & leui, ſm comparationem, dicendo ꝙ, ſi cauſa, pp quam quædam corpora ſunt grauiora, aut leuiora, eſſet multitudo, aut paucitas elementorū conſimilium, ſiue triāgulorum, ſiue corporum indiuiſibilium, contingeret, vt nullum corpus minus videretur eſſe grauis alio corpore maiori, vt de plumbo, & ferro, ſ. ꝙ pars minor plumbi eſt grauior parte maiori ferri. Et manifeſtum eſt ꝙ, ſi plumbū, & ferrum componantur ex corporibus indiuiſibilibus, aut ex ſuperficiebus, aut triangulis, ꝙ maius eſt plurium ſuperficierum, aut pluriū corporum indiuiſibilium: quia iſta elementa ſunt infinita ī numero in cōpoſitis paruis, & magnis. & ī hoc oēs conueniunt, niſi dicant foramina eſſe, & vacuū, quæ dicunt eſſe quidam dicentes eſſe corpora indiuiſibilia. & ideo putat quod dicere hæc corpora eſſe, eſt valde ſufficiens. D. d. quoniam, ſi ita eſſet, &c. i. quoniā ſi cauſa grauitatis, & leuitatis eſſet multitudo, & paucitas partium, contingeret vt omnia corpora grauia æqualia in grauitate eſſent æqualia in magnitudine. ſed contrarium videtur eſſe. K

Prima autē, & diuiſibilia ꝙ quidem, qui plana dicunt eē, ex quibus conſtant grauitatem habentia corpora, abſurdum eſt dicere, ꝙ vero, qui ſolida, magis contingit dicere ipſorum maiꝰ eſſe grauius. Compoſitorū aūt, qm̄ non videtur hoc vnūquodque ſeſe habere modo, ſed multa grauiora videmꝰ minora mole eſſe, quemadmodum lana, ęs, aliam eſſe cauſam & putant quidam, & dicunt. L

Dicentes vero corpora eſſe compoſita ex partibus indiuiſibilibus, qui eorum componunt corpora ex ſuperficiebus, impoſſibile eſt eis dicere quòd quāto magis ſuperficies fuerit maior, tāto magis corpus cōpoſitum erit grauius. nam hoc eſt impoſſibile omnino. Qui vero componunt corpora ex corporibus indiuiſibilibus, habentibus tres dimenſiones, poſſibile eſt eis dicere, quòd corpus maius eſt grauius. ſed hoc non poteſt dicere, niſi in primis corporibus ſimplicibus, in compoſitis autem nō. videmus enim quòd corpora compoſita ſunt grauia, & leuia ſecundum hunc modum. videmus. n. multa corpora parua grauiora alys magnis, ut. cuprū lana. M

Cum

A Cū narrauit ꝙ cauſa data ab iſtis 12 in grauitate, & leuitate, non eſt grauitatis, & leuitatis, quæ ſunt ſimpliciter ſm poſitionem dicentis eſſe elementa ſuperficies, & ſm opinionem dicentis ea eſſe corpora īdiuiſibilia, & narrauit quot impoſſibilia ſequūtur ex hoc, & etiam ꝙ non poſſunt reddere cauſam perfecte grauis, & leuis ſm comparationem, ſ. in cōpoſitis, incœpit demōſtrare iſtas duas ſectas, in quo differunt, in dādo cauſam grauitatis, & leuitatis ſm comparationem in ipſis elementis. Dicētes. n. elementa eſſe corpora indiuiſibilia poſſunt reddere cauſam grauitatis, & leuitatis ipſorum elementorū ſm comparationē, licet non poſſint in compoſitis. Dicentes autem ſuperficies eſſe, neq; in compoſitis, neq; in ſimplicibꝰ poſſunt dare cauſam. Et ideo opinio de corporibꝰ in diuiſibilibus magis eſt conueniens naturæ. ponūt enim ea eſſe diuerſa in quātitate. quapropter poſſunt dicere, ꝙ quædam eorum corporum, ſ. maiora ſunt grauiora quibuſdam, ſ. paruis. qm̄ corporū, q̄ ſunt eiuſdē naturæ, maiora ſunt grauiora minoribus. Sed, cum quęſitum fuerit ab eis, quare q̄dam compoſita parua ſunt grauiora q̄buſdā magnis, nihil potuerunt dicere. compoſita enim parua componūtur apud eos ex partibus minoribus, & ſunt leuiora. iſti igit poſſunt dare cauſam grauitatis ſm comparationem in ſimplicibus, ſed non in compoſitis. Dicentes aūt ſuperficies eſſe neq; in ſimplicibus, neq; in cōpoſitis, in ſimplicibus aūt, quia nō poſſunt dicere ꝙ magna ſuperficies eſt grauior parua, ſicut illi poſſunt dicere ꝙ corpus magnum eſt grauius paruo. intelligibile. n. eſt, vt ſm diuerſitatem corporū diuerſet grauitas, ſm aūt diuerſitatē ſuperficierum non eſt intelligibile, cum grauitas non dicatur de ſuperficie. Hæc igit eſt ſumma iſtius capituli. Et d. Dicentes vero corpora eſſe cōpoſita ex partibus indiuiſibilibus, ſ. ex elementis indiuiſibilibus. dicentes. n. elementa eſſe triāgulos, dicunt partes eſſe indiuiſibiles in cōpoſito, quia trianguli non diſſoluūtur in aliquid, ſed alię ſuperficies diſſoluunt in eos. D. d. qui eorum cōponunt corpora ex ſuperficiebus. i. dicentes aūt, ꝙ elementa ſunt triāguli, non poſſunt ſpecificare omnino has ſuperficies, dicendo ꝙ quędā earum ſunt grauiores quibuſdam, ita, ꝙ poſſint dicere ꝙ corpora leuia componunt ex ſuperficiebus leuibus, & grauia ex grauibus. D. d. Qui vero componunt corpora ex corporibus indiuiſibilibus, &c. i. qui autem componunt corpora ex magnitudinibus habentibus tres menſuras indiuiſibiles, poſſunt dicere, ꝙ quædā corpora indiuiſibilia ſunt grauiora quibuſdam, qm̄ ſunt maiora eis. & pp hoc poſſunt dicere, ꝙ corpora compoſita ex eis grauia ſimpliciter ſunt ex partibus magnis, & leuia ex paruis. D. d. in corporibus aūt cōpoſitis nihil poſſunt dicere, ſ. quare q̄dam corpora cōpoſita grauia ſunt grauiora q̄buſdā, ſicut hoc nō poſſunt dicere dicentes ſuperficies. D. dedit cauſam ſuper hoc, & d. videmꝰ enim ꝙ corpora cōpoſita ſunt grauia, & leuia, &c. i. & impoſſe ē eis ſm hanc opinionem dicere, qua de cauſa corpora compoſita grauia ſunt ī grauitate maiori ad ſeinuicem. contingeret. n. eis ſm hanc poſitionem vt grauius eſſet maius. ſed nō vr ita. B C D E F

corpus

G corpus enim cupri paruum grauius est corpore magno lanæ. & hoc, qđ dixit necesse ē eis. qm̃, si cā excessus grauitatis corporū in grauitate est multitudo partium facientium grauitatem, necesse est ꝙ illud, qđ est plurium partiū, sit grauius: sed maius debet esse plurium partium: ergo maius est grauius. cuius contrarium vr̃. Et potest aliquis dicere ꝙ, cum dicentes partes esse indiuisibiles dicunt, ꝙ leue simpliciter sit ex īdiuisibilibus partibus paruis, & graue simplr ex indiuisibilibus partib⁹ magnis, & apud eos sunt partes infinitæ in corpore magno, & paruo, non contingit eis hoc, qđ dixit Ari, s. ꝙ corpus magnum aeris erit grauius corpore paruo terræ. partes. n. ex quibus componitur aer apud illos. sunt paruæ, & ex quibus componitur terra, sunt magnæ, & nunq̃ ex paruis congregatur aliquod graue, neq; ex magnis aliquod leue, & si essent in fine paucitatis. Et dissolutio est, ꝙ magnæ, & paruæ non differunt qualitate, ita, ꝙ natura consequens istam partem sitalia a consequente illam, sed tm̃ differunt quātitate. & sic reuertetur sermo eorū in hoc, ꝙ graue, & leue non differunt, nisi per maius, & minus, & cōtingunt eis contradictiones, quas dedit eis Arist. & necessarium est dicere eis ꝙ corpora compositа non sunt maiora se ĩuicem, nisi quia aut constant ex plurib⁹ partibus, aut ex maioribus. Hæc igitur est contradictio eius contra dicētes hanc opinionem in graui, & leui simpliciter, & sm̃ comparationem.

Obiectio. Solutio.

H I

Vacuum enim comprehensum corpora leuia reddere aiūt, & facere interdū maiora leuiora. plus enim habere vacui. ob hoc enim & mole esse maiora, composita sæpe ex æqualibus solidis, aut minoribus. omnino autem & omnis leuioris causā esse plus inesse vacui, dicunt igitur hoc modo.

K

Alij vero dicunt, quòd causa leuis, & grauis non est hoc, quod isti dicunt, sed vacuum existens in corporibus, quod eleuat ea ad superius, ita, quòd forsitan corpora magna efficiuntur leuiora, quia in eis existit multum vacuum. & ideo L *sunt maiora in spissitudine, quam uis sint composita, sicut alia corpora eis similia æqualiter in multitudine & paucitate. & dico vniuersaliter quòd isti dicūt quòd cā, propter quam hoc est leuius hoc, ē: quia habet in se maius vacuum: quam hoc. secundum igitur hunc modū dicūt grauius & leuius eē.*

13

Cum compleuit contradicere dicentibus ꝙ causa grauitatis, & leuitatis est multitudo, & paucitas eīnto rum, incœpit contradicere dicentibus ꝙ causa est in hoc multitudo, & M paucitas vacui existētis in corpore, & primo narrat istorum opinionē, dicendo: Alij vero dicunt, &c. & d. existens in corporibus, quia dicentes vacuum esse sunt bipartiti. Quidam. n. dicunt ꝙ vacuum est constans per se, abstractum a corporib⁹. Quidam autem dicunt ipsum esse profundatum in corporibus, & dicunt ipsum esse causam leuitatis, & plenum esse causam grauitatis, & d. ꝙ eleuat ea ad superius, ad demonstrandum

A strandum ꝙ contingit eis ꝙ vacuū debet moueri. nam, si mouerit, non mouebit, nisi cum moueat. D. d. ita ꝙ forsitan corpora magna, &c. hæc est ratio eorum. & quasi dicat, & ꝓbant hoc, quia nos videmus multa corpora sensibilia magna leuiora alijs paruis. & hoc non potest eē, nisi vacuū existens in illis sit maius vacuo, existente in corporibus paruis, D. d. & ideo sunt maiora in spissitudine, i. ꝙ causa magnitudinis in corpore leuiori non est, quia in eo sint partes plures q̃ in corpore grauiori minori: sed causa est, quia in eo est

B vacuum maius. D. d. quāuis sint cōpositæ, &c. i. ꝙ vacuū ĩ eis est cā magnitudinis, q̃uis hæc corpa constent ex pribus, equalib⁹ ptib⁹ ex quib⁹ cō stant minora grauiora. & hoc videt in pluribus corporibus æqualibus ĩ magnitudine, & paruitate, s. ꝙ partes, ex quib⁹ componunt, sunt equales. & sermo istorum est magis sufficiens sermone illorum. Illi. n. non possunt dicere quare hoc corpus, licet videat maius, sit leuius, isti autē possunt dicere hoc, ponēdo vacuū. Et, cum d. sermonem eorū dilicte, collegit ipsum, & d. & dico vr̃, &c. i.

C & dico vr̃ ꝙ causa, ꝓp quā hoc corpus est leuius, & hoc grauius, est, qm̃ in corpore leuiori est plus vacuū q̃ in grauiori, siue in eo fuerint plures partes q̃ in grauiori, aut æquales eis, aut pauciores, i. quia isti non cōparant inter grauius, & leuius, nisi ꝓp solummodo vacuum, non propter vacuum, & partes. Dispositio enim in hoc tribus modis potest imagina ri, aut ꝙ leue est illud, cuius proportio vacui, quod est in eo ad plenum est maior, q̃ proportio vacui, quod est in graui ad plenum, quod est in

Cœ. Gen. Met. cū cō. Auer.

eo. & ipse bene perscrutabitur de his tribus diuisionibus post, & si ipsi nō dicant, nisi vnam istarum.

D Vide oēs modos in principio cōmenti sequentis.

Necesse autem est addere, sic determinantibus non solum vacui habere plus, si leuius sit, sed & solidi minus. Si enim excedet talem proportionem, non erit leuius. Ob hoc enim & ignem eē aiūt leuissimum, quia plurimū habet vacui. accidet igitur multum aurum plus habens vacui, modico igne esse leuius, nisi & solidū habebit multiplex. quare hoc est dicendum. E

Nos autem dicamus, quòd dicentes hunc sermonem, & distinguentes has duas proprietates hac demōstratione, necesse est eis vt nō proponant vacuum causam leuitatis tantum, sed vt ponant causam eius, quòd in eo sit ex corpore minus. Quoniam, si non fuerit ita, tūc leue non erit leue omnino. Si. n. dixerint, quòd ignis est leuis, quia cō stat ex maiori vacuo, continget eo F *rum sermoni vt aurum multū sit leuius igne pauco, quoniam vacuū est in eo maius. quapropter necesse erit eis dicere, quòd oportet vt in igne sit ex corpore multipliciter eius, quod est in auro, ita, quòd sit leuius auro.*

Cum hæc dispositio imaginetur tribus modis, quorū Vnus est, ꝙ leue est illud, quod constat ex maiori vacuo, siue constet ex partibus paucioribus, aut plurib⁹, Secundus aūt 14

G est, ꝙ leue est illud, qđ cõstat ex maiori vacuo, & minori pleno. Tertiꝰ vero est, ꝙ leue est illud, in quo proportio vacui ad plenũ est maior q̃ ī grauı, & incœpit declarare ꝙ dicenti hunc sermonẽ cõtingit cito dicere secundũ, ſ. dicere ꝙ leue est illud, in quo est maius vacuũ, & partes pauciores, & graue econtrario. & d. hoc quia iste sermo ẽ sufficientior q̃ primus, licet ipse destruat vtrunq;. Et d. Nos aũt dicamus, &c. i. ꝙ definientes leue ita, ſ. p illud, ꝙ est de vacuo multum in eo, & graue p illud, ꝙ in eo est multum de pleno, & contenti
H sunt in definitione harũ duarũ proprietatum, necesse est eis addere in definitione leuis, & ꝙ in eo est parũ de pleno, & addere ī definitione grauis, & multũ de pleno. D. dedit causam, & d. Qm̃, si ita non fuerit, tunc leue non erit leue oīno. i. contingit enim eis vt non inueniatur leue simpliciter, aut graue simpl̃r, sed graue reuerteretur leue, & leue graue. D. d. Si. n. dixerint ꝙ ignis est leuis, &c. i. qm̃, si definiuerīt leue p illud, quod in eo est magis de vacuo, q̃ in grauı, & fuerint contenti hac definitione, continget eis vt multum aurum sit
I leuius paruo igne. qm̃, si posuerimꝰ aliquam partem ignis, in qua sit aliqua quãtitas vacui maior vacuo existenti in aliqua parte terrę, aut auri, possibile est multiplicare illam partem terrę, aut auri: quapropter multiplicabitur vacuum, quod est ī ea, donec fit vacuũ in terra multa maius vacuo, quod est in paruo igne: & sic leuior erit q̃ paruus ignis: & sic terra multa erit leuis, quod est inopinabile. D. d. quapropter necesse erit eis dicere ꝙ oportet, &c. i. continget igitur eis vt iguis non sit leuis in respectu frusti illius auri, do- K
nec in eo sit de pleno magis, q̃ ī illo frusto. tũc enim contingit vt in eo sit magis de vacuo, & hoc necesse ẽ huic positioni. qm̃, cum proportio vacui ad plenum, sit eadem proportio in corporibus grauibus, & leuibus, & leue est illud, ī quo de vacuo est magis, necesse est vt eadem res sit grauis, & leuis in simul: leuis quidem in respectu eiꝰ, quod est minoris vacui, & hoc erit, cum fuerit minoris pleni: grauis autem ī respectu eius, quod est maioris vacui, & hoc est, cum fuerit maioris pleni.

Quidam igitur eorũ, qui nõ L
dicunt esse vacuum, nihil determinauerunt de leui, & graui, vt Anaxagoras, & Emped. Qui vero determinauerunt quidẽ, non autem dicũt esse vacuum, nihil dixerunt, cur corporum hæc q̃dem simpliciter leuia sunt, illa vero grauia, & ferunt hæc quidem semper sursum, illa autem deorsum. Præterea de eo, ꝙ corporum quædã maiore mole existentia, leuiora minoribus sunt, nihil meminerunt. neq; manifestum est quo pacto exijs, q̃ sunt M
dicta, cõsentanea apparentibꝰ dicere ipsis accidet.

Et dicamus etiam, quòd Antiquorum abnegantium vacuum esse, & dicentium quòd nullum vacuum existit in mundo, quidam nihil dixerunt de graui, & leui, & nullam distinctionem dederunt inter ea, vt Anaxagoras, & Empedocles. Quidam autem locuti fue-

A *runt de eis, & distinctionem fecerunt inter ea, sed non distinxerunt, quare hoc corpus ut detur graue simpliciter, hoc autem leue simpliciter, & quare illa mouentur semper ad superius, hæc autem ad inferius, & quare corpus quoddam, licet sit maius in spissitudine, est leuius alio minoris spissitudinis. quoniam, cũ isti locuti fuerint de hoc, tamen non aperte, & etiam cõtra dixerunt sensui. & hoc manifestũ*
B *est, sicut diximus superius.*

15 Anteq̃ compleat cõtradictiones, contradicentes ꝙ vacuum est causa leuitatis oĩbus modis possibilibꝰ dici ab eis, vult narrare quomodo fuerint sectæ Antiquorum in hoc, ad demonstrandum ꝙ ipse addit. Erant igitur tres sectæ. qm̃ Quidã non dicebant vacuum esse, & etiam nihil dicebant de causa grauis, & leuis. Quidam vero non dicebant ẽt vacuum esse, sed locuti fuerunt de causa grauis, & leuis, sed nihil dixerunt de causa, propter quam hoc est leue simpliciter, & hoc graue simpli
C citer, sed de eis, quæ sunt fm comparationem tm̃. Quidam autem dicebant vacuum esse. & sermo eius in hoc cap. intellectus est per se. Et d. & contra dixerunt sensui. quia causæ, quas dederunt, non conueniunt huic, qđ apparet sensui de leui simpliciter, & est ꝙ omnis pars eiꝰ mouetur semper ad superius, & etiam de graui simpl̃r, ſ. ꝙ omnis pars eiꝰ mouetur semper ad inferius, neque possunt facere cõuenientiam inter hoc, qđ dicunt de paucitate, & multitudine partium, & hoc, quod vide-

tur ꝙ q̃dam corpora sunt maiora, D
& cum hoc leuiora. Dicentes aũt vacuum esse, bene possunt dare cãm in hoc, quamuis non possunt dare causam grauis, & leuis simpliciter.

Necessarium autẽ est & eos, a
qui de ignis leuitate, multũ vacui habere, causam dicunt eẽ, ferè in eisdem hærere difficultatibus. minꝰ. n. habebit solidi alĩs corporibus, & vacui plus. attũ erit quædam ignis multitudo, in qua solidum, ac plenum excedit solidã contẽta in aliqua modica multitudine terrę. Si aũt di E
xerint & vacui, quonã pacto definiẽt ipm simpl̃r graue? Aut. n. ex eo, quia plꝰ solidi hẽt, aut qa minus vacui. Si igit hoc dicent, erit q̃dã multitudo terræ adeo pauca, in qua solidi erit minus, q̃ in magna multitudine ignis. Sil̃r aũt &, si vacuo definierint, erit aliquid, qđ semp deorsum fertur, leuius leui simpl̃r, & lato semp sursum. hoc aũt est ĩpole. Simpl̃r enim leue sp leuius ĩjs ẽ, q̃ grauitatem hñt, ac ferunt deF
orsum. Leuius autem non semp leue est, propterea ꝙ dicitur in habentibus grauitatem alterũ altero leuius, vt aqua terra. At vero neq; hoc, vacuũ ſ. proportionabiliter se habere ad plenũ, sufficiens est ad soluendam nũc dictam dubitationẽ. Accidet. n. & hoc modo dicentibus similiter impossibile. nam in maiore igni, atq; in minore eandem habebit rationẽ solidũ ad vacuũ. fertur autẽ velocius sursum ma-

G ior ignis minore, & deorsū rursus similiter maius aurū, & plūbum, similiter autem & aliorū vnumquodq; habētium grauitatem. non oportebat autē hoc accidere, si hoc, definitum est graue, ac leue.

Dicamus igitur, quòd dicentes etiam quòd causa leuitatis ignis ē multitudo vacui, necessario contingunt eis etiam hæ oppositiones, & non possunt euadere ab eis. in igne
H *enī est minus de corporeitate, quā in alys corporibus, & plus de vacuo, quam in alys. & secundū hoc erit ignis multus, in quo sit ex corporeitate magis, quam existat in terra pauca, & tamen ē leuior ea. Et, si dixerint quòd res forte est leuis propter vacuum, existēs in ea, non propter corpus, respondebimus eis, dicēdo, quomodo definitis graue simpliciter? Dicēt enim aut propter multitudinem corporis, quod est in eo. Et tunc dicemus quòd bene*
I *possumus īuenire aliquam quātitatem terræ, in qua sit de corpore minus quam in magno igne, & tunc non erit impossibile vt ignis sit grauior terra. Et, si dixerint quòd leuior est res, propter vacuū, quod est in eo, dicemus tunc, necessario contingit vt aliqua quātitas rei, quæ semper mouetur ad inferius, sit leuior re leui simpliciter, q̄ semper mouetur ad superius. quod est impossibile. Leue. n. simpliciter* K *semper est leuius omnibus grauib. quæ ad inferius mouentur. Leuius autem non est leue semper. grauia autem dicūtur esse leuiora se inuicem, vt dicimus quod aqua est leuior terra. Si igitur dixerint quod oportet vt vacuum, existens in re sit æquale pleno, existenti in ea, ita quod sit leuis, & grauis, dicemus quod etiam per hoc ingenium non potestis euadere a quæstiōe nostra. Quoniam ex hoc sermone vestro cō* L *tingit vobis impossibile. quoniam in multo igne, & in pauco tantum existit de corpore proportionaliter, quantum de vacuo æqualiter. & secundum hoc ignis multus mouetur ad superius citius, quàm paucus & similiter aurum, & plumbum multū mouentur ad inferius citius, s. quam paucum, & similiter alia grauia. & non deberēt eē ita, si graue, & leue essent secundum distinctionem eorum.* M

Cum dixit opinionem dicentiū 16
vacuum esse de graui, & leui, & contradixit vni modorū possibiliū dici vacuum esse causam leuis, reuersus est ad contradicendū eis, qui dicūt ꝙ causa leuitatis est vacuum, & ad perficiendum sermonem in hoc, numerando modos, fm quos possibile est imaginari vacuum esse causam leuitatis, & postea destruendo vnūquodq; eorum. Et abbreuiatio sui sermonis est ꝙ dicentes ꝙ vacuum est causa leuitatis non possunt euadere

Abbreuiatio.

A dere a tribus modis. Aut, vt dicāt ꝙ leue est illud, in quo est paucum de pleno, & graue est illud, in quo est multū de pleno. Aut dicant ꝙ leue est illud, in quo est multū de vacuo, & graue est illud, in quo est parum de vacuo. Aut, vt dicant ꝙ leue est illud, in quo est de vacuo plus q̄ de pleno, & graue econtrario. Si igitur dixerint ꝙ leue est illud, in quo est paucū de pleno, cōtinget eis vt illud ex partibus terræ paruis, in quo est de pleno minus, q̄ in parte magna ignis, sit leuius igne, quamuis sit terra. quod est impossē. Et, si dixerint
B modū secūdū esse, & est ꝙ leue est, in quo est multū de vacuo, cōtinget eis vt ps magna terræ sit leuior parte parua ignis. nā pars magna terræ constat ex multo vacuo. Et, si dixerint tertiū modum esse, s. illud, cui⁹ proportio vacui ad plenū est maior q̄ in graui, contingeret ēt eis impossē, s. vt velocitas parui ignis, & magni, sit æqualis. qđ est contrariū visui. ignis. n. magn⁹ vī velocior. & sīr de terra, s. vt terra magna non sit velocioris descensus, q̄ parua. Et cā hui⁹ est ꝙ ꝓportio vacui ad plenū eadē est in terra magna, & parua, & sīr ī
C igne. Et d. Dicamus igitē, &c. i. & dicamus ꝙ dicētes cām leuitatis ignis esse multitudinem vacui, necessario contingunt eis hæc impossibilia, q̄ dicam. D. d. in igne. n. minus est de corporeitate, &c. i. cōtinget. n. eis dicere ꝙ in leui simplr, s. igne oportet esse de corpore minus, & de vacuo magis, q̄ ī alijs el'ntis. D. d. & fm hoc erit ignis multus, &c. i. huic aūt definitioni leuis contingit diminutio. vī. n. ꝙ aliquid sit leuius aliquo, & non hēt ī respectu ipsius has duas dispositiones. v. g. ꝙ magnus ignis, in quo existit de corporeitate, ī. de pie D no magis, q̄ ī terra parua, est leuior, tm̄ non inueniunt'r in eo hæc duo p̄dicta, s. ꝙ iste ignis in respectu isti⁹ partis terræ non est maioris vacuitatis, & minoris corporeitatis, sed maioris vacuitatis tm̄. contingit igitur necessario vt sit iste modus leuis alius ab eo, qui contine't sub eorum
*dispōne. & est ꝙ non est leue, nisi *a. l. definitione.
inquantū est in eo magis de vacuo tm̄. & fm hoc contingit eis, cū voluerint definire leue definitiōe, cui nō contingat hęc obiectio, dicere ꝙ est illud, in quo est plus de vacuo tm̄, & non addere definitioni, & minus de E pleno. Et d. post. Et, si dixerint ꝙ res forte est leuis, &c. i. &, si dixerint ꝙ res forte est leuis, quia in ea est plus de vacuo, quāuis non sit in ea min⁹ de corpore, cōtingit eis vt definitio leuis vl'is sit illud, in quo est plus de vacuo. & tūc q̄rendū est ab eis qūo definiunt graue simplr fm hanc definitionē. D. d. Dicent. n. aut ꝓp multitudinē corporis, i. necesse est eis definire graue simplr p illud, s. ita, ꝙ est illud, in quo est plus de corpore. qm̄ graue simplr est illud, quod est leui contrarium simplr. &, cum necesse sit eis definire leue simplr ita, F quod sit illud, in quo est plus de vacuo, & etiam necesse est eis definire graue simplr ita, quod est illud, in quo est plus de corpore. D. d. Et tūc dicemus, &c. i. &, si dixerint ꝙ definitio grauis, sicut contingit eis, est illud, in quo est plus de corpore, dicemus eis ꝙ nos vidēm⁹ aliquam partem terræ paruā, ī qua est de corporeitate min⁹, q̄ in pte magna ignis. & fm hoc contingit vt aliquis ignis sit grauior terra. qđ est īpossē. Et cū d. diminutionem accidentē ei, qui

 desi-

G definiuit leue simplr p multum de vacuo,& parum de pleno, & ei, qui definiuit ipsum p multū de vacuo, quia contingit ei definire suum contrarium,quod est graue, per multū de pleno,&, cum d. impossibilia cōtingētia huic,vult etiam dicere impossibilia contingentia huic ēt definitioni leuis.& ista contradictio differta prima.quia in prima contradixit definitioni leuis, pp contradictionem ad definitionem sui cōtrarij,quæ sequit ab eo,in ista aūt contradixit ipsi definitioni. Et d. Et, ſc. dixerint ꝙ leuior est res pp vacuū, H quod est in eo,'dicemus,&c.i. ꝙ, cū posuerint ꝙ res leuis simplr,& est illud,cuius quælibet pars semper mouetur ad superius, est illud, in quo est plus de vacuo, pole est inuenire aliquam quantitatem magnā eius, quod semper mouetur ad inferius, & est graue simplr,in qua sit de vacuo plus, q̄ in aliqua quantitate parua leuis simplr,& sic erit aliqua quātitas grauis simplr leuior aliqua q̄titate leuis simplr.quod est impole. Leue enim simplr semper est leui⁹ omnibus grauibus, quæ ad inferius mouētur,i.& est impole vt aliquod I simplr graue,sit leuius leui simplr. quia leue simplr est illud,'quod est leuius omnibus partibus grauis simpliciter,quia ad superius mouetur. & cum impole sit in graui, & leui simplr,ſ. vt aliquod graue simpliciter sit leuius aliquo leui simplr, aut vt aliquod leue simpliciter sit grauius aliquo graui simplr. hoc.n. nō est possibile,nisi in graui, & leui fm comparationem. Et, cum ita sit, dedit causam in hoc, & d. Leuius autē non est leue semper,i. causa,pp quā idem videtur grauius aliquo, & leuius alio,est,qdia graue, & grauius K fm comparationem eiusdem generis sunt,sed differunt fm magis, & minus. vt aqua,& terra,quæ sunt ex genere grauis simplr, sed differunt fm magis,& minus. & sic ignis, & aer,quæ sunt ex genere leuis simpliciter. Leue autem simpliciter,& Graue simpliciter non sunt eiusdem generis. & ideo impole est vt pars alicuius eorum sit grauior in comparatione ad aliquam partem alteri⁹, & leuior ī comparatione ad aliquā partem. v.g. quia impossibile est inuenire partem terre leuiorem parte L ignis,& grauiorem aliqua parte ipsius,& possibile est inuenire partem ignis leuiorem parte ignis,& minoris leuitatis q̄ alterius partis sit leuitas.& sic possibile est inuenire aliq̄ quantitatem terræ grauiorem alia parte suij ipsius,& leuiorem alia parte suij ipsius. & similiter dicimus etiā in medijs esse grauius, & leuius respectu extremorum. v.g. ꝙ dicendū est ꝙ aqua ē leuior terra, licet vtraque sit grauis,& grauior aere, & aer non est de genere grauis.& sic dicēdum est ꝙ aer est grauior igne, & leuior aqua,& nō est ex genere grauis. Graue enim,& leue fm comparationem dic̄ duob⁹ modis, aut fm comparationem eiusdem elementi partium diuersæ quantitatis adinuicem in grauitate,& leuitate, aut fm comparationem medij ad sua extrema, vt per comparationem aquæ ad terram,& ad aerem,& aeris ad ignē, & ad aquam. Et, cum destruxit sermonem definientis leue,quod est illud,in quo est multum de vacuo,& parum de pleno, & definiētis ipsum etiam, ꝙ est illud etiam, in quo est multum de vacuo,&remanſit ad de

M,

A ſtruendum tertius modus,qui ē magis sufficiens p̄dictis,ſ. ꝙ Leue est illud,cuius proportio vacui ad plenū est proportio terminata, Graue aūt est illud, in quo est proportio hæc minor.&, cum hoc fecit, vult loqui cū eis de hoc mō,& d. Si igit̄ dixerit ꝙ oportet vt vacuum, exīs in re, sit æquale pleno,exīti ī ea,&c.i. &, si dixerint ꝙ vacuum in qualibet parte rerum grauium, aut leuium, hēt ad plenū proportionem terminatam, ita,ꝙ proportio vacui ad plenum in magna quātitate, sit eadem cum ꝓportione vacui ad plenum ī parua. B v.gr. ꝙ, si in aliqua quantitate ignis sint de pleno decē,erūt de vacuo viginti.&, si quinq; erunt decē. & ista proportio ſemp conſeruat' in qualibet parte ignis, siue parua, siue magna,& erit proportio vacui ad plenū in terra econuerſo, & sic in qualibet parte ipsius, ſ. ꝙ ſemp plenum sit duplex vacui. & fm hoc, vacuum & plenum in medijs inter ignem,& terram erunt in proportione æquali, aut propè ita, ꝙ hæc media sint grauia,& leuia insimul fm comparationem extremorū. Et hæc expō est vna,q̄ potest adaptari suo sermo C ni,in quo d. ꝙ oportet vt vacuū sit in re æquale pleno,exīti in ea,ita,ꝙ res sit grauior,& leuior,i. in medio cribus inter extrema. Et fm hāc expositionem tacuit extrema. cum.n. dispositio mediorū fuerit talis, manifestum est ꝙ extrema erunt econtrario huic positioni,ita,ꝙ leue erit illud,in quo est plus de vacuo, q̄ de pleno,& graue econuerſo,ſ. est illud in quo est pl⁹ de pleno, q̄ de vacuo, fm ꝙ in leui est de vacuo plus, q̄ de Alia Expō pleno. Et putamus hoc p hoc,qđ d. ita ꝙ res sit grauis,& leuis. & potest intelligi sic,ita ꝙ vacuum sit de pleno in aliqua proportione terminata æquali in omnibus partibus magnis,& paruis,& grauis,& leuis. hoc enī posito possibile est ponere graue,& leue simplr, cū proportio vacui ad plenum in omnibus partib⁹ leuis fuerit posita fm proportionē pleni ad vacuum in graui. quasi igitur d. fm hanc explanationē ꝙ oportet vt vacuum sit ī re fm proportionem de pleno in omnibus partibus ita, vt possit īueniri aliquod graue simpliciter,& leue simplr. & hæc expositio magis pertinet intentioni, q̄ prima. Et, quia iste sermo est sufficiens in respectu aliorum, d. ꝙ etiā per hoc ingenium adhuc non potestis euadere. D.d. impossibile, quod sequitur hanc positionem, & est vt magnus ignis non sit velocior ī motu ad superius, q̄ paruus, quia ꝓportio vacui ad plenum est eadem proportio. sed nos videmus contrariū. magnus.n. ignis semp mouetur velocius ad superius, q̄ paruus. Et d. qm̄ in multo igne,& in pauco tantum existit de corpore proportionabiliter, quantum de vacuo æqualiter.i.& cā huius impossibilis consequentis eos est, quia ponunt ꝓportionem vacui ad plenum in multo, & in pauco igne esse eandem ꝓportionem. D.d.& fm hoc ignis mult⁹, &c.i. sed nos videmus sensu ꝙ ignis multus citius mouetur ad superius, quàm paucus, & similiter aurum, & plumbum multum citius mouentur ad inferius, q̄ paucum. & nō deberet ita esse secundum distinctionem eorum, sed motus magni, & parui corporis grauis, & leuis debe ret esse idem in velocitate. quod est contrarium sensui,

D E F

G Absurdum autem est & si ob vacuum quidē surſum ferunt, vacuum autē ipſum non. At vero, ſi vacuū quidem ſurſum natū eſt ferri, deorſum aūt plenū: & ꝓꝓ hoc alīs cauſæ ſunt lationis vtriuſq; nihil de compoſitis oportebat cōſyderare, ꝓꝓ quid corporum quædam leuia ſunt, quædam vero grauia, ſed de his ipſis dicere, ꝓꝓ quid aliud quidem leue eſt, aliud autem habet grauitatē. præterea, quæ cauſa eſt vt nō diſtēt plenū, & vacuū.

H *Et dicamus etiam, quòd impoſſibile eſt vt aliquid moueatur ad ſuperius propter vacuū exiſtens in eo, & ipſum vacuū non moueatur ad ſuperius. Si igitur dixerit, quòd natura vacui eſt moueri ad ſuperius, & pleni natura ad inferius, & ideo vacuū, & plenū ſunt cauſæ motus rerum ad ſuperius, & inferius, dicemus, ſi ita eſſet, ſicut dicitis, non deberetis tantum perſcrutari, quare q̄dam cōpoſitorum ſūt grauia, & quædam leuia, ſed etiā deberetis perſcrutari, quare non ſeparātur abinuicem, ita, quòd vnū eorum moueatur ſemper ad ſuperius, & alterum ad inferius.*

I 17 Hæc eſt contradictio vīs dicentibus cauſam motus ad ſuperius eſſe vacuum, quocunq; modo fuerit poſitum eſſe cauſam. i. & dicamus ꝙ īpoſſibile eſt ponere cauſam motus corporum leuium ad ſuperius eſſe vacuum, & non ponere vacuū moueri ad ſuperiūs, dū mouet plenum. Et contingit eis hoc in vacuo, quia ponūt ipſum eſſe cauſam motus ad ſuperius, nobis autem non cōtingit tale in forma dimenſionis, q̄ eſt apud nos cauſa motus. vacuum enim, ſecundum ꝙ habet tres dimēſiones, neceſſe eſt, ſi mouerit, vt moueatur. hoc autem non eſt neceſſe in corpore, niſi inquantum habet tres dimenſiones. Et, cum dedit eis hoc inopinabile, ſ. vt vacuum moueatur ad ſuperius, & plenum ad inferius, quod eſt impoſſibile, quia q̄d mouetur debet habere motorem, dixit: Si igitur dixerīt ꝙ natura vacui eſt moueri ad ſuperius. i. ſi igitur dixerint ꝙ vacuū eſt prima cauſa motus rerum ad ſuperius, & plenum ad inferius, ſicut dicitis de formis materiæ primę contrarijs, & cōceſſerimus hoc eis, tū neceſſe eſt eis dare cauſam, propter quam vacuū non ſeparatur a pleno in eadem re, ita, ꝙ vacuum moueatur ad ſuperius, & plenum ad inferius. Et hoc intendebat, cum d. non deberetis tm̄ perſcrutari, &c. i. non deberetis tū p ſcrutari de hoc, ſed etiā de cauſa, ꝓꝓ quam in rebus compoſitis non ſeparatur vacuum a pleno, ita, ꝙ vacuū M ſolum moueatur ad ſuperius, & plenum remaneat inferius.

Irrationabile autem eſt & regionem vacuo facere, tāq̄ ipm regio quædam non ſit. Neceſſarium autem eſt, ſi mouetur vacuum, eſſe ipſius quendā locū, ex quo mutatur, & in quē. Ad hæc autem, quænam motus cā eſt? Non enim eſt vacuum ipm, non enim ipſum mouetur ſolū, ſed & ipſum ſolidum.

Dicamus

A *Dicamus etiam, quòd irrationabile eſt dare locum vacuo, quaſi ipſum non eſſet locus. Et dicamus quòd, ſi vacuum mouetur, neceſſarium eſt, vt moueatur à loco, & vt perueniat ad locum. Et dicemus ēt eis, quæ eſt cauſa motus vacui? Non enim poterāt niſi dicere quòd vacuum non ſolummodo mouetur, ſed & plenum etiam, & corpus.*

18 Vult modo inducere impoſſibilia ſequentia dicentes vacuum eſſe mo-
B bile, & d. ꝙ irrationabile eſt, &c. i. ꝙ, cum poſuerint vacuum eſſe mobile, contingit eis vt habeat locū, in quo moueat: ſed apud eos ipſum vacuū eſt locus: ergo apud eos locus īdiget loco. & hoc procedet in infinitū, aut ponent ꝙ vacuum hoc eſt quieſcēs, hoc aūt mobile, & tunc deberent dare cauſam in hoc. & totū hoc eſt impoſſibile. D. d. Et dicamus ꝙ, ſi vacuum mouetur, neceſſarium eſt vt moueatur à loco, &, vt perueniat ad
C locum. i. vt mihi vī, ꝙ cōtingit huic poſitioni, vt vacuum habeat naturā propriam. locus enim à quo mouetur, debet eſſe ei non naturalis, locus autē, ad quē, naturalis. &, ſi vacuum habeat naturam propriam, non eſt vacuum. D. induxit tertiā contradictionem, & d. Et dicemus etiā eis, quæ eſt cauſa motus vacui? &c. ideſt quæ eſt cauſa motus vacui ad ſuperius, & pleni ad inferius. nō enim poterunt dicere ꝙ vacuū ſolum eſt mobile, ſed & plenum ēt, cum plenum ſit cauſa motus ad inferius, & vacuū cauſa motus ad ſuperius. & intendebat ꝙ nullam cām dederunt in hoc, quare remanet eis dicere primā cauſam, ſ. propter quā vacuum mouet D ad ſuperius, & plenum ad inferius.

Similiter aūt accidit, & ſi aliqs aliter definiat magnitudine, & paruitate, faciens grauiora, & leuiora alia alīs, & alio quocūq; modo conficiens, ſolum aūt eandem materiā omnibus reddens, aut plures quidē, ſubcontrarias tamen. vna enim exiſtente non erit ipſum ſimplr graue, ac leue, quemadmodū ex triangulis cōſtituentibus. cōtrarias vero, quē admodum qui vacuum, & ple- E
num, nō erit dicere propter quā cauſam ea, quæ ſunt media inter ſimpliciter leuia, & grauia, grauiora, & leuiora inter ſe, & īs, quæ ſimpliciter ſint.

Et dicamus, quòd iſtæ obiectiones contingunt eis, qui ponunt cauſam grauis, & leuis in paruitate, & magnitudine corporum, ſed ponunt fundamentum, & materiam iſtarum virtutum eſſe multam, et contrariam ita, quòd ſi fuerit materia eorum vna, vt componentes F *corpora ex triangulis dicunt, tunc graue, & leue ſimpliciter non erūt omnino. &, ſi materia iſtarum virtutum fuerit contraria, vt facientes vacuum, & plenum dicunt, tunc habentia grauitatem, & leuitatem, & ea, quæ ſunt inter leue ſimpliciter, & graue ſimpliciter, non habebunt cauſam, propter quam quædam ſunt grauiora, & leuiora alijs rebus, quæ ſunt ſimpliciter.*

Cum

19 Cum impossibilia contingentia
G opinionibus Antiquorũ in graui, & leui, quædam sint vtia omnibus, & quædã non, vult hic demonstrare q̃ eorũ sunt vtia, & quæ non, cum per hoc compleatur sermo de contradictione istarũ opinionum. Et d. Et dicamus ꝙ istæ obiectiones, &c. i. dicamus ꝙ ista impoſsia, contingentia dicẽtibus vacuum, & plenũ esse causam grauitatis, & leuitatis cõtingũt ẽt dicentibus ꝙ causa grauis, & leuis est paruitas, & magnitudo elemẽtorum, ex quibus corpora cõponunt.

Et non intẽdit, ꝙ oĩa impossibilia
H contingant eis æqualr, sed impoſsia cõtingentia eis pp naturam grauis, & leuis simplr. & ideo q̃ posuit graue, & leue esse eiusdem naturæ, sicut d. non põt dare causam grauis, & leuis simplr, quia duæ naturæ sunt cõtrariæ. q̃m inquãtum quodlibet elementorũ apud ipsum componit ex his duobus, non potest dicere quare elementũ leue, est contrariũ elemento graui, neq; quare inter extrema, quæ sunt in fine contrarietatis, sunt media in hoc, nisi fm illud ingeniũ debile prædictũ, s. vt leue sit illud, cuius proportio vacui ad plenũ sit ma
I xima, & graue cõtrariũ. Putat enim ꝙ huic positioni non sequit impossibile, quod contingit pp naturã leuis simplr, & grauis simplr, sicut contingit eis, qui non ponunt hanc positionẽ. sed tñ in rei veritate contingit eis, non enim possunt etiã dare cãm grauis, & leuis simplr. Leue enim simplr est illud, quo impoſsibile est inue
ontraria nire leuius, fm ꝙ ẽ leue: & sicr graue
distant in simplr, cum sint contraria. contra-
sũmo ab- ria aũt distant in summo abinuicẽ.
inuicẽ. Idẽ Et, cum posuimus ꝙ causa leuis, &
10. Met. t. grauis est vacuũ, & plenũ, continget
com. 13. necessario vt leue sit purũ vacuũ, &K
graue purũ plenum, nõ cõpositum ex graui, & leui. oẽ enim cõpositum ex eis, si fuerit leue pp abundantiam vacui, possibile etit ĩueniri leuius, i. illud, in quo magis abundat vacuũ. & sicr de graui. & sic non erunt hic neq; graue simplr, neq; leue simpliciter: & cum extrema nõ sunt: ergo neq; media. Hæc igitur cõtradictio est vtis omnibus hijs opinionib' in graui, & leui. & ideo d. ꝙ istæ obiectiones contingunt dicẽtibus elemẽta esse indiuisibilia, & dicentibus vacuum esse, & plenũ. D. incœpit demonstrare qũo contingunt eis. &, L
quia impoſse contingit eis pp naturam grauis, & leuis simplr, & ꝓpter ligamentum inter ea, fecit de hoc rememorationẽ, & d. ꝙ si materia eoꝝ fuerit vna, vt componentes, &c. i. ita ꝙ impossibilia contingentia eis ex hoc modo cõtingant ponẽtibus materiã eorũ eiusdem naturæ, sicut contingunt ponentibus materiã eorum contrariã, s. vacuum, & plenũ. Et d. ita quod quidem sonat* fidem. *al. finem
quia hæc impoſsia magis apparẽt cõtingere ponentibus materiã eorum esse vnã q̃ ponentibus ipsam cõtrariam. & quasi d. ꝙ hæc impoſsia non M
tñ contingũt eis, quia ẽt contingũt ponentibus materiã elementoꝝ esse contrariã. & hoc impoſse contingit eis, quia ponunt vtrũq; eorũ ex illis duabus naturis insimul. res enim cõtrariæ sunt ea, q̃ sunt ex eĩntis cõtrarijs, s. ꝙ, cum aliqua duo fuerint contraria, vtrũq; eorũ erit ex eĩnto contrario altero, ex quibus alterũ cõtrariũ componit. cum aũt duo fuerint, quorũ vtrunq; componitur ex eisdẽ contrarijs elementis, tunc non erũt contraria. & hæc est dispositio cõponentis

A nentis vtrunq; leuius, & grauius ex vacuo, & pleno insimul. Et, cum dicit, ꝙ hoc impoſse contingit pp naturam grauis, & leuis simplr ponẽtib' causas eoꝝ esse vacuum leuitatis, & plenũ grauitatis, sicut contingit ponentibus ea eiusdẽ naturę, d. qualiter hoc contingit impoſse dicentibus vacuum esse, & plenũ, & d. tunc habentia grauitatẽ, & leuitatẽ, & ea, q̃ sunt inter graue simplr, & leue simpliciter, &c. i. impoſse est dicenti hunc sermonẽ dare causam, pp quam quædam corpora sunt grauia simplr, & quædã leuia, & quędam media inter
B duo extrema. quasi igitur d. impoſse est enim ei in reb' grauibus simplr, & leuibus simplr, & in eis, quæ sunt inter ea, dicere quare quædam sunt leuiora, & grauiora alijs, quæ sunt simplr, & quare ea, quæ sunt simpliciter, sunt contraria in summo. Nos aũt iam prædiximus sermonẽ, qũo hoc contingit perfecte, & vnde existimatur esse non contingens.

Magnitudine aũt, & paruitate definire ficto quidẽ assimilat magis, q̃ quæ prius. qnia aũt cõ
C tingit fm vnumquodꝙ facere dr̃iam quatuor elementorũ, tutius se hẽt ad priores dubitationes. Ei vero, qui vnã facit naturam eorũ, quæ magnitudine differũt, necessariũ est idẽ accidere, quod vnã facientibus materiã. & neq; simplr esse aliquid leue, neq; ferri sursum, sed aut posterius latũ, aut extrusum, & multa parua paucis magnis eẽ grauiora. Si aũt hoc erit, accidet multũ aerẽ, & multum ignẽ aqua esse grauiorẽ, & terra pauca, hoc aũt impoſse est. Quę igit ab alijs sunt D
dicta, hęc sunt, & hoc dñr mõ.

Ponentes autem magnitudinẽ, & paruitatem corporum esse causam leuitatis, & grauitatis, dixerunt hoc sine ratione. sed tamẽ magis propinqui sunt ad verum dicendum, quàm illi priores. dicũt enim quòd quatuor elementa leuia, aut grauia sunt secundum magnitudinem, & subtilitatem. Et contingit dicentibus vnum tantum esse elementum, sed differt secundum sub E
tilitatem, & spissitudinem, illud, quod contingit faciẽtibus materiã corporum esse vnã. & quòd dicant quòd nihil ẽ graue simpliciter, aut leue simpliciter, & quòd nihil mouetur ad superius, aut ad inferius per se, sed aut secundum expulsionẽ ex superiori, & sic descendit ad inferius, aut secundum constrictionẽ ex inferiori, & sic ascendit ad superius, & vt plura subtilia sint grauiora paucis grossis. Cõtingit enim F
ex hoc sermone, vt aer, & ignis multi sint grauiores aqua, & terra, paucis.

Antiqui opinabant in elementis 20
diuersimode. Quidã enim dixerũt, ꝙ quodlibet eorũ est simplex, non cõpositum, et ꝙ ea sunt eĩnta cõpositorũ, vt Empedocles, et sui sequaces. Quidam aũt dicebant, ꝙ vnum tm̃ eorũ est tale, alia vero componunt ex illo vnico, et tñ diuersant in hoc vno. hi quidẽ dicunt ipsum esse vnũ mediorũ,

G mediorum, hi aũt vnum extremoꝝ, alij vero dicũt ipsum esse corpus quantum, medium inter ea. Quidã vero dicebãt ꝙ hęc quatuor elemẽta sunt composita. & istorũ quidam cõponunt ea ex superficiebus, vt Plato, & quidã ex corporibus indiuisibilib⁹, & quidam ponunt vacuum, & quidam non. Et, cum ipse destruxit causam grauis, & leuis fm opinionẽ dicentis elementa esse composita, siue dicat vacuum esse, siue non, vult ẽt destruere causam grauitatis, & leuitatis fm opinionem dicentis elementa esse quatuor simplicia, non com-

H posita, & d. Ponentes aũt magnitudinem, & paruitatem corporum, &c. & intendit per magnitudinẽ, & paruitatem spissitudinẽ, & subtilitatẽ. & intendit ꝑ corpora, quatuor elementa. & potest intelligi per corpus pars indiuisibilis. sed primũ est manifestius ꝓp hoc, quod dicam post. & d. ꝙ sunt propinquiores ad verũ q̃ dicentes vacuũ esse, idest ꝙ sermo eorũ est propinquior naturæ, & vero. est enim propinquior vero, quia nõ indiget vacuo, quod impossibile est esse. & etiam est magis naturalis,

I quia demſones naturales debẽt esse ex causis naturalibus. vacuum autẽ, quãuis esset, non esset causa naturalis. causæ enim naturales non sunt, nisi quatuor famosæ. D. d. dicunt enim ꝙ quatuor elementa, &c. i. & sermo eorum propinquior est veritati, quia causant grauitatẽ, & leuitatem, existentes in quatuor elementis de rebus inseparabilibus ab eis grossitie, & subtilitate. corpus enim Graue videt grossum, & spissum, & densum, Leue aũt videtur rarum, tenue, subtile. Propter hanc igitur coniunctionem existimatur ꝙ grossities, & subtilitas sint causæ grauitatis, & leuitatis. & in hoc valde quiescit animus. Terra enim, quæ ẽ grauissima elementorum, videt grossior, & densior, Ignis vero, qui est leuissim⁹ elementorũ, videt magis rarus, & subtilior, & media media & ideo videtur hæc opinio esse valde sufficiẽs. & est opinio Quarta in causa grauis, & leuis. Et cum d. hoc. d. ꝙ etiam cõtingit eis contradictio vꝛis contingens opinionibus prædictis, & d. Et cõtingit dicentibus vnum tantũ esse elementum, &c. i. & sicꝛ contingit contradictio ponẽtibus vnum quatuor elemẽtorum, aut omnia, aut mediũ L inter ea. sed faciunt diuersitatem eorum in se, aut diuersitatem compositorum ex eis esse ꝑp densitatẽ, & raritatem: & ponunt densitatem, & raritatem esse causam grauitatis, & leuitatis, sicut contingit ponentib⁹ hęc quatuor elementa esse composita ex vno elementorum, aut corporibus indiuisibilibus, vt Democritus, aut superficiebus, vt Plato. D. d. cõtradictionem cõem eis, & d. & ꝙ dicãt ꝙ nihil est graue simpliciter, aut leue simpliciter. i. ꝙ omnes eorum non possunt dare cãm grauis, aut leuis simpliciter, ex quo contingit eis, ꝙ nihil M graue simpliciter sit, aut leue. & cõtingit iccirco eis hoc, quia ponentes elemẽta esse simplicia nõ composita, & ꝙ differunt fm raritatem, & densitatẽ, recipiunt ea esse eiusdem naturæ, super quam succedunt sibi hæc duo accidẽtia, s. densitas, & raritas, & ambo recipiunt magis, & minus. Et, cũ ita sit, non erunt in elementis duæ naturæ contrariæ: ergo neq; graue, neq; leue simpliciter. & hoc idem continget ponentibus elemẽta esse composita ex vna materia. D. d. impoſe, quod contingit

demſones nãles debẽt esse ex cãis nãlibus. Idẽ supra. 59. & quæ ibi.

A contingit eis ex hoc, quòd ponunt hic elementa esse non contrariarum formarum, & dicit, & ꝙ nihil mouetur ad superius, aut ad inferius ꝑ se, &c. idest & necesse est, cum hæc elementa non fuerint contraria, sed eiusdem naturæ, vt nullum eorum moueatur ad superius, aut ad inferius naturaliter, sed aut secundum expulsionem à superiori, aut per cõstrictionem ab inferiori. & sic habebunt eandem naturam, & isti motus erunt violenti. sed iam declaratum est superius ꝙ isti motus sunt naturales. Deinde induxit eis etiã

B aliud impossibile cõmune, & dicit, & vt plura subtilia, &c. idest, & contingit, cum fuerint eiusdem naturę, & solum modo differunt subtilitate, & spissitudine, vt corpus magnum subtile sit grauius corpe denso paruo, verbi gratia, vt aer multus sit grauior aqua pauca. & hoc contingit dicentibus ꝙ causa grauitatis est multitudo partium, & leuitatis paucitas. & etiam contingit dicentibus vacuum esse secũdum vnum illorum modorum. hoc idem contingit eis, qui ponunt densum, & rarum esse eiusdem naturæ. quapropter graue,

C & leue apud eos erunt relatiua. & nihil erit graue, aut leue simpliciter, nisi ponerent densitatem, & subtilitatem esse substantias, & ponerent grauitatem, & leuitatem esse accidentia: sed ponere densitatem, & subtilitatem sub ipsa substantia impossibile est, * & cum hoc ponere grauitatem, & leuitatem sub accidente.

Ponere dẽ sitatem, & subtilitatẽ esse substãs ipoſe ẽ, & cũ hoc ponere grauitatẽ, & leuitatẽ sub accidẽte. * a. l. sicut impoſe ẽ ponere.

SVMMA SECVNDA. D

Causam docet, qua quędam ex simplicibus Leuia sint, & quædam Grauia.

NOs autem primũ dicamus determinãtes id, de quo maxime dubitant quidã, propter quid corporũ quædam sursum, quædam vero deorsum feruntur semper secundum naturam, quædam autem & sursum, & deorsum. Post hæc autem de graui, & leui, & accidentibus circa hæc passionibus, propter quã causam quæꝙ fiunt. E

Isti ergo sunt sermones Antiquorũ de graui, & leui, & secundum hos modos. Volumus autẽ mo do nos narrare de leui, & graui, et distinguere perfecte, & sufficienter. sed volumus ante perscrutari de quæstione quorundam dicentiũ, quare quædam corpora mouentur ad superius, & quædã ad inferius naturaliter, & quædam superius, & inferius insimul. Deinde dicemus de graui, & leui, & determi F *nabimus ea, & passiones accidẽtes eis, & qua de causa fit vtrũq; eorũ.*

Cum d. opiniones Antiquorũ, & destruxit oẽs, fecit rememorationẽ 21 de hoc, & dicit, Isti ergo sunt sermones, &c. D. d. Volumus autẽ modo nos, &c. idest &, cum iam declarata sint impossibilia, contingentia opinioni illorum in graui, & leui, volumus narrare de natura eorum perfecte, i. vt sermo noster sit conueniens omnib⁹ modis grauis, & leuis, & omnib⁹ sensibilibus cõtingẽtibus graui,

& leui

G & leui simplici, & cõposito. qñ, hoc perfecto, verificabuntur causæ, quas diximus. Et, quia principium contẽplationis in hoc est considerare in causis actionũ prouenientiũ ab his duabus naturis, s. motus ad superius, & motus ad inferius, d. sed volumus ante perserutari, &c. i. sed visum est nobis q̃ principium perscrutationis de hoc est perscrutari primo, quare quædam eorũ corporum mouẽtur ad superius simpliciter motu naturali, vt ignis, & quædam mouentur ad inferius simpliciter, & naturaliter, vt terra, & quædam ad vtranq; partem non simpliciter, vt aqua, & aer.

H Et hoc, quod dicit, manifestũ est. qñ, si aliquis sciuerit, quare quædã corpora mouent ad superius, & quędam ad inferius, & quædã ad vtrũq; ex suis causis vniuersalibus, inducẽ. ex hoc illi via ad cognoscendũ causas facientes istos motus. &, quia manifestum est per se q̃ grauitas, & leuitas sunt causæ agentes istos mot⁹, manifestum est q̃, cum aliquis sciuerit naturas, quibus fiunt isti motus, sciet naturam grauis, & leuis simpliciter, & sm comparationẽ. Et ideo

I d. post, Deinde dicemus de graui, & leui. i. deinde post hoc dicemus quid est graue, & leue, & dabimus causam passionum, & accidentium, existentiũ in eis, & narrabimus qua de causa habent talem naturam. & d. hoc, quia ex istis rebus potest prouenire rei cognitio perfecta.

De hoc igitur, q̃ in suũ ipsius locum fertur vnumquodq; , sitr est existimandũ, quemadmodũ & circa alias generationes, mutationesq;. Cũ enim sint tres motus, vnus quidem sm magnitudinẽ, alter vero sm formam, ter- K tius autem sm locum, in vnoquoq; horũ mutationẽ videm⁹ fieri ex contrarijs in contraria, et media, & non in quoduis esse cuiusuis mutationẽ. Similiter autẽ neq; motiuum cuiusuis quoduis, sed vt alterabile, & augmentabile diuersum est, sic & alteratiuum, & augmẽtatiuum. Eodẽ itaq; modo existimandum est et quod est sm locum motiuum, et mobile, nõ cuiusuis quoduis eẽ. Si igit ad ipsum iursum, & deorsum motiuum quidẽ est ipsum L grauefactiuum, ac leuefactiuũ, mobile autem sit quod potentia graue est, atq; leue, in suum locũ ferri vnumquodq; , ad suam formam ẽ ferri. Et sic magis vtiq; quis existimabit id, quod dicebant Antiqui, q̃ simile fertur ad sisse. hoc enim non accidit oĩno. non enim, si quis transponat terram, vbi nunc est Luna, feretur partium vnaquęq; ad ipsam, sed ad eum locũ, vbi & nunc existit. Omnino igitur similibus, & nõ differẽtibus, ab eodem motu ne M cesse est hoc accidere. quare quò nata est vna aliqua ferri particula, & totum.

Dicamus igitur quòd causa motus quorundam elemẽtorum ad sursum, & quorundam ad inferius est locus. quodlibet enim eorum mouetur ad corpus sibi conueniens. Et verificatio huius est, quòd oportet intelligere quòd motus elementorũ sũt similes cæteris alterationibus, &

A *& generationibus. Cum enim motus sit triplex, aut in magnitudine & longitudine, aut in forma, aut in loco, videmus, quòd quilibet istorum motuũ est ex contrario ad contrarium, & ad ea, quæ sunt inter hæc, & non transfertur motus ad quemlibet motum. Et similiter res mota non mouetur quolibet motu, sed sicut alteratũ aliud est ab eo, quod crescit, sic alterãs aliud est ab eo. quod augmentat. Et secundũ igi-*

B *tur hunc modum oportet nos distinguere rem motã, & motorem motu locali, scilicet quòd non quilibet motor secundum locũ mouet quodlibet motum. Et, cum ita sit, & superius, & inferius sunt entia, & motor ad ista duo loca ẽ illud, quod aggrauat, & eleuat, & res mota est illud, quod est graue in potẽtia, aut leue in potentia, necessariũ est vt motus cuiuslibet elementorum ad suum locum, sit motus ad suam*

C *formam. Secũdum igitur hunc modum oportet quærentem scire sermonem Antiquorum, dicentium quòd simile mouetur ad suũ simile, non sicut putant quidam quòd terra mouetur ad terrã. hoc enim impossibile est necessario. quoniam, si aliquis transferret terram, & poneret eam in loco lunæ, tunc quælibet pars eius non moueretur ad ipsam, sed ad locum, in quo modo existit. Et similiter accidit omnibus rebus consimilibus, quæ eodẽ motu* D *mouentur, dico quòd pars mouetur ad locum, ad quẽ totum mouetur.*

Vult in hoc loco pscrutari de causa finali, propter quam horũ corporum quædam mouent ad superius, & quædam ad inferius, & quædã inter ea, & d. Dicamus igitur, q̃ causa motus, &c. i. & intelligenda est hæc causa, causa finalis, & completa, perfectiones aũt sunt vnius modi fines generatiõis, & alterius modi formæ generatorũ. & sic intelligendum est hic de loco, s. ipsum esse finẽ proprij motus sibi, inquantum est perfectio moti, non inquantũ est actio cõplementi, quod est forma. finis enim dicitur istis duob⁹ modis, s. de forma, & actione formæ: sed actio est finis formæ, & forma est finis generationis. quasi igitur d. prima causa motuum elementorũ, hæc ad superius, & hęc ad inferius, est, quia quodlibet eorum quærit suam perfectionẽ vltimam propriam, quæ est locus, s. superficies corporis continentis: &, q̃ loca sunt cõtraria, necesse est vt motus sint contrarij. D. d. quodlibet enim eorũ mouetur ad corpus sibi F conueniens, i. & ideo fuit locus causa motuum istorũ elementor, quia vltimũ corporis, quod ẽ locus vniuscuiusq; eorum, est cõueniens, & esse ei, quod mouetur ad ipsum, i. q̃ superficies ętheris ẽ similis superficiei ignis, & superficies ignis est similis superficiei aeris, & superficies aeris similis eum aqua, & aqua cum terra.

D. d. Et verificatio huius, &c. idest & hoc vt ex hoc, quod credendum ẽ q̃ iste motus debet esse sicut motus alterationis, & transmutationis, quę dicit generatio. D. declarauit vnde

22 Perfectũ duplex, alia ẽ finis generationis, & alia ẽ finis rei generatæ. Idẽ 1. Phy. c. 70. & 24. & 8. Meta. com. 12. *a. l. fines.

E

hoc

G hoc credendum est, & d. cum enim motus sint tres. & intendit per motum, qui est in magnitudine, motũ augmentationis, & diminutionis, & per illum, qui est in forma, motum alterationis; motus enim generationis, qui est in rei veritate in forma, non est motus, vt declaratum est in
T. cõ. 7. & 8. & 10. Quinto Phy. sed tantũ trãsmutatio.

D.d. videmus ꝙ quilibet istorum motuum est ex contrario ad cõtrarium, &c. i. qm̃, cum motus sint tres: & videmus ꝙ quilibet eorum transfertur ex contrario terminato ad cõ
H trarium terminatum, aut ad ea, quæ sunt inter contraria, & sic̃ videmus ꝙ omne transmutabile non trãsmutatur quacunq; transmutatione, sed omnis transmutatio habet transmutabile, & transmutans propriũ. v. g. quia quemadmodum alteratio differt ab augmento, sic alterabile ab augmẽtabili, & alterãs ab augmentante. D.d. Et sm igitur hunc modum oportet nos distinguere, &c. & hæc est responsio summæ prædictæ, & est quasi eius consequens. & quasi d. & cum motus sint tres, & quilibet eorũ sit ad finem terminatum, & à
I motore terminato, sic opinandum est de loco, s. ꝙ ea, quæ mouentur in eo, mouẽtur ad loca terminata ita,
Locum. ꝙ sunt fines. Et iste sermo põt accipi, quasi inductio. & potest esse iudicium vl̃e sine consyderatione motuum elementorũ: & tunc sylls̃ componitur sic. Translatio elementorũ de loco ad locũ est motus, & omnis motus est à contrario terminato ad contrariũ terminatũ, quod est perfectio illi: elemẽta ergo transferunt̃ ex contrario ad contrarium in vbi, sm ꝙ illa, ad quæ transferũtur, sunt perfectiones eis. Sed, si manifestũ est per se ꝙ elementa sunt talia, sylls̃ K tũc erit ociosus. &, si hoc fuerit latentius in elementis, q̃ in alijs motibus, tunc sylls̃ habet locum. * Sed est latentia duobus modis, latentia, quæ indiget sylło, & quæ indiget exẽplo, aut inductione, cuiusmodi videt̃ latentia motus elementorũ esse de cõtrario in contrariũ. & ideo Antiqui non quærebãt de alteratione, quare colores transmutantur de contrario ad contrarium, & quęrebant hoc de motibus elementorũ. Et, quia hoc occultum est de elementis, reprehendit Arist. Themistius, dicẽdo ꝙ qui respondet taliter in his motibus, nul L lam causam reddit. Qui enim dixerit respõdendo huic quæstioni; quare homo vadit ad sanitatẽ, quia habet naturam eundi ad sanitatem, & quia sanitas est perfectio eius, & q̃ est sanus in potentia, nullã causam dabit propriam, nisi dicat ꝙ natura est causa in hoc, aut sibi similia de causis agentibus sanitatem. Et hoc quod d. verum est in cõpositis, non simplicib9. sanitas enim in homine fit ex pluribus vna causa, motus aũt in simplicibus non habet nisi vnam causam, & simplicem. Et, cũ declarau t, ꝙ natura locorum est causa di M uersitatis istorũ motuum, inquantum sunt fines, & similes, incœpit declarare ea loca, s. esse fines sm perfectionem, & formã. & hoc proprium est eis inter omnia mobilia in loco.

Et d. Et, cũ ita sit, & superius, & inferius sunt entia, &c. i. &, cum ista loca existãt, & mota in eis sint graue, & leue, s. in principio generationis, & motũ est illud, quod est in graui, & leui in potentia, vt est declaratum in Octauo Physicor̃, manifestũ est, Tex. c. 32. ꝙ illud, quod mouetur ad suũ locũ, non

* Latentia duplex ẽ, q̃dã indiget sylło, & quædã inductione.

A non mouet̃, nisi sm ꝙ aliquod mouetur ad suã formam. quod igit̃ mouetur ad formã est illud, quod est in
Digressio. potentia forma. Hæc aũt elementa nõ differunt in motu locali ab alijs motis in loco, nisi q̃a alia mota sunt illa, quę in actu sunt ea, quibus attribuuntur motus. in istis aũt motũ in loco est illud, quod est in potentia illud, cui attribuit̃ motus. v. g. ꝙ aãl, quod mouet̃ in loco, est illud, quod est aãl in actu: & ideo dr̃ in istis ꝙ
Idẽ 8. Phy. c. 4. & 32. & 3. Cœ. 28. mouẽtur per se essentialiter. Quòd aũt ex elemẽtis mouetur in loco, est illud, quod est in potentia illud elementum, s. quod potentia ad istum motum est in mã moti v. g. ꝙ potẽtia ad motũ superius in materia est, ex qua generat̃ illud, quod mouet̃ ad superius. Et, cũ ita sit, illud, quod mouetur hoc motu essentialiter, est illud, in quo est ignis in potentia. sic̃ enim est de motu in istis rebus, sicut de accidẽtibus inseparabilib9 à forma, quæ existunt in re ab agentibus statim cum forma. ideoq; cũ aliqua pars olei fiet ignis ab aliquo igne, vt Alfarabius d. statim cũ forma ignea puenerit, acquiret de motu locali, sm ꝙ acquiret de alijs acci C dentibus: &, cum completa fuerint alia accidentia, complebitur motus in loco, nisi aliq d impediat à motu. tunc igitur accidet illi parti ignis, vt
Mouẽs, & motũ nõ sunt distincta sm actũ in simplicibus. potentia ad motũ in eo ad superius sit in eo, quod est ignis in actu. &, q̃a hæc potentia est accidens ei contin-
Idẽ 4. Phy. 71. & 8. Phy. 30. & 3. Cœ. 28. & hic infra. 24. gens, cum remouebitur impediens, continget vt motus suus in loco sit accidẽs. *taliter aũt ignis, & lapis mouebũt se accidentaliter. & est dicere ꝙ aliquid mouet se accidentaliter, idest ꝙ non mouet se, nisi pp motionem suam in medium, quod defert
*a. l. naturaliter auté. ipsum, vt gubernator nauis mouet̃, cum ipse moueat nauem. Et, causa in hoc est, quia motor, & motum in lapide, & igne, & alijs simplicibus nõ distinguuntur in actu abinuicem, sicut distinguunt̃ in animalibus, sed motor, & motũ idem sunt in subiecto, sed tñ differunt sm modum. gra uitas enim in lapide est motor, sm ꝙ est forma tantũ, & ipsa est mota, inquantum est in prima materia. & causa in hoc est, quia prima materia non est ens in actu, lapis aũtem cõponitur ex grauitate, & prima materia, & econuerso est in animalibus, E quæ cõponuntur ex corpore, & aĩa. &, quia motor, & motum essentialiter, sunt relatiua, necesse est, vt sint duo sm positionẽ. &, quia motor & motum in lapide idẽ sunt sm positionẽ, & duo sm modum, necesse est vt nõ sint relatiua, nisi accidentaliter, & ꝙ motor essentialiter in eis sit generãs, & motũ generatum. Et ideo, si auferemus mediũ in istis, ita, ꝙ vacuũ esset, non esset possibile in eis vt mouerent̃ contrario illi, quod putatur à quibusdam, s. ꝙ citius mouerẽtur in vacuo, quia assimilauerunt ea eis quæ p se mouẽtur essentialiter, s. animalibus. & iam declarauim9 hoc in expositione Quarti Phy. Et, si aliqs dixerit ꝙ intentio Aristo. in 7. Phy. cum declarauit, quod omne motũ habet motorẽ, fuit de elementis, quę mouentur per se, ex quo necesse est vt lapis apud ipsum sit ex rebus, quæ per se mouentur essentialiter, Dicemus respõdendo ꝙ Aristo. non intendebat per illum sermonem, quẽ scripsit in principio Septimi Physi. nisi declarare ꝙ nihil mouet se, s. ita, ꝙ motor sit idem cum moto, & eodem modo: & ideo posuit ꝙ quicqd

Grauitas ĩ lapide est motor, sm ꝙ ẽ forma rm̃, & ipsa ẽ mota, vt est in prima mã.

Si ẽnta essent in vacuo, sm posset mouẽri. Idem 4. Ph. 71. & 8. Phy. 82. & 3. Cœ. 28.

F In 7. Phy. Arist. si impẽdebat, ni si declare ꝙ nihil mouet se ita, ꝙ motor sit idẽ cũ moto. Idẽ hic ĵ. c. 25. & 3. Cœ. 28. & 7. Phy. c. 2 & 2. Phy. c. 3. & 71. cõ. 4. Phy.

G quieſcit per quietẽ alterius, neceſſe eſt vt motus eius non ſit, niſi ab altero, i. neceſſe eſt vt motor in eo differat eſſentialiter, & definitione à moto, licet nõ differat in ſubiecto. deinde poſt hoc declarauit in 8. Phyſi. ꝙ illud, quod componit̃ ex motore, & moto, diuerſis in ſubſtãtia, eſt illud, de quo dr̃ ipſum eſſe motum per ſe eſſentialiter. & per oĩa iſta non intendebat, niſi ad contradicendum Platoni in eo, ꝙ opinabatur ꝙ quędam entium mouẽt ſe, ita, ꝙ motor in eis eſt idem cũ moto ſm ſubſtantiam.

H lapis aũt eſt vnum eorũ, quæ exiſtimantur eſſe talia. iſte aũt ſermo magis eſt conueniens Phyſicis, ſed pp cõicationem dicimus hic. Reuertamur igit̃, & dicamus ꝙ, cum declarauit ꝙ elementa mouent̃ ad ſua loca, ſm ꝙ generabile mouet̃ ad formã, qua perficit̃, & poteſt aliquis dicere ꝙ iſti motus nõ intendunt loca, ſm ꝙ ſunt loca, ſed totum corpus, cuius motum eſt pars, v.g. ꝙ mor9 lapidis non eſt ad medium, ſed ad terram, ideo d. Secundum igitur hunc modum oportet quærentem ſcire, &c. i. ꝙ, cũ nos dicemus ꝙ pars terræ mouetur ad inferius, ſm ꝙ ſimile moue

I tur ad ſuum ſiſe, intelligendum eſt ad locũ, non ad totam terrã. & ideo d. poſt non ſicut putant quidã ꝙ terra mouet̃ ad terram. Deinde incœpit declarare ꝙ iſte ſermo eſt impoſſibilis, & d. qm̃, ſi aliquis transferret terram, &c. i. ꝙ, ſi partes elementorũ mouerẽtur ad ſuum vniuerſum', ſicut ſimile ad ſimile, tunc partes mouerentur ad totũ, vbicunq; eſſet totum, adeo, ꝙ, ſi terra eſſet in cõcauo orbis lunæ, tunc lapides mouerẽtur ad ipſam: & ſic nihil eſſet ſuperius, aut inferius, aut mediũ, neq; corpora mouerentur ad medium naturaliter, & à medio, & circa medium. quod eſt impoſſe, vt prædictum eſt. K

D. d. ſed ad locũ, in quo modo exiſtit. i. ꝙ ſi terra eſſet in loco lunę, tũc parteseius non mouerentur ad ipſam, ſed ad locum inferius. D. d. Et ſimiliter accidit, &c. & intendit per iſta, quatuor corpora.

Quoniam aũt locus eſt ipſius continentis finis, continent autẽ omnia, quæ mouentur ſurſum, & deorſum & extremũ, & medium, hoc autem modo quodã fit forma contenti, in ſuum locũ L ferri, ad ſimile ferri eſt. quę enim deinceps ſunt, ſimilia ſunt inuicem, vt aqua aeri, & hic igni. Econuerſo autem dicere in medijs quidem eſt, in extremis aũt non, vt aerem quidẽ aquæ, aquã autem terræ. ſemper enim quod ſuperius eſt ad id, quod eſt ſub ipſo, vt forma ad materiam, ſic ſe habent ad ſeinuicem.

Semp qđ ſuperi9 ad id, qđ ſub ipſo, vt forma ad materiã ſe habet.

Dicamus etiã quòd, cum locus ſit oriſon rei, quæ continet res, quæ mouentur ad ſuperius, & quæ ad inferius, vltimũ, & mediũ, neceſſario erit in aliqua parte vltimũ, & medium forma rei, quæ conſeruat. & ſi ita ſit, neceſſarium eſt, vt corpus, quod mouetur ad ſuũ locũ, non moueatur, niſi ad ſuũ ſimile. Corpora vero, quæ ſunt inter iſta loca, aſſimilãtur adinuicẽ, dico quòd aqua aeri, & aer igni. & ſimiliter erit, cũ acceperimus à ſuperiori ad inferius, dico quòd aer aquæ, & aqua M

terræ.

A *terræ. extrema vero, ſ. terra, & ignis, non aſſimilantur adinuicem, ſed differunt, ſicut forma, & materia. & ſimiliter omniũ corporũ ſemper ſuperius differt ab inferiori, ſicut materia, & forma differunt.* N

a3 Cũ declarauit ꝙ cauſa, quare hęc elementa mouentur ad ſua loca, nõ eſt, niſi quia generatũ mouet̃ ad ſuã formam propriam: qm̃ ea, quæ mouentur nãl̃r ad ſua loca, ſunt ea, quæ ſunt in potẽtia ea, quæ appropriant̃ illis locis: modo vult declarare hoc

B idẽ aliomodo, & d. cum locus ſit orizon rei, quæ cõtinet. & intendit per orizon finẽ, & per ea, quæ mouent̃ ad ſuperius, & ea, quæ mouent̃ ad inferius, intendit ea, q̃ mouent̃ ſimpl̃r. & d. hoc, cõſeruando ſe de locis mediorũ. & intendit p vltimum, finem orbis, & p mediũ, finem aquæ. & q. d. ꝙ locus, cũ ſit rebus, quę ad ſuperius mouent̃, finis, qui eſt vltimũ totius, & rebus, q̃ ad inferius mouent̃, ſit finis, qui eſt mediũ totius, & finis, qui cõtinet rem extrinſecus, ſiſis ſit formæ: forma enim eſt finis rei habẽtis formam: & in hoc tm̃ differũt, quia hoc ſeparat̃, hoc aũt non. Et, cũ ita ſit, neceſſe eſt vt finis vltimus mũdi ſit quaſi forma corpis, quod mouet̃ ad ſuperius, & finis, q̃ eſt mediũ, ſit quaſi forma corpis, quod mouet̃ ad inferius. Et hoc intẽdebat, cũ d. neceſſario erit in aliqua parte, &c. & intendit p aliq̃ partẽ, ſuperius ſimpl̃r, & inferius ſimpl̃r. qm̃ vltimũ mundi, & ſuum mediũ ſunt quaſi loca, & ſiſia formæ, ei, quod mouet̃ ad ſuperius ſimpl̃r, & ad inferius ſimpl̃r.

Forma eſt finis rei hñtis formã. Idẽ 3. de Aia c. 5 ex ſententia Alex.

C

Et intẽdebat declarare p hunc modũ ꝙ elementa mouent̃ ad ſua loca, quẽadmodum res mouent̃ ad ſuas formas, cũ locus ſit rei ſimilis formæ, qui acquiritur, cũ forma acquiritur, niſi aliquid impediat. in præcedenti aũt demõſtratione declaratum fuit ꝙ locus his corporib9 eſt ſiſis formę hoc modo, ſ. ꝙ illud, quod mouetur ad iſta loca, eſt illud, quod eſt graue, aut leue in potentia, non illud, quod eſt in actu graue, aut leue, niſi accidentaliter. in hac aũt demonſtratione declarauit illud ex hoc, ꝙ locus cõicat formę in genere, vtrunq; enĩ eſt finis cõtinens, ſed illa eſt finis nõ diſtincta, locus aũt eſt finis diſtinctus. Et intendebat declarare ꝙ locus eſt valde ſimilis formæ in iis corporibus. forma enim ẽ finis, & illud, quod ſic finitur per eam, eſt in potẽtia, non in actu: & hęc duo inueniuntur in loco horũ corporum: & ideo neceſſe eſt vt motus iſtorũ corporũ ad ſua loca ſit ex genere motuum rerũ ad ſuas formas. Et quaſi hæ duę declarationes congregatæ reductæ ſunt ad vnam, ſ. ꝙ ſimilitudo cõpleta inter locum, & formam non appareret, niſi ex his duobus: & non tantũ manifeſtatur ex definitione loci, ꝙ locus in iſtis rebus eſt ſiſis formę, ſm ꝙ eſt continens, ſed ẽt ꝙ illud, quod continet vnũquodq; iſtorũ elementorũ, eſt locus. Vltimũ igitur cõcaui lunę eſt locus ignis, & hoc vocãt vltimum: & vltimũ concaui ignis eſt locus æris, & aeris aquæ, & aquę terrę, & iſtum locum vocauit medium. E

Fõſa eſt finis non diſtinct9, locus ẏo ẽ finis diſtinctus. Idem 4 Phy. ꝛc. com. 17.

Vltimum cõcaui lunæ ẽ locus ignis, & vltimum ignis loc9 aeris, & aeris aq̃, & aq̃ terræ. Idẽ 4. Ph. cõ. 46. F

Et, cum declarauit ꝙ hæc corpora mouentur ad ſua loca, ſm ꝙ res mouetur ad ſuam formam, demſtrauit ꝙ ex hoc ſequitur ꝙ ſimile, ad quod res mouet̃, eſt vltimũ corporis cõtinentis, non totum illius rei, qm̃, cum in ꝑdicto ſermone notificauerit ꝙ

G non eſt intelligẽdum hoc de ſimili, illud totũ illius rei, quæ mouetur, ſed ſiſte, ad quod eſt motus, in his corpo tibus eſt locus, oſtẽdit qũo locus eſt ſiſtis, ſ. quia eſt vltimum corporis. & ideo fingentes locũ eſſe vacuum, nõ poſſunt dicere locum eſſe ſimilem.

Et d. &, ſi ita ſit, neceſſarium eſt vt corpꝰ, quod mouetur, &c. ideſt, ſi igitur locus ſit vltimum corporis conti nentis, & corpora continentia vnũquodq; iſtorum corpoꝝ ſunt diuerſæ naturæ, manifeſtum eſt ꝙ vnum quodq; illorum nõ proprie mouetur ad continentẽ circunferentiam, niſi H quia illa circũferentia eſt ſimilis ei. igitur ignis non mouetur ad finẽ concaui Lunæ, niſi quia eſt ſiſte igni: & ſiſt terra non mouetur ad finem aquę, niſi pp hoc. & manifeſtum eſt ꝙ, ſicut hoc exiſtit in duobus corporibꝰ, quæ ſunt extrema, ſic oportet eſſe in medijs. ignis enim aſſimilatur aeri, & aer aquæ: & ideo d. Corpa vero, q̃ ſunt, &c. D.d. & ſiſt erit, cum acceperimus ex ſuperiori ad inferius, i. quod bene poſſumus incipere ex inferioti ad ſuperius, & dicere ꝙ terra aſſimiletur aquæ, & aqua aeri, & aer igni, & ignis ætheri, aut ecõtrario, ſ. I ꝙ æther aſſimilatur igni, & ignis aeri, & aer aquæ, & aqua terræ. Et intendit ꝓ conſimilia hic, ea, quæ conueniunt in vna qualitate, & differunt in alia. v.g. ꝙ aer aſſimilatur igni, quia conuenit ei in calore, licet contradicatipſi in humiditate, & ſic de alijs. & ideo d. extrema vero, ſ. terra, & ignis, &c. i. &, quia hæc duo corpora in ſummo ſunt cõtinentiæ remotionis, quãuis conueniant in vna qualitate, ſ. ſiccitate, & contradicãt ſibi in alia: & ſiſt illa, quæ differunt etiã in duabus qualitatibus, ex quibus conſtant, vt ignis ab aqua caliditate, & K ſiccitate, & aer, & terra caliditate, & humiditate, ideo habẽt etiam hanc diuerſitatẽ, quæ eſt inter materiã, & formã, quia vna eorũ cõtinet alterã.

Et, cum d. ꝙ quædam elementorũ iſtoꝝ vicina, ſ. in loco, aſſimilantur adinuicem, & quædã non, & oĩa conueniunt in diuerſitate hac, ſ. diuerſitate, quæ eſt inter mãm, & formam, & cum iã declaratum ſit ꝙ contĩnẽs eſt ſiſte formæ, & contentũ materiæ: nec enim diuerſitas ſiſt reperiẽ in vicinis, & in nõ vicinis, v.g. quia ignis ẽ quaſi forma aeris, & aer quaſi forma aquæ, oportet vt ignis ſit quaſi forma aquę, & aqua quaſi mã ignis, quia eſt mã ſuæ materiæ, q̃ eſt aer: L & digniuſ eſt vt terra hoc habeat, qa eſt mã materiæ ſuæ materiæ. & ideo d. in eis, quæ differunt, quaſi mã, & forma, & ſiſt in alijs corporibus.

Cõtinẽs ẽ ſiſte foꝛmæ & cõtentũ mãæ. Idẽ 2. Cœ. 74. & 2. de Gene. 50. Idẽ hicꝫ..t. cõ. 35. & 37. ac. 39. cõ.

Et non eſt intelligendum ex hac ſi militudine ꝙ cõtentum moueatur ſemp ad continens, ſed cũ continens fuerit in loco naturali. neque etiam quodlibet cõtentum mouebitur ad cõtinens quodlibet, ſed ad continẽs vicinum, cum quo conuenit in altera duarum qualitatum. Docuñ.

Quærere vero pp quid fertur M ignis ſurſum, & terra deorſum, idem eſt, & pp quid ſanabile, ſi moueat, & mutẽ quatenus eſt ſanabile, in ſanitatẽ venit, ſed nõ in albedinem. ſiſt aũt & omnia alia alterabilia. At vero & augmentabile, cum mutat quatenꝰ eſt augmentabile, non in ſanitatem venit, ſed in magnitudinis exceſſum. Siſt autem & horum vnumquodq;, hoc quidẽ in qualitate, hoc aũt in quantitate mutatur,

A tat, & in loco, leuia quidem ſurſum, grauia aũt deorſum. niſi ꝙ hæc quidem in ſeipſis videnẽ habere principiũ mutationis (dico quippe graue, & leue) illa autem non, ſed extrinſecus, vt ſanabile, ac augmentabile. quãuis q̃ndq; et hæc ex ſeipſis mutenẽ, & paruo facto in ñs, quę extra ſunt, motu, alterũ quidem in ſanitatẽ venit, alterum vero in augmentũ. Et q̃n idem eſt ſanabile, & ægritudinis ſuſceptiuũ, ſi moueat quatenus eſt ſanabile, in ſanitatẽ fer- B tur, ſi aũt quatenus ægrotabile, in ægritudinẽ. Magis aũt his graue, & leue ĩ ſeipſis habere videntur principiũ, propterea ꝙ proxime ad ſubſtantiã horum materia ſit. Signum aũt eſt ꝙ latio abſolutorũ eſt, & generatione vltima motuũ. Quare primus vtiq; erit, & ſm ſuaſtantiã hic motus.

Qui autẽ quæſierit quare ignis mouebitur ad ſuperius, & quare terra mouebitur ad inferius, ſimilis eſt quærenti, quare ſanabile mo C *uetur, & alteratur ad ſanitatem, non in albedinẽ. Nos aũt dicamus, quòd omnia alterabilia alterantur ad illud, quod conuenit eis, non ad aliud, vt augmentabile, quod nõ alteratur ad ſanitatẽ. ſed ad magnitudinẽ, & longitudinem. Et aliorũ ſimiliter quædam alterãtur ſecundum qualitatẽ, & quædã ſecundũ quantitatẽ, & quædam ſecundum locũ. eorum autẽ, quæ alterantur ſecundum locũ, ſi fuerit leue, trãſfer-* D *tur ſuperius, & ſi graue, inferius. ſed eorum, quæ diximus, quædam habent principium tranſmutationis ex ſe interius, vt graue, et leue, & quædam ab extrinſeco, vt ſanabile, & augmentabile. & ſecundũ hoc fortaſſis tranſmutabuntur, & alterabuntur hæc ex ſe, cum paruo motu extrinſeco, ita, quòd vnũ eorum veniet ad ſanitatẽ, & alterũ ad crementum, & augmentum. Et idem recipit ſanitatẽ, & infir-* E *mitatẽ. quoniã, ſi moueretur ſicut ſanum, transferretur ad ſanitatẽ, & ſi ſicut infirmum, trãsferretur ad infirmitatem. In graui aũt, & leui magis manifeſtabitur principiũ motus, quàm in alijs. quia materiæ eorum ſunt valde propinquæ ſuis ſubſtantijs. Et ſignũ eius eſt motus, ſ. motus eorum. quia motus ẽ in rebus cõſiſtentibus per ſe, & eſt in generato vltimus motuũ. Et, ſi ita ſit, neceſſario ẽ vt iſte motus, ſ. gra* F *uis, et leuis ſit primus in ſubſtãtia, dico quòd propinquior eſt ſubſtãtiæ elementorum alijs qualitatibus.*

Quia primo incœpit quęrere cau 24
ſam, pp quam hoc elementorũ mouetur ad ſuperius, & hoc ad inferius, & d. rñdendo, quod ita eſt de hoc motu, ſicut de alijs motibus, ſ. ꝙ hęc mouentur ad ſui perfectionem ſm vbi, ad quæ mouentur, ſicut ea, quæ mouentur ſm qualitatẽ, perficiuntur ꝓ qualitates, ad quas mouentur, & ea, q̃ mouentur

G ſm quantitatem, perficiunt̃ per menſuram, ad quã mouentur, & ſiſt ea, quæ tranſmutantur ad ſubſtantias, tranſmutant̃, vt perficiantur per formas, ad quas tranſmutantur. Et, cum declarauit modũ ſimilitudinis, quæ eſt inter perfectionem elementorũ in vbi, & perfectionem tranſmutabilium in ſubſtantia, vult etiam perficere ſermonẽ in hoc, declarando ea, quib⁹ hoc habet cõicationem cum alijs tranſmutationibus, & ea, quib⁹ differt ab eis, dicendo ꝙ iſta trãſmutatio localis ĩ iſtis corporibus cõicat cum alijs tranſmutationibus in hoc,
H quia eodem modo reſpondendum eſt quærenti, quare tranſmutata ſm locum moueant̃ ad loca contraria, & quare tranſmutata in ſubſtantias mouentur ad formas contrarias, & quare alterabilia ſiſt̃, & ſimiliter de alijs, ideo d. Qui aũt quęſierit quare ignis, &c. i. nulla dria eſt inter quærentem quare ignis mouetur ad ſuperius, & nõ ad inferius, & terra ecõtrario, & inter quærentem quare ſanabile mouetur ad ſanitatem, & nõ ad ægritudinem, vel ad aliam qualitatem, non oppoſitam illi, v.g. ad albedinem. Et exemplificauit de albe
I dine, quia magis vĩ impoſſibile vt aliquid alteretur ad qualitatẽ extra ſuam ſpeciem, q̃ ad qualitatem ſibi contrariam in ſpecie. qm̃, cum putat̃ ꝙ natura, quæ recipit duo contraria in ſpecie, eſt eadem, poſſibile ẽ hoc, vt putet̃ de natura faciente duo contraria. & non eſt ita in eis, quæ ſunt alterius generis. & iccirco dicit ad albedinem, & nõ ad ægritudinẽ. D.d. Nos aũt dicamus ꝙ omnia alterabilia, &c. i. & reſponſio cõis oĩbus iſtis eſt dicere, ꝙ oĩa mouentur ad quærendum illud, quod conuenit eis.

Et, cũ narrauit ꝙ cauſa motus eoꝝ K eſt quærere ſiſt̃, & ꝙ cauſa diuerſitatis motuum eſt diuerſitas ſimilis, dedit exemplũ de quatuor tranſmutationibus, & d. vt augmentabile non alterat ad ſanitatem, &c. & intendit hic p alterationem tranſmutationẽ. alteratio enim dr̃ cõiter, & proprie, i. vt augmẽtabile, cuius tranſmutatio non eſt ad ſanitatẽ, cum ſanitas non ſit finis augmẽtabilis. finis enim cõueniens augmentabili eſt menſura terminata in latitudine, longitudine, & profunditate. v.g. augmẽtum hoĩs non eſt, niſi ad menſurã naturalem humanitatis. ſiſt̃ de alijs. D.d. L
Et alioꝝ ſiſt̃ quædam alterantur ſm qualitatem, i. &, ſicut dixim⁹ de augmentabili, ſiſt intelligendum eſt de alijs tranſmutationibus. D.d. eorũ aũt, quæ alterantur ſm locum, ſi fuerit leue, &c. i. eorũ aũt, quæ tranſmutantur ſm locum, ſi fuerit leue, tranſfertur ad ſuperius, quod eſt ei conueniens. &, ſi fuerit graue, ad inferius, quod eſt ẽt conueniens ei. Et cũ d. modum, ſm quem cõicant iſtæ tres tranſmutationes, incipit dicere modum, ſm quem, motus elementorũ in loco differt à cęteris motib⁹, & d. ſed eorum, quæ diximus, &c. i. ꝙ iſtę M tranſmutationes cõicant, inquantũ tranſmutantur ad ſiſt̃, & differunt in eo, ꝙ quædã trãſmutationis principium habent, quod mouet ea ex intrinſeco, nõ ab extrinſeco, vt graue, & leue, & quędam habent principiũ tranſmutationis ex extrinſeco, non ab intrinſeco, vt ſanabile, i. tranſmutabile ad ſanitatem, & augmẽtabile ad quantitatem. Et hoc quod d. habet quæſtionem. in Octauo enim Phyſi. declarauit ꝙ motor in graui, & leui eſſentialiter ẽ ab extrinſeco, & eſt

A & eſt faciens ipſum, & ꝙ nõ mouet̃ per ſe, niſi accidentaliter, & ẽt exiſtimat̃ ꝙ in pluribus ſpecieb⁹ ſanitatis principiũ motionis eſt ab intrinſeco, ſcil. in ægritudinibus, quæ ſanantur p ſe, ſine cauſa extrinſeca. & d. in lib. Peri Geneſeos ꝙ principium motus augmenti eſt in augmẽtabili. Et dicamus nos ꝙ, cũ hic intendat dicere dr̃iam inter principia motionis in iſtis, non dicendũ eſt ad diſtinguendum inter ea, quod hoc ẽ eſſentiale, aut non eſſentiale, cũ hoc ſemp̃ inueniatur in eis. Manifeſtũ eſt enim p
B ſe, quod faciẽs motũ alterationis in re alterabili ẽ extra alterabile. & accidit vt putet̃ ꝙ alterabile alteratur p ſe, cum in eo fuerint duæ partes, ſ. pars alteratiua, & alterabilis, vt accidit infirmo, q̃ ſanat̃ per ſe. cor enim in eo alterat membrũ ęgrotans ad ſanitatẽ, membrum aũt infirmum eſt alterabile. graue aũt, & leue totum tranſmutat̃ à toto ſm modum, qui dictus eſt in Octauo, & qui dicẽdus erit hic poſt. motor aũt propinquus in augmentabili, qui eſt cibus, venit ab extrinſeco. motor aũt remot⁹ eſt in ipſo augmentabili, ſ. calor naturalis, qui eſt in membro augmẽtabili.
C Et cum d. ꝙ principiũ alterãs in rebus alterabilibus eſt extrinſecum, d. etiam ꝙ qñq; inuenitur ſimilitudo in iſtis ad illa. qm̃ qñq; patiunt̃ multum à paruo principio extrinſeco, & d. & ſm hoc fortaſſis, &c. i. ꝙ, cũ iſta alterantur pluſq̃ principiũ, alterans ea ab extrinſeco dat eis ita, ꝙ illud, quod fit, ſit ſupra illud, quod eſt ex motore extrinſeco, ſic aſſimilantur eis, quæ mouẽtur per ſe. D.d. Et idẽ recipit ſanitatem, & ægritudinem. ideſt & ſignum, ꝙ alteratio non eſt ex principio agente exiſtente in alterabili, ſicut eſt in tranſmutabili ſm D locũ, eſt, quia poteſt idẽ recipere contraria, & contraria non poſſunt facere idẽ, & idẽ non põt facere cõtraria.

1. de Gene. t. c. 34. Solutio.

Alteratio duplex.

Finis cõueniens augmentabili ẽ mẽſura terminata in latitudine, lõgitudine, & profunditate.

Nota d̃ in infirmo, qui ab intrinſeco ſanat̃.

D.d. qm̃, ſi moueret̃ ſicut ſanũ, &c. ideſt, qm̃ cum aliquod iſtoꝝ moueret̃ à paruo principio extrinſeco, trãſferetur ad finẽ, v.g. ꝙ, ſi aliquis moueret̃ ad ſanitatẽ à paruo principio extrinſeco, mouebitur p ſe ad ſanitatem perfectã: & ſiſt̃, ſi aliquid moueretur ſm viã infirmitatis ab aliquo infirmante, mouebit̃ per ſe ad infirmitatẽ perfectam. D.d. In graui autem, & leui magis manifeſtabitur, i. ꝙ aliæ tranſmutationes, quãuis cõi- E cent tranſmutationi in loco exiſtente in elemẽtis in eo, ꝙ in quibuſdam maior pars tranſmutationis, puenit ex ipſo tranſmutabili, non p naturã motoris, tñ hoc magis manifeſtabit̃ in graui, & leui, ſ. ꝙ principiũ tranſmutationis in loco eſt in eis per ſe.

Et cũ d. ꝙ alia tranſmutabilia cõicent tranſmutabilibus in loco, ſ. graui, & leui, p hoc, quod principiũ motus, aut maior pars motuum eſt ex ſe, non ex extrinſecis, d. quod quãuis ita ſit, tñ manifeſtius ẽ hoc in motu graui, & leuis, & d. In graui autẽ, & F leui magis manifeſtabitur, &c. D.d. cauſam in hoc, & d. quia materiæ eorum ſunt valde propinquæ ſuis ſubſtantijs, i. quia materia motus in graui, & leui valde eſt propinqua materiæ grauis, & leuis. & ſic appropinquat ſubſtantiæ eorum, e contrario alijs accidentibus exiſtentibus in ea. Et ideo, cũ acquirit̃ aliqua pars formæ grauis, aut leuis, ſtatim cum illa parte acquirit̃ motus ad ſuum vbi, niſi aliquid impediat. & nõ ſunt iſta accidentia remota à ſubſtantia eoꝝ. & ideo non indigent motore extrin

Idẽ ſ. 22 & q̃ ibi & infra. cõ. ſequenti.

G seco.v.g.vt albescant, aut ni grescãt, aut aliæ qualitates,quarũ esse non sequitur esse formæ necessario. D.d. Et signũ eius est motus, s. motus eorum,i.& signũ,ꝙ materia istius motus est propinqua substantijs,i. formis istoꝝ motorum, est modus motus in loco, qui inuenit in alijs motis.qm̃ motꝰ eoꝝ differt à motu grauis,aut leuis. D.d.causam in hoc,& d.quia motus est in rebus consistentibus p se,&c.i.quia motus in loco ẽ in generabilibus post perfectionem, & in vltimo transmutationũ,in grauí aũt, & leui est primus transmutaH tionũ. D.d. Et, si ita sit, necessario erit iste motus,&c.s.ꝙ iste motus est præcedens in eo,quãuis sit posterior in generatione, & alij motus sunt posteriores in vtroq;,s.in substantia,& in tpe:& ideo non fuerũt consequẽtia formas entiũ, & indigent in suo esse rebus extrinsecis præter formas, quibus sunt existentia,s.ꝙ esse eorũ non est in rebus trãsmutabilibus,cõ sequens formas eorum. Ista autem mota in loco differunt à motis per se,s.ab animalibus.qa motor in istis non differt à moto, nisi in modo,& sunt idẽ in subiecto. & iccirco putaꝝ motor, & motũ in eis sunt idem, I & ꝙ mouẽt se. in illis autem motor differt à moto esse,& definitione.& propter hoc habẽt elemẽta hoc proprium,s.ꝙ motus eorum non inueniuntur posteriores à formis secundum tempus, sicut est de alijs motibus. Et ideo errauit Ioannes,& dixit ꝙ inuenti sunt motus in substantia,sine potentia antecedenti, secundum tempus existẽte in illis substantijs.& dictum fuit ei ꝙ potentia præcedens hoc motum,nõ est in moto, nisi violente, sed est in ea re, ex qua fit mota res, v.g. quòd potentia ad K motum ignis in loco nõ est in igne, sed in illo,ex quo ignis fit,vt in oleo, aut ligno.

Motor, & motũ in eiuris differt a motis, & motoribus in aialib⁹. vide 3. 22.

Error Ioã. grãma. ꝓ quo. vide 8. Ph.c.4.

Cum igitur fit ex aqua aer,& ex graui leue,uenit ad ipsum sursum.simul aũt est leue,& nõ amplius fit, sed ibi est. Manifestum est itaqꝫ ꝙ potẽtia ens, in actum veniẽs,proficiscit illuc,& ad tantum,& tale,vbi est actꝰ& quãti, & qualis,& *vbi. Eadẽ aũt causa est,vt ea,quæ iã existunt, atqꝫ sunt terra, & ignis, moueant in L sua loca,nullo ipediente. etenim nutrimentum, cum prohibens, & sanabile,cũ detinens *non fuerit,fertur cõfestim, & mouet ẽt, & id, quod à principio fecit, & id,quod subtraxit,aut vnde resiliuit, quẽadmodum dictũ est in primis sermonibꝰ,in quibus determinauimus ꝙ nihil horũ ipsum seipsum mouet.Ob quã igr̃ causam fertur eorũ, quæ ferunt vnumquodqꝫ, & ferri in suum locum quid sit,dictum est.

*a.l.nõ habet & vbi.

*a.l.subtũ fuerit.

Reuertamur igitur,et dicamus M *quòd, cum aqua transmutatur in aerem, tũc transmutabitur de grauitate ad leuitatem. deinde mouebitur ad superius, & tunc dicetur ipsum esse leue in illo loco, nõ quòd fiat leue,sed quia est leue illic. Et,sic ita sit, manifestũ ẽ quòd aqua fuit leuis in potentia, deinde trãsmutatur,quousq; fiat ī actu, et superius, & mouebitur illic secundũ aliquã mẽsurã qualitatis, & quãtitatis.*

dico

A *dico autem locum, ad quem est possibile ire,& ad quantum de eo, et ad quale. Hoc igitur est causa motus aquæ,& terræ ad sua loca, cũ non fuerit impediens. cibus. n. & recipiens sanitatem, cum a nullo impediuntur, statim mouebuntur ad sanitatem, & nutrimentum. & omne mobile primo mouetur a re agente, aut a re mouente impediens,& auferente ipsum obstaculum ex coram eius, quod impeditur,sicut diximus in prædictis tra*

B *ctatibus, & iam declarauimus quòd omne corpus mobile secundũ motum localẽ ab altero mouetur, non ex se. Iã igitur declarauimus qua de causa mouetur omne mobile,& qua de causa mouetur quod libet elementorum ad suum locũ.*

25 In hoc cap. vult perficere sermonem de modo motus eĩtotum, & ostendere qũo mouent,& determinare ꝙ non mouẽtur ex se in rei veritate,sed ex extrinseco,& d. Reuertamur igit,&c. i. reuertamur ad lo-

C quendum de motibus istorum corporum grauium,& leuium,& ad perficiendum sermonem de eis,demõstrando qũo mouent hæc corpora, & quæ est materia istius motus, & quis est istorum verus motor. D.d. & dicamus ꝙ,cum aqua, &c.i. manifestum est per se ꝙ,cum aqua fit aer quod statim trasmutatur de grauitate in leuitatem, & de inferiori ad superius insimul. & per hoc,quod d. deinde mouebitur ad superius.non intendebat dicere sm tempus,sed se-

cundum causam,& causatũ.i. ꝙ motus eius ad superius est causata a sua leuitate. D.d.& tunc dicetur ipsum esse leue,&c.i.& hoc non est,nisi sm suum motum in actu ad illum locũ non sm ꝙ fit leue ante suam translationem ad illum locũ,sed quia non fit leue,nisi cum transferẽ ad illũ locum. Et intendebat ostendere per hoc differentiam inter istum motũ in loco,& alios motꝰ locales, q sunt animalium.aĩal.n.est aĩal,quamuis nondum moueat, & hoc dico essentialiter.Ista aũt non sunt grauia,neque leuia,donec sint in istis locis, nisi accidentaliter, cum ab aliquo prohibentur. Et,cum narrauit ꝙ hæc corpora,cum completam habuerĩt formam,completum habebunt motum ĩ vbi,s.ꝙ insimul habẽt formã, & vbi, d. Et,si ita sit, manifestum est ꝙ aqua fuit leuis in potẽtia, &c. i.&,cum manifestum sit de istis corporibus,ꝙ,qñ acquisierint aliquam partem formæ,statim acquirent aliquam partẽ vbi, ita, ꝙ, cum forma complebit,complebit vbi, manifestum est ꝙ potentia in istis ad formam,& vbi est in eodem subiecto, s.corpore,a quo est generatio.v.gr. ꝙ aqua fuit in potentia leuis, & superius,&,cum fit ignis,fit leuis, & F superius in actu insimul, & potẽtia ad vtrunq; insimul fuit in aqua, non igne moto ad superius, nisi accidentaliter,econtrario animalibus. D.d. & mouebitur illic sm aliquam mensuram quantitatis, & qualitatis.i.ꝙ, cum perficiet generatio, perficiet motus ad superius sm quantitatem, & qualitatem propriã. D.exposuit hoc,quod narrauit de qualitate, & quantitate,& d.dico autem locum, ad quẽ possibile est,&c.i.& intelligo

D Documẽtum.

E

Idẽ 8. ph. c. 4. &. 32

per

G per quantitatem finẽ loci, ad quem eſt poſſe vt illud motum moueat, & ad quantũ mouebit illius loci. & intelligo p qualitatem ſitũ, ſ. quaſi locum proprium corporis continẽtis ipſum, qui eſt ſicut vbi illi. oẽ. n. motum hẽt ex iſtis rebus res terminatas. v. g. ꝙ, cum aqua fiet aer, mouebitur ad locũ, qui eſt ſub loco ignis, & ad quantitatem terminatam ſm ſuam leuitatem, & recipiet de corporibus contangentibus corpora terminata. non enim omne, quod mouet, mouet ad quemlibet locũ, neq; ad quamlibet partẽ vnius loci in genere, neq; recipit de corporibus con
H tangentibus quodlibet corpus. D. d. hoc igit̃ eſt cauſa motus aquæ, & terræ ad ſua loca, &c. i. ꝙ motor eorũ ad ſua loca eſt illud, quod eis dat ſubſtantias, & eſt generans, & agẽs. & d. cũ non fuerit impediens. quia, cum aliquid impediret, tunc eſſet illic alius motor p accidens, & eſt remouens illud impediens, & tunc lapis, & alia elementa aſſimilant̃ eis, q̃ mouent̃ p ſe. D. d. nutribile. n, & ſanabile, &c. i. ꝙ ita eſt ī acquiſitione formæ, & vbi in lapide a gñante inſimul, ſicut eſt in acquiſitione formę
I prouenientis a cibo, & nutrimento in membro nutribili, & ſanitatis inſimul. cibus. n. eſt materia iſtius formæ membri, & materia ẽt ſuæ ſanitatis. Sicut igit̃ virtus, q̃ generat cibum, dat vtrunq;, & inſimul, ſ. formam prouenientem in membro a nutrimento, & ſanitatem, ita eſt de forma corporis grauis, & leuis, & de vbi, ſed tantũmodo differũt in hoc, ꝙ poſſe eſt in iſtis corporibus vt forma acquiratur, & prohibeat̃ in accidente, quod eſt vbi. & hoc non eſt poſſe in ſanitate cum acquiſitione formæ prouenientis in mẽbro a nu K trimento, niſi illa forma ſit neceſſario diminuta. D. d. ſtatim mouebũtur ad ſanitatem, & ad nutrimentũ, &c. quaſi d. q̃n recipiens formã corporis leuis, & recipiens eius vbi, cũ nullum fuerit prohibẽs, ſtatim mouebitur vtrunq; recipiens a generãte ad formã corporis leuis, & ad eius vbi. & recipiens ſuit hic poſitũ duo tm̃, dico autem ſm præparationem, ſm vero ſubiectũ ſunt idem: & vnũ eorum p̃cedit alterum in eſſe, non in tempore, ſ. ꝙ præparatio, quæ eſt in ſubiecto, ad recipiendum formã
L corporis leuis, aut grauis, præcedit præparationem, quæ eſt in illo ſubiecto, ad acquirendum vbi in actu, ſicut eſt de forma prouenientẽ ī mẽbro a nutrimento in membro, & ſanitate, recipiens autem formam animalis, & eius motũ ſunt duo. & ideo animal mouet̃ eſſentialiter ex ſe: & eſt dicere nutrimentum formã prouenientem in membro a cibo. D. d. Hoc igit̃ eſt cã motus aquæ, & terræ, &c. i. ꝙ cauſa generans, & agens eas eſt cauſa motus ad loca earũ, niſi aliquid impediat. ꝙ ſi fuerit impedimentũ, tunc receſſus impedimenti
M erit cauſa motus eius p accidens, & tunc formæ iſtorum erunt mouentes * etiam p accidens, & aſſimilabũ tur ẽt eis, quæ mouent̃ per ſe. D. d. cibus enim, & recipiẽs ſanitatem, &c. i. vt cibus, & ſanitas, q̃ inſimul vadũt ad nutrimentum, & ad ſanitatem a virtute nutritiua, ſ. quia fit forma mẽbri ſani, & quia in oĩ mobili contingit primo vt moueat̃ a ſuo motore, & contingit ſecundo vt moueat̃ a receſſu impedientis. & hoc cõe eſt omnibus motibus corporũ grauiũ & leuiũ, & aliorũ mobiliũ nãlium.

* a. l. ſe.

Et

A Et hoc iam declaratum eſt in Phyſicis, ſed fecit de hoc rememorationẽ, & d. & omne mobile primo mouet̃, &c. i. & iam declarauimus prius ꝙ omne mobile primo mouet̃ a motore, & ſecundo ab auferente prohibens. Et in hoc loco eſt intelligendum per motum oẽm trãſmutationem tranſmutationũ quatuor. ſed impediens in alijs motibus non poteſt prohibere accidens conſequens formam ſine forma, niſi tm̃ in motibus iſtorum corporũ ſimpliciũ. impediens enim in eis poteſt diuidere inter formam, & accidẽs conſequẽs eam. v. g. ꝙ lapis prohibet̃ a motu
B ad inferius, licet non prohibeatur a forma. illud autem, quod mouetur ad nutrimentum, & ſanitatẽ, impoſſibile eſt vt prohibeat̃ a ſanitate abſque nutrimento, ſed ab vtroq; prohibebit̃, aut a neutro, & ſiẽr eſt ī ſubſtantia. & intendit p prædictos tractatus tractatus Phyſicos. tractatus enim illi ſunt primo legendi in hac ſcientia. D. d. & iam diximus ꝙ omne corpus mobile ſm locum, &c. intendit quod iam declarauit in iſtis tractatib⁹, ꝙ omne corp⁹, quod mouetur in loco ab altero, mouet̃ aut
C ab extrinſeco, aut a principio, exiſtẽte in eo, alio a moto. nihil enim eſt ꝙ, cum idem ſit, ſit motum, & mouens, vt Plato dicebat. & hoc iam declarauit in duob⁹ locis in Septimo, & Octauo Phy. ſed firmius in octauo. In Septimo enim fundauit declarationem, concedendo primum motum quaſi manifeſtum per ſe, deinde poſuit ꝙ, cum aliqua pars moti quieuerit, neceſſe eſt vt totum ꝙe ſcat, deinde concluſit ꝙ neceſſe eſt vt motor ſit alius a moto. in Octauo aũt declarauit ꝙ in omni moto per ſe eſt motor per ſe, deinde declarauit ꝙ impoſſe ẽ vt aliquid mouea D tur p ſe ita, ꝙ motor ſit idẽ cum moto. D. d. iã igit̃ declarauimus qua de cauſa &c. & intendit p cãm, cãm finalem. cã enim finalis in motibus iſtorũ el̃ntorum ſunt loca conuenięntia, & ſunt aliquo modo formæ, cũ ſint quaſi perficientia. D. d. & qua de cã mouet̃ quodlibet, &c. i. cauſa agente motum cuiuslibet iſtorũ ad ſuũ locum, ſ. cauſa formali. & determinauit cauſam, pp quam iſta loca ſunt finis, & eſt quia illud, ad quod mouet̃ omne mobile, eſt ſiſe ei, ad qđ E iſta mouent̃. qm̃, cum in declaratione iſta vſus ſit propoſitione vł, & dederit in hoc cauſam vł̃m, & eſt cauſa, pp quam tranſmutat̃ oẽ trãſmutabile in illud, in quod tranſmutat̃, ĩcœpit primo determinare hãc vł̃m propoſitionem, deinde declarare ſuam intentionem, ſ. cãm propriam motibus iſtorum corporũ in loco. quaſi igit̃ d. iam igit̃ declarauimus cauſam, pp quam omne tranſmutabile tranſmutatur in illud, in quod tranſmutatur, & eſt cauſa, pp quam hæc corpora mouẽtur ad ſua loca. ſed ſua intentio non fuit ī hoc ſermone declarare cauſam tranſmu F tationis vł̃m: ſed tm̃ declarauit cã, ex quo intẽdebat declarare de motibus iſtorũ corporũ. Et Ariſt. ſermo hic fundat̃ ſup duas ꝓpõnes, quarũ vna eſt, ꝙ hæc corpora tranſmutabilia ſunt: ſcđa eſt, ꝙ oẽ tranſmutabile tranſmutat̃ in ſiſe: ergo hęc corpa tranſmutant̃ in ſimile. &, quia manifeſtum eſt ꝙ hæc corpora mouẽtur ad loca propria, fuit oñſum ꝙ iſta nõ transferunt̃ ad iſta loca, niſi inq̃tũ ſunt el̃nta ſimilia eis, & pfecti ua. hæc igit̃ eſt intentio iſtius capĩi.

Et

Documẽtum.

Tractatus h. ph. ſunt primo legẽdi ī hac ſcia. Idẽ ī prooemio 1. ph. & in 1. met. c. 1.

Nota dđa iter d mõ nẽ. 7. &. 8. vide ẽt. 8. ph. 27. 33 &. 45.

Epilogus dictorum

G Et poteſt intelligi per hoc, quod d.
Alia expō. Iam igitur declarauimus, qua de cā fuit motus, i. iſtorum corporū. & p hoc, quod d. & qua de cauſa mouet vnumquodq; elementorū ad ſuum locum, i ad qualitatem motus vniuſ cuiuſq; eorum ad ſuū locum, & ex quo eſt iſte motus. iam enim oſtendit de iſtis motibus, ex quo fiunt. & quare, & quomodo.

SVMMA TERTIA.

Oſtendens quid Graue ſit, & quid Leue, & quæ ſint corpora, quibus hæc inſunt, quotq; numero, & accidentium eorum cauſas enuntians.

H

Definit Graue, & Leue ſimpliciter.
Cap. 1.

Differentias autem, & ea, quæ accidunt circa ipſa, nunc dicamꝰ. Primū igit definitū ſit, quemadmodum vī oībus, Graue quidē ſimplr id eſſe, qđ omnibus ſubſidet. Leue aūt, qđ omnibus ſupereminet. Simplr autem dico, & ad genus reſpiciens, & ea, in quibus ambo nō
I inſunt, vt ipſius quidem ignis quæuis magnitudo ſurſum ferri vī, niſi quippiam aliud forte ſit prohibens, terrę vero deorſum. eodem autem modo & velocius, quod maius eſt.

Volumus modo dicere diuerſitatem grauis, & leuis, & accidētia contingentia eis. Et incipiamus primo, & narremus de graui, & leui, & definiamus ea definitione manifeſta. Dicamus igitur, quòd Graue ſimpliciter ē illud, quod deſcendit ſub omnibus corporibus, et K *Leue ſimpliciter eſt illud, quod natat ſuper omnia corpora. Et intelligo per Simpliciter, genus, & omne, quod non habet communicationem cū iſtis duabus virtutibus, ſicut ignis. Videmus enim quòd q̄libet quantitas ignis, mouetur ad ſuperius, niſi aliquid impediat. & quòd quælibet quantitas terræ ad infertus. & quanto magis fuerit ignis maior, & tanto velocius mouebitur ad ſuperius.* L

Cum declarauit cauſam, pp quā 26
leue ē leue, & graue eſt graue, incœpit definire ea, & dare cauſas accidētium in eis, & d. Volumus modo dicere, &c. i. &, cum iam diximus cauſas extrinſecas ab eſſentia grauis, & leuis, pp quas contingit vt habens grauitatem ſit graue, & habens leuitatem ſit leue, modo volumus dicere quiditatem grauis, & leuis, & perficere ex hoc cauſas accidentium apparentium ex eis in corporibus ſimplicibus, & compoſitis. D.d. Et incipiamus primo narrare de graui, & leui &c. i. & primo definiemus gra- M
ue, & leue ſimplr definitionibꝰ manifeſtis per ſe, deinde, ibimus poſtmodum ad definiendū graue, & leue ſm comparationem, & ad dicendum cauſas oīum accidētium apparentium in ſpecibus grauis, & leuis ſimplr, & ſm comparationem ſimplicium, & compoſitorū. Et, cū hoc promiſit, incœpit dare definitiones & d. Dicamus igit, ꝙ Graue ſimplr eſt illud, &c. i. ꝙ definitio grauis ſimpliciter eſt illud, qđ naturaliter quieſcit ſub oībus corporibus, & Leue ſim-

A ſimplr eſt illud, quod quieſcit naturaliter ſup omnia corpora. Quòd aūt aliqua corpora ſint hmōi, declaratum eſt ſuperius. declaratū eſt. n. ꝙ terra quieſcit ſub oībus corporibus, quia mouet ex omnibus partibus mundi ad medium, & ſiſt eſt declaratum aliquod corpus eſſe naturaliter ſup oīa corpora, q̄ recte mouētur, ſ. ignem. Et iam deſcripſit ſuperius graue, & leue alia deſcriptione, & eſt ꝙ graue eſt illud, qđ mouetur ad medium, & leue, quod mouetur a medio. ſed hæ deſcriptiones, quas modo d. magis appropinquāt
B veritati, quia motus non accidit eis, aut a medio, aut ad medium, niſi poſt violentiā. quies aūt leuis ſuper omnia corpora, & grauis ſub oībus corporibus eſt eis naturaliter. a & iō iſta definitio magis monſtrat naturas eorum. b & in iſtis definitionibꝰ in loco dīarum accipiunt actiones prouenientes ab eis, cum dīrię lateāt. D.d. Et intelligo p ſimplr, genus. i. & intelligo p ſimplr leue in genere, ſ. in loco, qui eſt genus oīum locoꝝ non in aliquo loco, qui aſſimilatur generi. D.d. & oē, quod non hēt cōi cationem cum iſtis, &c. i. ꝙ graue, & leue ſimplr eſt illud, in quo non inueniunt duæ potētiæ inſimul, ſ. grauitas, & leuitas, vt in aqua, & aere. Et non eſt intelligēdum ex hoc, quod d. ꝙ pp hoc duæ potentiæ exiſtant inſimul in his medijs, quemadmodum contraria exiſtunt in medio. v.g. ſicut album, & nigrum exiſtūt in rubeo. qm̄, ſi eſſet ita, tunc aqua, & aer cōponerent ex terra, & igne. ſed eſt intelligendum, ꝙ duæ potentiæ exiſtūt in eis ſm comparationē, ex quo non ſequitur vt ſint compoſita. aqua enim non dīr leuis, niſi in comparatione ad locū terræ, & grauis ſm comparationem ad aerē. vñ ipſa in ſe habet vnam naturā ſimplicem. quemadmodum de aliqua re dī ipſam eſſe dextram, & ſiniſtram in reſpectu diuerſorum, cum tñ ipſa in ſe habeat vnam naturam ſimplicem, non compoſitā. media vero q̄ nō dīr ſm comparationem, ſunt compoſita ex extremis contrarijs. ſm hoc igit intelligendū eſt mediū in aqua, & aere. D.d. ſicut ignis, &c. i. ꝙ ignis non inuenit leuis in reſpectu alicuius loci, & grauis in reſpectu alterius. ſed quælibet pars eius ſemp mouet ad ſupremum, & ideo E
dī leue ſimplr. & ſiſt de terra. D.d. & quāto magis fuerit ignis maior, &c. i & ſignum, ꝙ ignis eſt leuis ſine aliqua grauitate, eſt, ꝙ q̄to magis ignis erit maior, tanto erit velocioris motus. &, ſi ignis eſſet compoſitus ex leuitate, & grauitate, non cōtingeret hoc. proportio enim grauis, & leuis ad leue in vtroq; corpore, ſ. magno, & paruo, eſſet eadem. cum aūt in eo non inueniat, niſi ſola leuitas, contingit vt quanto magis ignis fuerit maior, tanto magis potentia eius erit maior, & ecōuerſo. & ex hoc dedit ſignum, ſ. ꝙ cū po F
tentia magni, & parui eiuſdem rei fuerit diuerſa, continget vt potentia illius rei ſit ſimplex.

Aliter autem graue, & leue, quibus vtraq; inſunt. etenim ſupereminent quibuſdam, & ſubſtant, quemadmodum aer, & aqua. ſimplr enim neutrum horum leue eſt, aut graue. nā terra ambo leuiora ſunt: ſupereminet enim ipſi quæuis ipſorum particula, igni autem grauiora: ſub

ſtat

D 2. de Aia. 95. 105. 1. ph. 56. & 12. m. c. 6.

a Definitio eſt oꝝ data p qđ ē, magis ī dicat nām eorum, q̄ data pmo tū. Idē j. com. 31.

b Qñ dīrię latent, actiones ꝓuenientes ab eis ꝓpo.

c Omnipſīt ide finitionibus ſloco earū. Ide; ī c. 6. & 7 met. 41. & 8. me. c. 5. &. 5. phy. com. 10. Documētum. Contraria exiſtunt ī medio. id. 5. phi. 6. 19 52. &. 10. me. 21. &

G stat enim ipsorũ quantauis vtique fuerit ꝓticula. ad seipsa vero simplr vnum quidem graue est, alterum autem leue. aer. n. quantuscunq; sit, supereminet aquæ. aqua autem, quãtacunq; sit, aeri substat.

Est ettam graue, & leue alio modo, s. secundum comparationẽ. corpus enim dicitur graue, & leue diuersis modis. Videmus. n. aliqua corpora grauiora igne natantia sub eo, quoniam pars eorum de
H *scendit sub igne. & secundum hoc dicitur aer leuis simpliciter, & aqua grauis simpliciter, secundum comparationem unius ad alterum. quoniã quælibet pars aeris natat super aquam, & quælibet pars natans super aquam descendit.*

27 Cum dedit definitionẽ grauis, & leuis simplr, vult modo dare definitionem grauis, & leuis fm comparationẽ, & d. Est ẽt graue, & leue alio modo. i. non simplr. Simplr. n. dr illud, quod dr fm comparationem ad
I oẽs res, & ad oia loca. D. d. corpus. n. dr graue, & leue diuersis modis. i. corpa enim dr leue, & graue modis duobus, quorum Vnus est simplr, & ad hoc, aut ad ea, q̃ sunt sub eo, vt aer, aut ad ea, q̃ sunt supra se, vt aq̃. Alius vero est fm comparationem, vt ad illud, quod est supra ipsum, vt aer ī respectu ignis, qui est aliquod graue, & aqua in respectu terræ, quę est aliquod leue. Et cum d. qđ graue & leue inueniunt duobus modis, s. simplr, & fm comparationem, induxit testimonium a sensu super com-

Graue, & Leue dupliciter.

paratiuum, & d. videmus. n. aliqua K corpora, &c. i. corpora aerea. aer. n. & corpora, in quibus, prævalet aer, inueniunt natantia sup aquam, & terrã, & descendẽtia sub loco ignis. declaratum est. n. rõne ꝙ ignis natat sup omnia corpora, sicut ẽt est declaratum ꝙ terra quiescit sub oĩbus corporibus. qm̃ aũt media grauia sunt, & leuia manifestum ẽ sensui. D. d. & fm hoc dr aer leuis simpliciter, &c. i. põt bene aliquis dicere de vtroq; istorum mediorũ ee grae simplr in respectu corporis superioris, & leue simplr in respectu inferioris. qm̃, sicut dixim⁹ ꝙ ignis est L leuis simplr, i. in respectu oĩum., sic possumus dicere in aliquo mediorũ, quod sit graue, & leue in respectu superioris, & inferioris. Qm̃ isti duo modi in rei veritate dñr fm comparationẽ, sed vnus dr in respectu omnium, & secundus in respectu quorundam: & iste vocat⁹ comparatiu⁹, & alius absolutus. sed hæc nominatio potest mutari, cum vtrunq; sit fm comparationem. Et, cũ narrauit ꝙ graue, & leue cõparatiua possunt dici simplr in respectu corporis, ad quod comparant, dedit cãm in hoc, & d. qm̃ quælibet pars aeris M natat super aquam, &c. i. & rectũ est dicere comparatiua esse absoluta in respectu corporis, ad quod comparantur. quia dicere est graue, aut leue simplr, cum quælibet pars illius quiescit sub oĩbus, aut natat sup oĩa. &, cum quælibet pars grauis, & leuis fm comparationem descendat, aut nater super illud corpus, ad qđ comparat, bene possumus dicere ipsum esse leue simplr, aut graue simplr. v. g. quemadmodum possumus dicere ignem esse leuem simplr, quia quæ-

A quælibet ei⁹ pars natat super tria elę menta, pole est ẽt dicere aerem esse simplr leuem, cum quælibet pars ei⁹ natet sup aquam, & grauem simplr in respectu ignis. & oĩa ista d. ad demonstrandum ꝙ vterq; modus est ex capitulo relationis.

Causam assignat, qua aliqua cõpositorũ corporum sint Leuiora in vno loco, quam aliud corpus, & Grauiora eodem, in alio loco. Cap. 2.

B QVoniam autem & aliorum hęc quidem habẽt grauitatem, hæc aũt leuitatem, manifestum est ꝙ horum quidem oĩum causa est, q̃ in compositis est, differentia. secũdum enim ꝙ sortita sunt illa, hoc quidem plus, illud autẽ minus, erunt corporum alia leuia, alia vero grauia. Quare de illis dicendum est. alia enim, sequentur prima. quod quidem diceba mus oportere facere & eos, qui ob plenum graue esse dic unt, & ob vacuum leue.

Et dicamus quòd, cum oĩa ha-
C *bent grauitatem, aut leuitatem, necesse ẽ vt prima corpora sint causæ grauitatis, & leuitatis eorum. sed in hoc differunt, quòd hæc sũt grauiora: hæc autem leuiora secũdum multitudinem, & paucitatẽ quæ est in eis, ex primis corporibus. & si ita sit, & quædam corpora composita sunt grauia, & quædã leuia propter prima corpora, oportet nos determinare prima corpo-*
ra. composita enim consequuntur D *ea, sicut diximus superius. Et oportet dicentes quòd causa leuitatis ẽ vacuum, & causa grauitatis est plenũ, determinare prius quid sit vacuum, & quid sit plenum.*

Cum dedit essentiam grauis, & 28 leuis, remansit ei dare cãs accidẽtiũ apparentium in compositis ꝑ simplicia. & ista via volebant procedere Antiqui, sed non potuerunt. dicẽtes enim vacuum esse causam leuitatis, & plenũ causam grauitatis, labo rabant in dando causas accidẽtium E apparentium in rebus grauibus, & leuibus ex hoc modo. & fiĩr dicẽtes multitudinem, & paucitatem partium esse causas grauitatis, & leuitatis. Et, cum ipse iã destruxit sermonem istorum d. ꝙ ex sermone eius in natura istorum potest quis persũcere causas eorum, quæ apparent in rebus grauibus, & leuibus. & d. Et dicamus ꝙ, cum omnia habent grauitatem, aut leuitatem. i. ꝙ, cum oĩa composita sint aut grauia, aut leuia causa grauitatis, & leuitatis eorũ est grauitas, & leuitas simplicium, ex q̃ F bus componuntur. &, cum ita sit, ne cesse est vt diuersitas compositorũ in grauitate, & leuitate proueniat ex diuersitate simplicium in multitudine, & paucitate. Et hoc intẽdit, cum d. sed in hoc differunt. & intelligendum est hic per diuersitatem duos modos, s. ꝙ compositorũ hæc sunt grauia, & hæc sunt leuia, in eodem loco, aut in diuersis locis. Causa autem, propter quã hæc sunt grauiora istis in eodem loco, manifesta est. v. g. quod aurum non est grauius argento, nisi quia cõstat ex partibus

G tibus pluribus terrestribus, q̃ ex quibus constat argentum. Et, quia iste modus est manifestus, fuit dimissus ab Arist. In secundo autem est consyderatio, s. quare quædam composita sunt grauiora quibusdam in locis diuersis. & hoc est illud, cuius causam vult modo dare Aristo. & ideo intelligendum est per hoc, quod d. in multitudine, & paucitate quantitatem, & numerum rerum grauiorum, & leuiorum. D.d. &, si ita sit, &c.i. &, si causa grauitatis, & leuitatis existẽtium in compositis corporibus, sit grauitas, & leuitas existẽtes H in simplicibus, oportet ipsum, qui vult dare causam grauitatis, & leuitatis in corporibus compositis, dicere quid sit grauitas, & leuitas in primis corporibus. Et, quia Antiqui dederunt causam grauitatis, & leuitatis in corporibus compositis, s. vacuum, & plenum, & dimiserunt dicere prius quid est vacuum, & quid est plenum, reprehendit eos, & d. Et oportet dicentes, etc.

Accidit itaq; non vbiq; eadẽ grauia eẽ videri, & leuia pp primorum differentiam. dico autẽ I vt in aere quidem grauius erit talenti vnius lignũ plũbo vni⁹ libræ, in aqua autẽ leuius. Causa autem est, quia omnia grauitatem habent, præter ignem, & leuitatem, præter terram. Terrã igitur, & quæ terræ habẽt plurimum, vbiq; grauitatem habere est necessarium. Aquam autẽ vbique, præterquam in terra.

Aerem vero, præterquam in aqua, & terra.

Reuertamur igitur: & dicamus, quòd accidit omnibus corpori bus compositis vt nõ in oĩ loco sint K *grauia, aut leuia propter diuersitatem primorum corporũ. v. gr. quòd lignum ponderis centum librarum est in aere grauius plumbo duarũ librarum: & in aqua leuius. Et cã in hoc est: quia omnia cõposita corpora habẽt grauitatem aliquam, nisi ea, quæ sunt ex igne: & omnia habent leuitatem, nisi ea: quæ sũt ex terra: Et cum ita sit: Terra erit grauis necessario: & omne, in quo plus est de partibus terræ, erit gra* L *uius in omnibus locis necessario. et Aqua est grauis ĩ omnibus locis, nisi ea sola, quæ sunt ex terra: quoniam aqua natat super ea. & similiter Aer est grauis in igne, & in aqua autem, & terra, & super eas est leuis.*

Cum promisit loqui in causis eo 29
rum, q̃ apparent in rebus grauibus, et leuibus compositis, et magis desyderatum est sciri causa, quare quædam composita sunt grauiora quibusdam ĩ vno loco, et leuiora ĩ alio, M
ĩcœpit in hoc, et d, Reuertamur igitur, etc. i. reuertamur igit, et dicam⁹ q̃ oportet nos quærere causam, pp quam quædam corpora composita sunt grauiora quibusdam ĩ aliquo loco, et non in alio, vt lignum, cui⁹ mensura est decem libræ, quod est grauius plumbo, cuius mensura est vna libra in loco aeris, in loco autẽ aquæ econuerso. D. dedit causam in hoc, et d. Et causa in hoc est, q̃ oĩa corpora, etc. i. q̃ causa in hoc est, q̃ a omnia corpora habent aliquã gra-

uitatem

A uitatem in suis locis p̃ter ignem, & habent ẽt aliquam leuitatem in suis locis p̃ter terram. & dixim⁹ aliquã, quia non intendit per grauitatem, & leuitatem, quas habent in suis locis, illud, quod intendit p̃ grauitatẽ, & leuitatem, quas habent, cũ fuerĩt extra sua loca. Et, cum The. ignoraverit hoc, d. q̃ contingit Arist. dicere q̃ elẽta stant in suis locis violẽte, sicut stant in locis extraneis, vbi habent grauitatem, & leuitatem veram. Grauitas autẽ, & leuitas, quas
*a. l facilitas Videĩ B paraphrasi, & ĵ. c. 39 habent in suis locis, non est nisi * velocitas motus, ad superius, aut ad inferius ab eo, qui facit violentiam. & pp hoc, q̃ hoc habẽt, fuit pos̃e vt lapis mouereť a motu expellẽtis, post-q̃ separať ab eo, vt declaratum fuit. & sic grauitas, q̃ est in aere, & aqua, est maior leuitate, quam habent in suis locis. & ideo, cum aliquis expellit aerẽ ad inferius, facilior erit motus eius, q̃ ad superi⁹. & sil̃r de aqua.

D.d. Et cũ ita sit, Terra erit grauis necessario, &c.i. &, si ita sit, & terra est grauis in omnibus locis, necesse est vt oĕ corpus cõpositum, in quo C terrestritas abundat magis, q̃ aereitas, vel aquositas, sit graue in oĩbus locis, in quibus mouetur vt plũbũ, quod est graue in omnib⁹ locis, q̃a terra abũdat in eo: & omne, in quo dominať aqua, est graue in trib⁹ locis tm̃, s. ignis aeris, & aq̃ę: & omne in quo aer dominatur est graue in duobus locis tm̃, s. ignis & ipsius loco, s. aeris, & sic debes intelligere grauitatem, quam hẽt elementũ in suo loco, sicut diximus superius. D.d. & Aqua est grauis in oĩbus locis, &c.i. & ideo illud ex cõpositis, in quo dominatur aqua, est graue in trib⁹ locis, quia aqua est grauis in tribus lo-

Cœ. Gen. Met. cũ cõ. Auer.

cis. similiter, quia aer grauis est ĩ loco ignis, & etiam in suo loco, cõtingit vt composita, in quibus aer dn̄atur, sint grauia in istis duobus locis tm̃, vt lignũ, quod natat sup̃ aquã. D

In sua enim regione oĩa grauitatem habent, præter ignem, ẽt aer ipse. Signum autem est, q̃a trahit plus inflatus vter, q̃m vacuus. Quare, si aliquid plus habet aeris, q̃m terr̃, & aquæ, in aq̃ quidem contingit leuius esse in aere vero grauius. aeri enim nõ supeminet, aq̃ vero supeminet. E

Et dicamus etiam, quòd omnia corpora in suis locis habent grauitatem, præter ignẽ solum, & aer in suo loco est grauis. Et signũ eius est vter plenus vento, qui diuidit aerem magis, quàm vter vacuus. Et, si ita sit, manifestum est quòd oẽ, in quo de aere consistit plus quã de terra, & aqua, pośibile ẽ vt in aqua sit leuius altero, & in aere grauius altero. non. n. natat super aerem, quod natat super aquam. F

Dixit: Et dicamus, &c.i. declaraťẽt hoc, quod posuim⁹, q̃ omnia corpora habent grauitatem in suis locis, p̃ter ignem. &, quia hoc est manifestũ per se in terra, & aqua, cũ visum sit q̃ quælibet pars terræ, & aq̃, cum auferať, cadet pars, q̃ est super ipsum, sed hoc non manifestať sensui in aere, declarare incœpit hoc in eo, & d. & aer in suo loco est grauis. Et signum eius est, &c.i. & lignum eius est, q̃ pondus vtris pleni aere, q̃ pondus vacui est grauius. & Them.

G abnegauit hunc ſenſum. Et, cum declarauit ꝙ aer habet grauitatem in ſuo loco d. Et, ſi ita ſit, manifeſtum eſt, &c. i. ꝙ, cum aer habeat grauitatem in ſuo loco, contingit vt omne, in quo aer dominatur, cauſa grauitatis eius, quæ abundat in loco aeris, ſit aer. & ideo poſſibile eſt in eo vt non ſit grauis in loco aquæ, & terrę. aer enim, qui abundat in eo, natat ſuper aquam, & impedit terreſtritatem, quæ eſt in eo deſcendere. Et, cum ita ſit, cauſa igitur, propter quã liguum, cuius pondus eſt centum libræ, eſt grauius in aere plumbo, cu-
H ius pondus eſt duæ libræ, eſt quia lignum conſtat in aere ex tribus grauibus, ſ. aere, aqua, & terra, ſed magis aere: in aqua autem componitur ex duobus grauibus, & vno leui, quod dominatur in eo: & ideo natat ſup aquam. The. autem, & abnegantes aerem habere grauitatem in ſuo loco dicunt ꝙ cauſa, propter quam lignum in aere eſt grauius plumbo, non eſt, quia aer in ſuo loco eſt grauis, ſed qa terreſtritas, & aquoſitas, quæ ſunt in eo, ſunt maiores, q̃ terreſtritas, & aquoſitas, quæ ſunt in
The. opio. duabus libris plumbi. ſed quia aer,
I qui prævalet in eis, non impedit terreſtritatem, & aquoſitatem a motu ad inferius in aere, & impedit eas in aqua, ideo lignum, cuius pondus eſt cẽtum libræ, eſt grauius in aere plũbo, cuius pondus eſt duæ libræ, non quia componatur ex trib⁹ grauib⁹, ſed quia terreſtritas, quæ eſt in eo, eſt maioris quantitatis terreſtritate plumbi, & aer dominans in eo non impedit iſtã terreſtritatẽ apud aerẽ, & impedit eam apud aquam, igitur
Opi. Aue. fit graue in aere, & leue ī aqua. Nos aũt dicamus, ꝙ lignum, cuius pondus eſt centum libræ, non fit grauiꝰ K plumbo, cuius pondus eſt duæ libręin loco ignis, niſi quia componitur ex tribus grauibus. & hoc manifeſtum eſt per ſe. aer enim habet grauitatem ī loco ignis, & eſt dominãs in eo. & ideo dignius eſt, vt iſte motus ī illo loco attribuatur tam ei, q̃ alijs grauibus. qm̃ autem lignum ꝓpter hoc non eſt graue etiã in aqua, manifeſtum eſt per ſe. Et, cũ ita ſit, qualiter igitur erit diſpoſitio in loco medio inter aquam, & ignem, ſ. aerem, & neceſſe eſt vt habeat mediocrem diſpoſitionem. oĩno igitur L erit compoſitum ex tribus grauib⁹. qm̃ medium hoc nõ fit, niſi propter diuerſitatem aeris, qui eſt in eis fm magis, & min⁹ in grauitate, ſ. ꝙ aer, qui eſt in eo, eſt in loco ignis grauior ſe in loco ſuo. Quòd aũt aer habet grauitatem, & leuitatem in ſuo loco, fm modum, quẽ diximus, manifeſtũ eſt ex proiectis in eo, & quia Auer. contra The, eſt mediusinter extrema. Et, cũ ita ſit, tunc cauſa eſſentialis in hoc, ꝙ minimum pondus terminatũ de ligno eſt grauius minimo pondere terminato de plumbo in aere, eſt, quia lignum componitur in eo ex M tribus grauibus, & ideo neceſſe eſt vt terreſtritas, quæ eſt in ligno, q̃ primo eſt grauius plumbo terminato, ſit æqualis terreſtritati, q̃ eſtī plũbo, &, cum hoc ſit, tunc grauius eſt eo in aere. Cum. n. poſuerimus q̃dam lignũ, in quo exiſtit de terra, & aqua, æquale ei, quod exiſtit in aliqua parte plumbi ex eis, & dixerim⁹ ꝙ aer, qui dominat in eo in ſuo loco, addit in motu duorũ grauiorũ, quæ ſunt in eo, ſ. aquæ, & terræ, &, cũ ita ſit, neceſſe eſt vt lignum non fuerit grauius plumbo primo, & eſſentialiter

A tialiter in aere, niſi quia componit ex tribus grauibus. Et, ſi inueniatur aliquod lignum grauius aliquo plũbo pp hoc, ꝙ terreſtritas, & aquoſitas, q̃ ſunt in ligno, ſunt maiores terreſtritate, & aquoſitate, quæ ſunt in plumbo, hoc erit accidentaliter: cũ hoc non inueniat, niſi in quibuſdã rebus, quæ ſunt huiuſmodi. & hoc non erit cauſa, niſi habuerit ſocietatem cum alia cauſa eſſentiali: & eſt propter adiutorium aeris ſuper duo grauia in ſuo loco per grauitatem, quam habet in ſuo loco, ſ. quia cum grauifit grauior, & cũ leui leuior, &
B quia hoc, quod cũ graui fit grauius, magis manifeſtũ eſt, neceſſe eſt vt cauſa eſſentialis, & inſeparabilis in omni loco, propter quam quædam ſunt grauiora in aere, & leuiora in aqua, ſi tilla, quam induxit Ariſt. & eſt, ꝙ ea, in quibus aer dominatur, ſunt compoſita ex tribus grauibus. ſed Them. accepit cauſam accidenta
Cã erroris Them. lem loco eſſentialis, & peccauit. Cã autem erroris eſt. quia cauſa accidẽ taliseſt manifeſta per ſe, eſſentialis autem, quam dedit Ariſt. eſt fundata ſuper propoſitiones prædictas, ex
C quibus concluſit iſtam cauſam. Et, cum hoc latuerit Themiſtium, & viderit cauſam apparentem accidentalem, errauit, & accepit ipſam loco eſſentialis. & ꝙ aer habeat in ſe grauitatem, & leuitatem aliquam eſt manifeſtum, quia eſt medium inter extrema. Etideo exemplum, quod ī-
Auer. defendit Ari. ab argumentis Them. duxit Ariſt. de vtre, non fuit ſuſtentatus ſuper ipſum, in probãdo ꝙ aer habet grauitatem in ſuo loco, ſed ī-duxit ipſum ad confirmandũ. Si igitur illud exẽplum non fuerit cõceſſum, nihil nocebit, cũ ſit manifeſtũ rationi quod hmõi grauitas inue-niat in aere. & manifeſtũ eſt ex his, D quæ mouent in aere. & poteſt dicere ꝙ cauſa, propter quam non appareret inter vtrem plenum, & vacũ in aere grauitas eſt, quia hoc latet ſenſum, cum ſenſus non poſſit diſtinguere diuerſitatem inter illa, & poſſet dici ꝙ, ſi inueniretur aliquid, in quo proportio aeris ad aquã, & terram eſt maior proportione aeris, q̃ eſt in vtre, ad vtrem, poſſibile erit in hoc, cum ponderatur, & fuerit incluſus in eo aer, vt ſit grauior ſe, cũ aer non fuerit incluſus in eo. v.g. ꝙ ipſi vtres æqualis menſuræ, quanto magis fuerint ſubtilioris corij, aut ſic- E cioris, tanto magis apparebit in eis hæc ꝓportio. & ideo vĩ mihi ꝙ vter Ari. ī quo hoc teſtimoniũ inueniꝫ, fuit ſubtilior, & ſiccior, q̃ vter The.

Explanat inuenta eſſe corpora ſimpliciter Grauia, & ſimpliciter Leuia, quæque ea ſint. Cap. 3.

QVòd autem eſt aliquid ſimplr graue, & ſimplr leue ex his eſt manifeſtum. Dico autem ſimplr Leue, quod ſemper ſurſum, & Grae, quod ſemper deorſum natũ eſt ferri, non prohibitum. talia F enim ſunt aliqua, & non, quem admodum putant quidam, omnia grauitatem habent.

Iã igitur declarauimus corpus eſſe graue ſimpliciter, & corpus leue ſimpliciter. Et dicere ẽ Leue ſĩpliciter, quod mouetur sẽper ad ſuperius, & Graue ſĩpliciter ẽ illud, quod mouetur ſemper ad inferius, niſi aliquid impediat. & nos videmus corpus eſſe huiuſ-

G *modi, & non ſicut quidam exiſtimabant quòd omnibus corporibus inſit grauitas.*

31 Dixit: Iam igitur declarauimus, etc. deinde incœpit declarare graue, et leue alia deſcriptione a prædicta, ſ. ꝙ Leue abſolutum differt a leui in comparatione, quia Leue ſimpliciter mouetur in omni loco ad ſuperius. Et hoc intendit, cum d. mouet̃ ſemp ad ſuperius. i. ꝙ in nulla hora mouetur ad inferius. Leue aũt comparatiuũ non ſemp mouet̃ ad ſuperius, i. in omni loco, ſed in aliquo loco ſuperius, et in alio inferius. Et ſimiliter eſt de Graui ſimpl̃r cũ graui in comparatione. Etiam dixim⁹, ꝙ iſtæ deſcriptiones ſunt acceptę ex motu, et aliæ prædictæ a finib⁹ motus, quæ magis demonſtrant naturã eorum, ſed deſcriptiones acceptę a motu magis demſant dřias inter abſolutum, et comparatiuũ. et ideo induxit eas hic ſecũdo. Et, quia plures Antiquorum negabant corpus eſſe hmõi, voluit conuertere ſermonem ſuper illos, et d. et nos videmus corpus eſſe huiuſmodi, etcæt. i. et ſenſus teſtat̃ nobis ꝙ multa corpora ſunt, quorum eſſe conuenit definitioni grauis, et leuis ſimpl̃r, non ſicut quidam opinabantur ꝙ oẽ corpus eſt graue. et d. hoc, quia videm⁹ ignem ſenſu leuem in oibus locis, ſicut videmus terram grauem in omnibus locis.

H deſcriptiones acceptæ a motu magis demſant dřias, a finib⁹ vero motus magis nãs eorũ. Vide ſup. com. 26.

I Graue enim eſſe videtur quibuſdam etiam alĩs, & ſemp ferri ad medium. Eſt autem falſ & Leue. videmus enim, quemadmodum dictum eſt prius, ꝙ terrea omnibus ſubſtant, & feruntur ad medium, at vero determinatum eſt medium ipſum. Si igitur eſt aliquid, quod omnibus ſupereminet, quemadmodum vr̃ ignis etiam in ipſo aere ſurſum ferri, aer aũt quieſcere, patet ꝙ hic ferr̃ ad extremũ ipm. Quare non eſt poſſibile ipſum grauitatem vllam hr̃e: ſubſtaret enim alĩ. Si aũt hoc, eſſet vtiq; aliquid aliud, quod ferret̃ ad extremum ipſum, quod omnibus quæ feruntur, ſupereminereret. nunc aũt nullum vr̃. Ignis igit̃ nullam habet grauitatẽ, neq; terra leuitatem vllam, ſi ſubſtat q- L dem omnibus, & quod ſubſtat fertur ad medium.

K *Reuertamur igitur, & dicamus, quòd autem Graue ſimpliciter ſemper mouetur ad medium, conceſſum eſt ab omnibus. corpora enim terreſtria ſemper videntur deſcendere, vt diximus ſuperius, ſub oĩbus corporibus, & ire, quouſque perueniãt ad medium. mediũ autem eſt terminatum. Si igitur inueniretur aliquod corpus, natũs M ſuper omnia corpora, ut uidetur de igne, qui mouetur ad ſuperius aeris, neceſſe eſt vt ignis moueatur, quouſque perueniat ad oriZontem mundi. Et, ſi ita ſit, manifeſtũ eſt quòd nullam grauitatem habet oĩno. Si enim haberet grauitatem, deſcenderet ſub alio corpore, quod eſſet illud, quod moueretur ad oriZontem mundi, & natat ſuper oĩa corpora habentia motum, & quie*

tem

A *tem. ſed nos nullũ corpus videmus hoc facere, niſi ſolum ignem. Vnde ignis nullam grauitatem hẽt, neq; terra leuitate, cum deſcendat ſub omnibus corporibus, intendẽdo ire ad medium, & medium ſit terminatum, ad quod mouẽtur grauia.*

32 Quia Antiqui conceſſerunt graue eſſe ſimpl̃r terram, quia hoc manifeſtum eſt ſenſui, vult demr̃are ꝙ neceſſe eſt eis concedere corpus eſſe leue ſimpl̃r, ſ. ignem. ſunt. n. in igne ſimilia eis, q̃ videnr̃ in terra, ex quibus concedunt terram eſſe grauem B ſimpl̃r. Et d. Reuertamur igit̃, et dicamus. i. dicamus ꝙ abnegantes leue eſſe ſimpl̃r, concedunt graue eſſe ſimpl̃r, et dicunt ipſum moueri ad medium mundi, cõcedendo ꝙ medium eſt terminatum, i. vnicum. vnde neceſſe eſt vt nullũ corpus ſit grauius terra. D. incœpit demonſtrare modum, ex quo concedunt corp⁹ eſſe graue ſimpl̃r, et d. corpora. n. terreſtria, etc. i. Antiqui autem concedunt corpus eſſe graue ſimpl̃r. qa, cum viderint terram, et omnia terreſtria moueri ad medium ex omC nibus partibus, ſciuerunt ꝙ deſcẽdit ſub omni corpore, et ꝙ nullũ corp⁹ deſcendit ſub ea. vnde iudicauerũt eam eſſe grauem ſimpl̃r. Et d. medium autem eſt terminatum, diſtinguendo ipſum ab extremis. mediũ enim, ſi eſſet extremum, poſſe eſſet ĩ eo fieri additionẽ. et, ſi ita eſſet, tunc poſſibile eſſet inuenire corpus deſcẽdens ſub terra. v. g, ꝙ, ſi terra moueretur ad centrũ, ſm ꝙ eſt extremũ lineæ rectæ, et eſſet intentio grauis illud, quod mouetur ſuper lineã rectam, tunc poſſibile eſſet corp⁹ grauius terra inueniri deſcendens ſub D ea et, ſi ita eſſet, tunc contingeret vt ſub illo corpore eſſet aliud, et ſic in infinitum. Hoc igitur intendit, cũ d. ꝙ medium eſt terminatum, etc. i. ꝙ non inueniret̃ de ipſo pluſq̃ vnũ, ſicut eſt de extremis. D. d. Si igitur inueniretur aliquod corpus natũs, etc. i. ſi igitur neceſſe eſt vt terra ſit grauis ſimpliciter ex hoc, quod videtur ſenſui moueri ad medium ex omni parte mundi, neceſſe eſt, ſi aliquod corpus inueniretur moueri ad ſuperius ex omnibus etiam partibus mundi, vt hoc corpus ſit leue ſimpliciter. D. d. vt videtur de igne, E i. et corpus, quod huiuſmodi videt̃, eſt ignis. videmus enim ignem moueri in loco aeris ad orizontem ex omnibus partibus mundi, ſicut terra ad medium. ſi igitur totus locus terrę ſit medium, neceſſe eſt vt tot⁹ locus ignis ſit ſuperius. Et manifeſtum eſt ꝙ nullus locus eſt ſupra locum ignis. quoniam tunc inueniretur aliquod corp⁹ aliud ab igne moueri in aere aſcendendo, aut eſſet vacuum. quod eſt impoſſibile. Et manifeſtum eſt ꝙ impoſſibile eſt dicere ꝙ locus aeris continuetur cũ orizonte totius. qm̃, cum ita eſſet, ignis F non haberet locum, ad quem moueretur: et ſic non haberet vniuerſum ad quod partes eius mouerentur: ptes enim ignis, et motus earum ad ſuperius demonſtrant ignem eſſe, et ſuum * motum ad ſuperius. Sic, ſi *a. l. locũ. vniuerſum aquæ, ſ. mare non ſentiretur, tunc ex hoc, ꝙ videm⁹ ꝙ omnes fluuij currunt ad medium, ſcire mus quod ĩter aerem, et terram eſt eius locus, et ꝙ vniuerſum aquę eſt in illo loco. Vniuerſum igitur, et ptes cuiuslibet trium elementorum

G comprehenduntᵉ ſenſu in ſuo loco naturali, partes autem, quę ſunt extra ſuum locum naturalem, cõprehenduntur moueri ad vniuerſum. de igne autem comprehenditur nihil, niſi partes. vnde notum fuit ꝙ illæ partes mouentur ad vniuerſum exiſtens in ſuo loco naturali. Et hęc eſt demonſtratio quia, ad probãdũ aliquam ſpeciem eſſe, & hoc raro cõtingit in hac ſcientia. D.d. Et, ſi ita ſit, manifeſtum, &c. 1. ꝙ, ſi aliqđ corpus eſſet, ſub quo ignis deſcenderet, tunc partes eius viderentᵉ moueri in loco aeris ad ſuperiꝰ. ignis enim nõ differt ab aere, niſi quia ignis mouetur in loco eius, & aer quieſcit in loco ſuo. &, quia aer eſt calidus, & humidus, & corpora, quæ mouentᵉ in aere ſunt calida, & ſicca, iudicamus præciſe ꝙ inter orizontem, & aerẽ, qui aer eſt calidus, & humidus, exiſtit corpus calidum, & ſiccum, quod dr̃ hic ignis, non illud corpus, quod illic dr̃ ignis. iſte enim eſt calidus, & ſiccus, & lucens. vnde nõ continget nobis, cum dixerimus illic eẽ ignẽ, vt ſit lucens. Quare autem iſta pars ignis eſt lucens, vniuerſum aũt non quærit alium locum. Et forte illuminatio eiᵗ accidit extra ſuum locũ, ſicut congelatio aquæ contingit extra ſuum locum. & non eſt inopinabile vt accidat elementis, cum fuerint extra ſuum locum, exitus a diſpoſitione naturali. Vnde Alexan. d. ꝙ ignis, qui eſt hic, eſt corrumpens corpora, qui autem illic, eſt generans. & d. quòd ſignificatio ſup hoc eſt, quia definitio ignis iſtiꝰ & congelationis videntᵉ opponi. Et, quia congelatio corrumpit omnia animalia, & nihil in ea gñatᵉ, ergo in igne, qui hic exiſtit, nihil generatᵉ.

Hic Auer. concedit aliquã partẽ ſubiecti uã in ſcia pbari poſſe demrone qa ſed vide opp. 2. de Aia.

H c. 27. & 6 me. cõ. 1. Vide cõ. Zim.

I

*Definitio enim ignis iſtius eſt ebullitio corporis calidi, & ſicci, & definitio illius eſt congelatio corporis frigidi, & humidi. Vnde contingit ꝙ ignis, qui eſt hic, eſt contrariꝰ congelationi, congelatio autem nõ opponitur igni abſolute. definitio enĩ ignis abſolute opponitur definitioni aquæ abſolute. D.d. ſed nos nullũ corpus videmus hoc facere, niſi ſolum ignem. i. & ſignificatio, ꝙ ignis eſt corpus, quod natat ſuper omnia corpora, eſt, ꝙ nullum corpus videt moueri in loco aeris, præter ignem. &, ſi illic eſſet aliud corpus natãs ſuper ignem, contingeret vt moueretᵉ ĩ loco aeris, & ignis. D.d. vnde ignis nullam grauitatẽ habet, &c. i. ſicut terra nullam habet leuitatem. Si igitur deſcendens ſub omnibus corporibus debet moueri ad mediũ, tunc medium erit terminatum. & ſyllogiſmus ita componitur. Si terra mouetur ad medium: & mediũ eſt terminatũ: neceſſe eſt vt terra deſcendat ſub omnibus corporibus. Deinde incœpit verificare medium eſſe terminatum.

K id. 2. ca. de ſũba orb. & 2. me. c. 18. & 2. de gñ at. aſaliũ. ca. 1. *Definitio ignis eſt ebullitio corpis calidi, & ſicci. vide ꝙ hoc. 2. de gña. t. c. 21

L

At vero ꝙ medium ſit, ad qđ latio fit habentibus grauitatem & a quo leuibus, manifeſtũ eſt ex multis. Primum quidẽ, quia in infinitum ferri contingit nihil. quemadmodum enim non eſt vllum impoſſibile, ſic neque fit. Latio aũt generatio eſt alicũ de aliquo. Deinde ad ſimiles vr̃ angulos, ignis quidẽ ſurſum ferri, terra autem deorſum, & omne, quod grauitatem hẽt. quare neceſſe eſt ferri ad mediũ. Hoc autem vtrum accidit ad ipſum ter-

M

A terræ medium, an ad vniuerſi, quoniam idem ipſorum eſt, aliꝰ ſermo eſt.

Et ſignum eius, quòd medium eſt terminatum, & quod ad ipſum mouentur grauia, & ab eo mouentur leuia, eſt multiplex. Et primũ eſt, quoniam illud impoßibile eſt, vt aliquod corpus moueatur in infinitum. ſicut enim id, quod eſt impoßibile, impoßibile eſt vt ſit, ita & hoc etiam impoßibile eſt vt ſit ita. Itio autem eſt translatio de loco ad locum. Et dicamus etiã quòd nos videmus ignem moueri ad ſuperius, & terram ad inferius ſecũdum angulos conſimiles, & ſimiliter omne graue. Et, ſi ita ſit, neceſſe ẽ vt aliquod corpus ſit, quod moueatur ad medium, ſed tamen aut ad medium mundi mouetur, aut ad medium terræ. differũt. n. ſicut diximus ſuperius.

B

33 Quia vnum eorũ, ex quibus declaraᵗ terram eſſe grauẽ ſimpl'r, eſt, quia terra vadit ad locum terminatum finitum, non infinitum, ĩcœpit dare ſignũ ſuper hoc, & d. Et ſignũ eius, &c. i. & ſignum eius, ꝙ mediũ ad quod oĩa grauia mouentᵉ, & eſt locus terminatus, eſt multiplex, & a quo oĩa leuia, vnũ eorum eſt, ꝙ impoſſibile eſt corpus inueniri, qđ moueatur motu recto in infinitum. D. d. ꝓbationem ſup hoc, & dicit, qm̃ illud ĩpoſſe eſt, &c. i. & probatio eius eſt, quia ſicut illud, quod ẽ impoſſe, impoſſe eſt vt incipiat eſſe, ita eſt de motu infinito. qm̃, cum impoſſe ſit vt motus infinitus perficiatur, impoſſibile eſt vt incipiat. & vſus fuit hac demonſtratione in libro. Sexti Phyſic. Et in iſto ſermone non numerauit niſi propoſitionem maiorem, & tacuit minorem, & cõcluſionem. ſyllogiſmus antem ſic componitur. Motus rectus infinitus impoſſibile eſt vt perficiatur in eſſe: & omne, cuius eſſe impoſſibile eſt vt perficiatur, impoſſe eſt vt incipiat eẽ: ergo motus rectus infinitus impoſſibile eſt vt incipiat eſſe: &, cum impoſſibile ſit vt incipiat, & impoſſe ſit vt perficiatur: ergo impoſſe ẽ vt ſit. E Propoſitio autem dicẽs ꝙ illud, qđ impoſſibile eſt vt perficiatur, ĩpoſſibile eſt vt incipiat eſſe, manifeſta eſt per ſe. D d. Itio autem eſt translatio de loco ad locum. i. & etiã motus rectus eſt de contrario ad cõtrarium: & quia contraria ſunt finita: ergo motus rectus eſt finitus. Et hæc eſt declaratio ſecunda, qua vſus fuit in Octauo Phyſi. ſed hoc latet ĩ motu locali, quia contraria in loco nõ manifeſtantur per ſe. Sed iam declaratum eſt in primo huiuslibri ꝙ contrarietas exiſtit in eo perfecte, & ẽt locutus fuit de hoc aliquãtulum in Quinto Phyſi. D. d. Et dicamus etiã ꝙ nos videmus ignem, &c. hæc eſt tertia declaratio, ꝙ locus, ad quem graue mouetur, eſt finitus. qm̃ videmus terram cadere ſuper omnẽ ſuperficiem planam, poſitam in terra perpendiculariter ex omnibus partibus mundi. v. g. ꝙ, ſi in hoc orizonte poſuerimus ſuperficiem planam æque diſtantem ſuperficiei, ſecanti ſphæram in duo æqualia ſuper centrum, & polos, inueniemus lapides perpendiculariter cadentes ſuper ipſam. & ſimiliter inueniemus ignẽ

C

Quod impoſſe eſt vt ĩcipiat eẽ. idẽ. 6. ph. t. c. 92. & quæ ibi.

D

8. phy. t. c. 16. Contraria in loco nõ manifeſtaſ̃ per ſe. idẽ. 6. ph. 92. & 8. phy. 16. & 62. & 5. ph. c. 9.

E

F

G ascendentem perpendiculariter ab ea.&,cum hoc fecerimus in aliquo orizonte, in quo ſtellæ apparentes ſunt aliæ ab apparentibus in prædicto orizonte,ſimiliter inueniemus ignem, & terram moueri ſuper lineas,& angulos, ſuper quos mouebantur in prædicto orizõte. Et hoc intendit,cum d. ſecundum angulos conſimiles.&,quia terra,ſicut declaratum eſt,eſt ſphærica,& iſtæ ſuperficies ſunt contangentes ſphærã terræ,& perpendiculares ſuper diametros,quæ diametri , cum extrahentur,erunt perpendiculares ad has ſu
H perficies,manifeſtũ eſt ℘ terra mouetur ad inferius ſuper diametros ſphæræ terræ,& ignis ad ſuperius ſuper eoſdem. Et,quia omnes diametri perueniunt ad punctum centri, manifeſtum eſt,℘ terra mouet ad illud punctum.vnde videtur neceſſario ℘ locus eius eſt finitus.&,quia lineæ exeuntes a centro,occurrunt circunferẽtiæ ſuper angulos rectos, manifeſtũ eſt ℘ ignis mouetur ad ſuperficiem corporis ſphærici circũdantis terram.vnde centrum terræ debet eſſe centrum corporis iſtius. qm̃,cum poſuerimus ℘ motꝰ ignis
I eſt ſuper diametros , & poſuerimus motum eius eſſe æqualem, quia impoſſibile eſt vt motꝰ naturalis ſit lõgior alio motu naturali , qm̃ ſicut anguli ſunt æquales, ſic neceſſe eſt vt diametri ſint æquales.&, quia ita eſt,neceſſe eſt vt ignis moueatur ad circunferentiam corporis,cuius centrum eſt centrum terræ.& hoc eſt illud,quod declarauit Ariſt in Secũ
2. cœ. t.c. 100.& 101 & c. 30. e- iuſdẽ & 1. cœ.c. 44. do iſtius libri, quod innuit in capitulo ſequenti.& Ari.præpoſuit primo propoſitionem,ex qua ſequitur illud, quod intendebat de terra,& igne declarare,& eſt, ℘ mouentur K ad loca finita,quorum vnus eſt centrum ſphæræ,& alius eſt circunferẽtia. Deinde d. Et, ſi ita ſit, neceſſe eſt vt aliquod corpus moueatur ad medium.i.&, cum poſuerimus ℘ terra mouetur ſuper diametrum ſphæræ terræ ad inferius , contingit vt perueniat ad centrũ . erit ergo aliquod corpus,quod mouebitur ad mediũ neceſſario. Et,cum declarauit ℘ ex motu iſtorum corporum ſuper angulos æquales apparet ℘ graue mouetur ad centrum corporis ſphærici terræ,& ℘ ignis mouetur ab illo eodem puncto , incœpit quærere vtrũ L ille punctus ſit centrum concaui orbis Lunæ, quod eſt centrum mundi,aut ſit extra ipſum. & quaſi tranſmittit nos ad illud, quod declaratũ eſt in Secundo, & d. ſed tamen aut ad medium mũdi mouetur, aut ad medium terræ. 1. neceſſe eſt vt iſte punctus,qui eſt medium terræ, ſit idem cum centro mundi,aut aliud . D. d. differunt enim ſicut diximus ſuperius.ita reperitur in lib. et, ſi verum eſt,erit intẽtio iſtius ſermonis dare cauſam,propter quam poſſibile eſt vt alterum duorum centrorũ ſit extra alterũ,et eſt, quia ſunt duo in eſſe,et definitione, non quod ipſe opinetur ℘ duo centra ſint diuerſa.iam enim declarauit hoc in Secũdo. Et forte fuit error ſcriptoris,qui debebat ſcribere,non enim differũt ſicut declarauimus. qm̃ hoc eſt illud, quod declarauit in Secundo iſtius libri,quãuis declaratũ ſit cũ hoc, ℘ duo centra ſunt in eſſe.

Medium mũdi , & mediũ terræ ſĩ idẽ ſubto, & dñt dfini M tione . idẽ cõ.ſeq.

Cauſam

A *Cauſam oſtendit , qua danda ſunt Graue, & Leue ſimpliciter,& etiam in compa ratione,traditq; illorum differẽtias, materierum , formarumq; ratione. Cap. 4.*

QVoniam autẽ id, quod omnibus ſubſtat. fertur ad medium,neceſſe eſt id, quod omnibus ſupereminet, ferri ad extremum regionis , in qua faciunt motum . cõtrarium enim eſt mediũ extremo . quod autem ſubſtat ei, quod ſupereminet . Quapropter
B & rationabiliter graue, & leue duo ſunt. etenim loca duo ſunt , medium, & extremum. Eſt itaq; quippiã & inter hæc medium , quod ad vtrunq; ipſorum dicitur alterũ. eſt enim vt extremum , & medium amborum, quod inter medium eſt. ob hoc eſt aliquid etiã aliud graue, & leue, vt aqua, & aer.

Reuertamur igitur , & dicamus quòd,ſi illud,quod natat ſuper omnia corpora,mouetur, quouſque
C *perueniat ad orizontem loci,in quo moueantur vtraq; inſimul, contingit quòd medium ſit contrarium orizonti , & quòd illud,quod ſemper deſcendit, ſit contrtriam ad illud,quod ſemper aſcendit. Et,ſi ita ſit,neceſſe eſt vt leue, & graue pura ſint duo tantum. loca enim tantum ſunt duo.Eſt autem alius locus inter hæc duo loca, contrarius amborum,cum comparatur ad ea,quia inter ea eſt quaſi orizon,& mediũ. & ideo fiut aliud graue, & aliud* D *leue, vt aer,& aqua.*

Ideſt, &,cum poſuerimus ℘ graue, & leue mouentur in eodem loco,& quòd leue mouetur ad concauum orbis,& natat ſuper omnia corpora,& quòd terra mouetur ad medium iſtius cõcaui,continget vt medium ſit contrarium huic orizonti. Et dicit hoc, quia, cum iſti duo motus ſint contrarij , neceſſe eſt vt loca eorum ſint contraria , & quòd motа iſtis motibus ſint etiã contraria. 34

Deinde dicit : Et, ſi ita ſit , neceſſe eſt,&c. ideſt, & ſi hæc duo loca maxime diſtant abinuicem , & omnia, quæ ſunt huiuſmodi , ſunt duo, neceſſe eſt vt leue,& graue ſimpliciter, quæ maxime diſtãt,ſint duo.& propter hoc , quod declaratum eſt hic, dicitur in definitione cõtrariorum quòd ſunt ea , quæ maxime diſtant in eſſe,& loco. Et cauſa,propter quã maxime diſtant in eſſe,eſt,quia maxime diſtant in loco . locus enim eſt perfectio maxime in iſtis corporibus,& forma,vt declarauit, & declarabit. &,quia hæc duo ſunt contraria in loco , & eſſe , neceſſe eſt vt inter ea exiſtat medium , de quo dicitur eſſe graue, & leue ſecundum cõparationem ad vtrunq; extremum. Et hoc intendit, cũ dicit. Et eſt alius locus,&c. ideſt & contingit ex hoc vt inter ea ſit locus medius , ſcilicet quòd natura iſtius loci ſit media inter naturas illorum duorum locorum , & ſimiliter natura corporis, aut corporum exiſtentium in eo . Themiſtius autem dicit,quòd cauſa,propter quam hæc media debent eſſe duo,non vnum , danda eſt in Libro peri Geneſeos:cũ hoc non appareat de

E

10. Meta. t.c.13.

F

Digreſſio. Opio The.

G de natura grauis, & leuis, ſed de natura contrarietatis, ſecundum quam conſyderandum eſt de eis in illo lib.

Deinde dicit, quia iter ea eſt quaſi orizon, & mediũ, ideſt & cauſa, propter quam locus iſte componitur ex natura duorum locorum, eſt, quia medium componitur ex duobus extremis, quæ ſunt hic, orizon, & medium. Deinde d. & ideo fuit aliud graue, & aliud leue, vt aer, & aqua, ideſt, & qu a in hoc loco exiſtit natura orizontis, & natura medij mũdi, quas eſt impoſſibile admiſceri ad inuicem, neceſſe eſt, vt corpora exiſtentia inter ea ſint duo, ſcilicet aer, & aqua. Et ex hoc apparet contrarium eius, quod d. Themiſtius. & hoc, quod dicit Ariſto. eſt manifeſtum. Quia enim eſt impoſſibile vt loca cõtraria admiſceantur, & oportet vt in natura mixtionis inueniatur intentio duorum extremorum, neceſſe ẽ vt loca, quæ ſunt inter duo extrema, ſint duo tantum. † Quoniam autem centrum terre idem eſt cum centro mundi, manifeſtum eſt ex hoc. medium enim quod eſt locus terræ, non eſt contrarium orizonti, quod eſt locus ignis, niſi inquantum eſt medium orizontis: & I medium orizontis eſt medium corporis cœleſtis, ſcilicet centrum eius: ergo medium corporis cœleſtis eſt medium mundi, & terræ.

H

Impugna. The. In nã mixtionis op; vt iueniat intẽtio in medio duorũ extremorũ. Idẽ i. de Gene. c. cõ 89. & 2. de Gen. 48. & 49.

† Quòd cẽtrũ terræ ſit idẽ cũ centro mũ-

Cõtinens ẽt modũ formæ, & cõtentũ mãæ.

* Dicimus autem id quidem, quod continet, formæ eſſe, quod autem continetur, materiæ. Eſt autẽ in omnibus generibus hæc differentia. etenim in qualitate, & quãtitate eſt hoc quidem, vt forma magis, hoc autem, vt materia, & in ijs, quæ ſecundũ locũ, ſimiliter, ſurſum quidem determinati eſt, deorſum vero materiæ. Quare & ĩ ipſa materia, quę eſt ipſius grauis, & leuis, quatenus quidem tale eſt potentia, eſt ipſius grauis materia, quatenus vero tale, leuis. & eſt quidem eadem, eſſe autem non idem. quẽadmodum & ægrotabile, & ſanabile, eſſe autem non idem.

K

Et dicamus quòd continens eſt quaſi forma, & contentum quaſi materia. Hoc enim contingit omnibus generibus. dico quòd qualitatis hoc eſt quaſi forma, hoc autem quaſi materia. quantitatis autem hoc eſt quaſi forma, & hoc ẽ quaſi materia. ſimiliter loci, hoc ẽ quaſi forma, hoc autem quaſi materia. locus autem ſuperior eſt quaſi forma, inferior autem quaſi materia. Et inuenitur in hac materia etiam graue, et leue. materia enim, ſi fuerit inferius in potentia, erit materia grauis, & ſi fuerit in potentia ſuperius, erit materia leuis, & eſt M *Vnica. ſed non eſt vnica in ſuperiori, & inferiori, ſicut corpus ſanum, & infirmum. quoniam quãuis ſit vnum, tamen ſua intentio ad ſanitatẽ, & ad ægritudinẽ non eſt vna.*

L

Vult declarare, quòd iſtorum corporum continens nobilius eſt contento. forma enim ad materiam ſe habet ſicut continens ad cõtentum. locus enim ſuperior eſt quaſi forma loco inferiori. quoniã, cum demonſtrauit

35

A ſtrauit quòd graue, & leue ſunt contraria, quia medium, & orizon ſunt cõtraria, vult modo declarare quòd non ſimpliciter ſunt contraria, ſed vno modo ſunt cõtraria, & alio modo relatiua, cum quædam eorũ perficiant alia. Si igitur ſecũdum hunc modum dicantur eſſe contraria, erit ſicut contrarietas inter nobilius, & minus nobile, vt nobilior eſt forma materia forma enim nõ dicitur niſi in reſpectu materiæ. Et vniuerſaliter intẽdit declarare, ea habere duas diſpoſitiones propter locum, contrariam, ſcilicet & conſimilem: contrariam, quia formę eorum ſunt contrariæ: conſimilem, quia quædam eorum perficiũt quędam. Et dicit: Et dicamus quòd cõtinens, &c. ideſt quòd cõtinens eſt ex genere formę, & contentum ex genere materiæ.

Fo'a ñ dr niſi i reſpectu mãæ. Idẽ 2. Ph. c. c. 26.

B

Deinde incœpit declarare hoc inductione, & exẽplo, & dicit, hoc enim contingit oĩbus, &c. ideſt hæc enim diſpoſitio, ſcilicet compoſitio rerũ ex materia, & forma ita exiſtit in prę dicamento vbi, ſicut in alijs prædicamẽtis. Et dicit, hoc, quia hoc manifeſtum eſt in alijs, & latet in vbi. & vult docere quod hoc, quod dictum

C eſt de loco, non eſt extraneum, ſed naturale. Et dicit dico quòd qualitas hoc eſt quaſi forma, &c. ideſt videmus enim ꝙ ſicut in ſubſtantia, & quantitate, & qualitate inuenimus aliquid quaſi materiam, & aliquid quaſi formam, ſic debet eſſe in eis, quæ eſſentialiter exiſtunt in loco, ſicut hæc prima ſimplicia. non enim omne, quod exiſtit in loco, dicitur locus de eo eſſentialiter. ſed hoc ſic eſt de elementis. & ideo ſecundum ꝙ eſſentialiter ſunt in loco, eſt vnũ quaſi forma, & reliquum quaſi mã-

† locus enim eſt cauſa eſſentialis cõtrarietatis, & conſimilitudinis illorum corporum ſimplicium. Deinde dicit, locus aũt ſuperior eſt quaſi forma, &c. ideſt & ideo continens eſt quaſi forma loci * contenti. locus enim eſt cauſa eſſentialis contrarietatis, & ſimilitudinis iſtorum corpo rum. Deinde dicit, Et inuenimus etiã in materia graue, & leue. ideſt quòd ſicut corporum hoc eſt graue, & hoc eſt leue, ſic materia, ſcilicet quòd quædam eſt materia grauis, & quædam leuis rei. Deinde dicit, materia enim ſi fuerit inferius, &c. ideſt & hoc neceſſe eſt. quia, † cum materia eſt in poteatia illius, cuius eſt materia, neceſſe eſt vt habeat naturam illius, in quod poteſt, ſcilicet ꝙ, ſi fuerit potens in ſubſtãtia, erit ſubſtantia, &, ſi in accidens, accidens. Et, cum ita ſit, & graue non eſt graue in actu, niſi inquantum eſt in loco inferiori in actu, & ſimiliter leue non eſt leue in actu, niſi inquantum eſt in loco ſuperiori in actu, neceſſe eſt vt illud, quod eſt in potentia in loco inferiori, ſit materia grauis, & illud, quod eſt in potentia in loco ſuperiori, ſit materia leuis. & deſcripſit materiam hac deſcriptione, & nõ dicit quòd materia eſt illud, quod eſt in potentia graue, aut leue, quia grauitas, & leuitas non inueniũtur in his corporibus, niſi propter locũ. & ideo accepit in definitione materiæ rei grauis ꝙ eſt illud, quod poteſt in vbi inferius, non in ipſum graue, cum vbi inferius, ſit quaſi forma grauis, & ſimiliter fecit in definitione materiæ leuis. D. d. & eſt vnica, ne aliquis exiſtimet ꝙ propter diuiſionem materiæ in graui, & leui diuidat materia prima numeraliter.

D

† Locꝰ ẽ cã eſſentialis cõtrarietatis & cõſimilitudis corporũ ſimpliciũ. vide ẽt cõſimile. 4. Phy. c. 43. & 69.

* a. l. addit hęc verba, cõtinẽtis, q̃a locꝰ cõtinẽs ẽ q̃ſi fora loci.

E

† Cũ mã ẽ i potẽtia illius, cuiꝰ ẽ mã, neceſſe ẽ vt habeat nãm illiꝰ, in qđ poteſt.

F

iam

Giam enim † declaratum eſt in pluribus locis, primam materiam eſſe vnicam in ſubiecto, plura habilitate. Et, cum narrauit materiam eſſe vnicam ſecundum ſubiectum, & plura ſecundum habilitatem, & ſua habilitas ad recipiendum duo contraria ſit æqualis, dicit, ſed non eſt vnica in ſuperiori, & inferiori, ſicut corpus ſanum, & infirmum. ideſt ſed non recipit ſuperius, & inferius, ſicut corpus recipit ſanitatem, & infirmitatem. idem enim corpus, licet recipiat vtranq; , tamen non æqualiter. ſanitatem enim videtur recipere eſſentialiter, ægritudinem autem accidentaliter: materia vero æqualiter recipit contraria. Et hoc intendit, cũ

H dicit, quamuis ſit vnum, tamen ſua intentio, &c. ideſt quòd corpus animalis, licet ſit vnum ſecundum ſubiectum, & duo ſecundum habilitatem ad recipiendum ſanitatem, & infirmitatem, tamen ſua habilitas, quæ eſt ad ſanitatem, non eſt ſicut ad infirmitatem. quod non contingit materiæ primæ.

Quod igitur talem habet materiam, leue eſt, & ſemper ſur-

I ſum, quod vero contrariam, graue, & ſemper deorſum. quæ autem diuerſas quidem ab ĩjs, habentes autem ſeſe ſic adinuicẽ, vt hæ, ſimpliciter & ſurſum, & deorſum feruntur. Quapropter aer, & aqua habẽt & leuitatem, & grauitatem, vtraq; . & aqua quidem, præter terram, omnib⁹ ſubſtat, aer autem, præter ignẽ, omnibus ſupereminet.

Reuertamur igitur, & dicamus quòd corpus, quod eſt quaſi forma, eſt leue, & ſemper mouetur K *ad ſuperius, & corpus, quod ẽ quaſi materia, eſt graue, & ſemper deſcendens ad inferius. coniunctio autem aliorum corporum adinuicem eſt, ſicut coniunctio corporis leuis ſimpliciter ad corpus graue ſimpliciter. Et ideo aqua, & aer, vterq; habet leuitatem, & grauitatem. aqua enim deſcendit ſub omnibus corporibus, præter ſolam terrã, aer autem aſcendit ſuper omnia, niſi ſuper ſolum ignem.* L

Cum declarauit quòd hæc corpo 36
ra ſimplicia ſunt adinuicẽ quaſi materia, & forma, vult declarare quòd leue ſimpliciter eſt forma ſimpliciter graui ſimpliciter, & quòd duo corpora interiacentia ſunt materia, & forma ſecundum comparationẽ, ſcilicet forma ei, quod continet ex inferiori, & materia ei, à quo continetur, & quòd propter hoc neceſſe eſt vt corpora grauia, & leuia ſint quatuor, & dicit. Reuertamur igitur, &c. ideſt & dicamus quòd corpus, quod eſt quaſi forma ſimpliciter, eſt corpus, quod mouetur ad ſu- M
perius in tribus locis terræ, & aquæ, & aeris, & quod eſt quaſi materia ſimpliciter eſt corpus, quod mouetur ad inferius in tribus locis aeris, & ignis, & aquæ. Deinde dicit, coniunctio autem, &c. ideſt corpora autẽ, quæ ſunt inter iſta, neceſſario ſunt duo, ita, quòd proportio vnius eorum ad alterum ſit, ſicut proportio leuis ſimpliciter ad graue ſimpliciter, ſcilicet ſicut proportio formę ad materiã. ſi enim medium eſſet vnicum, non haberet tunc in ſe aliquid, quaſi

† Declatũ é in plib⁹ locis materiã eẽ vnicã ĩ ſubto, & plã habilitate. Idem. 12. Me. c. 11. & 1. de Gen. 22. & t. c. 29. & 4. Ph. t. c. 84 Habilitas mãæ ad duo cõtraria é æqualis. Idẽ. 2. Phyſi. 48. & 9. Met. 17.

A quaſi formam, & aliquid, quaſi materiam. Deinde dicit: Et ideo aqua, & aer, &c. ideſt, quia hæc corpora ſunt duo ſecundum diſtinctionem, neceſſe eſt vt vtrunq; habeat grauitatem, & leuitatẽ, verbi gratia, quod aqua habet grauitatẽ in loco aeris, & leuitatem in loco terræ, & aer habet grauitatem in loco ignis, & leuitatem in loco aquæ, & terræ. Deinde dicit, aqua enim deſcendit, &c. ideſt diximus quòd vtrunq; iſtorũ duorum corporum mediorum habet grauitatem, & leuitatem. quia vi
B demus aerem aſcendere ſuper omnia corpora, præter ignem, vnde videt habere grauitatẽ in loco ignis, & leuitatem in loco terræ, & aquæ. & ſimiliter aqua, quia deſcendit ſub omnibus corporibus, pręter terram, dicemus φ habet leuitatem in loco terræ, & grauitatem in tribus locis.

Quoniam autem eſt vnum ſolum, quod omnibus ſuperemi-
net, & vnum ſolum, quod omnib⁹ ſubſtat, neceſſe eſt duo alia eſſe, quæ & ſubſtant alicui, & alicui ſupereminẽt. Quare neceſſe
C eſt & materias tot eſſe, quot hęc ſunt, quatuor ſcilicet. ſic autem quatuor, vt vna quidem omniũ ſit communis, pręſertim ſi fiunt ex ſeinuicem, ſed eſſe alterũ eſt.

Et dicamus igitur quòd, ſi vnũ corpus tantum aſcendit ſuper omnia corpora, & vnum tantum ſub omnibus deſcendat, neceſſe eſt vt alia duo aſcendant ſuper aliquod corpus, & deſcendant ſub alio corpore. Quapropter neceſſariũ eſt vt elementa ſint quatuor. & non dico D *primum elementum, quod eſt vnũ tantum. & ideo generatio iſtorum elementorum fit ex inuicẽ. & iſta, quamuis generatio eorum ſit adinuicem, tamen eſſentia eorum eſt aliud à generatione ſua.*

Ideſt, Dicamus igitur φ, ſi vnum 37
corpus aſcendit ſuper omnia corpora, & aliud deſcendit ſub omnibus, propter iſtam cauſam, ſcilicet quòd locus corporis aſcendentis ſuper omnia eſt quaſi forma loci, deſcendentis ſub omnibus, medium autem in- E
ter extrema debet habere intentionem duorum extremorum, neceſſe eſt vt ĩter hæc duo loca, ſint alia duo loca, ita, quòd vnum eorũ ſit quaſi materia, & alterum quaſi forma. vnde neceſſe eſt quòd in iſtis duobus locis exiſtant duo corpora, quorum vtrunq; habeat grauitatem, & leuitatem, & vnum ſit ad alterum quaſi forma, reliquum quaſi materia.

† Hoc nomẽ elemtũ aliqñ dr de quatuor corporib⁹, aliqñ de prima mã. ꝓ hoc vide perfecte. 3. Cœ. cõ. 31.

Deinde dicit: Quapropter neceſſe F
eſt vt elementa ſint quatuor, ſcilicet cum ad minus ſint loca quatuor, neceſſe eſt vt corpora ſint quatuor. & dicit, non dico primum elemẽtum,
† quoniam hoc nomen elementum aliquãdo dicitur de his quatuor corporib⁹, aliquãdo de prima materia.

* Si elmta haberent mãs diuerſas, nõ reciperẽt formas ſuas reciproce, qa mãç diuerſæ ñ recipiũt, niſi formas diuerſas, õſiſte. 8. Ph. cõ. 46. & 8. Met. te. cõ. 11.

Deinde dicit, & ideo generatio iſto
rum elementorum fit ex inuicem, ideſt, &, quia materia eorũ eſt vna, fuit poſſibile vt hæc elementa generarentur ex inuicem. * ſi enim haberent materias diuerſas, non reciperẽt ſuas formas reciproce, quia materiæ diuerſæ non recipiũt niſi formas diuerſas. quia enim habent vnam materiã, ideo poſſunt generari ex inuicẽ.

quia

G quia vero videm' ea generari ex inuicem, sciuimus ea habere vnicam materiam. D.d.Et ista, quamuis generentur ex inuicem, ideſt & quãnis ista generentur ex inuicem, quia habent vnam materiam, tamen formas habent diuersas secundum substantias, & dicit hoc, cõtra abnegantes causam formalem, & concedentes materialem, †vt opinabãtur Antiqui. ex quo contingit vt hæc corpora sint eadem in substantia, & plura secundum accidentia.

†Antiq ne gauerunt cãm formalẽ, & cõcesserũt mãlẽ. idẽ 2.Phy.c.9 & 7.met. 7.8.cõ.

H Nihil enim prohibet, vt inter contraria sit & vnum, & plura, quẽadmodũ in coloribus. multis enim modis dicitur quod est inter, & medium ipsum.

Dico, quòd licet extrema sint duo, non est impoßibile vt inter ea sit vnum corpus, aut plura, quemadmodum non est impoßibile in coloribus. inter enim duo extrema inueniuntur plures ſpecies colorum.

38 Iste sermo est quasi contradicens prædicto, in quo demonstrauit necessarium esse vt media sint duo, in isto autem dat hoc esse possibile, nõ

I necessarium. & forte induxit ipsum in forma quæstionis, & reliquit nobis eius dissolutionem vt sepe facit. Ratio enim ita formatur. Omnia duo extrema, inter quæ existit medium, habens intentionem duorum extremorum, possibile est vt illud medium sit vnum, & possibile est vt sint plura vno: sed ignis, & terra sunt talia extrema: ergo possibile est vt inter hęc duo extrema sit, aut vnũ corpus, aut plura, non de necessitate.

OploThe. Et iste sermo est valde sufficiens, & super ipsum est sustentatus Themistius, dicens ꝙ ex hoc loco non declaratur ꝙ elemẽtum medium est plus quàm vnum, nedum vt declaretur quod sit. Nos autem dicimus ꝙ media, quæ sunt inter duo extrema cõtraria in forma, scilicet in qualitate, aut in substantia, alia sunt à mediis, quę sunt inter extrema contraria in loco. cõtrarietas enim inuenitur in forma, & in loco æquiuoce, scilicet quòd duo loca cõtraria debent esse contraria in formis, & locis. contraria autem, quæ sunt in alijs prædicamentis, sunt duo in forma, & vnum in subiecto. Et, cum ita sit, & contraria, quæ sunt in loco, sunt duo in forma, & duo in subiecto, e contrario contrarijs, quæ sunt duo in forma, & vnum in subiecto. Et, cum ita sit, & medium debet habere intentionem duorum extremoram secũdũ viã diminutionis, necesse est vt medium in loco habeat duas intentiones contrarias in forma, & in subiecto. vnde necesse est vt medium inter duo loca contraria habeat aliquã contrarietatem in forma, & in subiecto, vnde necesse est vt diuidatur in duo loca, cum loca non numerentur, nisi propter numerationem subiecti. alia vero contraria in alijs prædicamentis, quia sunt vnum in subiecto, & cõtraria secundum formas, medium etiam fuit in eis vnum in subiecto, & duo secũdum formam: & ideo fuit possibile vt inter illa cõtraria inueniretur vnum medium, aut plus quàm vnum. medium autem, quod ẽ in loco, quia est impossibile vt sit vnum in subiecto fuit ẽt impossibile vt esset vnum. quoniã, si esset vnum in subiecto, non inueniretur in eo contrarietas, quę est in extremis: quemadmodum inuenit in

K Op. Auer.

Contrarietas ĩ loco, & in fõa dicit æquiuoce.

L

M

A in mediis, quæ sunt inter extrema contraria. contrarietas enim, quę est in extremis, quæ sunt in loco, est in subiecto, & in forma. vnde necesse est vt contrarietas, existens in medio sit in forma, & in subiecto secũdum viam diminutionis. Et ideo necesse est vt locus medius diuidatur ĩ duo loca, quorum vnus est quasi forma, & alius quasi materia. & hoc manifestum est ei, qui bene consyderaverit, licet in eo sit aliqua difficultas, propter quam latuit Themistium.

Elementa omnia grauitatem habere in ſuis locis, præter ignem.

B *Cap. 5.*

IN sua igitur regione vnumquodq; eorum, quæ grauitatem habent, ac leuitatẽ, grauitatem habet. terra autẽ in omnibus habet grauitatem, leuitatem autem non habet, nisi in ijs, quibus supereminet. Quapropter si subtrahatur, fertur in id, quod deinceps est, deorsum, aer quidem in regionem aquę, aqua autem in eam, quæ est terræ. sursum autẽ in eam, quæ ignis est,

C ablato igni, non feretur aer, nisi vi, quemadmodum & aqua trahitur, cũ fuerit superficies vna, & velocius traxerit qs sursum, quàm sit latio, qua fertur aqua deorsum. neq; aqua in eam, quæ aeris, nisi vti nunc dictum est. terra autẽ hoc non patitur, quoniã non est vna superficies. quapropter aqua quidẽ in vas ignitum trahitur, terra autem non. Quemadmodum autem neque terra sursum, sic neq; ignis deorsum fertur, sublato aere. nullam D enim habet grauitatem in sua regione, quemadmodum neq; terra leuitatem. Feruntur aũt deorsum duo, subtractis. quoniam hoc quidẽ simpliciter graue est, quod omnibus substat, hoc autem ad aliquid graue existens in suam regionem, aut eorum, quibus supereminet, propter materiæ similitudinem.

Reuertamur igitur, & dicamus quòd quodlibet corporum grauium, & leuium habet grauitatẽ E *in ſuo loco, & nõ habet leuitatem, niſi in loco, ſuper quem natat. terra autem habet grauitatem in omnibus corporibus. Et verificatio eius est quòd, ſi iſta corpora auferantur, tunc aer mouetur ad locum aquæ, & aqua ad locum terræ. &, ſi aer auferatur, non mouetur ignis ad inferius, niſi violẽte. &, ſi ignis auferretur, aut eleuaretur, non incederet aer ſurſum, niſi violente. ſicut, ſi aer auferretur, cum ſua ſuperficies eadem ſit cum ſuperficie* F *aquæ, tunc aqua non moueretur ad locum aeris, niſi violente, ſicut modo diximus. terræ autem non contingit hoc, quia ſuperficies eius nõ est eadem cum ſuperficie aquæ. & ideo, cum in vaſe ignito candente fundetur aqua, ſtatim eleuabitur, & attrahetur ad aerem. cũ autem hoc fuerit factum de terra, neque eleuabitur, neq; attrahetur.*

Et,

G *Et, ſicut terra non mouetur ad ſuperius, cũ aqua auferetur, ſic ignis non mouetur ad inferius, cum aer auferetur. nullam enim habet grauitatem, neque in ſuo loco, neque extra. Declaratum eſt igitur quòd corporum ſimplicium hoc eſt graue ſimpliciter, deſcendens ſub omne, hoc autem graue in reſpectu. eſt enim graue aut in ſuo loco, aut in loco corporis continentis, propter ſimilitudinem ſuæ materiæ ad ma*
H *teriam illius, & ideo mouetur ad locum eius.*

39 Putatur quòd hoc capitulum cõtradicat capitulo prædicto. In prædicto enim declarauit ꝙ omnia præter ignem habẽt grauitatem, & omnia præter terram habent leuitatẽ, ſcilicet in ſuis locis, in hoc autẽ vult declarare quòd omnia præter ignẽ habent grauitatem in ſuis locis. &, cum ita ſit, non intendit in hoc loco declarare, niſi quòd grauitas mediorum in ſuis locis eſt magis, quàm leuitas eorum, non quòd non habeãt in ſuis locis leuitatẽ omnino. & hoc apparet ex ſuis verbis, & ex ſua rõne.
I Et dicit, Reuertamur igitur, & dicamus, ideſt, dicamus ꝙ in vnoquoq; iſtorum corporum grauium, & leuium inuenitur grauitas in ſuo loco, præter locum, qui eſt inferior eo, & hoc in habentibus locum inferiorem. Et intendit per grauitatem in ſuo loco, ſicut diximus ſuperius, facilitatem motus elementi in eo. & ſimiliter intendebat per leuitatem in capitulo prædicto, vbi dicit, quòd in omnibus inuenitur grauitas, & leuitas præter ignem, in quo inuenitur K tantum leuitas, & in terra tantum grauitas. In hoc autem loco, cum fecit comparationem inter grauitatẽ, & leuitatem, quas habent in ſuis locis, inuenit grauitatem vincentem, & inuenit leuitatem, quam habent in ſuis locis, propinquiorem ad motum violentum, ſcilicet quem habẽt in loco ſuperiori. verbi gratia, quòd, cum inuenit motum aquæ in ſuo loco ad ſuperius valde propinquũ ſuo motui ad locũ aeris in eſſendo violenter, dicit, quòd aqua habet grauitatem in ſuo loco. & ſimiliter apparet hoc in aere. & incœpit ſic declarare, & dicit, terra autem habet grauitatem in omnibus corporibus, id eſt in omnibus locis. Deinde dicit: Et verificatio huius eſt, &c. ideſt & ſignum, quòd aqua habet grauitatem in ſuo loco, eſt quòd, cum auferetur pars terræ ſub ea, deſcendet ad locum eius facile, &, cum auferretur pars aeris, non aſcendet ad locũ eius, niſi difficile, vnde videtur quòd maiorem grauitatem habet in ſuo loco, quàm leuitatem. tamen non eſt negandum propter hoc ipſam habere leuitatem aliquam. & hoc manifeſtum eſt de aqua, quia vicina eſt M corpori graui ſimpliciter. ſed dubiũ eſt de loco aeris. Sed etiam, cũ pars aquæ aufertur, ſtatim aer deſcendit ad locum illius partis. & forte hoc fit violente ex neceſſitate vacui & forte hoc fit, quia grauitas vincit in eo, ſed Ariſto. verificat, ideſt reputat pro vero, quòd motus eius ad locum aquę facilior eſt ſuo motu ad locum ignis. &, ſi motus eius ad locum ignis poſſet ſentiri, eſſet difficilior quàm motus eius ad locum aquæ, ſicut videmus in aqua, & tunc

Motus q̃, fit ex neceſſitate vacui; nõ ẽ nãlis, ſed violentus.

diceremus

A diceremus præciſe ꝙ grauitas vincit in eo. Ariſt. aũt ponit hoc pro manifeſto ſenſui. & ideo d. ꝙ, ſi terra auferatur, tunc aqua mouebitur ad ſuũ locum facile: &, ſi aer auferatur, non mouebit aqua ad locũ eius, niſi violente: quẽadmodum, ſi aqua auferatur, non mouebit terra ad locũ eius, niſi violente: aer enim tunc impediret ipſam pp neceſſitatẽ vacui. ſi igitur aer non moueret ad locũ aquæ, niſi violente, tunc aqua moueret ad locũ terræ, & conſequeret eam aer violente, ſicut ignis cõſequit locum aeris violente. iam enim determina
B tum eſt, ꝙ ignis non mouetur ad locum aeris, niſi violente. & tũc aqua haberet duas naturas faciẽtes ſibi violentias, ſ. aerem, & terrã, & duo ſunt fortiora vno. declaratum eſt aũt ꝙ potentiæ iſtorũ elementorum ſunt æquales, & ſic aqua non moueretur ad locũ terræ, niſi violente. hęc igit declaratio eſt Ariſt. p quam probat ꝙ aer eſt grauis in ſuo loco. D. d. &, ſi aer auferatur, non mouetur ignis ad inferius, niſi violẽte. i. quia ignis eſt leuis ſimpl'r, manifeſtum eſt ꝙ, cum aer expelleretur ad inferius, neceſſe eſt vt moueat violente ad locũ
C aeris. Si igitur, cũ aqua expelleretur ad inferius, moueret aer violente ad locũ eius, contingeret, cum aqua expelleretur ad inferius, vt aer moueat ad locũ aquæ violente, & ignis ad locum aeris violente: & ſic expulſio aquæ ad locum terrę eſt violente, ꝙ eſt contrarium ſenſui. & ſuper hanc declarationem debemus ſuſtentari in demonſtrãdo ꝙ aer habet grauitatem in loco ſuo magis, q̃ leuitatẽ.

Digreſſio. Et cum Themiſtius non intellexerit hanc demonſtrationem, abnegauit ꝙ motus aeris ad locũ aquę eſt, ſacilior, q̃ motus aquæ ad locũ aeris, ſicut ẽt non intellexit ſermonẽ Ariſ. cum d. ꝙ habent grauitatẽ in ſuis locis, & leuitatẽ. & d. ꝙ, ſi haberent grauitatem in ſuis locis, quieſcerent in eis violente, & mouerẽtur ad ea violente. Et tunc bene declaratũ eſt tibi ex nro ſermone ꝙ hoc nomen grauitas diuerſimode dicitur de eis, cũ fuerint in ſuis locis, & cũ fuerint in locis ſuperioribus. * Et, quia hęc elementa habẽt grauitatẽ in ſuis locis, fuit poſſibile vt admiſcerẽtur facile cum terra ex motibus corporum cœleſtium, & vt partes graues entiũ fierent, & ẽt ꝙ ſpiritꝰ in animalibus nõ mouet ad ſuperius ex hoc, quia pars grauis magis eſt in eo, q̃ leuis. &, cũ pars ignea, quæ eſt in eo, ſit leuis ſimpliciter, non accidit ei grauitas, niſi pp partem aeris admixtam cum ea. & ideo, cum iſtæ duæ partes ſegregabuntur, moritur animal. Et etiam ſignũ, ꝙ grauitas in aere eſt magis, q̃ leuitas, eſt, quia, ſi eſſent æquales, tũc res cõpoſitæ ex aere, & igne nunquam deſcenderent ad inferius vt aſſub, & fulmina, & alia. qm̃, ſi cũ vna parte ignis cõgregarent mille aeris, tunc compoſitũ impoſſe eſſet vt moueret ad inferius ſm illos. Et ſignũ, ꝙ grauitas in eo eſt magis, q̃ leuitas, eſt, quia cauſa leuitatis in eo eſt calor, & cauſa grauitatis in eo ẽ humiditas. & oẽs conueniũt ꝙ humiditas in eo eſt maior, q̃ caliditas, cum videatur eſſe humidior elementis ex definitione humiditatis, vt declaratum eſt in Lib. peri Geneſeos. & per iſtã partem humidã deſcendunt fulmina ad inferius, & aſſub. * Et, cũ d. ꝙ ex ſucceſſione aeris in cannam videtur ꝙ aqua moueatur in cannam violente, & ꝙ hoc eſt ſignũ, ꝙ aqua aqua

Secũda rõ

Alia ratio F

Oẽs conueniũt ī hoc ꝙ humiditas ī aere ẽ maior q̃ caliditas. Vide cõſimile. 2. de Gene. t. cõ. 23. & 4. Met. c. 10. * Exponit aliã, parte

 mouet

G mouetur ad locum aeris violente,& posset aliquis dicere ei φ, si ita esset, contingeret φ, cum aqua fugeret in cannam, φ terra moueret superius violente,d. rndendo, terræ aũt non contingit hoc,&c.i. quia superficies terræ est sicca,& superficies aquę est humida,non possunt adunari, neq; ẽt pose est vt terra attrahatur,conse quendo attractionẽ aeris. & ideo,cũ ventosæ appositę fuerint sup corpus siccum terrestre, deinde sugerentur fortiter,finderent ventosę.aer enim impose est vt moueatur à suo loco, nisi cũ corpus,quod tangit,sequatur H ipsum . &,cũ corpus siccum impose est vt attrahat cum eo, attraheretur corpus vasis terrestre, & sic finderet.

D.d.& ideo, cũ in vase ignito candente fundet aqua,statim aqua eleuabit,&c. & hoc quod d. manifestũ Digressio. est. Sed expositores nõ possunt dare causam , pp quam eleuatur aqua in vase,& non eleuat aer,q est in eo. aquæ enim non accidit hoc in vase, nisi cum claudit orificium vasis statim , cum in eo ponit candela,deinde aliquis cõuerteret ipsum sup superficiem aquæ, ita,φ aer subito nõ pos sit intrare ipsum. Et Themi d.quæ-

I rendo,cum aer, qui est in vase, sit in suo loco,quare igit attrahit aquam, quæ infra est,ad superius,aut quare, postq̃ oppilatio aufertur, fit in aere Alexandri solo pria. virtus attractiua noua. Alex.aũt dat causam duobus modis. D. Themi. destruxit ipsos, vt dr, & nihil ipse d. in hoc. D.enim φ aer est calidus. cũ ergo infrigidabit ex aqua inspissabitur,& veniet in quantitatẽ minorem,& pp necessitatem vacui sequit aqua aerẽ, & implet loca vacua euacuata ab aere. Themistius aũt cõtra-

The. contradictio ergo alex. dicit huic sermoni ex hoc,φ tale vas attrahit aquam calidam . & sit ego K etiã dico φ potest contradici de ventosis igneis attrahentibus carnem .

D.aũt alio modo, quia calor, cum Seda solo eiusdem. attrahit humorem , mouet humor plus,q̃ moueat virtus attrahens,qua propter,constringet aerem ad superius vasis. & huic ẽt cõtradicitur per ventosas medicorum. Et Themi- The. contradictio. stius contradicit huic,dicendo φ inopinabile est φ attractum expellat attrahens in hora, in qua attrahit ipsum,ita,φ attrahens attrahat aliqd, & expellatur ab eo insimul. Nos au- Solo Auer. tem dicamus,φ causa in hoc manifesta est,& propinqua cõsyderanti . Et L mirum est de istis hominibus ,pfundis,qũo ignorabãt hoc. Cum enim aliqua pars aeris transmutabitur in naturam ignis, mouebitur illa pars in loco aeris superius , & tunc corp⁹, quod ẽ sub ea,siue aer,siue aqua fuerit, consequit. Si ergo illud corpus, quod est sub ea, non consequatur ipsam, tũc illa pars ignea stabit violente in loco,in quo transmutabatur in ignem,& non mouebit ad superius. cum autem ignis ponitur in orificio vasis, statim transmutatur illa pars aeris in ignem.cũ igitur vas conuertetur in illa hora, & claudetur suum M orificium,tunc ignis quæret aerem, vt moueatur ad superius,& tunc nõ consequetur ipsum aer, cũ fit oppilatio,& stabit sic illic violente in principio vasis. &, cum oppilatio auferẽ, & orificium vasis fuerit positũ sup aquam,tuncilla pars ignea mouebitur ad superius vasis, & figurabit figura ignea, & nõ implebit vas,quapropter cõsequitur ipsum* vas ad lo *al.aqua. cum vacuum , & iam fregi quoddã vas post statũ aquæ in eo , & inueni eam applicatam in lateribus vasis.

Et

A Et hęc est causa etiam in illo , quod consequitur in ventosis igneis, Hæc igitur est prima causa motus aquæ ad superius. Deinde post ipsam secunda est causa,quam dat Alex.s.φ,cum pars ignea aeris extinguetur, infrigidabitur,& sic aer occupabit minorẽ locum,& attrahet aquam de necessitate vacui. Et non est impossibile vt post istas sit causa tertia, quam innuit Alexan. in secundo sermone. Cum enim aqua attrahit ab his duabus causis,non est impossibile vt remaneat mota ad superius post ablationem illarum duarum causarum,

B quousq; aer constringit in loco minimo . Iste igitur mot⁹ componitur ex tribus causis. quarũ Prima est motus partis igneæ ad superius. Secũda est transmutatio partis igneæ ad minorem quantitatem. Tertia est motus aquæ per se propter fortitudinẽ, & velocitatem motus, quas acquisiuit ex istis motibus duobus. iã enim dictum est φ vtrunq; istorum elementorum,s.aer,& aqua habet leuitatem, & grauitatẽ. & ideo fuit possibile,cum acceperit ab altero principium mot⁹ superius, aut inferius, vt moueatur aliquandiu ab illo motũ,postq̃ motor quieuerit. Et signũ eius,φ iste motus cõponitur ex istis causis sibi succedentib⁹,est, quia iste motus remanet in tempore multiplici ad temp⁹, in quo mouetur pars ignea ab inferiori vasis ad superius vasis : & non est impossibile vt attrahens attrahat primo : &,cum vigorabitur motus attracti,expellet attrahens , quia erit velocior motu eius. & ideo non contingit Alex. contradictio Themistij,scilicet vt idem attrahat aliquid, & expellatur ab eo in simul. D.d. Et sicut terra non mo-

Aer, & aq̃ talẽ habẽt nãm,φ,cũ a ccipiunt principiũ mot⁹ supe C ri⁹, aut infe ri⁹,vt moueant aliquãdiu ab illo motu, postq̃ motor queuerit. Idẽ. 8. Phy. c. 82. & 85.

D uetur ad superius,&c.i. & sicut videmus aquam copulatam cum terra, cum aufertur, non consequetur ipsam illa pars , nisi violenter, propter hanc causam, qa terra est grauis simpliciter, ideo nullam habet leuitatẽ. ita debet esse , cum imaginauerim⁹ aliquam partem aeris copulatam cũ superficie ignis expulsam ad inferi⁹, scilicet, vt ignis nõ moueatur ad aeris locum,nisi violente,cum nullam habeat grauitatem. Declaratum est igitur ex hoc,φ ignis mouetur violente ad locum aeris,& aer ad locum ei⁹ ex hoc,quod prius declarauim⁹.

E qm̃ autem aqua mouetur violente ad locum aeris, manifestum est sensui: & similiter mouet sponte ad locum terræ : & similiter φ terra mouetur violẽte ad locum aquæ . Sunt igitur quinq; rationes. quarum duę sunt manifestæ sensui,s.motus aquę ad terræ locum sponte, & motus ei⁹ violente ad locum aeris. Et tres sunt declaratæ, demonstratione scilicet, quarum vna est motus aeris sponte ad locum aquæ : & motus eius violente ad locum ignis: & motus ignis violente ad locum aeris. D.d. De- Epilogus. claratum est igitur,&c. idest declaratum est graue corpus esse simpliciter, & corpus graue esse secundum F comparationẽ ad aliud corpus. Graue enim simpliciter differt a comparatiuo,quia graue simpliciter nõ dicitur secundum comparationem ad aliquod corpus, graue autẽ comparatum dicitur sm comparationem ad aliud. &,cũ ita sit, est graue in se. Et, cum narrauit graue sm comparationem esse,dedit causam in hoc, & dicit Est enim graue aut in suo loco, aut in loco corporis continentis. idest & diximus graue esse sm cõpa

G rationem, quia videmus quædã corpora grauia in loco corpis ſuperioris, & in ſuis locis. Et intelligendum eſt p grauitatẽ in ſuis locis, quod ſuperius diximus, ſ. expulſionem eorũ a faciente violentiã facile ad inferi⁹.

D.d. propter ſimilitudinẽ ſuæ materiæ, &c. i. & ideo hæc corpora, cum fuerint extra ſua loca, mouentur ad ipſa, quia materia corporis moti ſimilis eſt corpori, cuius vltimũ eſt locus corpis moti. v.g. q̃ aer ideo mouetur in loco ignis ad inferius, quia quærit vltimum ſimile, ſ. cõcauum

Supra. tex. cõ. 25. 35. & 37.

H ignis. iam enim declaratum eſt q̃ cõtinens cuiuslibet iſtorum eſt quaſi forma contenti. & quaſi hic vult dare cauſam, pp quam quædam ſunt perfectiones quorundam in vbi, & eſt, quia vnã materiam habent. qm̃, ſi ita diuerſificarentur in materia, ſicut in forma, tunc ſe fugerent adinuicem, & ſegregarẽtur in loco, & nõ mouerent adinuicem fm perfectionem, cum contraria fugiant ſe adinuicem, & conſimilia ſunt ea, quæ copulantur adinuicem.

Declarat iam dictas cauſas de Graui, & Leui ſimpliciter, & quòd materiæ cuiuſq; eorum intuitu ſoluuntur dubitationes, contingentes his, quæ vnam, & eandem eorum eſſe materiã ponunt, veluti dicentes vacuum, & plenum. Cap. 6.

I QVòd aũt ſit neceſſarium facere æquales drias ipſis eſt manifeſtum. Si enim vna eſt materia omniũ, vt aut vacuum, aut plenũ, aut magnitudo, aut trianguli, aut oĩa ſurſum, aut oĩa deorſum ferentẽ, altera aũt latio nõ amplius erit. Quare leue nihil erit ſimpl'r, ſi K omnia inclinantur magis, eò q̃ ex maiorib⁹ ſunt corporib⁹, aut ex plurib⁹, aut quia ſunt plena. hoc autem & videmus, & oſtenſum eſt, q̃ ſimiliter & deorſum ſemper, & vbiq̃ feruntur, & ſurſum. Si vero vacuum ſit, aut aliquid tale, quod ſemp̃ ſurſum, nõ erit quod ſemp̃ deorſum, & intermediorũ itaq̃ quędam erunt deorſum citius, q̃ terra. in multo enim aere triãguli plures, aut ſolidi, aut parui erunt. non videt aũt vlla particula aeris deorſum L ferri. Similiter autem & in leui, ſi illud fecerit aliquis ſuperabũdare materia.

Et, ſi ita ſit, manifeſtũ eſt quòd non oportet aliud corpus aſcendere ſuper hoc corpus leue ſimpliciter, vt ſint duo contraria. Quoniã, ſi materia grauis, & leuis eſſet eadem, ſcilicet vacuum, & plenũ, aut magnitudo, & trianguli, tunc omnia corpora mouerentur ad ſuperius, et ad inferius. Et nihil eſſet leue ſimpliciter, nec graue ſimpliciter, cum M *omnia corpora mouerentur ad inferius, ex quo componuntur ex corporibus magnis, aut multis, aut ex rebus plenis ſolidis. & hoc eſt falſum ponere. Videmus enim aliquod corpus moueri ſemper ſuperius, & aliquod ſemper inferius. Et, ſi vacuum eſſet cauſa leuitatis, nullum corpus moueretur ſemper ad ſuperius, & nullum moueretur ſemper*

ad

A *ad inferius. & tunc aliquod corpus ſimplicium moueretur citius ad inferius, quàm terra. quoniam poſſibile eſt vt in hoc ſint de triangulis, & corporibus ſolidis plus, quàm in corporibus grauibus. & nihil videmus ĩ aere, quod mouetur inferius. Et ſimiliter ẽt eſt dicẽdum de leui.*

40 Vult rememorare illud, quod de

*al. demõſtrare.

claratũ eſt de drĩa, quæ eſt inter ſuũ ſermonem, & ſermones Antiquorũ. Sermo enim eius conuenit graui, &

B leui ſimpliciter, & fm cõparationẽ. Antiquorum aũt non conuenire videtur, niſi eis, quæ ſunt fm comparationem. v.g. q̃ dicentes vacuum, & plenum eſſe cauſam leuis, & grauis, & q̃ in leui vincit vacuum, & in graui plenũ, neceſſe eſt vt nihil ſit leue ſimpliciter, aut graue ſimpliciter. Cum enim poſuerim⁹ aliquod corpus leue, in quo vacuum vincit plenum, in aliqua ꝓportione poſſibile eſt inueniri aliquod corpus, in quo proportio vacui ad plenum erit maior illa, quapropter hoc corpus debet aſcendere ſuper illud primum.

C & ſi'r etiam poſſumus inuenire tertium aſcendens ſuper ſecundum, & quartũ ſuper tertium, & ſic in infinitum. vnde nullum corpus videbitur aſcendere ſuper oĩa. & ſi'r de graui. vnde videbitur q̃ nullũ corpus erit graue ſimpl'r, & ſic nihil erit inferi⁹ ſimpliciter, aut ſuperius ſimpliciter. & ſic loca erunt infinita, & ideo motus erunt infiniti, quod eſt cõtrariũ ei, quod eſt poſitum. Et ſi'r cõtingit Platoni, & ſequacibus eius, ponẽtib⁹ eãm leuitatis, & grauitatis eſſe multitudinẽ, & paucitatẽ triangulorum. Et d. Et, ſi ita ſit, manifeſtũ eſt, &c. ideſt &, ſi loca ſint terminata, ex quo D inueniuntur graue, & leue ſimpliciter, manifeſtum eſt q̃ impoſſe eſt inuenire corpus aſcendens ſupra leue ſimpliciter, aut deſcẽdens ſub graui ſimpl'r. Et ideo dixit vt ſint duo cõtraria, &c. i. q̃, cum non fuerit poſitum leue, & graue ſimpliciter, tunc leue non erit contrarium graui. contraria enim ſunt ea, quæ maxime diſtant. Cum autem ſupra oĩ corpus leue inuenitur corpus leuius, & ſub omni graui inueniẽ grauius, nullũ erit corp⁹ leue, quod maxime diſtet à graui: vnde non erunt contraria: ergo non habebũt medium. & ideo E contingit ponentibus leue, & graue fm comparationem, & nõ abſolute ponere media ſine cõtrarijs, ĩter quę ſint illa media. D.d. Qm̃, ſi materia grauis, & leuis, &c. i. &, ſi cauſa grauis, & leuis eſſet vacuum, & plenum, vt Pythagoras d. aut magnitudo, & paruitas triangulorum, vt Plato d. aut multitudo, & paucitas partium, vt Democritus d. tunc nihil eſſet grae, aut leue ſimpliciter. D. d. tunc oĩa corpora mouerent ad ſuperius, & ad inferius. i. eſſent media. hæc. n. eſt diſpoſitio medij, ſ. vt in eo cõgrentur contraria. D.d. Et nihil eſſet leue ſimpl'r, nec graue ſimpl'r. & iam declarauimus in prologo huius capituli, qũo hoc contingit eis. D.d. cũ oĩa corpora mouerẽtur ad inferius. ideſt cum cõtingit huic poſitioni q̃ oĩa corpora mouerent ad inferius, aut ad ſuperius, quia grauia componuntur ex triangulis magnis, aut ex partibus multis, & leue ex triangulis paruis, aut ex partibus paucis. & dixit q̃ cõtingit huic poſitioni q̃ omnia mouerentur ad inferius. quia, cũ poſuerim⁹ aliquod corpus graue pp

Idẽ ſ. 34. & 10. Me. t. c. 13.

Hæc eſt dicta ſpõ medij vt ĩ eo congregẽt cõtraria. qđ qũo ſit intelligẽdũ vidẽ ſupra cõ. 26.

F

G multitudinem partiũ, possibile est inuenire aliquod corpus pluriũ partium, quapropter mouebit ad inferius ꝓdicti corporis: &, si acceperim⁹ aliquod aliud corpus pluriũ partiũ q̃ sit fm, mouebitur ēt sub secundo, & sic in infinitum: ergo pos̃e est vt sub omni corpore descẽdat aliud, & super oẽ corpus ascendat aliud. Hęc igit̃ est intentio sui sermonis, ꝙ oĩa corpora mouerent̃ ad inferius. v. g. ꝙ, si causa leuitatis ignis est⁹, quia est pauciorũ partium quatuor elementis, & possibile est imaginari corpus pauciorũ partium igne, erit corpus
H hoc ascendens sup ignẽ, & erit ignis grauis in loco istius corporis, cũ descenderet ex eo ad suũ locum. & sil̃r cõtingit vt hoc corpus etiã sit graue in aliquo loco superiori. D.d. & hoc falsum est ponere, &c.i. & falsum est ponere ꝙ oẽ corpus mouetur ad illud, quod est inferius. D.d. videmus enim aliquod corpus, &c.i. & signũ eius, ꝙ non oẽ corpus est possibile moueri ad inferius, est, quia videm⁹ ignem semp moueri ad superius, & nunquã ad inferius, & terram semp ad inferius, & nunquã ad superius.
Et d. hoc, quia, cũ nullus locus inueniatur sup locum ignis, impos̃e est
I vt imaginet̃ illic locus, in quo esset grauis. Causa igitur grauis, & leuis, vt sint simpl̃r, est terminatio in parte superiori, & inferiori simpl̃r: & causa, ꝙ superius, & inferius sint simpliciter, est finitas extremorũ loci: & causa finis extremorum in loco est, quia vnũ extremorum est circunferentia, & aliud est centrũ. &, si non, tunc finitas non inueniret̃ in longitudine recta. longitudo enim recta non est finita p se, sed pp aliquod finitum per se, s. longitudinem rotundam. & ex hoc apparet ꝙ loca sunt tantũ duo, & impos̃e est plures esse mundos vno Causa* igitur motus ad superius, & ad inferius est forma corporis, & causa formæ est locus, & causa loci est corpus sphæricũ. & iã apparet hoc, ꝙ nõ est de locis istoꝝ, sicut est de locis aliorũ corporũ naturalium. † loca enim in istis elemẽtis sunt causæ locatorũ, in alijs autẽ corporibus est econuerso, i. ꝙ locata sunt causæ locorũ: licet hoc inueniat̃ in eis fm prius, & posterius, & non ęqualiter, s. ꝙ compositorũ id, quod est vicinius elementis, locus eius est ei magis necessarius, & indiget plus loco fm illud esse, & quãto remotius tanto minus, ita, ꝙ existimat̃ ꝙ esse tia locati ẽ necessitas esse loci. Et fm hoc non est impos̃e vt dr̃iæ substantiarum sint accidẽtia. Potest enim aliquis dicere, cum locus sit accidẽs, qũo, potest esse causa substantiæ. & hoc est impos̃e, vt videtur, famose.
Sed demonstratio innotuit iã circa hoc. & causa in hoc est, quia formæ elementorũ sunt diminuti esse. qm̃ quanto magis forma erit perfectioris esse, tanto magis erit manifestius vt sit accepta in definitione accidentium in formato: & quãto magis fuerit diminuti esse, tanto magis erit ecõuerso. & ideo videmus ꝙ caliditas, humiditas, frigiditas, siccitas sunt causæ in formis elementorũ, & sunt causatæ in formis animalium.
Et sil̃r est de tribus dimensionibus cum prima materia, s. ꝙ sunt primæ formarum existẽtium in ea in actu. & ideo putauerũt quidam ꝙ corporeitas est substantia. Arist. autem cõcedit ꝙ dr̃iæ quarundam substantiarum sunt de alijs prædicamẽtis, s. vt differentiæ alicuius substantię in loco

Lõgitudo recta nõ ẽ finita p se, sed p aliud

* Cã mot⁹ ad supi⁹, & iferi⁹ est forma corporis. consilẽ. 1. Cœ. com. 5. & quæ ibi.

† Loca ĩ vltimis elemẽtis sunt cãæ locatorum, in alijs autẽ corpib⁹ ẽ econtra.

L

Nõ est impos̃e vt cãę substãtiæ sint accidẽtia. Sed vid̃ op positũ, 5. Phy. c. 10. & 8. Met. commẽ. 5. Vide cõtr. Zim.

Quãto forma fuerit pfectioris esse, tanto magis erit manifestius vt sit accepta ĩ definitione accẽtiũ ĩ formato: & q̃to magis fuerit diminuti esse, tanto magis erit ecõuerso. cõsilẽ. 5. Phy. c. 10.

A loco accipiant aliquod aliorum prędicamentorum, Hæc aũt perscrutatio non conuenit huic scientiæ, sed primæ Philosophiæ, cõsyderanti de substantijs, & accidentibus, & priori tate vnius ad alterum in definitione, & cõstitutione. D.d. Et, si vacuũ esset causa leuitatis, nullum corpus esset, quod semper, & in omnibus locis moueretur ad superius, aut ad inferius, sicut ignis, & terra. & hoc intendit cum d. semper. quod enim in aliquo loco mouetur inferius, & in
B alio superius, vt aer, & aqua nõ semper mouetur ad superius, aut ad inferius, cum aliqñ moueatur ad superius, & aliqñ ad inferius. D.d. & tũc aliquod corpus simplicium moueretur citius, &c.i. & contingeret vt esset possibile corpus grauius terra eẽ, imaginãdo ꝙ trianguli sunt, aut corpora pauciora, q̃ in terra, & plus de vacuo. D.d. & nihil videm⁹ in aere, quod mouetur inferius i. & signũ, ꝙ nullum corpus est grauius terra, est, quia nullum corpus videmus in aere, quod in eo moueatur inferius citius, q̃ terra. D.d. Et similiter dicendum est etiam de leui. idest & p hoc idem declarabit̃, ꝙ nullum cor
C pus est leuius igne, cum nullum corpus videat̃ velocioris mot⁹ q̃ ignis.

Dubitatio. Et potest aliquis dicere ꝙ hoc, ꝙ positum fuit hic, s. ꝙ possibile est inuenire corpus, in quo plenũ sit plus, q̃ plenũ, quod est in terra, & vacuũ in eo minus, non est possibile: neq; dicentes vacuum, & plenum esse causam grauitatis, & leuitatis concedũt

So'utio. hoc. Et, cum ita sit, necessario cõtingit eis ponere proportionem inter vacuum, & plenum, qua impossibile est inueniri maiorem, aut minorẽ. quod est impossibile. omnis enim quãtitas possibile est ea inueniri ma- D
iorem, & minorem. & vl̃r finitas nõ inuenitur in rebus, nisi propter formas earũ, non propter quantitates. Et, cum isti dederunt causam leuitatis, & grauitatis ex quantitatibus, nõ potuerunt dicere qua de causa fuit impossibile corpus grauius terra in uenire, aut leuius igne. & contingit eis hoc magnum impossibile. omne enim possibile exibit necessario ad esse. Et, si esset possibile vt corpus leuius igne inueniretur. esset possibile vt in aliqua hora inueniretur, corpus, quod in aere moueretur citius, q̃ ignis. &, cũ hoc nunquam fuerit E
visum, sciium⁹ hoc esse impos̃e. hoc autem non fuit impossibile, nisi propter formam ignis, non pp quantitatem. & similiter intelligẽdum est de terra. Hæc igit̃ est dr̃ia inter opinionem Aristo. & opinionem istorum: & est dr̃ia non parua.

Finitas nõ inuenit̃ in rebus, nisi pp foras earũ ñ pp q̃titates. Idẽ 3. Phy. cõ. 65. & quæ. bi.

Si autẽ duæ sint, intermedia qũo erunt facientia quæ faciũt, aer, & aquam veluti, si quis dixerit esse vacuum, et plenum. Ignẽ igit̃ vacuum, quapropter & sursum: terrã vero plenum, quapropter & deorsum: aerem aũt plus F
ignis habere, aquam aũt terræ. erit enim quædã aqua, quæ plus ignis habebit pauco aere, & aer multus plus terræ pauca aqua. quare oportebit aeris quandam multitudinẽ velocius ferri deorsum, qua aqua pauca. hoc autẽ videt̃ nullo modo vnquã. Necesse est igit̃, quẽadmodum & ignẽ sursum, quia hoc habet, puta vacuum, alia aũt non, & terrã deorsum, quia plenũ habet, & aerẽ in

G ſuum ipſius,& ſuperius q̃ aqua ſit,quia hoc quippiam habet,& aquã deorſum, quia tale.Si autẽ ſint aut vnũ aliquid ambo, aut duo,ambo aũt inſint hęc vtriq;, erit aliqua multitudo vtriuſq;, qua excedet,& aqua aerẽ paucũ ipſo ſurſum, & aer aquam ipſo deorſum, quemadmodum ſæpe dictum eſt.

Si igitur aliquis dixerit quòd materia grauis, & leuis non eſt eadẽ, dicemus ei quòd accidit huic ſer-
H *moni, vt ignis differat à terra, ſicut aer ab aqua. Qui enim ponit vacuum, & plenum eſſe materiam grauis, & leuis, & quòd ignis mouetur ad ſuperius, propter multitudinem vacui, & quòd terra mouetur ad inferius, propter multitudinem pleni, neceſſario ponit in aere multum ignem, & in aqua multã terram. & erit tunc in aliqua quãtitate in multa aqua de igne magis, quàm in pauco aere, & erit in*
I *multo aere de terra magis, quàm in pauca aqua. & ſi ita ſit, neceſſario continget vt motus aeris multi ad inferius ſit velocior, quàm motus paucæ aquæ. quod nunquam videtur. Et, cũ ita ſit, dicemus quòd, ſicut ignis mouetur ad ſuperius propter multitudinem vacui, & terra ad inferius propter multitudinẽ pleni, ſic aer mouetur ad ſuum locũ ad ſuperius, propter illud, quod eſt in eo quidam alicuius. & ſimiliter aqua mouetur ad inferius, propter* K *hoc, quod in eo aliquid eſt. Si igitur aliquis dixerit quòd vacuum, & plenum ſunt in aliquo corpore, neceſſarium erit vt multa aqua moueatur ad ſuperius citius, quàm paucus aer, & quòd multus aer citius moueatur ad inferius, quàm pauca aqua, ſicut diximus ſuperius. quod non inuenitur omnino.*

Quia res diuerſæ ſm formas aut 41
erunt cõpoſitæ ex vna mã. ſicut cor
pora ſimplicia, aut ex diuerſis mate- L
rijs, ſicut corpora compoſita ex ele
mentis, & diuerſitas formæ iſtorum
eſt pp diuerſitatẽ *modorũ, v.g. q̃ Diuerſitas
os non differt à carne, niſi quia hẽt foręq; priũ
plus de terreſtreitate, q̃ de aquoſita- mixtorũ é
te, & caro econuerſo, manifeſtũ eſt pp diuerſi
igitur q̃ ponentes cauſam diuerſita tatem mo
tis grauis, & leuis eſſe vacuum, & ple dorum.
num, contingit dicere eis q̃ corpora *a.l. mate
non diuerſificantur ſm grauitatem, rierum.
& leuitatem, quæ ſunt formæ eorũ,
niſi ſm q̃ habent de vacuo, & pleno
ſm magis, & minus. ſicut formę con
ſimiliũ corporum compoſitorũ nõ
diuerſificantur adinuicem, niſi pp M
multitudinẽ, & paucitatem partiũ.
Et, cum ita ſit, ſicut in corporibus cõ
ſimilibus non inuenitur diuerſitas
abſoluta in eis abinuicem, niſi ſecun
dum magis, & minus, ita contingit
ponentibus graue, & leue eſſe com-
poſita ex vacuo, & pleno, ſ. vt non in
ueniatur leue ſimpliciter, & graue
ſimpliciter, ſ. leue, cuius forma ſit cõ
traria graui ſimpliciter, ideſt q̃ non
differt ab eo, niſi propter diuerſita-
tem elementorum, ex quibus com-
ponuntur ſecundũ magis, & minus.

Et

A Et hoc intendebat, cum dixit. Si igit̃ aliquis dixerit q̃ materia grauis, & leuis, &c i. & ſi aliquis dixerit q̃ cã diuerſitatis graui, & leuis ī ſuis formis eſt diuerſitas duorum elementorum contrariorum, ex quib⁹ cõponunt̃ ſm magis, & minus, ſicut dicentes q̃ cauſa grauitatis, & leuitatis eſt compoſitio corporum ex vacuo & pleno, continget ei vt omnia corpora non diuerſent̃ in grauitate, & leuitate, niſi ſm magis & minus. & ſic nihil erit leue ſimpl̃r, aut graue ſimpl̃r: & tunc ignis differet a terra, ſicut aer ab aqua, quæ ſunt media.

B Et hoc intendebat, cum dixit dicemus ei q̃ accidit huic ſermoni, &cę. Et, cum demonſtrauit q̃ contingit eis, ſi poſuerint q̃ vacuum, & plenũ ſint cauſæ grauitatis, & leuitatis, vt nihil ſit leue ſimpl̃r, aut graue ſimpliciter, quæ maxime diſtant abinuicẽ, & poteſt aliquis dicere, defendendo opinionem iſtorum hoĩum, q̃ poſſe eſt inuenire contraria, quæ maxime diſtant, inter quæ exiſtunt media, & omnia componunt̃ ex cõtrarijs elementis, v.g. q̃ album, & nigrum ſunt contraria, inter quæ exiſtunt plura media, vt viride, & cha-
C ropos, & ſunt compoſita ex contrarijs elementis, & ſic, ſicut albedo nõ eſt contraria nigredini, niſi qa ignis magis dominatur in ea, q̃ terra, & nigredo eſt contraria albedini, quia magis abundat in ea terra, q̃ ignis, ita ignis eſt cõtrarius terræ, quia vacuum magis abundat in eo, q̃ plenũ & in terra econuerſo, ideo d. reſpondendo, qui enim ponit vacuum, & plenũ, &c. i. qui enim ponit vacuũ, & plenum eſſe duas materias, ex quibus componit̃ ignis, & terra, & ponit ipſas eẽ contrarias in fine, ex quo vacuum abũdat ſuper ignem, & plenum ſuper terram, ſicut albedo, & nigredo ſunt contrarię propter abũdantiam partis lucentis ſuper albedinem, ſ. ignis, & partis obſcuræ ſuper nigredinem, ſ. terræ, neceſſario contingit ei q̃ ſicut charopos, & viridis non diuerſificantur, niſi quia in charopo eſt magis de albedine, q̃ de nigredine, & in viridi econuerſo, ſic debet eſſe in medijs inter ignem & terram, ſ. vt in aere ſit de igne pl⁹, q̃ de aqua, & in aqua plus de terra, q̃ in aere. D. d. impoſſe, quod cõtingit ex hoc, & d. & erit tunc in aliqua q̃-
D titate, &c. i. & contingit eis tunc vt E
aer non differat ab aqua, niſi quia ī eo multum ſit de igne, & parum de terra, & in aqua econuerſo. &, cum ita ſit, poſſe eſt vt in magna parte aq̃ inueniat̃ plus de igne, q̃ in parte parua aeris, & vt in magna parte aeris inueniat̃ plus de terra, q̃ ī parua parte aquæ. D. d. impoſſe, quod ſequit̃ ex hoc, & d. &, ſi ita ſit, neceſſario cõtinget vt motus aeris multi ad inferius, &c. i &, ſi cauſa, propter quam aer eſt leuior aqua, eſt, quia in aere ſunt multæ partes ignis, & paucę terræ, & in aqua econuerſo: ex quo cõtingit vt in magna parte aeris ſit de F
terra plus, q̃ in parua parte aquæ: cõtinget vt illa pars aeris, ī qua eſt magis de terra, ſit grauior parte aquæ, in qua eſt minus de terra: & ſimiliter continget, vt aliqua pars aquæ, in qua eſt plus de igne, ſit leuior parte aeris, in qua ſit minus de igne. qđ videtur eſſe contrarium vero. Et de Docu
bes ſcire q̃ iſta contradictio non cõ tum.
tingit eis, niſi cum poſuerint q̃ multum vacuũ eſt leuius pauco vacuo, & multum plenum eſt grauius pauco, ita, q̃ ignis non mouetur ad ſu-

perius

G perius, niſi quia eſt in eo multũ de
ta. l. aut. vacuo, & pauco de pleno, ita, ꝙ magnitudo illius vacui innata eſt aſcẽdere ſuper illum locũ, & quantitas illius pleni innata eſt deſcẽdere ſub illo loco. & ſiſt eſt de vnoquoq; eſſn torum, ſ. vt ꝓpter paruitatẽ vacui, quod eſt in terra, non poteſt moueri ſupra illum locũ, & pp plenum deſcendit ſub oĩbus corporib⁹, ex quo contingit ꝙ, ſi plenum eſſet maius pleno, terra deſcẽderet ſub terra, &, ſi vacuum eſſet maius vacuo, ignis eleuareť ſup ignem. Hoc. n. poſito, contingeret impoſſe, quod dedit eis. Si
H enĩ poſuerit ꝙ pars vacui, ſiue magna, ſiue parua moueať ad ſuperius motu ęquali, ſ. ꝙ qñ totum moueť, & pars mouebitur, & poſuerint ita de pleno, & poſuerint ẽt ꝙ diuerſitas formarum eſſntorũ eſt pp diuerſitatem proportionis vacui ad plenum, tunc nõ contingit eis hoc impoſſe. Sed tñ Ariſto. dedit eis aliter hoc impoſſibile, ſ. vt multa aqua nõ ſit velocioris mot⁹ ad inferius q̃ parua, & ſiſt ignis multus cum paruo. Sed tñ videť ꝙ poſitio eorum ſit ꝑdicta, ſ. ꝙ vacuum diuerſificatur in
I leuitate ſm multitudinem, & pauci tatem, & ſiſt plenum diuerſatur in grauitate ſm ſuam diuerſitatem in multitudine, & paucitate. continget enim eis, ſi hoc non poſuerint, alterum duorum, aut, vt vacuum ſegregetur a pleno, & hoc mouebiť ſurſum, & hoc inferius, aut, vt congluti nentť adinuicem, & ſic ſtabunt eſſnta in ſuis locis violente, vnde nõ habebunt locum naturalẽ, in quo ſt ẽt. Sed ex prioribus propoſitionibus iſtius ſcientię eſt ꝙ iſta corpora ſũt naturalia, & in locis naturalib⁹: † cũ motus violentus non intelligať, niſi in reſpectu naturalis. Et, ſi ita eſſet, K ſicut dicunt, vſſr corrumperentť eſſnta, & totus mundus. cauſa enim gñatorum, & corruptorum non eſt, niſi quia elementa exiſtunt extra ſuum locũ naturalem. D. d. Et, cum ita ſit dicemus, &c. i. ſi cauſa, pp quam quę dam corpora ſunt leuiora quibuſdã, eſt diuerſitas vacui, & pleni, manifeſtum eſt ꝙ, ſicut ignis ſm hanc poſitionem moueť ad ſuperius pp quantitatem ipſius vacui, nõ pp naturam vacui, & terra moueť ad inferius pp quantitatem pleni, cõtinget vt aer non mouebiť in ſuo loco, niſi L pp quãtitatem vacui, ſ. quia vacuũ, quod eſt in eo, eſt minoris quantitatis vacuo, quod eſt in igne, & ſiſt cõtinget vt aqua moueať ad inferius pp quantitatem pleni, & hoc intendebat, cum d. quidã alicuius. Et intendebat ꝓ hoc demonſtrare ꝙ contingit eis, vt ita ſit de medijs. qm̃, cũ poſuit media eſſe hmõi, ex quo dedit eis prædictum impoſſe, & eſt vt aer multus moueať ad locum aquę, & multa aqua ad locum aeris, & poſſet aliquis defendere eos, dicẽdo forte non poſuerunt diuerſitatẽ ignis, & terræ, niſi pp quantitatem vacui, & pleni tm̃, quæ ſunt extrema, & nõ M ponunt media eẽ hmõi, ideo reuerſus eſt ad demonſtrandum ꝙ ita cõtingit eis ĩ medijs, ſicut in extremis, deinde iterat impoſſe prædictũ, & d. Si igiť aliquis dixerit ꝙ vacuum, & plenum, &c. i. &, cũ iſti dixerint hoc accidit eis dicere ꝙ quantitas vacui, & pleni, exiſtentium in vnoquoq; quatuor corporum eſt cauſa diuerſitatis eorũ in grauitate, & leuitate, & contingit ẽt impoſſe prædictum, & eſt, vt aqua multa citius moueať ad ſuperius, q̃ paucus aer, & multus

† Motus violentus non una-

aer

A aer ad inferius, q̃ pauca aqua. quod non videtur eſſe.

Docet, quamuis figuræ non ſint cauſa Gratiis, & Lentis, eas tamen velocitati, & tarditati in motu coadiuuare. Cap. 7.

Figuræ autem non ſunt cauſæ, vt ferãtur ſimpſr aut deorſum, aut ſurſũ, ſed vt velocius, aut tardius. pp quas aũt cauſas non eſt difficile videre. Dubitatur. n. nunc, cur lata ferramenta, & plumbum innatãt
B ſuper aquam, alia autem minora, & minus grauia, ſi rotunda ſint, aut longa, vt acus, deorſum ferunť. Et, cur aliqua ꝓpter paruitatem natant in aere, vt auri arena, & alia terrea, & puluerulenta. De his igitur omnibus putare quidem cauſam eſſe, quem admodum Democritus, non recte ſe habet. Ille enim inquit ea calida, quæ ſurſum feruntur ex aqua, ſurſum pellere ex habentibus grauitatem ea, quę lata ſũt, ſtricta vero decidere. pauca. n.
C eſſe, quæ repugnant ipſis.

Et dicamus etiam quòd figuræ non ſunt cauſæ motus quorundam corporum ad ſuperius, aut ad inferius, ſed cauſa velocitatis, aut tarditatis motus. Volumus igitur perſcrutari de hoc, dicendo quòd quidam quærũt quare ferrum latum, & plumbum latum natant ſuper aquam, rotundum autem, & oblõgum, vt acus, non natant, ſed ſubmerguntur. Et quare quædam corpora parua natant ſuper aquam, D vt furfur, & alia terreſtria natãt ſuper aerem, vt auripigmentum. Dicamus igitur quòd Democritus dedit cauſam in hoc, & errauit. Dixit enim quòd corpora grauia lata natant ſuper aquam, quia vapores exeuntes aſcendendo eleuãt ea, & ſic non deſcendunt ad inferius. corpora autem rotunda deſcẽdunt in aqua, quia illi vapores non occurrunt eis ſecundum omnes partes, ſed vni parti illorum, & pau- E cis, & ideo ſubmerguntur.

Quia quidam Antiquorum etiã 42
opinabanť ꝙ cauſa leuitatis ignis ẽ, quia habet figuram pyramidalem, & cauſa grauitatis terræ, quia habet figuram quadratam, & ꝙ media inueniuntur media in grauitate, & leuitate, quia habent figuras medias inter iſtas figuras, vt ꝑdictum eſt in tertio iſtius libri, d. Et dicamus etiã, &c. i. & nõ voluit hic deſtruere hãc opinionem. qm̃ iam in tertio iſtius libri deſtruxit ꝙ elementa haberẽt figuram, nedum vt haberent figurã F quæ eſſet cauſa leuitatis, & grauitatis. Et, quia hoc iam declaratũ eſt, vult perſcrutari de figuris ſm quandam quæſtionem naturalem, & d. Volumus igitur perſcrutari, &c. i. q̃ ſtiones autem, quas Antiqui quærebant in hoc, ſunt duæ, quarum vna eſt, quare grauia magna, cum fuerĩt latæ figurę, natant ſuper aquam, aut fuerint concaua, vt vaſa ſcutea ferri & plumbi, grauia autem parua, cũ habuerint figuram rotundam, aut oblongam ad modum acus, deſcen

dunt

G dunt in aquam, quamuis ſint minoris grauitatis, quia ſunt minora. D. d. Et quare quædam corpora, &c. i. Secunda autem quæſtio eſt, quare quædam corpora parua deſcendũt in aere. & in aqua, & quædam ſtant in ſuperficie aquæ, & quædam ſtant in ipſo aere. D. d. Dicamus igitur ꝙ Democritus, &c. i. dicam⁹ ꝙ Democritus dicebat ꝙ cauſa, pp quam corpora lata grauiora natant ſup aquã & ea, quæ non ſunt lata, non natant, eſt qa vapores aſcendentes ex aqua occurrunt corporibus latis ſm vniuerſum, & impediunt ea deſcende-
H re pp ſuam fortitudinem. corporibus autem non latis non occurrit, niſi modicum vaporis, quem põt vincere grauitas illorum corporum.

Oportebat aũt in aere adhuc magis hoc facere, quemamodũ ſtat & ille ipſe. ſed, cum inſtitit, ſoluit molliter. ait enim non in vnum, impetum facere ἀοῦν, vocans ἀοῦν motum eorum, quæ ſurſum feruntur, corporum.

Dicamus igitur, contradicẽtes eis, quòd, ſi ita eſſet, tunc corpora
I *grauia lata magis ſtarent in aere. in aere enim ſunt vapores plures, quàm in aqua. Et, cum Democritus ſciuit quòd hoc contingit ei, cõfirmauit ſuũ ſermonem, ſermone debili, & dixit, quòd hoc cõtingit, quia vapores exeuntes ab aere, nõ exeunt æqualiter, ita, quod poſſint occurrere omnibus partibus, ſed expanduntur, & ſparguntur propter tenuitatem, & ſubtilitatẽ aeris.*

43 Error Democriti manifeſtat⁹ ex hoc, ꝙ aqua magis impedit corpora ad deſcendendum ad inferius, q̃ K vapores, & ideo neceſſe fuit ei dare differẽtiam inter vapores, qui ſunt in aqua, & qui in aere. Et corruptio iſti⁹ ſermoniſeſt manifeſta, immo debet eſſe manifeſta. Si enim ex aq̃ aſcenderent vapores, neceſſe eſſet vt vapores, qui aſcendunt in aere, haberent maiorem continuitatem, q̃ aſcendentes in aqua. &, ſi hoc, tunc non habebunt maiorem expanſionem in aere, q̃ in aqua, ſed maiorẽ continuationẽ: quare magis occurrent corporibus deſcendentibus in aere, & reſiſtent eis, q̃ in aqua.

Q̃m autem continuorũ hæc L quidem ſunt facile diuiſibilia, hæc autem minus, & diuiſiua ẽt eodem modo, alia quidem magis, alia autem minus, has eẽ cauſas putandum eſt. Facile igit̃ diuiſibile eſt, quod bene terminabile exiſtit: & magis, qd̃ magis.

Dicamus igitur, quòd corporũ continuorum quædam recipiũt ab ſciſſionem, & diuiſionem cito, &
M *quædam tarde, & quædam diuidunt, & abſcindunt cito, & quædam tarde. Et dicere eſt velocitatem abſciſſionis, & diuiſionis, velocitatem expulſionis. & quanto magis res eſt velocis diuiſionis, tanto magis erit velocioris expulſionis.*

In hoc cap proponit prædictæ q̃- 44 ſtioni duas propoſitiones, quarum Vna eſt, ꝙ corpora continua diuerſificantur in recipiẽdo diuiſionem ſm magis, & minus. aer. n. magis eſt diuiſibilis, q̃ aqua, & aqua magis, q̃ terra. Secunda autem eſt, ꝙ corpora diuidentia diuerſificantur etiã in for-

A fortitudine, & debilitate, & propter figuras, & pp grauitatem eorum. figura. n. acuta diuidit corpora continua cito, & ſiſt corpus valde graue: & hæ duæ, cum fuerint congregatę, tunc actio erit fortior: corpora autẽ lata, & paucæ grauitatis ſunt econuerſo. D. d. & quanto magis res, &c. i. ꝙ corpori expulſo accidunt a cor-
32 pore expellenti duę diſpoſitiones, vt ſ, diuidatur, & expellat, & quãto magis fuerit facilioris diuiſionis, tanto magis erit facilioris expulſionis, & econuerſo.

B Aer autem magis, q̃ aqua, talis eſt: aqua autẽ, q̃ terra. & minus ita ꝙ in vnoquoꝙ gñe magis facile diuiſibile eſt, & diſtrahitur facilius. Quæ igitur habẽt latitudinem, quia multum comprehendunt, ſupra manent, propterea ꝙ non facile diſtrahit̃ qd̃ maius eſt. Quæ vero contrario modo ſeſe habent figuris, quia pauca comprehendunt, ferunt̃ deorſum, propterea ꝙ diuidunt facile. & in aere multo magis, quanto facilius diuiſibilis eſt, q̃
C aqua. Q̃m autem & grauitas habet quãdam virtutem, ſm quã ferẽt deorſum, & continua vt nõ diſtrahantur, hæc oportet ad ſe inuicem comparare. Si enim excedat virtus grauitatis eã, q̃ eſt in continuo, ad diſtractionẽ, & diuiſionem, per vim feretur deorſum velocius: ſi autẽ debilior ſit, ſupernatabit. De graui igit̃, & leui, & ĩs, quæ circa hæc accidunt, determinatum ſit nobis hoc modo.

Reuertamur igitur, & dicamus, quòd aer eſt velocioris expul
D *ſionis quàm aqua, & aqua quàm terra. & quanto magis corpus erit minus, tanto magis erit facilioris expulſionis. Et, ſi ita ſit, dicamus quòd corpora lata natant ſuper aquam, quoniam multum comprehendunt de aqua, quapropter non expellitur, neq; diuiditur cito. corpora vero oblonga, quia parum cõ-*
E *prehendunt de aqua, cito diuidũt ipſam, & deſcendunt ad inferius. & hoc non erit in aere: quia velocioris eſt expulſionis, & diuiſionis quàm aqua. Et dicamus ẽt quòd ſi graue habeat aliquam potẽtiam: tunc expulſio, & diuiſio erit tardior. iſta autem adinuicem conuenienda ſunt. Dico quòd: ſi fortitudo corporis grauis expellentis fuerit*
F *maior fortitudine corporis cõtinui expulſi: tunc expelletur & diuidetur, & mouebitur ad inferius cito. ſi autem potentia corporis grauis expellentis fuerit debilior potẽtia corporis continui expulſi, natat ſuper ipſum, & non mouetur ad inferius omnino. Perſcrutati ſumus igitur de graui, & leui & de accidentibus eis contingentibus ſufficienter: & perfectè. Et in hoc complebitur liber noſter.*

Cum poſuit ꝙ corpora diuerſan 45 tur adinuicẽ in velocitate receptionis diuiſionis, & explſionis, dixit ꝙ

aer

G aer eſt corpus facilis diuiſionis,&ex pulſionis magis.q̃ aqua: & hæc duo magis ſunt in aqua,q̃ in terra. D.d. cauſam,propter quam corpora continua non diuiduntur a corporibus latis,neq; expelluntur ab eis facile, & d.quanto magis corpus erit minus,tanto magis erit velocioris expulſionis.i.& corpora non lata facile diuidunt,quia non eſt diuiſio, niſi vt partes expulſi diuidãtur ab expellente:& quanto minores fuerint iſtæ partes,tanto facilius expellent. &,cum figura non fuerit lata,occurret paucis corporibus, quapropter H facile diuidentur. D.d. Et,ſi ita ſit, &c.i.cum poſuerimus ꝙ corpora lata expellentia occurrant de expulſo maiori quantitati, quapropter difficile expellentur, manifeſtum eſt ꝙ corpora lata,poſita ſuper aquã, difficile expellent aquam.cum igit̃ virtus retentionis aquæ ab expulſione fuerit maior virtute grauitatis corporis lati,tunc non expelletur aqua ab eo,& natabit ſuper ipſam.&cum ſint hæ duæ potentiæ,ſ.potentia corporis expellentis,& potentia continuationis corporis expulſi, & diuiſio contingit, cum potentia corpo- I ris grauis expellẽtis fuerit maior potentia continuationis corporis expulſi,& natatio continget, cum potentia continuationis corporis expulſi fuerit maior potentia grauitatis corporis expellentis. D.d.iſta autem adinuicem coniungenda ſunt, &c.i.& cum voluerimus iudicare,q̃ K corpora deſcendunt in aqua, & que natant ſuper aquam,oportet nos diſtinguere,& comparare inter potẽtiam grauitatis expellentis, & potentiam grauitatis expulſi. Si ergo potentia corporis grauis expellẽtis fuerit maior continuitate corporis expulſi,diuidet ipſam, & deſcendet in eo cito ad inferius, &, ſi fuerit debilior natabit ſuper ipſum. Et hoc,q̃d. ante, ꝙ, ſi graue habeat aliquam potentiam, erit tardioris expulſionis,& diuiſionis,d. ad demonſtrandum ꝙ motus diuiſionis conſequit̃ L quantitatem proportionis exceſſus potentiæ grauitatis ſuper potentiã continuationis corporis expulſi, ita ꝙ,cum imaginati fuerim⁹ duo corpora grauia diuidẽtia idem corp⁹, tunc proportio velocitatis diuiſionis ab altero eorum ad velocitatem diuiſionis a ſecundo,erit ſicut proportio grauitatis ad grauitatem. Et cum iam compleuerit intentionem ſuam,in perſcrutando de ſubſtãtia grauis,& leuis, & de cauſis accidentium naturalium, prouenientium ab eis,d. Perſcrutati ſumus igit̃, &c. i.perſcrutati ſumus igitur de ſubſtãtia grauis,& leuis,& de modis eorũ, M & dedimus cauſas accidentium apparentium in eis,ſimiliter in ſimplicibus,& in compoſitis, & executi ſumus in hoc perfectæ. Et ſic completa eſt intẽtio noſtra in hoc tractatu.

Librorum Quatuor de Cœlo finis.

AVERROIS
CORDVBENSIS
IN QVATVOR LIBROS DE COELO ARISTOTELIS PARAPHRASIS
RESOLVTISSIMA,

Paulo Iſraelita interprete.

DICTIO PRIMA.

B ARiſtotelis hoc libro intentio ẽ de mundo, & ſimplicibus,primarijſque eius partibus inquirere: de oĩ inſuper,quod mundum ipſum,parteſq; primarias conſequitur. Cuius præſens hæc dictio in ſumma decẽ abſoluitur.Prima quæ huiusartis ſint ſuppoſita enumerat. Secunda corp⁹ naturale definit, ipſumq; omnibus magnitudinibus perfectius eſſe demonſtrat. Tertia mũdum perfectũ eſſe oſtendit. Quarta circulare, & C ſimplex dari corpus,ab vnoquoque ſimplicium mobilium motu recto ſua natura diuerſum. Quinta idipſum nec graue eſſe,nec leue iſinuat. Sexta nec generabile,nec corruptibile,neq; vnius ſpeciei mutationum, præter localem motum,id ſuſceptiuum eẽ declarat,ſimpliciaq; corpora numero eſſe quatuor. Septima oſtendit magnitudine finitum eſſe vniuerſum. Octaua mundum vnũ eſſe numero monſtrat. Nona extra mũdum nec plenũ dari,nec vacuũ, Decima incorruptibilem eſſe mundum,eiq; nullam corruptionis ineſſe potentiam explanat, & fieri non poſſe aliquid eſſe genitum non interiturum,nec quieq̃ periturum eẽ, quod ingenitum extiterat. E

SVMMA PRIMA.

QVoniam præſens inquiſitio pars prima eſt, qua de ſenſibilium, naturaliumq; rerum diſpoſitione ſermonem aggredit̃ (naturaliũ inquam particularium,in priori ſiquidem volumine de vniuerſalioribus ſermo eſt)nunc ideo quæ huius artis ſint ſuppoſita enumerare incœpit. Scientia, inquiens naturalis de F corporibus,deq; magnitudinem habentibus,& qualitatibus,quæ his inſunt,necnon & de horum motib⁹, principijſq;,& cauſis conſyderat.res enim naturæ ſimplicia eſſe corpora neceſſe ẽ,aut ſimplicia corpora habentia,ex ſimplicibus ſ. compoſita, vt ſunt animalia,& plantæ, ac ĩ vnoquoq; horum generũ ſcientiæ res quædam priores,& nonnullę poſteriores,quarum triplex genus eſt, ſ. magnitudinum qualitatum alterabilium,

G bilium,& motus.Posuit autē habēs magnitudinem ,per se genus seorsum a corporibus,eo ꝙ habens magnitudinem se lati⁹ diffundit q̄ corpus:quia magnitudinem habētium aliud quidem locus est, aliud linea, aliud superficies,& aliud corpus.

SVMMA SECVNDA

2 CVmq; huius scientię supposita enūtiauerit, mox naturalis corporis definitionē assumpsit. Qm̄ vero vti corporis genus ipsum continuum est, eò ꝙ & tempus, & lineā, & superficiem complectitur,iccirco
H in corporis definitionem enodandam continui definitionem p̄ponēdam censuit:quippe, si ostēsum nō fuerit omne continuum esse diuisibile, vtiq; patefieri non posset omne corpus esse diuisibile. Huius igit̄ primum,& exinde corporis definitionem assignat,Continuū,inquiēs diuisibile est in semper diuisibilia. quod pro cōstanti accipi voluit, qa haud immemor fuit ostēsum id ēt in lib.priori. Dixit:Corpus autē ad oēm dimensionem diuisibile est.& per ly omnem,dimensiones tres , s.
I longitudinem,latitudinem,profunditatemq; intellexit.ex habentibus enim magnitudinem vnius dimensionis linea est,duarum autem,superficies,trium vero corpus. qm̄ ergo inuenta non est quarta dimensio , loco trium dimensionum omnem dimensionem protulit, quia & tres sunt omnes magnitudines, & ī tria partiuntur, quapropter nomen totum,omne, & perfectum presertim huic numero accommodari cōsueuit.Dixit:Iamq; attestatur hoc Pythagorica secta , quæ tribus omnia contineri,tribusq; definiri asseruit, quia totum, & oē principium hñt, K
medium,& finem, & hoc primū cō sequitur trinarium, videlicet ꝙ trinarius prius est numerorum, quib⁹ inest principium,medium, & finis. Dixit: Et , ex eo, ꝙ trinitatis forma inest rebus per naturam,nobis insti tutum fuit magnificare Deum glorioſum numero trino:quam quidē dem statuimus legem , opera insequendo naturæ.Indicat insuper totum,& omne significare non min⁹ numero tribus hoc,ꝙ de duob⁹ dicere mos est ambo,oīa autē nequaquam,de tribus vero omnia,&totū proferimus.cum igitur de trinario L
totū dicatur,& omne, amboq; hæc noīa enuntiari soleant de perfecto, consequens est trinarium numerū esse perfectum. Ex hoc demū reuin 3
citur oē, & perfectum eandem fm formam dispositionem ostendere, diuersam autem ex parte materiæ, qñ,vtpote huius subiectum est quātitas discreta,aptius tunc dr̄ omne,si vero continua quantitas id fuerit, quadrabit magis totum,cumq; subiectū,forma,qualitasue,ac reliqua p̄dicamentorum extiterit , magis accommodabitur nomen perfectum.
Cum igit̄ sciuerimus solum corpus M
partiri in dimēsiones tres , aliorum vero magnitudinem habentiū hæc quidem in vnā,illa in duas, quòdq; solum corporis definitio trinarium numerum expostulat, concludim⁹ oībus magnitudinibus perfectius esse corpus,eo ꝙ in definitiua illarum ratione,non exprimitur trinarius, qui numerus est perfectus . linea ergo,& superficies,quia diminutus in earum definitione numer⁹ assumitur , iure merito & ipsæ diminutæ magnitudines iudicātur. Qm̄ vero 4

A à corporis definitione huiuscemodi explanatio vim habuit , & hæc ipsa, videlicet corporis definitio,nō constat de corpe, nisi prius cōpertū fuerit oē continuum esse diuisibile, plures siquidē sunt hominū, qui magnitudines,& corpa indiuisibilia esse cōtendunt.& licet hoc in prehabito volumine vberiori sermone innotuerit,nihilomin⁹, quia id in p̄sente nostra indagine min⁹ cōstat,ideo aliun de ex dispositione,s.quę ipsis magnitudinibus liquido inesse conspicit, hoc rursus demonstrādum censuit. Dixit igitur euidens esse corpus ip-
B sum ad aliud gen⁹ habentiū magnitudinem transferri nō posse,quemadmodū per vnius dimensionis additionem transit in superficiem linea,& superficies in corpus.Cùm ergo illi, quod transferri non potest, nulla queat fieri additio: & cui nihil addi potest,perfectū extat, sicuti ecōuerso quod patitur trāsferri, patitur & additionem, quodq; additionem suscipit , diminutum esse oporteat: consequens est,alijs magnitudinem habentibus perfectius esse corpus,lineam autem,& superficiem diminutas esse necesse est.

C SVMMA TERTIA.

VMq; manifestū sit perfectum ex magnitudinē habentibus esse corpus, modo biformē ipsi vniuerso perfectionē competere monstrat, vnam,quia corpus,aliam,quia omnes sui partes cōtinet,& nihil cōtinet ipsum', quæ quidem firma ipsius totius cōditio est. Mundus itaq; pfectus est,tum quia nullius rei pars est, tum quia corpus. partes autem mundi perfectæ sunt, quia corpora, diminutæ, quia partes : totū siquidē

vti forma perfectio partis est: &,siue D
finitum fuerit totum , siue infinitū, nil interest ad hoc, vt ei hæc insit dispositio , idest opportunum non est ipsum totum, ad hoc vt hāc habeat dispositionem , finitum esse, vel infinitum.nos autem de hoc scrutabimur posterius. Hęc demum summa est eorum,quibus Arist.suum hunc librum aperuit.

SVMMA QVARTA.

DE simplicib⁹ exinde mū 5
di partibus suam inquisitionem statuit,& primū de nobiliori, cœlesti scilicet corpe,quod circulari latione mo E
ueri cernitur. Eius vero præsens intentio est ostendere sphęricum dari corpus, simplexq; , & natura diuersum à natura simplicium corporū, quæ mouentur in rectum . In huius igitur explanationem ipse quasdam propositiones posuit. Prima, omni corpori naturali proprius per se motus ineſt fm locum. est autem essentialis naturali corpori conditio motus, eò ꝙ naturale corpus , naturale quidē est per ipsam, quæ ei ineſt,naturam, ac naturæ definitio iam fuit principiū motus, quocirca de essentialibus, proprijsq; corporis dispo- F
sitionibus naturalis motus asseritur.
Secunda propositio. oīs motus fm locū vel rectus est, vel circularis,' vel compositus ex vtrisq; . cùmq; hoc admissum fuerit, censeri oportebit duplicem duntaxat dari motum , rectum scilicet,& circulare. cuius vtiq; causa est, quia simplicia corpa sunt duo , videlicet rectum , & circulare. quod enim species sunt dimēsionū, tot & mot⁹ species esse oportet. cùm igit̄ circularis , qui naturalis est,motus sit circa medium, rectus vero na-

G turalis ſurſum ſit, aut deorſum, eum dico, qui à medio, quiq; ad mediũ:
6 Cùmq; exploratũ ſit ſimplices motus eſſe hos, quos enumerauimus: cõcludendũ erit ſimplices, naturalesq; motus eſſe tres, ſ. circularẽ, à medio, ad medium. quod vtiq; cõſentaneũ eſt dicto noſtro priori, ſ. tribus dimenſionibus conſtare corpus, vnde & tres corpis motus dari neceſſe eſt.
7 Perſpecto igitur ſimplicium naturalium corporum tot ſimplices eſſe motus, non laborioſum erit ex hoc quot ſimplicia naturalia corpa ſint conuincere. conuenit enim tot ſimH plicia eſſe corpora, quot & ſimplices motus. quia, cùm oẽ corpus ſimplex, aut ex ſimplici compoſitũ eſſe oporteat (ſimplex appello, cui ineſt principiũ naturalis motus in loco, vt terra, & aqua, non principium motus voluntarij, quale eſt animantium) fieriq; nõ poſſit quin motus oĩs ſimplex ſit, aut compoſitus, neceſſarium eſt ſimplici corpori ſimplicẽ adaptari motum. alioquin vnius corporis plura principia fateri oportebit, eſſetq; ipſum ſimplex cõpoſitũ. quod falſum eſt, & impoſſibile. Compoſito vero corpori cõpoſitus inſit moI tus oportet. Cuius ſcilicet compoſiti corporis, ſi exacta mixtio, complexioq; fuerit, erit eius motus ſm ſimplex corpus, quod in ipſo compoſito exuberat. ſi vero ſola iuxta poſitione, vicinitateq; huius cõpoſitio extiterit, inflexus ei erit motꝰ, qualis eſt motus turbinum. Cùm ergo ita ſeſe res habuerit, neceſſe erit ſimplicem motum corporis eſſe ſimplicis, & cõpoſiti corporis motũ eſſe ſimplicẽ, iuxta ſimplex corpus, quod in ipſo cõpoſito dominãdi vim obtinuerit.
8 Cùmq; oſtenſum ſit quot ſimplices, naturalesq; ſint motꝰ, & cui ſimplici motui corpus debetur ſimplex, concludit neceſſarium eſſe ſimplici circulari motui circulare adaptari corpꝰ, diuerſum in ſua natura. at natura corporũ mobilium in rectum, præpoſuit enim hæc, iã iã expoſita veluti antecedẽs, videlicet ſimplicem dari motum, & ſimplicẽ motum circularẽ, opportunumq; eſſe vt cuiq; ſimplici motui aſcriptũ ſit corpus vnũ ſimplex, eo ipſo motu mobile: ex quibus inferẽ ſimplex, & circulare hic eẽ corpus, quod hoc circulari motu circumferri neceſſe eſt: cùm ergo verũ ſit ipſum antecedẽs, L verum ſit oportet quod ſequitur.

Nec e contra nitendũ eſt, dicendo nil aliud ex circularis motus inuentione haberi, niſi dari corpus circulariter motũ, nõ aũt dari corpꝰ ſphæricũ, vtpote ignis, & aer, quæ circulo moueri cernimus. motꝰ enim circularis iuxta naturę ordinem, non niſi ſphærico corpori ineſſe potuit, accidentaliter aũt ſecũdum ue rerũ euentum, nil prohibet hunc corpori non ſphęrico, vt igni, aeriq; competere. at de circulari, quæ ſm naturã, latione non ſimplr rõ noſtra loquitur. quapropter ſolide cõuinciẽs, quod M hoc circunuoluitur motu, circulare, ſphęricũq; eſſe neceſſe ſit, non autẽ aliquod eorũ, quę ſuapte nã mouentur in rectum. Hæc vna eſt demonſtrationũ, quibus Ariſt. oſtendit dari corpus circulari motu mobile ſm naturã. Demonſtratio Secũda. Cũ 10 poſuerimus hunc motũ naturalem 11 eſſe corpori, cui is ipſe motus ineſt, fieri nõ poterit quin huius motꝰ mobile ſit vnũ ex ſimplicibus corporibꝰ quatuor mobilibus in rectũ, aut corpus aliquod quintũ: ſed impoſſibile eſt

A eſt huius motus mobile eſſe vnum quatuor mobiliũ motu recto: relinquit idipſum quintũ corpꝰ exiſtere.
Quòd aũt huius motus mobile ſm naturam nequeat eſſe vnum ex corporibus quatuor, geminæ ꝓpõnes declarãt. quarũ Prima eſt. motus naturalis cõtrarius eſt motui extra naturam. Secunda. vnũ cõtrarium eſt vni, nec fieri poteſt vnius contrariũ eſſe plus vno. & hanc accipit ꝓpõnẽ huius ſcientiæ artifex à Philoſopho primo. cùmq; huiuſcemodi propoſitiones veræ fuerint, & cõtendere voB luerimus ipſum, quod natura moue tur in circulum, aerẽ eſſe, aut ignẽ, vel id genus elementorum mobiliũ motu recto, conſequens eſſet, vnius motus contrarium eſſe plus vno: qa cuiq; iſtorum corporũ quatuor, ineſt motus naturalis, & extra naturã, præter motum circularem, quemad modum ignis, cui eſt motus ſurſum per naturam, & motus deorſum extra naturam, & qui cõtrarius eſt motui ſurſum. Si igitur motus circularis eſſet igni per naturam, eſſet vtiq; ei motus ſurſum, & motus deorſum extra naturam: qui aũt extra naturam eſt contrarius eſt naturali: contC trarij igitur erũt duo motus motui vni. at dictũ eſt vnius contrariũ dũtaxat etiam vnum. & hoc falſum eſt, & impoſſe. Rurſus, ſi circularis motus naturalis eſſet vni elementorum quatuor, eſſent vni corpori duo motus ſm naturã. & hoc quoq; impoſſibile. ſi igitur motus iſte accidentalis eſt cuiq; horum quatuor, erit is proculdubio naturalis corpori quinto.
Non eſt aũt contra nitendum, & dicere hoc corpꝰ mobile circa mediũ, tam & ſi quintam habeat naturam, nihilominus circularem hunc motum ſortiri ꝓ accidens: quia fieri nõ D poſſet, quin huic corpori vnus, ſimplexq; daretur motus ſm naturam. Cùm vero hic aliud non extet motus, niſi ad medium, vel à medio, ſi vnũ iſtorũ naturalem huic dixeris, eſſet idipſum mobile vnũ ex corporibꝰ quatuor, quintũ vero minime. Cùm ergo quintã huic corpori naturã deuicerimꝰ, fateri oportebit ei circularẽ hanc lationẽ ſuapte natura cõpetere. Cùmq; econuerſim hunc motum nã accommodatum admiſcerimus, eius vtiq; naturã quintam dicere neceſſe erit. Demonſtratio 12
B Tertia. Circularis motꝰ natura prior 13 eſt motu recto, eò ꝙ circularis latio E ꝓfectior eſt, quia nulla ei competit additio, neq; diminutio, rectus autẽ motus perfectus non eſt, quia additionem, diminutionemq; patitur. Cauſa aũt, qua motus circularis ꝓfectior aſſeritꝰ, eſt ꝙ circulus perfectus eſt, quia in ſeſe finitus eſt, nullã additionẽ, diminutionẽq; ſuſcipiens. Et cauſa, qua imperfectus dicitur rectus, eſt ꝙ diminuta eſt ipſa linea recta. etenim, ſi infinita hęc fuerit, eam tunc diminutam eſſe nemo ignorabit: ſiquidem ſolum illud perfectum eſt, quod terminum ſortitur, finẽq;. F ſi vero finem habuerit, nihilominꝰ diminuta cenſenda erit, eò quòd finem non niſi ab alio eam circũambiente poſſidebit: vnde neceſſe ẽ vt rectæ lineæ finis attingat circulũ. Cùm igitur compertum ſit circularem lationem priorem eſſe motu recto, conuincitur huius motus mobile corpus eſſe prius ipſo corpore ſimplici mobili motu recto. quod autẽ prius ẽ ſimplici ſimplex ſit oportet. quòd ſi & aliquod compoſitorũ corporum moueretur in circulum, id

G vtiq; moueretᵉ iuxta corporis naturam, quod ī ipso cōpositō exuberan
14 tiæ proportionē obtinuit. Demonstratio Quarta. Omnis motᵒ, aut accidentalis, aut naturalis sit necesse ē, & quiq; vni corporū accidētalis fuerit, alio quidē naturalis erit. Et hæc ipsa ꝓpō inductione ostēditur. motus nanq; sursum, si violentus, accidentalisq; est terræ, is vtiq; naturalis erit igni, & si motᵒ deorsum accidentalis est igni, idē naturalis erit terræ. Duabus his ꝓpōnibus constantibus dicendū, cùm circularis latio, vt constat, accidentalis sit his corporibᵒ mo
H bilibus motu recto, consequens est hūc necessario alii corpori adaptari
15 sm naturā. Demōstratio Quinta. Is enim circularis, qui circa mediū est, motus fieri non potest, quin aut naturalis sit huic corpori, aut accidē talis: sed falsum est hunc isti aduentitium existere, eò ꝙ qui aduētitius est motus in infinitum, & continuo circūuolui nō potest: sensus quippe diiudicat omnia, quæ ex accidente, euentuq; proueniunt corruptionē pati, atq; interitum: ex prioribus autem constat hunc motum continuū existere. Si itaq; huiusmodi motus non est huic corpori ex accide-
I nte, ipsum vtiq; sm naturam ei inesse necesse est. &, si is motus naturalis extat, ei proprium naturale corpus adaptari oportet: quēadmodū & cuiq; aliorum naturalium motuum peculiare quodam distributum est corpus, veluti motui sursum ignis, motui deorsum terra. Si igit̄ idipsum, quod circa medium voluitur, corpus, vt quidam opinātur, esset ignis, esset quidem hic motus ei aduentitius, eò ꝙ naturalis igni motus à medio est. qui, si ei aduentitius fuerit, is vtiq; tam longo tpis cursu periisset, K euanuisseteq;. Ex his ergo demon- 16
strationibus, Aristoteles docuit vnū dari corpus præter hæc corpora propinqua terræ, quod hæc ipsa circūambit, cuius his longe præstantior, dignioreq; natura est. Consentaneū deniq; est, tantū huius corporis naturam horum corporum conditionem excellere, quantum eius est ab his distantia loco, & vbi.

SVMMA QVINTA.

DIxit, His syllogismis, de- 17
monstrationibusq; apparet huiuscemodi primum, circulariq; motu L
mobile corpᵒ nō esse graue, nec leue. Cùm ly non graue, & non leue profero, nō de simplī priuatione intentio est, sed affirmationis vim sermo intendit, non vt lapidē dicimus, nec tacitū esse, nec loquentē, quēadmodum Perihermenias liber explanat. Hæc aūt positio perspicua efficietur, qñ ostensum erit quid graue ipsum importet, & quid leue: quod quidē Arist. hoc loco cōcessum assumpsit, pollicitus super hoc in quarta huius voluminis dictione demōstrationē contexere. Sumamus igitur Graue esse, quod descendit ad medium, & M
Leue, quod ascendit à medio. sitq; graue, & leue bipartitum, videlicet simpliciter, & sm relationem. Simpliciter Graue appello, quod profundatur sub omnibus mobilibus deorsum, simpliciter vero Leue, quod supereminet omnibus, quæ mouētur sursum. Graue autem, & Leue sm relationem est duplex, quibus & grauitas inest, & leuitas, sed duorum locorum intuitu, sicut aer, & aqua, quorum vtrumuis leue est respectu inferioris, graue respectu superioris.

Cùmq;

18 Cùmq; positum sit hoc esse de na- D
A tura grauis, & leuis: ostensum sit circulare corpus nō esse mobile ad medium, neq; à medio, non motu naturali, neq; ex accidente: manifestum est ipsum cœleste corpus nō esse graue, nec leue. Id aūt moueri nō posse à medio, neq; ad medium motu naturali ex iam habitis constat, s. quia, si altero istorum motuum moueretur, esset vnum ex corporibus quatuor, & non inesset ei circularis latio per naturam. Sed ꝙ nec secundum accidens idipsum vno horum motuum moueri queat, hac serie ostenB ditur. Si enim sm accidens moueretᵉ ad medium, ascriberetur ei motus à medio suapte natura, quapropter & aeris natura, aut ignis. Si vero sm accidens moueretᵉ à medio, esset vtiq; ei motus ad medium per naturam: quocirca eius esset natura aquæ, aut terræ, nec circularis ei iesset latio natura. alioquin fateri cogeremur ipsi geminos adaptari motus sm naturam: & consequens erit vnius motᵒ, eius scilicet, quem huic præter naturam inesse existimas, duos motus dari contrarios. nos autem accepimus vnius contrarium esse vnum. posuimus insuper quotiens vnius rei duo
C habentur motus, quorū vnus ei inest natura, tunc aduentitium, præterq; naturā alterum inesse oportet, qui scilicet aduentitius motus contrarius est ei, qui sm naturam. Præterea in sequentibus explanabitur nec circularem lationem, nec ipsum circulare corpus habere contrarium.
19 Demonstratio Secunda. Ex per se manifestis est locum partis in motu recto locum esse totius. siquidem locus, in quē fertur vna terræ glebula, in eundem omnes terræ partes moD uentur, & quò vna ignis portiūcula tendit, illuc & tota ignis massa profi ciscitur. quod vtiq; & cōuersim enū tiari licet, scilicet quò totum ipsum vergit, eò & partes. si igitur eiuscemodi corpus graue esset, aut leue, essent quidem eius partes mobiles sursum, aut deorsum. quod vtiq;, ei si esset, sensus ipse infinito iam tpis volumine diiudicasset. Ex hoc itaq; sermone patefactum ē nec graue esse, nec leue hoc circulare corpus.

SVMMA SEXTA.

ROstq̄ supra hęc ipsa eno 20
dauerit, modo ostendit eximiū hoc corpus nec E
generabile esse, nec corruptibile, nec incrementi, decrementiq; susceptiuum, nec alterationem, nec passionē, nec deniq; aliquā qualitatum, quæ passibilem alterationē consequit̄, vt est sanitas, egritudo, iuuentus, & senectᵒ, id pati demōstrat. Ad quod duas propōnes assumpsit. Prima. omne generabile, & corrupti le ex contrario fit, & in contrarium corrūpitur, quibus scilicet cōtrarijs aliquid cōe subiectum substernitur: Secūda propositio est, circulare corpus non habet sui motus contrariū: quibus concluditur circulare corpᵒ F
nec generabile eē, neq; corruptibile. Prima propositio p se, & inductione manifesta est. Secunda vero, s. circulare corpus non habere cōtrarium, rursus geminis propositionibus innotescit. Prima est contrariorū corporum, simpliciumq; contrarios eē motus necesse est: attribuitur enim corporibus contrarietas merito ipsorum formæ, quę, cùm principium sit motus, contrariorum contrarios esse motus oportet: Secunda propositio est, circularis corpis motui non

G eſt contrarietas: ex quo vincitur circulari corpori non dari contrariũ. Contrariorum aũt corporum motus cõtrarios eſſe oportere ex ſeſe cõpertum eſt. ꝙ vero nil ſit circularis motus cõtrariũ in poſtrema huius dictionis parte exponitur. Dixit, q̃ ſcite, operoſeq; ipſa diuina natura egit, vt, cùm hoc corpus ingenitum, incorruptibileq; eſſe molita fuerit, idipſum à cõtrarijs immune affecerit, eò ꝙ ꝑcipua generationis, corruptionisq; cauſa contraria exiſtunt.

21 Monſtrat eodem argumento idipſum nec incrementũ, neq; decremẽ-

H tum ſuſcipere. ſit enim incrementũ ꝑ ſimile ſuperueniens alimentũ, videlicet qñ alimẽtum in propinquã rei nutritæ, augmentabilisq; materiam diſſoluit, & exinde in partem augmentalis, nutritæq; ſubſtantiæ transformat. cui exemplũ eſt panis, qui quidẽ præſtat alimentum, qñ in ſanguinis formã, demum & animalis partem conuertitur. augmẽtum igitur rei augmẽtatæ generatio eſt, earumdẽq; corruptio diminutio ẽ. Quia igitur abſoluta rõne concludi tur huic corpori nec generationẽ, nec corruptionem contingere, con-

I ſequens erit idipſum nec augmenti, nec decrementi ſuſceptiuũ exiſtere. Sic vtiq; nec alterationẽ, quam cõmittatur paſſio ſubire poterit, eò ꝙ oẽ, quod talem alterationem patit, generationem: corruptionemq; ſuſcipiat neceſſe eſt, quia huius alterationis conditio eſt inuentio contrarij, & ſuppoſiti. Pari rõne auferũtur ab hoc corpore quæcunq; aliæ qualitates, quibus cõiungitur paſſio, veluti ſanitas, languor, iuuentus, atq; ſenectus. Tu aũt aduerte ꝙ, qñ hic paſſibilem alterationẽ proferimus, de ea, quæ in ſenſibilibus qualitatibus K euenit, ſermo eſt, ꝑſertim in qualitatibus quatuor, caliditate, ſ. frigiditate, humiditate, & ſiccitate, quæ generationis, corruptionisq; cauſæ ſunt, aliarum vero qualitatũ, quarũ eſſe paſſionẽ non expoſtulat, inuentionẽ huic corpori nil prohibet, vt figura, ſplendor, diaphaneitas, & id genus.

Dixit Qui igit has ꝓpõnes ratio- 22
nesq; accepit, & ſedulo eas cõſyderauit, liquido intelliget præclaro huic corpori harũ qualitatum nullã peni tus contingere poſſe. Dixit Cùmq; perſpicuũ fuerit huius nullum dari ſubiectũ, neq; contrariũ, conuincet L id ſimplex eſſe, nõ compactũ ex materia, & forma, ſed veluti ad formas abſtractas materia in actu, magisq; ſimile materiæ, q̃ formæ, licet neutri horum ſimilitudinẽ obtineat. adumbrat enim materiæ, tum quia ſenſibile, tum quia potentiam habet ad vbi, tum quia eſt corpus: aſſimilatur autem formæ, ex eo, ꝙ exiſtentiam poſſidet actu, eiusq; ſubſtantia nõ in potentia eſt. Dixit Et viſus, & ipſe prætexit demonſtrationes, quæ ſibi mutuo fidem præſtant, ſiquidẽ nullam prorſus in his alterationem ſenſus perpẽdit. Dixit Iamq; huius ve M ritatis ſufficientiam indicat hoc, ꝙ priſci oẽs, qui Deum, Angelosq; admittunt, ſpiritualiũ, immortaliũq; Angelorũ ſedem cœleſte corpus ſtatuunt. conſentaneum quippe eſt immortalium numinum habitaculũ eſſe immortale. Hoc præterea corp⁹ generationis, corruptionisq;, omnino & alterationis authorẽ enuntiãt, ac dignum vtiq; eſt ipſum alteratio nis authorem prorſus inalterabilẽ conſiſtere. Dixit Et fidem facit, inalterabile, impaſſibileq; eſſe huiuſce

modi

A modi corpus, hoc, ꝙ per oĩa tranſacti tpis ſecula eadem ſe habuit conditione, qua & nũc ſe habere cernit, nec quiſpiã ab oĩ æuo de huius mutatione, nec ĩ toto, nec in aliqua partium enũtiauerit. ſi igit ad mutationem procliue hoc corpus fuerit, abſonũ profecto eſſet tãto annorũ numero, quo huius cõtingentia accepimus in ipſo nil alteritatis ſpectum fuiſſe. Dixit Noſtræ præterea opinioni teſtimoniũ perhibet priorũ, ſ. Chaldæoꝝ, qui primi, plurimũq; flo rebãt, ſapiẽtia, à qb⁹ hęc ipſa exinde euanuit credulitas, qua hoc ipſum

B corp⁹ ſtatuerũt eſſe aliquid ꝑter terram, ignẽ, aquã, & aerẽ, ſempiternũ, motuq; velociſſimũ: vnde idipſum æther appellari libuit, non aũt quia ignẽ, vt Pithagoras exiſtimat, hæc di

23 ctio enuntiet. Dixit, Simplicia vero corpora numero eſſe quinq; oſtẽdit id, qd̃ prius aſſumpſimus, videlicet ſimpliciũ corpoꝝ numeꝝ comitari numerũ motuum ſimpliciũ, ſimplicesq; motus dũtaxat eſſe duos, ſ. rectum, & circularẽ, ipſumq; rectum partiri in cõtrarios motus quatuor. Quòd aũt non excedant numerum quinariũ apparet ex eo, ꝙ circularis


C latio nõ ſcindit in motus cõtrarios, ſicut ſcinduntur motus recti: nec ad ſunt ſphęrica corpora, ſicut cõtraria

24 exiſtũt corpora recta. At circulari motui, vt paulo ante accepimus, nõ dari contrariũ Ariſto. hac ſerie demonſtrat. Si circulari lationi admittendũ dixeris contrariũ, illud vtiq; potius ſtatuendũ eſſet ꝑ contrarietatem motus recti ad ipſum, quã motus alterius. ſi igit circularis mot⁹ nõ eſt contrarius motui recto, non erit prorſus circulari motui contrariũ. etenim, ſi cui magis cõgruit dari cõ-

trariũ, non datur, ſanè & id, cui minus cõpetit, hoc nullũ habeat cõtrariũ oportet. Quòd aũt dignius exi 25
ſtimat motui circulari contrariari motũ rectũ, apparet ex hoc, ꝙ circularis latio vtrinq; ex duabus partib⁹, quibus ipſe circularis mot⁹ conficit, aduerſat motui recto. nã quẽadmodum contrariũ eſt circulus recto ex cõcauo, & conuexo, ſic & circularis latio, ex gibboſitatis, concauitatisq; motu cõſtans, vtrinq; contraria eſt motui recto. Cũ ergo circularis motus cõtrarius ſit motui recto duob⁹ his motibus, qui quidẽ, conuexus, ſ. concauusq; motus, & mutuo aduer E ſanẽ, dignior vtiq; ex motibus, qui exiſtimandi ſunt circularis lationis cõtrarij, erit motus rectus. magis deniq; cõuenit circulari contrariũ ſtatuere rectũ, q̃ circulum circulo. circulari aũt motui non contrariũ eſſe rectũ perſpicuũ eſt ex eo, ꝙ mot⁹ rectus cõtrarius eſt motui recto. ſi igitur rectus motus contrarius eſſet circulari, daret vtiq; vni contrariũ plus vno. Accedit ad hoc ꝙ motus in re 26
ctum aduerſatur quidem motui recto ꝓp cõtrarietatem loci, ad quem fit motus. nos aũt nullam prorſus inter rectum, circularemq; locum con F trarietatem perpendimus. ſolũ nãq; per terminũ à quo, & ad quẽ motus contrarietas iudicanda eſt, circularis aũt motus, cùm idẽ ſit à quo terminus, & ad quẽ, nulla contrarietas ei aſcribi poterit. Et qui exiſtimat, 27
inquit Ariſt. inter terminũ ad quẽ, & à quo circularis lationis contrarietatem exiſtere, quẽadmodũ in motu recto, is rectã intentionẽ detorquet. Verbi cauſa qui imaginatus fuerit, qñ duo mobilia ferri ponuntur ſup arcum A B, vnum ab extremo A ad

MM iiij extremũ

G extremum B, alterũ ab ipſo B ad extremum A, ꝙ horum duorum mobilium motus ab A in B, ſuper arcũ A B, contrarietatem obtinet ad motum ab ipſo B in A, ſicuti contrarij ſunt eiuſcemodi motus conſtituti ſuper lineam rectam, qui inquam ſic imaginatus fuerit, longius quidem à veritatis tramite deuiꝰ aberrabit, eò ꝙ motus de A in B nõ eſt inter duo maxime diſtantia, ſed eſt motus ad arcum, ac infiniti arcus inter punctũ A, & punctum B ſignari poſſunt. dictum aũt eſt contraria eſſe ea, inter quæ diſtantia eſt in fine, i. ꝙ nulla in
H ter ipſa maior diſtantia ſumi poteſt. quacunq; enim diſtantia cadente inter duo puncta ſecundum circulum danda eſt maior. quod cum ita ſit, motus de A in B contrarius quidem eſt motui de B in A, quãdo ſuper rectam lineam fuerit.




28 Si autẽ quis dixerit ꝙ qñ deſignatus arcus A B eſt dimidium circuli,
I fieri non poteſt vt inter puncta A B cadat aliud dimidium circuli, præter ipſum dimidium circuli A B, & erit diſtantia inter A B, dũtaxat una, qua nulla diſtãtia ibi dari poterit maior, ſm quod ipſa diſtãtia ſit dimidium circuli. Huic dicendum ꝙ non admittitur inter dimidiũ circuli, & arcus cadentes inter extrema diametri proportio: quia non eſt applicabilis pars dimidij circuli parti ipſorũ arcuum, nec ęquabilis eſt pars parti: fit enim proportio inter cõiungibilia æqualia. & ideo videtur rectum accipi in definitione cõtrariorum, quia K
recta linea eſt, qua maior diſtantia menſurari ſoleꝛ: id autẽ, quo ſit menſuratio, eius ſpeciei eſſe debet, cuius ẽ id, quod menſuratur: diſtantia igiꝛ, quæ inter duo cõtraria eſt maxima, recta eſt neceſſario. Ratio autẽ, qua aliquorum diſtantiã menſuret ſola linea recta, eſt ꝙ ipſa inter omnes applicabiles lineas contingentes inter duo pũcta eſt breuiſſima: huic ideo præſertim menſurãdi ratio aſcripta eſt: quodq; ĩter omnes lineas ſit hęc breuiſſima. Cùm hæc ita ſint, conſequens eſt ꝙ contrarietas exiſtens inter motum ab A, & motum à B, ſi ad L
miſſum fuerit illic dari cõtrarium, ſit quidem ſm ꝙ huiuſcemodi motus fiunt ſuper lineam rectam.



Præterea, ſi cenſuerimus motum 30
ſuper ſemicirculum ab A in B aduerſari motui à B in A, hoc excogitari non poſſet, niſi quatenus non compleant totũ circulum, ſed prout mo M
ueantur per ſemicirculum tantum: in circulo enim non aſſignatur punctus, qui per naturam ſit principiũ, aut finis. per circulum intendo id, qđ ambit circũ quaq;. hoc ſtante, idem erit his principium, aut finis ſecundum naturam: nos autem iam ſtatuimus cõtrarios eos eſſe motus, qui à contrarijs principijs in contraria principia feruntur, videlicet à punctis contrarijs in puncta contraria, vti motus ſurſum in deorſum, à dextris in ſiniſtram.

Rurſus,

A




31 Rurſus, ſi cõtraria eſſet circularis la-
32 tio lationi circulari, eſſet, inqt Ariſt, alterius cõtrariorum inuentio va-
B na. arbitraꝛ. n. ipſe ex hac poſitione cõcludendũ aut prorſus nõ dari motũ circulaꝛẽ, aut alterũ contrariorũ eſſe in vanum. Quo aũt ratiocinio hoc ſequaꝛ ſtatim aperiã. Cùm. n. circularis latio vna ſit ſpecie, oporteꝛ ponenꝛẽ circularem motũ contrariũ motui circulari cenſere, hanc ipſam cõtrarietatem exiſtere in ſpecie vna: & qui cõtrarietatẽ in aliqua vna ſpecierũ admiſerit, hanc nõ niſi in partibus alicuius indiuidui illius ſpeciei effingere poterit: hoc autem falſum eſt, & impoſſibile: duo ſiquidem cõtraria ſunt, quorum per ſe
C diſtãtia eſt maxima, ꝙ vtiq; in vniꝰ ſpeciei indiuiduis teneri nõ poteſt, ſ. ꝙ cõtrariũ ſit indiuiduũ indiuiduo ſm ſe totũ: qua ꝓpter relĩq ſ ꝙ ĩ ipſo ĩdiuiduo ſint ꝓtes cõtrariæ. Si igitur ponas circulaꝛẽ motũ cõtrariũ circulari, erũt in hoc ĩdiuiduo motu ꝓtes cõtrarię. q̃, ſi æq̃les extiterint, nõ poſſent ĩde ꝓdiremotꝰ oĩno. ꝙ ſi altera ꝓtiũ ꝓdominiũ obtĩuerit, eẽt alteriꝰ inuentio fruſtra. Nec ex eo, ꝙ cœleſtes motus variant in partibus, i. ꝙ aliq ab oriente vergunt in occidẽs, alij ecõuerſo, arbitrãdi ſunt huiuſce modi motus cõtrarij. non. n. quæ- D
cunq;, ſed maxima diuerſitas cõtrarietatẽ efficere valeꝛ: quæ q dem maxima ſcilicet diuerſitas, ſi hic affuerit, non eſſet circularis latio ſpecie vna. quemadmodũ, ſi Arabs omnimoda diuerſitate diuerſus fuerit à Romano, nõ eſſet hõ vnius ſpeciei. diuerſitas itaq;, quæ ſm hanc diſpoſitionẽ ineſt motui circulari, nõ ponit contrarietatem in ipſo. alioquin nõ eſſet circularis motꝰ vnus in ſpecie, ſicut nec Romanorũ, & Arabũ diuerſitas non eſt talis, vt contrarietatis rationẽ ſubeat. ſimpliciter. n. cõ
trariorũ conditio eſt, vt non conti- E
neantur ſpecie vna. Quòd ſi cenſuerimus motus circulares ſm partes diuerſas eſſe multiplices in ſpecie, non reuinceꝛeꝛ ex hoc, eos ſibi vẽdicare rationem ſimpliciꝛ contrariorum, opportunũ quippe nõ eſt, vt omne ſpecie diuerſũ cõtrariũ ſit ſimpliciꝛ, quẽ admodum ſequitur cõtraria eſſe diuerſa in ſpẽ. Ex hoc itaq; oſtenſum eſt, motus circulares nõ eſſe contrarios: quapropter ipſum circulare corpus vnum eſt à gñatione, corruptioneq; prorſus incolume. Iãq; vi circulari corpori nõ eſſe cõtrarium ex hoc, ꝙ cõtrarietatis cauſa eſt ſurſum, & deorſum: & ipſius ſurſum, & F
deorſum cauſa eſt corpus circulare: vnde ipſum circulare corpus contrarietatis cauſa eſt. ei igitur nulla contrarietas ineſt. & hæc eſt vera demõſtratio, licet eam Ariſto. reticuerit.

SVMMA SEPTIMA.

IS enodatis mox accidit 33
ad inquiſitionẽ de mundo, an ſcilicet finitus, an infinitus. ſi finitꝰ, an vnꝰ aut plures. inquiſitionisq; principiũ ſumit in perquirẽdo vtrũ inueniri queat

G queat corpus infinitũ ſimpl'r necne. Prius aũt cõmemorat magnitudi-
nẽ, præſtantiamq; cognoſcẽdi, & in ueniendi veritatẽ in huius gñis ſcru-
tinijs, quæ veluti multarũ rerũ prin-
cipia ponunt'. Dixitq; horũ cogni-
tionẽ cauſam eſſe, qua plurima per-
quirẽda innoteſcunt, q̃madmodũ
horũ ignorãtia, & error in multis er-
rorẽ, cõfuſionẽq; miniſtrat, ſicut er
ror opinantis dari partẽ indiuiſibi-
lẽ: q quidẽ ipſum cenſorẽ perducit,
vt in pluribus ſenſibilium magnam
Mathematicæ doctrinę partem ob-
ruat. ideo qui hoc q̃ſitum euentila-
H re proponit, rẽ ſanè nõ parui pendẽ
dã p̃ſumit. hinc. n. nunq̃; defuerunt
varia circa hãc inquiſitionẽ horũm
diſcrimina, nec defutura ſunt vſq;
in finem ſeculorũ. cuius quidem ra
tio eſt, q̃ principia in potentia ſunt
oĩa ea, quorum hæc ipſa principia
exiſtunt. & Ariſto. huic in huiuſce-
modi rebus cõtingenti errori affimi
lat errorẽ, qui ĩ alicuius itineris prin
cipio committitur. talis ſiquidem er
ror hominẽ quaſi in immẽdabilem
fallaciam detorquet. quo enim lon-
gius à viæ exordio proficiſcit', eo ma
gis inualeſcit error, adeo, vt in ptem
I vergat prorſus cõtrariam parti, quã
applicare voluit. Idem pariter error, q
in rebus, quæ multarũ rerum princi
pia ſunt, emergit. nam eatenus de-
terior efficitur, quatenus amplioris
potentiæ fuerit principium, circa q̃
ipſa fallacia committit'. Talis eſt di-
ſpoſitio in hac duplici de mundo in
dagine, ſcilicet an finitus, aut infini-
tus, &, ſi finitus, an vnus, aut plures.
& nulla tam efficax, validaque cauſa
fuit hominum cõtroverſiæ, & pri-
mum, & in poſterũ in multis rerũ
diſpoſitionibus, quam eorũ circa
hæc duo de mundo quæſita conten-K
tio. Dixit, Quapropter conuenient 34
eſt prius ſcrutari an dari poſſit cor-
pus aliquod infinitũ, necne: exinde
eandẽ diſpoſitionẽ examinabimus
de mũdo. Dicit igitur nullũ inueni
ri poſſe corpus infinitũ actu. in cui⁹
notitiam tres demõſtrationes ſta-
tuit, quarũ duæ ſimiles ſunt in ordi
ne, tertia vero vniuerſalis, ac Logi-
ca. Demonſtratio Prima. Dixit q̃m
ſimplex, aut cõpoſitũ eſt omne cor-
pus, ſi admiſſum fuerit infinitũ cor-
pus, id vtiq; ſimplex eſſet, aut cõpo-
ſitũ. at, quia hæc ipſa infinitatis di-
ſpoſitio in cõpoſito ſequitur diſpo-L
ſitionẽ ſimplicis: ſi enim ſimplicia
corpora & numero, & magnitudi-
ne finita ſunt, ipſum cõpoſitũ quo-
que finitũ eſſe oportet: ſi ſimplicia,
in altero horũ, aut in ambobus fue-
rit infinitũ, & ipſum compoſitũ in-
finitũ erit neceſſario. Idcirco per- 35
ſcrutationis principiũ de ſimplicib⁹
corporibus ponẽdum videtur. Hæc
igit' Prima demonſtratio ſuper qui
buſdam propoſitionibus cõſtruit',
quarũ Vna ẽ, cuiuſq; circularis cor-
poris infiniti lineæ de centro exeun
tes ſunt infinitæ. Secunda, ſi lineæ de
centro exeuntes ſunt infinitæ, neceſ M
ſe eſt vt diſtantiæ inter huiuſcemo-
di lineas ſint infinitæ, eò quòd quò
longius protenduntur lineæ de cen-
tro prodeuntes, eò maior inter eas,
ſcilicet inter earũ extrema diſtãtia
erit. cũ igitur lineæ in infinitũ pro-
trahi ponantur, omnino neceſſe erit
vt infinitæ inter has diſtantiæ reſul-
tent: ſiquidem diſtantiæ additio ne-
ceſſe eſt vt ſit ſm additionẽ linearũ:
ſed poſita eſt harum additio in in-
finitum: erit itaq; earum diſtantia
infinita. Tertia propoſitio eſt, im-
poſſibile

A poſſibile eſt ipſum mobile infinitã
diſtãtiam pertranſire. Quarta pro-
poſitio, lineæ exeuntes de centro cor
poris circularis poſſunt moueri, in
eũdemq; locũ reuerti, vnde dimo-
ueri exiſtimant': &, ſi imaginati fue-
rimus vnã harum linearum quieſce
re, & aliam moueri, poterit mota li-
nea applicare quieſcentem. Cùmq;
huiuſmodi propoſitiones pro cõſtã
ti ſumant', dicam, Si circulare corp⁹
eſſet infinitũ, auferetur ab eo mot⁹
circularis, eò quòd ei nullatenus cõ
grueret q̃ circulari corpori cõpete-
re diximus, videlicet q̃ lineæ de eius
B centro protractę moueant', quouſq;
in eũdẽ, vnde abierunt, locũ reuertã
tur, q̃que vna, quam cogitamus mo
tam, moueatur, & applicet aliã, quã
imaginamur quieſcere, cùmq; hæc
fieri nõ poſſit, non eſſet ei motus cir
cularis omnino. at corpora cœleſtia
circulari latione moueri ipſe ſenſus
dijudicat. Ratio vero, qua in corpo-
re circulari infinito hoc contingere
nõ poſſit, eſt, quemadmodũ comme-
morauimus. quia diſtãtiæ inter li-
neas de cẽtro exeuntes infinitę ſunt,
& impoſſibile eſt vt mobile infinitã
diſtãtiam proſcindat. Cuius exem-
C plo eſt deſcriptio circuli A B infini-
ti, cuius centrũ ſit G, & duæ lineæ in
finitæ de cẽtro protractæ linea G A,
& linea G B, cogitemuſque lineam
G B quieſcere, & lineam G A move-
ri, tunc impoſſibile erit hanc, ſ. lineã
G A attingere lineã G B, quia harum
infinita diſtãtia eſt, quam nullum
mobile pertranſire põt. corpus itaq;
A B non mouetur motu circulari,
quia poſitum iam eſt proprium eſſe
motui circulari q̃ linea G A, quan-
do eam cogitauerimus moueri, ap-
plicaret lineam G B, quam poni-
mus quieſcentem. quod igitur po- D
ſuimus circulare non erit circulare.
quòd falſum eſt, & impoſſe.




Demõſtratio Secũda, cui nõnullas 36
propoſitiones p̃ponit. Prima, oẽ mo E
bile, q̃ mouetur tẽpore finito, moue
tur motu finito, & diſtãtia finita, vt
iam in Phyſico auditu patefactum
eſt. Secũda, oẽ finitũ principium ha
bet, & finẽ. Tertia, ſi à tempore fini-
to demas tempus finitũ, q̃ relinquit'
eſt finitũ. Quarta, circulare corpus
ſuam cõplet circulationẽ tempore fi
nito. Quinta, corpus circulare infi-
nitũ, q̃ de eius centro protrahitur
linea, abijt in infinitũ: ſi⁹ q̃ pro-
traheret' diameter per ipſum, abiret
quoq; vtrũq; in infinitũ. His ſtan
tibus, ponamus circulum, de cuius cẽ
tro exeat linea finita H G, & diame- F
ter, ſeu chorda in ambabus extremi-
tatibus infinita, ſit linea A B, & dica
mus ex quo poſuimus corpus circu
lare ſuam circulationem perficere
in tempore finito, ideo neceſſe eſt
vt linea H G, quæ mouetur motu cir
culi, quouſque reuertatur in locum,
vnde mouetur, cõpleat motum ſuũ
tempore finito, & manifeſtum eſt q̃
huiuſcemodi tempus partitur in tẽ-
pora duo, vnum ſcilicet, quo linea
H G, nondum proſcindit lineam

A B,

G A B, quæ ambabus extremitatibus poſita eſt infinita, alterum, quo lineã H G pertranſit lineam A B, ſiue poſueris lineã A B moueri in cõtrariũ partis, in quam mouetur linea H G, aut ipſam cogitauerimus quieſcentẽ. cũ igitur abſtulerimus à tpe cõpletæ circulationis tẽpus, quo nõdum linea H G tranſit p lineã A B, relinqueť tẽpus, quo huiuſcemodi linea proſcinditur, finitũ. φ, ſi tẽpus, in quo hic tranſitus perficiť, eſt finitũ, erit motus quoq; finitus, & diſtãtia finita: hæc aũt poſita iã erat infinita. φ vtiq; falſum eſt, & impoſſe.

H




Præterea, omne finitũ habet principiũ, erit igitur tranſitus lineæ H G,
I ſuper lineã A B, principium, ſ. punctus, in quo primũ duæ hælineę occurrunt, & ad inuicẽ coniunguntur. Si igitur poſuerimus huiuſcemodi lineas infinitas, non continget in his primũ inuenire punctum, in quo ꝓ ſcindantur: quia impoſſe eſt vt duæ lineæ occurrentes in motu ſm hãc poſitionẽ occurrãt in vno punctorũ, qui in medio: idcirco neceſſe eſt vt iunganturin pũcto, qui in extremo. at linea infinita caret extremis: ideo eam nihil applicare poteſt, nec eius tranſitus principium inueniri cõtingit. poſitum aũt eſt ei inueniri K principiũ: & hoc falſum, & impoſſibile, quia oſtenſum eſt de tali corpore circulari, φ in eo inuentũ eſt principium tranſitus harum linearum, eo φ ipſius tẽporis, quo tranſitus abſoluiť, principiũ extat. ex hoc itaq; ſermone reuincitur impoſſibile eẽ hoc circulare corpus, φ mouetur circa mediũ, eſſe infinitũ. Demonſtratio Tertia. Huic demõſtrationi duo 37
præponit. Primũ, quotiens duo ſunt corpora finita, quorum vnũ obuiũ, & iuxta poſitũ eſt alteri, & vnũquod que mouetur in partem cõtrariam parti, in quam mouetur alterũ, aut L vnũ mouetur altero quieſcente, tũc quodlibet horum pertranſit alterũ, & ſeparatur ab eo in tẽpore finito. & nihil refert ſic, vel ſic poſuerimus, niſi φ, dũ vnũquodq; mouetur in occurſum motus alterius, erit illorũ ſeparatio velocior. Secunda propoſitio, qñ duæ ſunt magnitudines ſic 38
obuiæ, & iuxta poſitæ, vnaq; earum, aut vtraque infinita, & mota fuerit, vel vna mota altera quieſcente, & admiſerimus vna alterã pertranſire, ſeparariq, ab ea, ſequeretur hunc ipſum tranſitum abſolui in tpe infinito. & hoc, quia oſtenſum iam eſt, ſi M
mobile infinitæ diſtantiæ, ſpatium ꝓſcindit, proſcĩdit quidẽ motu infinito temporeq; infinito, quẽadmodũ Sexto de Naturali auditu colligitur. His duabus propoſitionibus ꝓſpectis, ſi poſuerimus infinitum eſſe cœleſte corpus, conſequens eſſet infinitã diſtantiam pertranſiri à mobili finito, tempore finito, ſenſu. n. cõcernimus orbem cœleſtem ſm ſe totũ terræ portionẽ ſuo motu proſcindere in tempore finito. Si igitur hunc cenſemus infinitũ, fateri op3


duas

A duas magnitudines, quarum vna infinita eſt, altera finita, ſeinuicem pertranſire tẽpore finito, & hoc falſum
39 eſt, & impoſſibile. Demonſtratio Quarta. Huic demonſtrationi ſtatuit propoſitiones tres. Prima φ omnis figura eſt finita. Secunda, ſi inuenitur corpus ĩfinitũ circulariter motũ, oportet vt circularis motus ſit in finitus. Tertia, ſi datur motus circularis infinitus, cõuenit vt circularis figura ſit infinita primẽ. Propoſitionis veritas ex ipſius figuræ cõditione cõcludiť: hanc. n. Geometra definit, quia ipſa eſt, quæ terminis, aut
B termino cõtineť: quod aũt termino claudiť, ſm φ claudiť, finitũ eẽ oportet. Et hoc planè ex ipſa linea, & ſuperficiei definitione intelligiť. in linea. n. infinitatẽ cogitare potes ex parte lõgitudinis tm̃, nõ ex parte proprię eius differentiæ, qua linea eſt id, φ ipſa eſt, ſ. priuatio latitudinis: eſt. n. huius definitio, longitudo ſine latitudine. Similiter in ſuperficie imaginari poteris finitatis priuationẽ ex parte lõgitudinis, latitudinisque, ex parte aũt profunditatis, q̃ ꝓpria eius differentia eſt nequaquã. finis deniq; cõpetit rei merito formæ, &
C finis priuatio ratione materiæ. cùm igitur finis ſit forma, impoſſibile ẽ imaginari in ea infinitũ: idcirco dari non põt triangulus infinitus, nec quadratus infinitus, quemadmodũ imaginari non vales pedis formã in pede infinito. Secũda aũt propoſitio, ſ. φ circularis corporis infiniti motus circularis eſt infinitus, cõſtat ex eo, φ oſtẽſum eſt in Sexto de Naturali auditu. videlicet corpori infinito neceſſe ſit motus infinitus. Tertia propoſitio quoq; ex ptæhabitis manifeſta eſt. declaratũ. n. eſt, ſi in-
D ueniaťcircularis figuræ corpus. vnde patet φ, ſi circularis motꝰ admittiť circulationis infinitæ, admittẽda erit forma circularis, q̃ei ineſt infinita. His ſtãtibus propoſitionibus ſyllogizat cõditionali ſyllo compoſito, dicens. Si eſſet corpus infinitũ, oporteret eius motum circularẽ eſſe infinitũ: qui, ſi eſſet infinitus, ſeq̃reť eius formã circularẽ eſſe infinitam. deinde cõtradictoriũ repetit conſequẽtis ipſius ſecũdi ſyllĩ conditionalis, & illud eſt prima propoſitio cõmemorata, & cõcludit contradictoriũ antecedẽtis ſyllĩ cõditionalis pri E
mi, & illud eſt, φ cœleſte corpus impoſſibile eſt vt ſit infinitũ. Demon- 40
ſtratio Quinta, qua ẽt demonſtrat mobile infinitæ magnitudinis non poſſe moueri motu circulari, & ponamus modo ĩ corpore ĩfinitæ rotũditatis eſſe cẽtrũ, cui ſuppoſitꝰ ſit pũctus G, per quẽ ducamꝰ lineã rectã, vtrinq; infinitã, lineã ſcilicet A B, in qua ſignemꝰ extra pũctũ cẽtri punctũ H, à quo ꝓpendicularẽ ꝓtrahamus lineã, cauſantẽ angulũ rectũ ſu
F ꝑ linea A B, quã quidẽ lineã quoq; ducamus in infinitũ vtrinque, & ſit hæc linea H Z, protrahamꝰ rurſus à pũcto G lineã infinitã ꝓſcindentẽ lineã H Z, & ſit hæc linea G D, imaginemurq; duas lineas A B, & H Z infinitas qeſcere, & lineam G D moueri motu circuli, manifeſtũ ẽ G D nũq̃; poſſe proſcindere lineã H Z, cùm ſit infinita ex ambabus extremitatibꝰ. quòd ſi impoſſibile eſt vt hanc in huiuſcemodi corpore pertranſeat, impoſſibile eſt vt circulariter moueatur: ſed conſtat idipſum in circulum moueri: hoc igitur falſum, & impoſſibile.

Demon-




41 Demonſtratio Sexta. Iãq; apparuit
H cœleſte corpus circulariter motũ talis eſſe diſpoſitionis, vt quicunq, pũctus in eo deſignatus in ſuum, vnde motus eſt, locum reuertatur oportet tempore finito. Si igitur poſueri mus ipſum cœleſte corpus infinitũ, neceſſe eſſet eius dimenſionem infinitam admittere. quapropter, cùm idẽ punctus in locum, vnde moueba tur, reuerſus fuerit, fateberis infinitum corpus ſuo motu dimenſionẽ infinitam tempore finito absoluiſſe. ꝙ falſum eſt, & impoſſibile, vt in
42 Naturali auditu oſtenditur. Ac eiuſcemodi demõſtratio recto tramite hoc pacto formari poterit. Cœleſte
I corpus circulariter motũ proſcindit dimenſionem, in qua eſt tẽpore finito: ꝙ aũt finito tempore motum abſoluit, finitũ ſit oportet: ſi igit' cœleſte corpus circulare eſt in dimẽſione finita, ipſum quoq; finitũ erit.
43 Ex hoc itaq; ſermone cõclude cœle
44 ſte corpus eſſe finitum, & impoſſibile eſſe idipſum infinitum admittere. Cũ hæc diſpoſitio ſibi innotuerit de corpore cœleſti, eandẽ diſpoſitionẽ in alijs corporibus quatuor inquirere voluit, videlicet an vnum, aut plura eorũ poſſint eẽ infinita, & duplici oſtẽſione omnia eſſe finita demõſtrat. Primũ ſic. Ex corporibus quatuor aliud mouetur ſurſum ſimpl'r, ſ. ignis, aliud deorſum ſimpl'r, vt terra, aliud mouet' ſurſum in cõparatione & in cõparatione deorſum, ſ. aer, & aqua: mouet' enim aqua deorſum reſpectu aeris, & ſurſum reſpectu terræ: ſil'r aer fertur ſurſum reſpectu aquæ, & deorſum reſpectu ignis. cũ igitur duo motus, quibus duo horũ corporũ mouẽtur ſurſũ, & deorſum ſimpl'r, ſint neceſſarij, cõuenit vt eorũ loca ſint contraria ſimpl'r, ſ. locus ſimpl'r ſuperius, & locus ſimpl'r inferius: &, ſi vnus horũ
L locorũ eſt terminatus, terminatus erit & alter, qa contrarius: oportet enim vt vnus maxime diſtet ab altero, & ꝙ illorũ diſtãtia ſit vna. Cùm que horũ locorũ contrarietas apparuerit, & manifeſtũ fuerit locũ inferius eẽ terminatum, & locũ ſuperius quoq; terminatũ eẽ neceſſe erit: locũ aũt inferius terminatũ eẽ cõſtat ex hoc, ꝙ grauia ex omnibus mũdi partibus mouent' ad media. Si igit' mediũ non eſſet terminatũ, nõ mouerent', vt per ſe conſtat, mota niſi ex vna parte tm̃, ex parte, ſ. exeunte
M è loco, in quẽ eſt motus. ꝙ ſi eiuſce modi duo loca terminata aſſerim⁹, ipſa vtiq; duo, duobus his locis contenta corpora, terminata eſſe oportet. Cùm igit' corpora his locis cõtẽta ſint terra, & ignis, hæc ipſa ergo terminata, finitaq; cenſenda ſunt neceſſario. Cũq; oſtẽſum fuerit extre 45
ma hæc eſſe finita, videlicet ſurſum, & deorſum, cõcludendũ erit ipſum intermediũ quoq; finitũ exiſtere. cõſtat enim media eẽ finita, qm̃ finita ſunt extrema: alioquin mot⁹ corporũ, q̃ mouent' ab extremis, eẽt infinitus finitus: infinitũ aũt pertranſiri non põt, & in nullũ tẽporũ attigere poſſent quæ mouentur ab extremo ad extremum loca ſua naturalia. In Naturali inſuper auditu demonſtratũ iã eſt, dari nõ poſſe trãslationẽ rectã infinitã. Si itaq; loca intermedia ſunt terminata, terminata erũt & corpora contẽta: ſunt aũt cõtenta his locis corpa, aqua, & aer: aq̃ igit', & aer terminata, finitaque ſint oportet. hæc vna eſt demõſtrationũ, quibus oſtẽdit' quatuor elemen
46 ta eẽ finita. Demõſtratio. Secunda hac ſerie extrahit'. Cùm vnũ quodq;
B ex corporibus quatuor graue ſit, aut leue, dicẽdũ, ſi vnũ eorũ fuerit infinitũ, neceſſe eẽt dari grauitatẽ, aut leuitatẽ infinitam: ſed impoſſibile eſt dari grauitatẽ, leuitatẽq; infinitam: cõuenit ergo nullum illorũ infinitũ
47 admittere. Cõditionalis veritas hoc pacto oſtẽditur. Si infiniti corporis grauitas nõ eẽt infinita, eſſet vtique finita. Sit igit' ſignata ſuper hoc infinitũ corpus linea A B, ſitq; ipſa grauitas eius infinita G, & auferamus ab ipſo corpore infinito, ſignato linea A B, partẽ finitã, ſ. B D, ſitq; huius partis grauitas H, manifeſtũ quidẽ
A finitus: D
D eſt grauitatem H minorem eſſe grauitate G: alioquin totius, & partis eadẽ eſſet grauitas. reduplicemus ergo ipſam grauitatẽ H minorẽ, ſm duplicationẽ ſui corporis, ſ. B D, donec æqualeat grauitati maiori, ſcilicet G, ſitq; magnitudo, cuius eſt hęc grauitas, æquialẽs grauitati G, magnitudo B Z, & erit proportio grauitatis minoris, ſcilicet H, ad grauitatem G maiorẽ, ſicut proportio magnitudinis B D minoris ad magnitudinẽ B Z maiorẽ. Cùm igitur permutauerimus proportionẽ, vt in Secundo Euclidis oſtenditur, erit proportio
E grauitatis H minoris ad magnitudinẽ B D minorẽ, ꝓportio G maioris ad magnitudinẽ B Z maiorem: nos aũt poſuimus grauitatẽ G eſſe corporis infiniti: eſſet igit' eadẽ grauitas corporis finiti, & infiniti inſimul. ꝙ falſum eſt, & impoſſe: maioris nanq; corporis maiorẽ eſſe grauitatẽ neceſſe eſt. Sequeretur inſuper, quod longe abſurdius eſt, finitæ magnitudinis grauitatẽ eſſe maiorem grauitate corporis infiniti: videlicet deſignando magnitudinẽ finitam, maiorem magnitudine B Z, verbi cauſa magnitudinem B T.
48



G Et, postq̃; conditionalis enodata
51 est veritas, reliquũ erit cõsequentis
huius cõditionalis oppositũ verũ re
uincere, videlicet nõ dari leuitatem.
nec grauitatem infinitam. Hoc aũt
tribus ſtãtibus ꝓpositionibus inno-
teſcit. Prima eſt, qñ graue aliquod
mouet aliquo ſpatio in tpe quodã,
tunc magis graue mouebitur eodẽ
ſpatio tpe minori. Secũda, duorum
tẽporũ proportio adinuicem eſt ſi-
cut proportio grauitatis ad grauita-
52 tem. Tertia, omnis magnitudo finita mouetur ſpatio finito tpe finito, vt Sexto de Phyſi. auditu oſtẽditur.
H His habitis propoſitionibus dicendum, Sidaret grauitas infinita, alterũ duorum neceſſario ſequat oportet, aut ſ motum fieri in inſtanti, aut eodem ſpatio, eodemq; tpe moueri grauitatem finitam, & infinitã, quorum vtrũq; eſt impoſſibile. id enim maioris eſt grauitatis, ꝙ idem ſpatium proſcindit tpe minori, & eſt proportio tẽporis ad tẽpus proportio grauitatis ad grauitatẽ, ſ. maioris ad minorem. Cũ igitur poſuerimus grauitatẽ finitam, grauitatẽq; infinitam moueri eodem ſpatio ſimul, fieri nõ poſſet, quin ſit ꝓportio tpis
I ad tẽpus ꝓportio grauitatis ad grauitatẽ: at inter finitũ, & infinitum nulla eſt ꝓportio, niſi qualis eſt ĩter punctum, & lineam, & inſtantis ad tẽpus: ꝙ cum ita fuerit, cõſequens eſſet grauitatẽ infinitã moueri in inſtanti. hoc aũt, vt in Phyſico auditu
53 oſtẽdit, eſt impoſſe. Si aũt dixerim⁹ hanc moueri in minima parte tpis cõtingeret inuenire grauitatẽ aliq̃; finitam, cuius erit proportio ad grauitatẽ minorem proportio tpis ad tempus, eritq; æquali tpe eodem ſpatio mota grauitas finita, & infinita, & magis inconueniens eſt, ꝙ poterk mus accipere tẽpus minus tpe, quo mouet ipſum infinitũ. &, cũ ſumamus grauitatẽ, cuius ꝓportio ſit ad grauitatẽ minorẽ proportio tpis ad tempus, mouebit quidẽ eiuſcemodi grauitas maior finita eodem ſpatio tpe minori; q̃ eſt tẽpus. quo mouet ipſum infinitũ. ꝙ impoſſe eſt, & vanũ. ponendo deniq; grauitatem infinitam moueri, ſequitur hanc ipſam non moueri. ꝙ ipſi noſtræ poſitioni repugnas. Ex hoc itaq; ſermone conſtat dari non poſſe grauitatẽ, neq; leuitatem infinitam. Quòd cũ 54
ita fuerit, cõcludendum erit id, ꝙ à L
principio accepim⁹, videlicet nõ dari corpus ſimplex ex corpibus quatuor infinitũ. Cùmq; appareat nullũ ſimplex corpus, ſiue circulariter, ſiue in rectũ mobile eſſe infinitũ, oĩa que ſimplicia corpa hac diuiſione cõprehẽſa ſint, dicamus nullum dari compoſitũ corpus infinitum, Cuius demonſtratio ſic cõtexitur. Si daret 56
infinitũ, eſſet quidẽ ex rebus infinitis, aut in forma, aut magnitudine, aut numero. In forma infinita cor- 57
pora eſſe nequeunt, eo ꝙ præoſtenſum eſt ſimplices formas eſſe finitas, ex eo, ꝙ ſimplices mot⁹ finiti ſunt, M
& cuiuſque corporis ſimplicis ſimplex eſt motus. Rurſus, ſi corpora 58
ſimplicia eſſent infinita in forma, eſſent loca infinita. &, vt ſummatim dixerim, ex ꝓhabito ſermone cõſtat corpora ſimplicia eſſe quĩq;. Quòd 59
ſi hæc infinita dixeris numero, neceſſe eſſet ex his confici corpus aliq̃ magnitudinis infinitæ, quęmadmodum, ſi ignis particulæ, quarum quę libet eſt finita, eſſent infinitæ, iungerenturq; in vnum, conſtituerent infinitę magnitudinis ignem in actu:

at oſten-


A at oſtẽſum iam, eſt falſum eſſe dari aliquod corpus ſimpliciũ infinitũ. cũ igitur appãreat idipſum cõpoſitũ corpus cõſtare nõ poſſe ex rebus infinitis forma, magnitudine, & numero, impoſſibile erit corpus infinitũ actu exiſtere. & hæc Prima oſtenſio eſt, declarans nõ inueniri corpus infinitũ actu, nec ſimplex, neq; cõpoſitũ. Secunda oſtenſio duabus ꝓpoſitionibus innititur, quarum vna euidens eſt, & inductione manifeſta: altera vero demõſtratione oſtẽditur.
63 Quæ inductione cõſtat, eſt, oẽ corp⁹
64 ſenſibile, aut agens eſt tm̃, ſicuti cor
B pora cœleſtia, aut agẽs, & patiens, vt corpora tangibilia. Propoſitio aũt, quę demõſtratione cõſtruit eſt, corpus infinitũ nec agere poſſe, nec pati. & per agere, & pati nũc intẽdit id, cuius motus finitur, & eius actio, paſſioq; perficit, nõ cuius motus eſt cõtinuus: in prioribus quippe patefecimus nullã dari cõtinuã tranſmutationem, niſi translationẽ in loco. In huius aũt propoſitionis veritatem tres alias propoſitiones aſſumpſit, quarũ Prima eſt, duo paſſiua æqualia patiuntur ab eodem agente eodẽ tempore paſſione æquali, & paruius
C paſſiuum patitur ab eodem, tempore minore, paſſiuum vero maius tpe maiori. propoſitio Secunda eſt, qñ agunt duo agentia diuerſa in tẽpore æquali, & perficit illorũ actio, erit agẽtis ꝓportio ad agens; ſicut ꝓ D
portio patiẽtis ad patiẽs. Tertia propoſitio eſt, omne agens agit ĩ paſſũ tempore finito, videlicet cuius actio cõpleta, eo ꝙ ĩpoſſibile eſt vt ſit actio finita in tpe infinito, quẽadmodum ante apparuit. His ſtãtibus tria concludit. Primum, non poſſe finitum agere in aliquod infinitũ actione cõpleta. Secundũ, non poſſe infinitũ agere in aliquod finitum, & hoc ecõuerſo eſt priori. Tertiũ, nõ poſſe agere infinitum in aliquod infinitum.
Primo igitur explanandũ eſt non poſſe agere finitũ in aliquod infinitum, ſitq; ipſum infinitũ, quod pati E
tur A, & finitũ agẽs linea B. deinde ponamus B agere in A, tempore finito, & ſit linea G. accipiamus exinde corpus minoris magnitudinis q̃; B finitũ, & ſit linea D, agẽs ſ. in aliud corpus, vtpote H, actione completa in eodẽ tẽpore G, erit q. dẽ ꝓportio D, ſcilicet agẽtis minoris, ad B agens maius. ſicut ꝓportio patiẽtis finiti, ſ. H, ad ptem A finitã neceſſario, & ſit illa pars quãtitas A Z, cũq; permutauerimus ꝓportionem, erit ꝓportio primi agẽtis ad tertiũ patiẽs, ꝓportio ſecũdi agẽtis ad patiẽs quartũ, vi
delicet ꝓportio D ad H erit ſicut ꝓ- F
portio B ad A Z. erit igit B eodẽ tpe, ſ. tpe G, agẽs actione pfecta ĩ aliq̃ finitũ, & ĩfinitũ ſimul, ſcilicet in A Z, & ĩ ipſum A ĩfinitũ. ꝙ ẽ impoſſibile,



Paraphraſis

G Eodem pacto oſtendit nõ poſſe
65 agere infinitũ in aliquod finitũ. Sit verbi cauſa agens infinitum A, & patiens finitum B, & ponamus ipſum A infinitum agere in B finitum tpe G, ſit rurſus corpus finitum D, agẽs in partem ipſius B, videlicet B Z, eodem tpe G, erit quidem proportio paſſi B Z ad totum B paſſum, proportio D agentis ad aliud agens finitum, ſ. H. &, cũ permutata fuerit proportio, erit proportio D agentis ad B Z paſſum proportio H agentis ad B totum, & conſequens erit ꝙ B mouetur ab H eodem tpe, quo mouet B Z ab ipſo D, videlicet tẽpore G, in quo mouetur B ab A infinito. quod falſum eſt, & impoſſibile. K

G Tempus.



H A Agens infinitum. L

H Agens finitum. B Patiens finitum.


D Agens finitum. B Pars finiti Z

Cuius ſane falſitas ſequit ex hoc, ꝙ aſſeruimus aliquã Ifinitũ agere in tẽpore finito, oporteret quidem huius actionem eſſe ſine tẽpore, eo ꝙ inter finitũ, & infinitũ nulla ẽ ꝓportio, niſi qualis eſt inter punctũ, & lineã, inſtantiſq; ad tẽpus. cũ aũt ponamus vniuerſaliter duo agentia diuerſa. quæ agant eandem actionem in eodẽ paſſõ, erit illorũ actio neceſſario in duobus temporibus diuerI ſis, eritq; ꝓportio tẽporis ad tẽpus proportio agẽtis ad agẽs. ꝙ ſi poſuerimus duo agẽtia, quorũ vnũ ſit infinitum, & alterũ finitũ, quæ agant in idem paſſum actionẽ vnã, alterũ duorum admittamus neceſſe erit, ſ. actionẽ agẽtis infiniti fieri in inſtãti, aut agentis finiti actionem eſſe in tpe infinito, quorũ vtrunq; eſt im-
66 poſſibile. Similiter demõſtratur corpus infinitum agere nõ poſſe in corpus infinitum, eo ꝙ impoſſibile eſt dari actionem, & paſſionẽ incõpletã, quemadmodum de Phyſico auditu liber demonſtrat. cùm ergo demõſtratũ fuerit actionẽ ipſius infiniti in aliquod infinitũ nõ eſſe completam, cõcluditur nullum prorſus agere in aliud infinitũ ſimpliciter. Illud aũt hac ſerie oſtẽdit. Ponamus aliq; duo infinita, videlicet A B, quorũ alterũ, ſcilicet B, patiat ab A, tẽpore G finito: actio enĩ finita, vt ex priori volumine cõſtat, ẽ ĩ tpe finito neceſſario. ponam⁹ iterũ ptẽ ipſi⁹ paſſi, vt M
pote B D, pati ab A, manifeſtũ q dẽ ẽ huius paſſionẽ fieri in tpe minori, tpe G, & ſit eiuſcemodi tẽpus Z, erit igit ꝓportio tpis Z ad tẽp⁹ G ꝓportio B D ptis ipſius paſſi ĩfiniti ad ptẽ maiorẽ eiuſdẽ infiniti, ſ. B, ſitq; eiuſcemodi ꝓs B D H, q̃ patit ab A in finito tpe G, & in eodẽ tpe iã paſſum eſt ab eo totũ B infinitũ. ꝙ falſum eſt, & ĩpoſſibile, videlicet duo dari patiẽtia, quorũ vnũ finitũ ẽ, alterũ infinitũ, q̃ patiant ab eodẽ agente, eadem actione, ĩ tpe vno, ſiue illd vnũ agẽs fuerit ĩfinitũ, vt poſuim⁹, ſiue finitũ,

Tempus

A Tempus finitum. B

G Z



A Infinitum agens.

Infinitum paſſum.

B D H

Si deniq; eẽt poſſibile infinitũ pa
ti ab ĩfinito, inueniret paſſio ĩfinita in tpe finito. ꝙ falſum eẽ demõſtratũ iã eſt. cũ igit fieri nequeat, vt ĩfini
B tũ patiat ab infinito, nec finito tpe, nec infinito, ſimpliciter igit non poterit pati infinitũ ab infinito. Cùmq; ma
68 nifeſtũ ſit ipſum infinitũ agere non poſſe, nec pati: conſtet quoq; omne ſenſibile corpus actiuũ eſſe, aut paſſuũ: plane cõcernes, ſi Priori analyticę ſtudueris, has ipſas ꝓpoſitiones in ſecũda figura cõcludere nullum corpus ſenſibile eẽ infinitũ. q̃a ergo patefactũ ẽ, nec ſimplex, nec cõpoſitũ corp⁹ dari infinitũ magnitudine, reuĩcit mũdũ eẽ finitum magnitudi
69 ne, numero, & forma. Nec ẽ alicui vt dicat dari poſſe extra mũdũ corC pus infinitũ. quippe extra, intraq; loci ꝓprietates ſunt: omne aũt corpus loco cõtentũ ẽ ſenſibile: & omne ſenſibile ẽ finitũ: extra igit mũdũ nõ ẽ corpus infinitũ. Cũ ergo pateat extra mũdũ nõ dari locum: omne aũt corpus in loco eſt: cõſtat extra mundũ nullum prorſus, nec finitum, nec ĩfinitũ exiſtere ſimplices. Si itaq; extra mũdũ nõ eſt corpus, & eius corporis partes ſunt numero finitę, & magnitudine finitus eſt mũdus neceſſario. hę duæ ſunt eſſentiales oſtẽſiones, quibus Ariſto. in hanc quæſtionem enodandam vtitur. Tertia 70
aũt de genere Logicalium oſtẽſio ẽ, quæ ſ. Logicales rationes ex vniuerſalibus ꝓpoſitionibus, & veris, proE prijſq; generi, de quo eſt cõſyderatio, effici ſolent, & in hoc differũt ab eſſentialibus propoſitionibus. eſſentiales enĩ propoſitiones proprie ſunt generi, de quo fit inq̃ſitio, & propor tio natæ, Differũt aũt Logicales propoſitiones, & Diſputabiles, ꝙ hę qui dẽ per ſe veræ ſunt ſm ſe totũ, diſputabiles aũt falſæ ſunt in parte, & ſm ſe totũ veræ nõ ſunt, niſi per accidẽs. Ipſe igit hic tali demõſtrationis genere vtit, videlicet ꝙ ex vniuerſalibus propoſitionibus, veriſq; cõficitur. Primo igit ſic. Si daret corpus ſimplex ĩfinitũ, fieri nõ poſſet quin F
fit cõtinuum, aut diuiſum, vt credidit Democritus, & Leucippus, ſ. de partibus indiuiſibilibus. Si fuerit cõtinuum, eius erit motus circularis, aut rectus. Si circularis, ei neceſſario medium deputabitur: circulare nanque corpus eſt, quod voluitur circa medium: cui autem eſt medium, ei ſunt extrema: & cui ſunt extrema, illud eſt finitum: corpus vero infinitum non habet medium, eo quòd ei non ſunt extrema, non enim niſi reſpectu extremorum media dicuntur: corpus igitur in-

G finitum, si inueniretur, non posset eius esse motus circularis: relinq tur ergo, vt eius motus sit rectus. Quòd si eius motus fuerit rect⁹, duo oporteret ei aptari loca, quorũ vterq; sit infinitus, vnus quidem, vnde sit motus, locus scilicet violentus, alter vero, in quem est motus, locus scilicet naturalis, in quo quiescit. &, si loca sunt duo, quemlibet illorũ finitum esse oportet, eritq; corp⁹ his locatũ finitum, eo quòd infinitum in duobus numero locis esse nõ põt.

71 Accedit ad hoc, ꝙ, si id duo haberet loca, oporteret ipsum in vno eorum

H moueri violenter, & in alio per naturam. ꝙ si inuentus esset ei motus violentus, duo dari corpora infinita necesse erit, & duobus corporibus infinitis datis, duo vtiq; danda essent loca infinita. ꝙ fieri nõ potest, locus enim determinatus est, eo ꝙ hunc esse vltimum ambiens iam apparuit.

72 Rursus alia ostensio. Si corpus daretur infinitum, esset quidem mobile à seipso, aut ab alio. Si à se, erit ergo animal, omne autẽ animal sentit, & omne sentiens habet sensibilia ab extra, quæ ipsum ambiunt, ꝙ aũt ẽ huiusmodi finitũ esse oportet. Si vero

I eius mouẽs esset ab extra, illud quoq; corpus esset infinitũ: quapropter darẽtur duo corpora infinita, quod falsum est, eo quòd ex his coniunctũ maius esset quocunq; eorũ, & in ueniret vnum infinitum maius al-

74 tero infinito. Ostensio Tertia. Si corpus infinitũ mouetur motu recto, erit graue, aut leue. si leue, fortietur locũ in orizonte vniuersi, si graue, in medio: ꝙ autem infinitũ, est nec orizon, nec mediũ in eo effingi potest: & cui orizon deest, & medium nõ habet locũ terminatum: cuique locus deest terminatus, immobile eẽ K oportet: omne autem corpus naturale necessario mobile est naturaliter, aut p accidens: idcirco in terminato loco ipsũ eẽ necesse ẽ. Ostẽsio 75 Quarta. Si corpus infinitum existeret, vnã id haberet nãm, eo quòd ne cesse eẽt idipsum vndequaq; esse infinitũ. ꝙ si haberet nãm vnam, esset vtiq; ipsum ens, vnũ dumtaxat corpus, aut graue, aut leue tãtum: quia vero quædam corporum sunt grauia, quædam leuia, infinitũ corpus inueniri impossibile est. Si autem in 73 finitũ corpus esset diuisum, separatumq; in loco, quemadmodũ crediL derunt qui hanc ipsam opinionem sequuntur, necesse esset ei inesse naturam corporum, quæ mouẽtur per naturã vnam, videlicet grauiũ, aut leuium. & hoc, qa hanc sententiam insequentes, admittunt naturã harũ partiũ infinitarũ esse vnam. deduceret vtique sermo ad ipsum impoſe, ꝙ iam retulimus prius. Ex his itaq; sermonibus expositum est, corpus vniuersi esse finitum, impossibileq; esse ipsum infinitum admittere.

SVMMA OCTAVA.

DIxit, Perscrutandum est nunc an plures contin- M gat eẽ mundos, aut vnũ, cuius summa capita continet Octo. Primum propositiones enumerat, quibus hæc quæstio absoluitur. Secũdũ demõstrationem assignat, quæ ostendit vnum eẽ mũdum. Tertiũ dubitationes soluit, qbus existimari põt plures mundos existere. Quartum quasdam, quib⁹ concludebatur vnitas mundi, propositiones explanat. Quintum ex Philosophia prima demonstrationem assignat. Sextũ tertiam affert demon-

A demonstrationem propinquam virtute demonstrationi primæ. Septimum dubitationem commemorat, qua cogitari potest plures esse mundos, eamq; soluit. Octauum causam enũtiat, qua vn⁹ sit mũd⁹, nõ plures.

Caput Primum.

76 PRopositionũ igitur, quas ipse prætexit, vna quidem est, oẽ corpus naturale est aut mobile, aut qescens, si mobile, aut motu naturali, aut violẽto, si quiescens si fit. eius qes erit aut naturalis, aut violenta. verbi causa, terra, si moueret sursum, eẽt eius motus violentus, si deorsum na-

B turalis. Alia propositio est, ꝙ locus, quo quiescit naturaliter corpus, ad ipsum mouebitur motu naturali, & in quem mouetur naturaliter, in eo dem naturaliter quiescit. similiter locus, in quẽ mouetur violenter, in eo violenter quiescit, & vbi violenter quiescit, illuc violento motu mouetur. vti terra, quia superius violẽter quiescit, ideo eius motus violentus ẽ sursum, & qm̃ inferi⁹ quiescit sm naturã, ideo & naturalis est ei motus deorsum. Alia ꝓpositio est, ꝙ mot⁹ cõtrarius motui, q corpori est violentus, eidem corpori est naturalis.

C *Caput Secundum.*

77 CVmque præacceptæ sint eiusce modi propositiones, dico impossibile esse extra hunc alium dari mundum. Si enim hoc fieri posset, necesse esset terram existẽtem in illo mundo moueri ad medium hui⁹ mundi: ꝙ pari modo necessarium esset terræ huius mundi, si ad illum alium moueri mundum. Sic competeret & mobili à medio, s. igni, vt moueretur ad duos orizõtes simul, videlicet huius mundi, & alterius, q extra, quod cũ admiserimus, sequerentur falsa, inopinabiliaq;. Primũ. D Si de hoc mundo ad medium alterius mũdi terrę motus fuerit naturalis, esset eius motus de illo mũdo ad mediũ huius mundi, violentus: siq; ad illum mũdum moueretur hęc ipsa, violenta esset eius quies, nõ naturalis. Similiter; si eius ad hũc mũdũ latio fieret sm naturã, fieret ad mũdum illum violenter, & eius ibi qes esset violẽta. hoc aũt, si inueniri mũdum coniunctum ex partibus in eo inuentis violẽter, falsum esse cõstat. Secundum inopinabile. falsum est ꝙ terra, qñ moueretur de medio hu ius mundi ad mediũ alterius, deque E alterius medio ad mediũ huius, necesse esset eam prius pertrãsire orizontẽ illius mundi, à quo mouetur, essetq; ei per naturã motus sursum, & motus deorsum, qui cõtrarij sunt adinuicem: similiter cõpeteret igni: quapropter non esset alicui corporum motus proprius naturalis, eritque natura ignis eadem cum natura terræ, & vniuersum ex elementis cõstans vnum. ꝙ totum absurdũ est, nefasque auditu. cũ igitur ablatũ fuerit consequens, auferetur necessario & antecedens. Continuatio 78 nis autem consequentis cum antecedente veritas, vnde licet quòd, si ali⁹ existeret mundus, sequeretur elemẽta moueri de vno mundo ad alium, hoc pacto ostenditur. Si enim daretur alius mundus, conueniret vtiq; ipsum vniuocum esse huic mundo, scilicet quòd esset cõpositus ex qnque partib⁹ simplicibus, quibus hũc mundum conflari nouimus, videlicet ex quatuor elementis, & corpore quinto, & hoc, quia, si aliquis alium posuerit mundum, diuersumquè in sua natura ab hoc mundo, & nõ cõ-

 uenien-

G uenientem in nomine eum ipſo,eſt id aliqd non intelligibile: quęmadmodum ſiquis poneret aliquem hominem, cui non competeret ratio hominis,id ſane eſſet aliquid, nullũ ſubiens intellectũ. ſimiliter apparebit de ſingulo entium,& longe magis cùm cõcepta fuerit entia per cauſas propinquas,quibus hæc ipsa conſiſtunt. Si igitur ponamus mũdum dici vniuoce cum hoc mundo cõuenit vt ſimplices eius partes idem ſint ſpecie cũ partibus huius mundi. ſic quoq; oportebit harũ ſimpliciũ partium eundem eſſe motum cum
H his ſpecie, & nulla erit multitudo, niſi numero tantum,ita,φ ignis hic alius eſſet ab igne,qui illic, ſm φ differunt abinuicem partes: ſic terra, & reliqua elementorum quatuor,
79 vt per ſe manifeſtum eſt. Cùmque huic aliam iungamut propoſitionẽ, de cuius veritate nulla ẽ dubitatio, videlicet locũ partium vniuſcuiuſq; horũ corporum ſimpliciũ vnũ eſſe numero,quemadmodum eorum attestatur diſpoſitio:quò enim tendit vna terræ glebula,illuc omnes terræ partes feruntur, & quò vna mouet ſcintilla,illùc omnes partes vergunt
I ignis.cũq; patefactum nobis ſit partiũ loca eadem eſſe numero, & huiꝰ mundi,mundique alterius ignis partes eſſe ignẽ,oportebit ignem moueri ad vnum locum numero.quod ſi ponãt duo loca, ſm φ approbare cogitur is, qui aliũ mundum dare contendit, neceſſe erit vt in duo huiuſcemodi loca ferat ſimul,aut non moueat omnino. ſi igitur moueretur in duo loca ſimul, reſultant inopinabilia priori. ſi vero quieſcat,nõ habebit motũ omnino. Rurſus,ſi moueretur, ſenſu concerneretur hanc huius mundi terram moueri ſurſum.quod tamẽ hactenus nemo cognouit. Si autem nullum corporũ, quæ recte mouentur,illic eſſe dixeris,non eſſet vtiq; illic corpus circulare:&,ſi non eſſet illic corpus circulare,non eſſet ibi mũdus alius. Hæc igitur demõſtratio eſt, qua fulcitur Ariſto.in oſtendendo mũdum eſſe vnum. Tu autẽ sũmatim aduerte, qui mundi pluralitatẽ cenſuit, reuuit hic eſſe ſurſum, & deorſum per naturam, & ſimpſr: & qui hæc renuit, deſtruit motus naturales ſimplices: qui igitur plures mundos aſſeruit,aufert motus naturales.ſi autẽ motus naturales inueniunt, vnus eſt mundus neceſſario. Sequitur quoq; opinionem plures mũdos dicentem vacuũ ipſum admittere.

k

L

Caput Tertium.

DEide tres affert dubitationes, 81
& ſoluit. Prima. Quia forte quis cogitaret non oportere huius mundi terram moueri ad terram alterius,nec terrã illius mundi ad terram huius,ſed ferri vnius mundi terram in locum ei deſtinatum in eodem mundo, cuius ipſa terra eſt, eò quòd proprior ei eſt locus ſui mundi, quàm alterius, idem de aqua, M
alijsq; elementorum corporibus iudicandũ putat. Sed qui hunc ſermonẽ conſyderat, intelliget diſtantiã, & propinquitatẽ nil referre in actione motuum elemẽtorũ ad loca ſua naturalia, haud ſecus etenĩ mouent ad propinquum,ſicut ad remotum, eo φ cauſa illorum motus nil eſt potius quam eorum forma naturalis.
Dubitatio Secunda eſt dicentis hęc 82
ipſa in vnoquoque duorum mundorum quieſcere.Sed qui hoc admiſerit, omnes auferet motus.nam acceptabilis

A ceptabilis eſſet hic ſermo, ſi poſitũ fuerit omnes eorum motus ſenſibiles eſſe violentos.Sed admirabile eſt dari motum violentum alicui,abſq; motu ſecundum naturam, aut dari duos motus contrarios,quorũ vnus non ſit naturalis, & alter violentus.
83 Tertia dubitatio eſt, φ quemadmodum terra vna aſſeritur ſpecie, plures vero numero, ſic nihil prohibet quin loca ſint vnum forma, & ſpecie,numero vero plura. quod,ſi ita fuerit, non erit inconueniens terrã illius mundi moueri ad locum ſuũ ibi,& terram huius mundi quoque
B ad locum ſuum hic. Cuius dubitationis ſolutio hæc eſt.Si eorum motus eſſent ad loca plura numero in mundis pluribus numero, fieri non poteſt, quin cauſa in hoc eſſet eorũ multitudo in numero,aut multitudo in forma. Quòd ſi poſuerimus cauſam in hoc eſſe eorum diuerſitatem in forma, ſequeretur naturam terræ illius mundi eſſe aliam à natura terræ mundi huius, eſſentque di-
84 uerſi ſpecie, quod falſum eſt. Si autem poſuerimus cauſam huius ipſam eorum multitudinem numero, conueniret verbi cauſa eiuſdem
C mundi terram moueri ad loca numero pluta. nulla enim differentia erit inter multitudinem eis conceſſam in mundo vno, aut in duobus mundis,inſimul, poſita terra illius mundi,& huius vna in forma, quẽadmodum cenſeri oporter:eſſet enĩ diuerſa terra huius mundi à terra alterius in numero,ſicut diuerſæ ſunt abinuicem partes terræ ſenſatæ hic. & oſtẽſum iã eſt falſum eſſe partes elemẽtorũ diſtinctas numero moueri in loca numero diuerſa. Cũq; poſitum fuerit duas terras numero moueri ad eũdẽ locũ numero, quẽ- D
admodũ & illarũ diſpoſitio oſtẽdit, nõ poterunt illorũ loca aſſignari numero plura. Dixit. Si igitur nemo 85
eiuſcemodi propoſitiones, & ſyllogiſmos deſtruere poteſt,erit neceſſario ipſum mediũ vnum numero, & orizon numero vnus.φ,ſi medium & orizon vnũ ſunt nnmero, erunt vtiq; cœli vnũ, & mũdus ipſe vnus.

Caput Quartum.

QVoniam vna propoſitionũ, q̃ 86
in hac demonſtratione vtit, erat φ eiuſdem corporis partes mouẽt ad eũdem locum numero, quæ ſanè propoſitio cõtradictio E
nem quandã pati poterat ex eo, φ elementorum loca ſurſum,& deorſum,excogitabit aliquis eſſe indeterminata. modo & hæc ipſa terminũ quẽdam,limitemuè ſortiri ex planare voluit.& licet prius de hoc ſermonẽ fecerit, viſum eſt ei idipſum hic per modũ ſigni repetere. In huius ergo oſtenſionẽ duas propoſitiones aſſumit,quarũ vna ẽ,omne,φ trãſmutatur, tranſmutatur quidem ab aliquo in aliquod,& id,ex quo,& ad quod opponuntur. quod, ſingulas tranſmutationum ſpecies inducendo, apparet. cuius in alteratione E
exemplum eſt tranſmutatio de ægritudine in ſanitatẽ, & de ſanitate in ægritudinem, ſimiliter augmentũ, Et decremẽtum eſt tranſmutatio à determinata magnitudine in magnitudinem terminatam,ſic & mobile loco motu recto mouetur quidem de ſurſum in deorſum, deorſumque in ſurſum, & partium non 87
ſolum motus, qui fit ſuper lineam rectam, ſed etiam motus circularis, oppoſitio quædam concerni poteſt, licet non cõpetat ei hoc ſecundũ ſe

C totum,quia,vt oſtenſum eſt,ei non
inuenitur cõtrarius. Cumque mani
feſtũ fuerit omne mobile moueri
de cõtrario in cõtrarium:contraria
autem determinata ſunt: omne er-
go mobile mouetur à determinato
in determinatũ:at mobile loco ſur-
ſum mouet, & deorſum:ſurſum igi
88 tur, deorſumquè determinata ſint
oportet. Secundæ oſtenſionis talis
ordo eſt,Quod mouetur loco,eate-
nus velocius mouetur,quatenus ꝓ-
pius accedit ad id, in quod ipſe ver-
git motus, motus velocitas in eodẽ
eſt finita,id ergo,ad ꝙ fit motus,de-
H terminatum, finitumq; eſſe opor-
89 tet. Hoc patefacto,aliud pri⁹ aſſum-
ptũ, videlicet motũ inueniri natura
lem enodare intendit. & hoc, quia
putabit forte aliquis omnẽ motum
eẽ violeutum,& ꝙ hic corpora,quę
moueri exiſtimatur per naturã,mo
uentur ab alio,eo ſcilicet,ꝙ coarctãt
ſe alterutrum motu huius totius. ꝙ
ſi horum motus eſſet violẽtus, non
ſortirentur loca determinata, Huic
igit̃ ipſe reſpõdens dicit,ſi diſpoſitio
iſta fuerit, tũc maioris magnitudi-
nis ignis tardior eſſet motus ſurſũ,
quam magnitudinis minoris. ſimili
I ter maioris magnitudinis terra tar-
dius ferretur deorſum, quam terra
quantitatis minoris, & hoc, quia ꝙ
ab alio extrinſecus mouetur violen
ter,quò maius ẽ mobile,eo, propter
reſiſtentiam inter mouẽs, & motũ,
tardius mouet. ſi igitur nõ talis ẽ di
ſpoſitio elementorũ,cõuenit vt eo-
rum motus naturalis ſit nõ vio len-
tus. Cuius & aliud ſignũ eſt,ꝙ, ſi hu
iuſcemodi motus eſſet violẽtus,tar-
dior eſſet, qñ appropinquat,termi-
no,ad quẽ eſt motus, eo ꝙ quo ma-
gis accedit violenter mobile ad ter-
minũ, quẽ petit, eo magis recedit à K
pellente ipſum,quò aũt lõgius rece-
dit à pellente,tardior eius ſit motus.
At huius cõtrariũ ipſe viſus demon
ſtrat, ſcilicet ꝙ eatenus velociorem
mobiliũ motũ cernimus, quatenus
ad ſua loca, in q̃ tendit motus pro-
prius,accedũt,q itaq; ſurſum mouẽ
tur,atq; deorſum, non mouentur à
pellente,violẽtãteq; motũ,ꝙ qdem
ab ſermonis exordio declarandum
ꝓpoſuimus. At licet naturalis mot⁹
inuentio in his elemẽtis liqdo appa
reat,attulit tamẽ Ariſto. eiuſcemo-
di oſtẽſiones per modũ ſigni, & qa
aut rationis,aut conſuetudinis deli- L
cto poteſt quis cõtendere,dubitarẽ-
ue in hoc,ꝙ, ſi has propoſitiones ad
mittere fas eſt, & mũdum vnũ eſſe
numero vtique cenſeri licet.

Caput Quintum.

DIxit, Poterit rurſus mundũ eſſe 90
vnũ cõſtare, cũ vti voluerim⁹
aliꝭbus, quæ prima Philoſophia ꝑ-
tractat. In ꝓhabitis enim oſtenſum
eſt cœleſtis corporis motum eẽ ęter
nũ,æterniq; motus motorem ſeiun
ctũ eſſe à materia, eo ꝙ eius neceſſe
eſt infinitã virtutẽ exiſtere: materia
les aũt potentiæ infinitę eẽ nequeũt,
ac prima Piloſophia docuit entium M
multitudinem eſſe ex materia, non
propter formã. Si igiꝝ aliũ mũdum
poſuerimus,neceſſe eẽt in eo circu-
lare corpus,æternumquè, & nume-
ro diuerſum ab hoc corpore admit-
tere: quapropter motorem habe-
ret diuerſum numero ab hoc mo-
tore: quod autem diuerſum eſt nu-
mero materiale ſit oportet: cœle-
ſtis igitur corporis motor mate-
rialis cenſeretur, hoc autem, vt
iam expoſitum eſt, falſum eſt, &
impoſſibile.

Caput

A *Caput Sextum.*

91 DEmonſtratio Tertia. Dixit Cũ
oſtẽſum ſit ſimplicia corpora
genere eſſe tria, ſ. circulare, graue,&
leue: ſintq; motus partiũ cuiuſq; ho
rum corpo⁹ ſimplicium ad loca ea-
dem numero: vnde conuincit loca
tria eſſe numero, ſ. corporis grauis,
leuis,& circularis. Quia ergo mũdi
partes eiuſcemodi locis inſunt, & in
nullo horũ locorũ inueniũtur duo
numero, oportet vt mũdus ſit vn⁹,
cuius ſupremũ corpus eſt circulare,
leue vero mediũ, & quod inferius ẽ
ipſum graue. Similiter & dimẽſio-
B nes,quæ his corporibus replentur,eẽ
huius diſpoſitiõis affirmare licet, ſic
quoq; & eorũ loca. Si tñ dimenſio-
nes tranſumptiue loca dicunt, ꝓmit-
titur,non vere, eò ꝙ circulare corp⁹
nullum ſortitur locũ, niſi cõuexum
corporis, circa quod ipſum voluit̃,
leue vero,& graue terminos habent
circumambientes. Ex hoc itaq; ſer-
mone explanatũ eſt vnũ eſſe mun-
dum,& quę partium eius natura ſit,
& quæ earundẽ loca,& numerus.

Caput Septimum.

92 POſtquam hanc deinſonem cõ-
pleuit,ſermonẽ attulit,ſufficien-
C tiam,opinionẽq; ingerentem, qua
credit̃ plures eſſe mundos. cuius ſer-
monis ſeries eſt. Cùm oẽ naturale,
aut artificiale ens,ex mã,formaq; cõ
ficiatur, & forma ipſa alterius ſit di-
ſpoſitionis,cũ accepta fuerit abſtra-
cta à mã,alterius vero, qñq; coniun
cta materiæ,cùmq; accipiam⁹ diſpo
ſitionẽ ipſius circulationis,accipim⁹
quidẽ formam abſtractam à mã,cũ
vero rem ipſam circularem intueа-
mur,accipimus formã cum mã, vi-
delicet reſpicimus circulationem in
ſubiecto,vt pote in ære,aut auro,cõ-
uenit aũt formam acceptam abſtra- D
ctam à mã eſſe vnam, acceptã vero
fm ꝙ in materia eſſe multiplicem.
quod,cùm ita fuerit, nihil prohibet
quin in cœlo hoc contingere poſſit,
videlicet ꝙ ex parte formę ſint vnũ,
ex parte vero materiæ plures,& quẽ
admodum poſita forma, à mã exu-
ta, oportet vt ſit vna, ſic eadẽ poſita
in mã cõuenit vt ſit plures. Et ideo
validus eſt iſte ſermo ponentibus re-
rũ ſenſibiliũ formas ſeparatas, quẽ-
admodũ aſſeruit Plato. ſi enim mũ-
di formæ duplex habent eſſe, vnum
ſeparatũ, quod rei ſenſibilis exẽplũ
extat,alterum in mã,eſſe ſ. ſenſibile. E
ſeparata autẽ ſit vna, oportet & hęc
vtiq;,exiſtens in materia, ſit plures.
Si igit̃ ſermo iſte ſufficiẽs eſt ei, qui
formas cenſuit, longe quidem ſuffi-
cientior erit illi,qui formas nõ affir-
mat,eò ꝙ de diſpõne cuiusq; cõpoſi-
ti ex materia,& forma apparet ipſa
multitudo,& contrarietas. iſte ergo
ſermo eſt,quo mundi pluralitas ex-
cogitari poterit,& ꝙ plures eo⁹ dari
poſſent. Ipſe aũt hanc ſoluit ambi- 93
guitatem, enũtiando quæ nã in hoc 94
ſermone ꝓpõnes ſint veræ, & quæ 95
non veræ,dicẽs, quod aũt in hoc ſer
mone poſitũ eſt, ꝙ acceptio formæ F
cum mã alia eſt, & differens ab acce
ptione eius fm quod abſtracta à ma
teria, vtiq;,admittẽdũ eſt: ſed quod
poſitũ eſt ꝙ, quemadmodum cõuenit
vt abſtracta à materia ſit vna, ſic,
cùm fuerit cũ materia, ſit plures nõ
admittitur,eò ꝙ inueniri quidẽ con
tingit plus vno, qñ ſupereſt de mate
ria indiuidui exiſtentis pars, q̃ apta
eſt, formã vnã ſuſcipere Si vero to-
ta mã comprehenſa eſt in ipſo indi-
uiduo,& nihil eius relinquitur,fieri
non põt vt inueniatur illius formæ,

niſi

G niſi individuum vnum. Cuius exẽplum eſt, Plato verbi cauſa, ſi conſtaret ex tota materia hominis, nõ eſſet poſſibile alium dari hominem p̃ter ipſum̃. Hoc igitur perſpecto de formis, quæ in materia, quando ſcilicet, ſubire poſſint multitudinem, & qñ non poſſint, ſi mundus conſtaret ex aliqua parte materiæ, nil prohiberet plures cenſere mundos. ſi autem materia tota contenta eſt in ipſo, fieri non poteſt vt detur plus vno.

Caput Octauum.

96 CVmq; ei hæc patefacta ſit intentio, nunc huius examen aggre-
H diens, materiam totam contineri in mundo ex ea facto oſtẽdere voluit. & primũ quotuplex cœli nominis ſignificatio ſit enũciat, vt inde clarius quod intẽdit eniteſcat, hoc, inquiẽs, nomen Cœlum apud Priſcos tres intentiões inſinuat. Prima de orbe ſtellarum fixarũ. Secunda de oĩbus orbibus. Tertia de cunctis partibus mũdi, ſm quam intentionẽ nos mundum proferim⁹. cui ſcilicet intẽtioni innuere voluit hic, & de ea oſtendere nititur q̃ materia, ex qua eiuſcemodi mundus conſtat, tota mundo ipſo comprehendit̃. Cuius hæc de-
I monſtratio eſt. Si nõ eſt aliquid ſenſibilium corporũ extra cœlũ, oportet vt nulla prorſus ibi ſit materia, eò q̃ materia non inuenitur abſq; corpore, cui ipſa mã inſit, ex quo mate-
97 ria ipſa continetur, Nullum aũt extra cœlum dari corpus ſenſibile hoc pacto concluditur. Si fieri poſſet, vt extra cœlũ corpus exiſteret, eſſet quidem ſimplex, aut compoſitũ. ſi ſimplex, moueretur aut circulariter. aut in rectum. ſiquidem oſtenſum iam eſt, nullam eſſe ſimplicem corporũ naturam præter eiuſcemodi duas. Si ergo altera harum naturarum in K
ipſo fuerit, oportebit eam ineſſe per naturam, aut violenter. omne enim corpus eſt in loco: & oĩ, quod in loco eſt, alteram harum diſpoſitionũ aufugere non poteſt. Si igit̃ hoc corpus eſſet circulare, non poſſet locus ille ei eſſe naturalis, eò q̃ eius locus naturalis eſt mediũ, circa quod ipſum mouetur, at explanatũ mediũ eſſe vnũ numero. Nec vtiq; fieri poteſt vt circulare corp⁹ in loco ſit violentus, eò q̃ motus violentus, quẽadmodum præhabita monſtrant, huic corpori minime competere poteſt. Si aũt fuerit ex ſimplicibus, quę mo L
uentur motu recto, ſic quoq; impoſſibile eſſet ipſum in loco eſſe per naturam, eò q̃ oſtenſum eſt non dari alicui horum corporũ locum plus vno. q̃ ſi ibi eſſet violenter, oporteret eundem locum alteri competere ſm naturam: locus enim, qui alicui mobilium motu recto eſt violẽtus, alio naturalis ſit oportet. ignis verbi cauſa locus violentus eſt inferius, & itidem naturalis eſt terræ: ſic & violentus locus terrę naturalis eſt alteri. cùm ergo oſtenſum ſit nullum elementorum ibi exiſtere poſſe, nec ad
eſt ſexta natura, quæ ibi inueniri va M
L næ partes accidentiũ eſſentialiũ neceſſariorũ,quemadmodum demonſtrationũ tractatus explanat. Si igit lux nõ eſt de neceſſarijs accidentib⁹ ignis, conuenit vt ſit de accidẽtibus proprijs in igne, ideo in de Anima libro dictũ eſt, duplex eſſe lucẽs,corpus,ſ.cœleſte,& ignem . Dico aũt & ipſe ſenſus diiudicari lumen calefacere p reflexionem,& quò ipſa refleM xio fortior fuerit,eò & fortior calefactio erit,quod in cõburentib⁹ ſpeculis planè intueri licet, cuius cãm Geometrica facultas exponit. In eo vero de Aĩa libro demonſtratũ eſt lumen non eſſe corpus. vnde reuincit calefactionẽ prouenire ex aliquo non corpore. rationabilius itaq; eſt calefactionẽ prodire ex aliquo non igne. Et hic ſecundus eſt modus cognoſcendi,quo pacto ſtellæ ingerãt his,quæ inferius,caloré. Attamen in his quæſtio eſt non parua, quam in Meteororum iam libro abſoluim⁹. Ex hoc itaq; ſermone monſtratum eſt,quæ ſtellarum ſit ſubſtantia,& illarum naturã eſſe naturam corporis quinti. Expoſitusq; eſt modus, quo calefactio proueni t ab eis, & φ non contingat ex hoc, φ calefaciũt,

& lucẽt,

A & lucent,vt ſint ignis, quemadmodum arbitrati ſunt priores.

Quæſitum Secundum.

43 DIcamus,cùm appareat iam ſtellas ſimul transferri cum cœlo, hoc vtiq; alterũ quatuor modorum aufugere non poſſe,videlicet,aut cœlum,& ſtellæ ſimul quieſcant,& terra ipſa moueatur, vt nonnulli exiſtimant, aut ſimul moueant, aut vnũ moueat altero quieſcente, quod biformiter fieri contingit,videlicet φ ſtellæ quieſcant,& cœli moueantur, aut φ moueant ſteliæ, & cœli quieſcant. Hæc aũt ſimul quieſcere,ter-
B ramq́; moueri falſum eſſe ex ſe quidem conſtat:& in ſequẽtibus maioris euidentię cauſa de hoc Ariſt.ſcrutinium facit,incõuenientia enumerans,q̃ ex hac ipſa poſitione ſequuntur, videlicet an moueri poſſit terra motu circulari, quẽadmodum arbi
44 trati ſunt aliqui priorũ. Hæc autem ambo moueri inſimul,ſ.ſtellas,& cęlum ex his, quæ mox explanabim⁹, impoſſe apparebit. eſſentiale ſiquidẽ eſt ſphæræ, vt oẽs in ea cadentes circuli,tam maiores, q̃ minores, ſuam compleãt circulationẽ ſimul in tpe vno, vnde maiores circuli ſphærę ve
C lociorisdicunt eſſe motus, q̃ circuli minores. Ratio aũt,qua hoc ꝓpriũ fuit circuli ſphæræ, eſt φ oẽs circa idem voluunt centrũ,poloſq; eoſdẽ. Cùmq́; hoc de magnorũ circulorũ ſphæræ motu conſtet, ſi poſuerim⁹ ſingulas ſtellarũ moueri p ſe motu ſui circuli, eſſent proculdubio mot⁹ ſtellarum in velocitate, & tarditate; iuxta velocitatẽ, tarditatemq́; circuloꝝ,quibus circũuoluuntur. & hoc. quia,cùm ponamus ſtellã,quę in circulo maiori,& ſtellã circuli minoris ſuã perficere circulationem in tpe vno, erit neceſſario velocioris mot⁹ D
ſtella circuli maioris,quã ſtellæ,quę in circulo minori.quod cùm ita fuerit,alterũ duorum affirmare neceſſe erit, videlicet φ diuerſitatis ſtellarũ in velocitate cauſa ſit diuerſitas circulorum, ſup quos circũuoluuntur, ita φ, ſi minoris circuli ſtellã poſuerimus in circulo maiori, vt poſſe imaginari ſtellas, quæ in circulo antarctico in circulo æquinoctio, & ęquinoctij ſtellas in circulo antarctico, cõtingeret vt ſtella velocior fiat tardior,& tardior efficiat velocior, aut φ diuerſitatis earũ in diuerſitate,velocitateq́; cauſa ſit ipſa ſtellarũ nã. E
Si igit huius cauſam dixerimus diuerſitatẽ circulorũ, non ineſſet ſtellis ex ſe motus proprius: quod fieri non põt in mobilibus,quorũ motus incedit ordine naturæ, aut admittamus circulos mouere ſtellas,ſtellis ipſis quieſcentibus. Et, ſi poſuerimus huius cauſam diuerſitatẽ naturę ſtellarum, mirabile eſſet quonã pacto cõtigerit ſtellis diuerſis in motu ob diuerſitatẽ naturarũ, vt quæq; cõueniat motui circuli, in quo circũferẽ, videlicet vt ſit motus cuiusq; ſtellarum euẽtu æqualis motui circuli,cũ quo ipſa circũuoluitur, ita, vt plura F
diuerſorũ motuum mobilia ſuã perficiant circulationẽ in tpe æquali. Quod vtiq; non eſſet alienũ, ſi acci- 45
dens, & fortuitũ aliquid cœleſtibus corporibus cõtingere poſſit: ſed accidens, & fortuitũ his corporibus nequaquã congruere vr, ſiquidem cõſtantiſſimo hæc ipſa ordine voluuntur. Quòd ſi accidentis inuẽtionem eximijs his corporibus admiſerim⁹, contingeret vtiq; in pauciorib⁹, videlicet in ſtella vna,aut duabus,quę admodũ in rebus generationẽ ſubeunubus,

G euntibus,& corruptionē aliquid patiuntur euentu. At hoc oībus ſtellis contingere ipſum rerum ordinē lon
46 ge egredi videtur. Simili argumēto oſtenditur fieri non poſſe vt ſtellæ moueant orbe quieſcente, idē enim contingeret ex hoc, ꝙ ſuā perficiūt circulationem in tpe vno,quod contingit,poſito ꝙ circuli vna cum ſtellis moueantur. Et manifeſtum eſt huiuſcemodi falſum nō contingere in diuerſitate motus partium vnius ſphęræ ex eo,ꝙ partes exiſtunt ſphęræ vnius,ſed ex eo,ꝙ quęq; partium mouetur per ſe. vnde idem emergit
H impoſſibile,quod & prius. cùm igit fieri nequeat vt ſtellæ, & circuli moueantur inſimul, nec ꝙ moueantur ſtellæ quieſcētibus circulis, nil aliud relinquitur, niſi vt ſint circuli moti, & ſtellæ quieſcētes, circuliſq; affixę, & illorū motu motæ,quo pacto mo
47 uetur pars motu totius. Et ideo non dicimus ſcindi cœlos tpe, quo ſtellæ mouentur, quemadmodum ponentes orbem quieſcere,& ſtellas circunuolui cogūtur admittere. quę enim fiſſurā patiuntur, ſunt corpora ſubeuntia generationem, & corruptio-
48 nem,ſicut eſt aer, & aqua. Apparet
I inſuper ſtellas moueri non poſſe ex ſe p hoc,ꝙ Geometriæ cenſores, harum ſphęricam eſſe figurā demonſtrant.quod ex noſtro in ſequentib⁹ ſermone quoq; cluceſcet, eò ꝙ illaꝝ natura eſt de natura corporis q̄nti. Cùmq; poſitum fuerit harum figuram eſſe ſphæricam, ſi motum habe rent ex ſe, eſſet vtiq; altero duorum modorum,ſ. aut motu circulari,aut motu volutationis: corpus ſiquidē circulare excogitari nō pōt eſſe motum, niſi per alterum ex his motib⁹ duob⁹: ſed neuter horum motuum ſtellis ineſt:quieſcant igit, & nō mo K
ueantur ſtellę oportet. Quòd autem hoc,quē ſenſu diiudicamus, ſuo motu non moueantur circulariter,ſenſus ipſe inſinuat. Quòd enim circulo mouet in vno,eodemq; loco perſtat, ſtellæ aūt de loco in locum trāſferuntur. Quòd ſi circulariter mouerentur, ſimul cū translationis motu,quē ſenſus diiudicat, vtiq; nō lateret hoc in oībus ſenſum. &,licet latitaret in vna,non eſſet hoc latens in ſingulis. ſi enim eiuſcemodi motus, videlicet circularis,ineſſet ſtellę vni, neceſſe eſſet hunc ineſſe oībus,poſtquā illarum natura ſpecie ſit eadē. L
Quòd aūt Soli ſui occaſus, ortusq; tpe circulationē ineſſe appareat, apparentia quidē eſt,non veritas.cuius cauſam Mathematicæ diſciplinæ explanant. Et ſignum,ꝙ id apparentia ſit,non veritas,eſt,quia hoc non cōtingit in tpe,quo Sol multum eleuatur ſuper orizontem,licet tnne eadē ſit diſtantia,aut propinquior. Ariſtoteles vero huius cauſam eē enuntiat viſus defectum à cōprehenſione ipſius,afferens Solē in hoc loco magis diſtare à viſu, quam dum pergit in medio cœli: exiſtimat enim Solē diuerſimode videri poſſe ex eo,ꝙ M
terram reſpectu ſui orbis ſenſibilem magnitudinem obtinere putat. Sed de hoc inter ſe Mathematici altercari videntur. Placuit enim Ariſtoteli ꝙ viſus, q̄n in cōprehenſione ſtellæ deficit,apparet viſibilis ſtella,proinde ac ſi circulationē ageret:quemadmodum nauſeam patientibus contingere ſolet,cùm pp ſtomachi agitationē ad vomendum apparet patienti,ac ſi ipſe,& oīa, quæ cernit,circūgyro ferrentur. Hæc eadem apud ipſum cauſa eſt,qua videmus immobiles

A biles ſtellas quaſi trementes. ꝙ tñ in non fixis nequaquā perſpicit. & hoc quidem fuit pp immobilium ſtellarum diſtantiam, & mobiliū propin
49 quitatem ad oculos noſtros. Quòd aūt hæ ipſæ non moueant motu volutationis oſtendit viſui ipſa facies ſimilitudo, quā in Luna ſemp intuemur ſm diſpoſitionē eandem, vt Mathematici tractāt. huius enim veſtigij in Luna diſpō vere, & non apparenter exiſtit. huius igit diſpōnis veritate poſita, ſi Lunæ motus eſſet volutiuus, eſſet diuerſa huius veſtigij apparitio. cùmq; is motus non ſit
B Lunæ,nec vtiq; alijs ſtellis ineſſe poterit. Si ergo neutro iſtoꝝ motuum ſtellæ moueantur, quieſcentes erūt
50 neceſſario. Dicam⁹ inſup,ſi eiuſcemodi ſtellæ transferētur ex ſe ſm ſe totas,dignū fuiſſet vt nā eis cōdonaſſet organa,quibus ſuū de loco in locum perficerent motū, ex quo aīata ſunt corpora. ſiquidem falſum eſt, & extra oēm naturæ ordinē nām animantibus talia dediſſe organa, & in his,longe melioribus, q̄ animantia, corporibus hęc ipſa neglexiſſet. cùm ergo ſtellis nullum datū ſit organū, quo ſuum perficiāt motum, hę ipſe
C quieſcētes eſſe oportet. Hinc quoq;
52 apparet ſtellarum motui non aſcribendas eſſe voces, quēadmodū non nulli priorum opinantur, aſſerentes ſuaui melodiæ ex his prodire voces, quemadmodum ex vocibus, quæ p motum corporum, quæ nobiſcum ſunt, prouenire ſolet, eò ꝙ, ſi hoc in his corporibus contingere videmus, longe, inquiunt, magis hoc admittēdum in corpore Solis,& Lunæ,quæ magnitudine plurimum excellunt, & velocioris ſunt motus,q̄ corpora, quæ nobiſcum. & cauſam, qua nos eiuſcemodi voces non concipimus, D
eſſe dicunt,ꝙ ſenſus auditus,his à cunabulis aſſuefactus eas percipere nō videtur. At huic reſpondet Ariſto. ꝙ voci aſſueſcere non eſt cauſa eius perceptionem prohibens: alioquin fabri, & id genus opificum nō audirent mallei voces,eò ꝙ ab adoleſcentia has audire cōſueret. Quòd ſi hāc 53
illorum poſitionē admiſerimus,neceſſe eſſet vt ex motibus,qui vocum ſonitum comitantur,quid mirabile in rebus contingeret,quemadmodū tonitrua facere cernimus, quorum ſtrepitu franguntur lapides, & terra proſcindit, adeo vt germen erūpat, E
quod tonitrui plāta dici ſolet. Si igitur in his paruis corporibus hoc cōtingere videmus,rationabilius vtiq; eſt idē tā vaſtis illis corporibus aſcribere,ſi mouerent. & ideo dixit Ariſtoteles ꝙ,ſi horum corporum eſſēt voces, oporteret illarum impetus in entibus,quæ nobiſcū ſunt, effectum oſtēdere,& longe magis auribus noſtris voces ipſas offerri. idcirco non eſt alicui vt contendat,aſſeratq; hoꝝ non audiri voces, pp longam eorū diſtantiā à nobis, vt Themiſtius voluit, & ex hoc Ariſtotelē redarguit.
Si enim tanto à nobis diſtarent in- F
teruallo, vt motus, quem generat vox, prius eſſe deſineret, quàm regionem noſtrā attingat, longe quidem dignius eſſet nullā prorſus ſenſibilem alterationē illinc ad nos deuenire poſſe. abſonum ſiquidem eſſet nos calorem, qui ex illorū motu producitur, attingere, & non eiuſdem motus voces. Cauſa autem,qua 54
non pariant vocem, eſt quòd annexa ſunt corpori orbis, & eiuſdē pars exiſtunt. Sic cōuerſim ſequitur eas eſſe orbi affixas, quia non habent

vocem,

G vocem, cùm fieri non possit ꝙ tam vastæ magnitudinis, & velocis motus, & non tantæ distantię, quæ audi-
56 tum prohibere possit, corpora voces emittant, quæ non audiant. Et hæc exacta conuersio est, videlicet admisso, horũ non esse vocẽ, affixæ sint necesse erit, & posito, ꝙ affixę sint orbi, conuenit nullã his ascribere vocem, ex quorũ altero demõstrat moueri stellas p motum orbis, & ꝙ non habent vocẽ. Fallit enim Themistius,
H hæc non mutuam conuersionẽ sortiri existimans, eò ꝙ inuenit ꝙ affixio vna est ex causis prohibentibus vocẽ: & quia vidit non sequi ex priuatione vocis inuẽtionẽ affixionis, quia vocis priuatio aliũde quam ex affixione contingere potest, existimauit eandem dispositionem congruere in stellis. Sed non recte is cogitat, quia ꝓpria causa, qua vox priuatur ipsa, illarum affixio est.

Quæsitum Tertium.

59 QVòd aũt stellarum figura circularis sit, sicut figura cœli, & ꝙ hæc ipsa figura congruat illarũ quieti, quemadmodũ & motui cœli, ex hoc, quod statim explicabo, ostẽdit. Quippe, si circulare cor-
I pus non congruit motui recto, s. qui à medio, & ad mediũ, sed rectarũ dimensionũ, corpus vtiq;, quod non mouet motu recto, rectarũ dimensionum esse non poterit, & hoc sequit fm conuersionẽ contradictorij: qđ aũt non est rectarũ dimensionũ, id circulare sit oportet: quod igit non mouet motu recto, rotundũ erit necessario. Cùm ergo cœleste corp⁹ nõ moueat hoc motu, ipsum vtiq; rotundæ figuræ eẽ necesse est, siue qescés sit, vt stellæ, siue circulariter motum, vt orbes. ꝙ si dat aliquod circulare corpus, quod impossibile est vt mo-
K ueat in circulum, idipsum quiescere oportet: quapropter iure merito finxit nãm stellarum figuras rotũdas, cũ non sint aptæ natæ moueri in rectum, sed quiescere tantũ. Insuper, si de illarũ more fuisset moueri in rectum, condonasset vtiq; eis nã motus organa, quẽadmodum animantibus. Iamq; indicat circularis figurę stellas existere id, qđ plenilunij tpe cernitur in corpore lunæ. si enĩ hęc esset figuræ rotundæ, non appareret eius circularitas in forma lunari. Cùmq; stellæ oẽs eiusdem sint naturæ, quod vni illarũ congruit, id sanè L cõgruit & reliquis, ideo nõ fuit iste sermo exemplum, neq; ambiguus. Monstrat quoq; solare corpus sphęricam obtinere formã id, quod eius eclipsis lunaris concernitur.

Quæsitum Quartum.

EXinde ipse causam quærit, qua 57
erratica sydera in sui motus ve- 58
locitate variant, asserens huius esse causam, quia ferunt motu diuerso à motu corporis primi, quod mouet motu diurno, vnde illorũ velocitas variat iuxta illorum propinquitatẽ, distãtiamq; à corpore primo. Quò enim propri⁹ adest corpori primo, eò virtus ipsa, prouenies à corpore M primo, mouente ipsum sydus in oppositũ sui proprij mot⁹, in eo est fortior, & quò longius ab ipso recedit, eò erit ipsa in sydere illinc ꝓueniẽs virtus debilior, licet nullum re vera illic adsit prohibẽs, sed desyderium duntaxat, atq; voluntas. Et quantũ fortius fuerit eius desyderiũ sequendi vestigia motoris, tm erit ipsi⁹ mobilis motus tardior. Et huius causæ veritatẽ approbat Aristo. p id, quod circa hoc Astronomiæ censores referunt.

A ferunt. oẽs enim consentiunt Saturnũm inter erratica sydera esse supremum, atq; tardiorẽ, & infimũ sydus, velociorisq; motus asserunt Lunã, & sydera intermedia inter velocitatem, tarditatẽq; obtinere medium.

Sed hic dubitabit in Arist. quidã, inquiens, si eiuscemodi causa rata est, vtiq; conueniret hanc dispõnem syderibus inesse fm ordinẽ. sed non sic se habet dispõ. si enim admiserimus Solẽ subesse Mercurio, & Veneri, vt Priscis Astronomiæ cultoribus visum est, quidnã opinandũ erit de stellis reliquis? Nos aũt dicem⁹ hanc
B quidem ambiguitatẽ contingere, si dixerimus motrices virtutes in vnoquoq; horũ syderum proprias, videlicet quæ mouent ipsa in cõtrarium motus totius adequari in virtute, ipsas quoq; distantias adequari posuerimus. at, cùm horũ proprias virtutes varias, sic & distãtias variari censuerimus, non oportebit hanc illorũ dispõnem eundem propinquitatis, distantiæq; ordinẽ seruare, sed conuenit vt vl modo in his hæc appareat dispõ. Quamobrẽ dicamus vnã causarum, quibus in velocitate, tarditateq; sydera variẽtur, simul cum
C hac causa esse diuersitatem mouentium virtutum, & diuersitatẽ distantiarum. idcirco horũ velocitatis, tarditatisq; causæ ex tribus dispositionibus cõstant, ex diuersitate scilicet propriarum virtutum mouẽtium, & diuersitate debilitatis potẽtiæ mouentis primi respectu eorum, & diuersitate distantiæ, super quam mouentur. Et verisimile est Aristotelẽ ideo hanc præsertim posuisse causam, qa huius dispositionis hæc fortior causa est, aut quia latentior, aut hæc ambo simul.

Cœ. Gen. Met. cũ cõ. Auer.

Quæsitum Quintum. D

DIxit, Operepretiũ est vt attentiori indagine duo examina 60
ꝓsequamur. Primũ est, cur erratica sydera propinquiora orbi supremo pluribus motibus ferunt, & quæ longius distãt paucioribus, cùm tñ rationabilius vr huius rei cõtrariũ, videlicet vt ꝙ propius est orbi supremo paucioribus moueatur motib⁹, quia ipse primus orbis vnico solum motu mouet. Huius aũt veritatem ipse monstrat ex eo, ꝙ Ægyptijs, & Babylonicis desyderiũ aspectib⁹ apparuit, s. Solem longius distare orbi primo post Lunam, paucioris q; esse E
motus. Siquidẽ iuxta Babyloniorũ, Ægyptiorumq; sententiã Lunę tres tm motus debentur, s. longitudinis, latitudinisq;, & motus capitis draconis, videlicet vbi obliquus orbis zodiaci circulũ proscindit. Ptolemęus aũt his tribus motibus addidit duos, qui etiam superiorem Mercurio, & Veneri Solem constituit. Nullus tñ Mathematicorum tenuit paucorũ motuum esse Solem, q̃ reliqua sydera, quẽadmodum eorundem nullus recusat inferiorem alijs syderibus eẽ Lunam. Et Aristoteles super hoc signum induxit ex eo, ꝙ ipse viderit F
Martem eclipsari in Luna. Secundũ 61
aũt quæsitum est, cur in primo orbe plures sint stellæ, & orbis ipse vnus, reliqui vero orbes econuerso, videlicet vnus illorum orbis vna duntaxat stella est. Ipse igit primum defensorium pro se oratiunculam ꝓmit, ꝙ de huiuscemodi ordinis quidem examinibus ausus sit sermonẽ contexere, inquiens, non licet nobis examina hęc quæsita explorantibus temeritatẽ, stultitiãq; ascribere, quinimmo summis debemus laudib⁹ ex-

G tolli ꝙ de his diſpoſitionibus ſermonem aggredimur. noſter ſiquidem in his ſermo non egreditur demonſtrationũ genera, lętariq; debet qui hæc ipſa proſciſcere meretˀ: modica nanq; harũ rerũ cognitio nimirum magnifacienda eſt ob grandẽ nobilitatem ad difficultatem, quæ eiuſce modi rebus ineſt. Ad quod accedit ꝙ ex profundorũ ſcrutinio exercetˀ quidẽ intellectus, in actũ deducit,& ſummũ inde pfectionis gradũ ptingere pōt. ac forte credibile & nobis fuiſſet nullũ dari additũ ſublimiũ horum corporũ diſpoſitiones penetrandi, ſi opinati fuiſſem⁹ hęc inanimata eſſe corpora: modo vero, quia hęc aĩata eſſe contendimus, eò ꝙ per ſeipſum mouentˀ, noſtra hic ſolicitudo nequaquam rõnis, poſſibilitatisq; limites egreditur. De primo itaq; nunc ſumamus exordium, dicentes ꝙ res nobiliſsimã propriam ſuã perfectionẽ poſſidere ſolet abſq; actione vlla, & opere. quod vtiq; peculiare primæ cauſæ attributum vr̃. Quod aũt non in tanta nobilitatis celſitudine collocatur, vtpote aĩata, huius alia quidem aſſequuntur aliquid ſiʒ perfectioni in ſummo vnico opere tm̃, qualia ſunt ea, quæ prius aſtãt rei nobiliſſimæ, quorũq; dignitas ꝓprior eſt dignitati in ſummo. Alia vero eandem hanc dignitatem pluribus operibus pertingunt. Alia vero hanc ipſam dignitatẽ nec paucioribus, nec pluribus mereri valent, ſed aliquid huic dignitati adũbrans paucis quibuſdã operibus nanciſcuntur. quod pp alteram duarũ diſpoſitionũ contingit, videlicet ob celſitudinem, gloriamq; acquirẽtis: aut propter acquirendæ celſitudinis paruitatem, diſtantiamq; à dignitate ſumma. Et alia ſunt, quæ huius dignitatis ſimile attingere valent, videlicet quę pp eis paruitatem paucis operibus attingitur. Quod quidem genus entiũ nullum prorſus virtuoſum in ſe continet opus. vtpote aliqui ſunt hominũ, poſſidentes ſanitatem abſq; labore, & opere, nonnulli eandem modico labore pertingunt, quidam vero difficilibus quidem, intenſioriq; labore hanc ipſam aſſequuntur, alij nec modico, nec plurimo labore ſanitatẽ, ſed paucis operibus aliqd ſanitati ſimile aſſequunt quod totum in aĩatis verũ eſſe conſtat. Nos inſuper dicimus nonnulla ſummũ applicare celſitudinis opere vno. Alia vero nequeũt hoc dignitatis ſummũ pertingere, ſed plures dignitates huic ſimiles pluribus operibus poſſidere valent, ita, ꝙ dignitatum multitudo vicẽ geratˀ ei⁹, quod dignitatis qualitate eis deeſt. Et hęc eſt hoīs diſpō cum rebus nobilioribus ipſo, & nobilioribus in ſummo. Homo q̃ppe, ex eo ꝙ dignitatis culmen attingere nequit, condonata eſt ei multarũ dignitatũ poſſeſſio, quæ dignitatis in ſummo ſimilitudinem obtinent. Aliæ aũt rerũ nec has quidem oēs dignitates ſummæ dignitati ſiʒes, ſed paucas operibus paucis aſſequunt, qualis eſt aliorũ animantium, plantarumq; diſpō cum hoīe. Nonnulla inſuper ſunt, quę nec vnã ſummæ dignitati, nec ꝓppè, nec à longe ſimilem perfectionem poſſidere valẽt, qualis inanimati mixti diſpoſitio eſt. Conſtat igitur vnam eandẽ dignitatem paucis nanciſci operib⁹ facilius eſſe, minorisq; laboris, q̃ ea aſſequi per opera plura. Cumq; cõ pertũ ſit animantibus, quatenus animantia, has diſpoſitiones cõpetere, dicendũ

A dicendum primo corpori vnicũ ineſſe motũ, eò ꝙ dignitatẽ dignitati ſummæ propinquã, aut ipſam dignitatem ſummã vnico tm̃ opere vendicare ſibi pōt. Et ex cœleſtibus corporib⁹ huic propius aſtat, quod plures exercet mot⁹, aut quia primi corporis dignitatis, niſi pluribus operibus capax eſſe non pōt, quemadmodum pluribus operib⁹ aliquis hominum ſanitatẽ aſſequitur, aut quia, ex quo dignitatẽ primi corporis pertingere non valet, condonatur plurib⁹ dignitatibus p opera plura, vt defectum qualitatis pfectionis ſuppleat
B multitudo. Et hoc pacto ſe habet hõ cũ entibus, quæ nobiliora ſunt eo, & perfectiora in eſſe. corpora aũt cœleſtia, longius diſtãtia à corpe primo, pauciores obtinent motus, admittẽdo, ſ. Solem, Lunãq; paucioribus ferri motib⁹, & magis diſtare à primo orbi, q̃ alia ſydera, pp alterum duorum: aut quia nequeunt eam dignitatum aſſequi multitudinẽ, quę poſſidere valent corpa media inter hęc, & corpus ſupremum, qualis animantium cũ homine diſpoſitio eſt: aut quia nequeunt poſſidere, niſi dignitates inferiores dignitatib⁹, quas poſ
C ſident corpora intermedia, idcirco paucis op̃ib⁹ eas poſſidere nequeũt, qualis plantæ cum animalibus conditio. quippe fieri non poteſt vt nobilius, minusq; nobile eandem poſſideant dignitatem per opera numero æqualia. Quæ autẽ inferius ſunt corporibus cœleſtibus, pauca exercent opera ad modicã ipſam dignitatem poſſidendã, q̃ illorum natura capere valet. ſiquidẽ dignitatẽ ſimilem dignitati, quam poſſident corpora cęleſtia, hęc applicare nequeũt. at ex quatuor elemẽtis terra ipſa tantæ eſt ineptiæ, vt nec ſimilem aliorũ elementorum dignitatem nanciſci valeat: inde poſita fuit immobilis, omnisq; actiõis operis expers. Hoc igitur ſummũ eſt eius, quod de hac rerum cauſis, iuxta humanã valentiam, & ſm ꝓpõnes, quas ab his, quæ nobiſcũ ſunt, accipimus, ſciri potuit. videtur aũt, ſi hunc ſermonem nullam pati dubitationem voluerim⁹, iudicandum eſſe dignitatis defectũ ex operationum multitudine, & ex harum paucitate dignitatis ſummũ, aut diminutionem dignitatis, quæ in ſummo. quo ſtante poſſibile nobis erit iudicare quodq; minus nobile, non ordinis rõne, dicendo nobilius eſſe cœlum ſtellarum, deinde Solem, poſt vero quod paucioris ẽ motus. & ſm hunc tramitẽ erit Luna propinqua in dignitate Soli. aut dicamus Lunã non poſſe eandem aſſequi dignitatẽ, quam poſſidet plurium motũ orbis p opera multa, ideo ei dati ſunt motus pauciores.

Quæſitum Sextum.

SEcundum autem quæſitũ, quod iuxta tertiæ ſummæ diuiſionem Sexti quæſiti obtinet locum, eſt cur plures primi orbis ſtellæ ſint, quas vnicus orbis circũuoluit, & in alijs
F orbibus ſtella duntaxat vna, quã citra cunferunt orbes plures. Ad hoc ipſe duo reſpondendo protulit. Primũ, quia ſupremus orbis principium eſt vitæ, & cauſa tam viuentibus, quàm non viuentibus, eſſendi munus impartiens magis, quàm reliqui orbes: ideo dignum fuit eius virtutem maioris eſſe vigoris, quàm virtutes aliorum orbium. fortior autem virtus plura mouet corpora, & minor virtus corpora mouet pauciora. quo circa ſupremus orbis vnico motu

G ſtellas mouet plures, alij vero orbes pluribus orbibus ſtellã mouẽt vnã.
69 Dati aũt ſunt his motus plures, quatenus recompenſet natura id, quod eis pp ſtellarum multitudinis abſentiam defuit, proinde ac ſi medium, tempusuè ipſa rerum natura expoſcat. Siquidem, quem ex orbibus pluribus condonauit ſtellis, illi vnicum duntaxat motũ diſtribuit, & cui vnicam duntaxat ſtellam conceſſit, plures motus impendit, quatenus vnũquodq; corporum tantũ poſſideat perfectionis, quantum ſuæ naturæ
H vires patiuntur. ſit laus cõditori vni
70 uerſi. Secundum aũt reſpõſum eſt, quia orbes, qui inferiores ſunt orbi ſupremo, ſinguli quidem motũ tenent proprium ſuper proprium ſibi centrum, propriumq; ſibi polum: cùmq; hi nihilominus ſequãtur orbem ſupremũ, in motu diurno, qui ſuper idem centrum, eundemq; polum voluitur: ideo horum omniũ ſm hunc motũ motor fuit orbis ſupremus. conſtat autẽ ex præhabitis ipſum ſupremum orbẽ, licet maior ſit virtute alijs corporibus omnib⁹, quia tñ corpus finitæ ſit magnitudi-
I nis, finitusq; velocitate, & tarditate
71 ſit oportet. Cùm igit᷑ ſic finiti vigoris ſit, ſi in alijs orbib⁹ plures fuiſſẽt ſtellæ, contingeret ei in hac parte defatigatio, & labor, videlicet tarditas extra naturã, non ex parte motionis in infinitũ, nec quia ipſi mobili inſint principia contraria motori, quẽ admodum ineſt mobilibus, quæ nobiſcum, at ſolũ ex hoc, ꝙ cuiusq; motoris per naturã eſt determinatę magnitudinis mobile per naturam. qđ quidem mobile, ſi poſuerimus maioris corpis molis, q̃ corpus ei accõmodatum natura, neceſſe eſſet eius motũ limites exire naturæ; quapro- K
ter ei ex ipſã iteratione cõtingeret defatigatio, & labor. Hoc itaq; tramite Ariſtotelis audiẽdus eſt ſermo, quo ſupremo corpori, ſi plures moueret orbes, pluresue ſtellas, q̃ mouet nunc, defatigationẽ, laboremq; contingere aſſeruit, ſic inquam audiendus eſt, aliter vero minime, ſiquidem patefactũ iam eſt, nulla cœleſtibus corporibus principia ineſſe contraria, nec ea in laborem, defatigationemq; prolabi, dũ motũ exercent in infinitum. Sicitaq; de ſtellarum ſubſtãtia, deq; earum motu, & partibus ſui motus, de earum figu L
ris, & cur aliæ alijs ſint velociores, & quædam pluribus motibus, quædã paucioribus, & cur maior orbis plures circũuoluat ſtellas, alij vero orbes circũferant ſtellã duntaxat vnã.

SVMMA QVARTA.

IN hac ſumma ipſe quatuor ſcrutatur quæſita. Primum, an terra moueatur, aut quieſcat. Secundum, hac quieſcente, quis ſit locus ſui vbi in mundo. Tertium, de cauſa ſuæ quietis. Quartum, de eius figura. Et tota hæc ſumma in capita M
Septem abſoluitur. Primum Antiquorum de loco terræ opinionem enuntiat. Secundum eorundem de cauſa ſuæ quietis, & motus ſententiam commemorat. Tertium eorũ quoq; de terræ figura ſermonem refert. Quartum ipſorũ de cauſa ſuæ quietis dicta commemorat, & quis illorum cenſuerit ipſam quieſcere. Quintum deſtruit terrã ſubire motum. Sextum eiuſdem locum, cauſamq; quietis exponit. Septimum eius figuram inſinuat.

Caput

A *Caput Primum.*

72 DIcendum igitur ꝙ ſapientum vetuſtas varias de terræ loco ſententias protulit. Quicunq; enim cœleſtia corpora cenſuit finita, terrã collocauit in medio. Pythagorica autem ſchola, & alij Priſcorum aſſerũt iguẽ reponi in medio, terramq; moueri circa medium, dicentes aliã obuiam huic, in qua nos degimus, dari terram, & huius terræ, cuius incolæ ſumus, & ipſius alterius terræ circulatione diem innouari, & noctem. Hanc igitur ipſe corripit ſectam, dicendo hos talibus adhæreri ſermo-
B nibus, quia non nituntur cauſas rerum aſſignandas, conformes ſtatuere rebus, quas iudicat ſenſus, qui ſanè motus decet quemlibet naturalium rerum cauſarum exploratorem. At ipſi contrario tramite incedunt, enitentes ſophiſtico quodam ſermone flectere, trahereue ea, quæ ſenſus diiudicat ad cauſas, quas ipſi effingũt: ſuam ſiquidem non approbant ſententiã à ſenſu, neq; ratione, ſed ſenſum, rationemq; ad propriam ſuam opinionem, credulitatemq; detor-
73 quere conantur. Argumentum vero, quo hanc ſuam ſtatuunt ſententiam, eſt ꝙ ignis nobilior eſt terra, &
C nobilioręm rem nobiliori in loco collocari fas eſt᷑: nobilior aũt locorum mundi eſt medium, quod vniuerſi centrũ aſſeritur, quia eius diſtantia à circunferentia mundi eſt vna: in hoc igitur loco collocãdus, inquiũt, eſt ignis: & in cauſam aſſignãt, quia dignum eſt rem nobiliorem locari in medio, qui medij locus ibi locata conſeruat, ac primum conſeruanda quidẽ eſt res nobilior: nil aũt mundi machinæ nobilius eſt᷑ igne: ignis itaq;, inquiunt, locũ obtineat mediũ. Ad hoc autem Ariſtoteles dixit lati 74
tareĩ hoc ſermone biforme dari me D
dium, quorum Vnum medium eſt magnitudinis, videlicet cuius ab vtriſq; extremitatib⁹ diſtantia ẽ vna, Secundum mediũ eſt virtutis, à medio magnitudinis longe diuerſum. Siquidem quod virtutis eſt mediũ omnibus prędicamentis ineſt, at magnitudinis medium ſolum quantitatis categoriæ accõmodatur. Et quẽadmodum medium, quod animantibus ineſt, aliud eſt à medio magnitudinis, ſic quoq; tenẽdum eſt in diſpoſitione mundi, videlicet mediũ in eo virtutis aliud eſſe à medio ei⁹ E
in magnitudine. Cùmq; palam fuerit haud ſecus in mundo, q̃ alijs in entibus diuerſum eſſe medium virtutis à magnitudine, cùmq; conſeruans ſit non magnitudinis mediũ, ſed virtutis, vtiq; nobilior res conuenienter locatur in medio ſm virtutem. Idcirco examinandum eſt quis nam locorum ſit medium virtutis, eò ꝙ tale medium principium, conſeruãsq; extat locati, magnitudinis vero medio magis cõgruit vltimũ, q̃ principium, quia contentum eſt, & non continens, & ſemper nobilius eſt contento ipſum, quod continet, F
hæc autem ſuperioris loci, quem locum cernimus eſſe ignis, diſpoſitio eſt cũ loco inferiori, qui apparet locus eẽ terræ, videlicet quia ſuperior locus, mediũ eſt virtutis, & medium magnitudinis eſt locus inferior. qđ ideo ſic ſe habuit, quia ſuperius continet inferius, cõtinens autem vices gerit formæ, & contentum gradum tenet materiæ, Hæ itaq; Antiquorũ de loco terræ ſententiæ ſunt, videlicet ponentium eam in medio, & eorũ, qui eam collocant extra medium.

G *Caput Secundum.*

75 CIrca terræ aũt motum, & quietem biformem hoc in loco Priſcorum opinionẽ cõperimus, quarũ Vna fuit dicẽtis ipſam quieſcere, Secunda vero opinantis eam moueri. Quæ rurſus in duas diuidit', quarũ Vna hanc moueri cõtendit circa medium, exiſtimans terræ mediũ non eſſe mediũ mundi in magnitudine: cuius vtiq; opinionis cẽſores Pythagorica fuit hæreſis, arbitrantes terrã moueri circa mediũ, & cum hoc aliã huic obuiam terram exiſtere, quam peculiari, famoſóq; ſibi nomine ap-

H pellare cõſueuere, quorum nõnulli ſunt dicentes plures dari poſſe terras circulo motas circa medium, quem admodũ circunfertur terra ipſa, quã inhabitamus nos, ſed latent, inquiũt, propter huius terræ noſtræ interſtitium. Et eiuſcemodi terræ in pluribus Lunæ eclipſis cauſa eſſe poſſunt, eò ꝙ interpollẽt lumen, quod à ſole effunditur. Et argumentant' ex hoc, ꝙ, ſi aſſerimus cauſam eclipſis Lunę eſſe mediationem terræ, videlicet in

I centro mũdi, nõ vtiq; prohibet hæc Solis lumen à Luna, quia ſit in centro, ſed quia de centro, corporis terræ eminens molis egredit', mediũq; excedit. ꝙ ſi ita fuerit, longe quidem ratiocinabilius erit prohibere lumẽ Solis à Luna per terras, quæ ſm ſe totum centrum mundi egrediuntur. Secunda autem ſecta affirmat terrã locari in centro, eam tñ ſuperſtabilẽ eius diametrum circunferri cenſuit.

96 Ariſtoteles aũt Triplici demonſtratione terram moueri refellit. Quarũ prima eſt. Si terra moueretur circa medium, cõpeteret quidem ei eiuſcemodi motus violenter, non ſm naturam. ſi enim eſſet ei naturalis, ipſę terræ partes eũdem ſubirent motũ: K idem enim ſpecie eſt motus totius, & partis. quod ſi ita eſſet, ſenſu iudicarem' eius partes moueri circa medium, quod tñ hactenus ſenſus nullaten' iudicare potuit. cùm igit' hũc motũ oporteat ei competere violenter, neceſſe erit ipſum eſſe non ęternum, qui ſi fuerit non æternus, eſſet & ipſa terra, ſm ꝙ pars eſt, ex partib' mundi, non æterna: at iã oſtenſum eſt mundũ in ſingulis ſuis partibus eſſe æternũ. Secunda demonſtratio 97 hæc eſt. Videmus enim cõtrarijs motibus, & diuerſis in longitudine, latitudineq; moueri ſtellas, Si igitur po L ſuerimus eiuſcemodi motus videri ineſſe ſtellis ex parte motus terræ, ſequeretur contrarijs motibus moueri terrã. Si autẽ aliquos horum motuum aſcripſerim' ſtellis, aliosq; terræ, videlicet vnum duorũ motuum lõgitudinis attribuam' terræ, aliũq; ſtellis, ſequeretur ei non ineſſe motum latitudinis. ſi vero terræ poſuerimus motũ latitudinis, conſequens eſſet, omnibus ineſſe ſtellis eundem motũ latitudinis, & inuenietur latitudinis motus etiã ſtellis fixis: apparet nanq; omnibus erraticis ſyderibus tres ineſſe motus, duos quidem M longitudinis, videlicet occidentis, & oriẽtis, & motũ latitudinis. nec fieri poteſt vnũ horũ triũ imponere terræ, & duos ſtellis, eò ꝙ latitudĩs motus innouatur ſtellis à duobus motibus lõgitudinis, videlicet motu diurno, & motu ſtellæ in orbe ſuo obliquo. Tertia demonſtratio eſt ꝙ videmus Solẽ, ſtellasq; aſcendere, deſcendereq; ſup eadẽ loca terrę, abſq; vlla diuerſitate, & translatione, Si ergo ſuper diametrũ terrã moueri dixeris, oportet motum latitudinis variari

A riari à terra; ſcilicet loca ortus: ideſt diuerſa eſſent loca ortus, & occaſus, quẽadmodũ in longitudine, & breuitate diuerſi ſecãtur dies, & ipſe occaſus in orizonte iuxta dierũ diuerſitatem in breuitate, & longitudine. At, licet terram quieſcere per ſe quidem pateſcat, euidentiæ tamen cauſa eiuſcemodi demonſtrationes Ariſtote. afferre voluit.

Caput Tertium.

70 TErræ autem figurã alij Priſcorum ſphæricam, alij latam cenſent, ipſi vero eius figuram non eſſe ſphæricam ex eo monſtrant, ꝙ tpe

B Solis ortus, atq; occaſus terram ſphęricam Solis corpus ſuper rectam lineam videtur proſcindere. ꝙ ſi hęc ipſa ſphęricã obtineret figurã, oporteret ex ſua inciſione formã emergere lunarem. quemadmodum in ſolari eclipſi ex inciſione mutua lunaris corpis, & Solis fieri perpendim'. Ignorant aũt hi viri ꝙ, dum magnũ ſphęricũ corpus proſcinditur à ſphęrico corpore paruo, apparet ipſa inciſio, proinde ac ſi fieret ſuper lineã rectam, quia minoris arcus circuli, qui in ſphæra maiori, curuitas non apparet. &, cum magnũ corpus pro-

C ſcindit ſphæricum corpus paruum per arcũ minorem, apparet eiuſcemodi minor arcus, qui modice eſt curuitatis, ac ſi eſſet linea recta. Et hæc eſt Solis diſpõ cum terra apud viſum. ſiquidẽ Sol palmi vnius appa ret quantitatis, ꝑꝑ eius diſtantiam à nobis, & terra lõge apparet Sole ma ior: ꝙꝙ Mathematici Solem plurimum terræ magnitudine excedere monſtrant: ſed quæ ſenſus diiudicat apparentia eſt, non veritas. Hæ igit' de motu, locoq;, figuraq; terræ Anti quorum ſententiæ habentur.

Caput Quartum. D

DIcẽtes aũt terram quieſcere, vt 77 pluribus Antiquoꝝ viſum eſt, titubant quidem, & multimode variant in aſſignando cauſam, qua hęc ipſa quieſcat. Inueniunt enim partes terræ, quotiens ad aerem eleuant', & exinde in ſua virtute relinquuntur, mox petere deorſum, & quotiens inferior eius pars commoueat', partes ſuperiores moueri ad locũ inferius: viderunt'q; maiorem eius portionẽ arctare minorẽ, eamq; mouere ad centrum, & quò maior ipſa portio fuerit, eò velocius deſcendit deorſum: quæ quidem diſpoſitio nõ con E tingit terræ ſecundũ ſe totam: cum tamen condecens eſſet toto contingere, id quod contingit parti. Laudi bus igit' ipſe præfert Antiquorũ ſo- 78 lertiã, qua huius rei cauſam examinauerint, & huius cauſæ inquiſitionem vere philoſophatos eẽ aſſeruit, licet quicquid de hoc dixerint à rectitudine lõge recedat. Quatuor igitur de cauſa totius terrę quietis cum hoc, ꝙ eius partes ſemper moueri videant ad centrũ, ipſe opiniones enumerat. Quarũ prima huius cauſam dicit, ꝙ terra ſecundũ ſe totam infinitæ eſt magnitudinis, idcirco nullũ F hanc habere locum, in quem moueatur. iſte autẽ ſermo refellitur ex hoc, ꝙ nullum corpus actu dari infinitum antea apparuit. & hanc ſanè opinionẽ plurimũ cõtemnit, quam deſtruere moliebatur Empedocles. Secunda opinio eſt dicentis cauſam terræ quietis eſſe, quia tota ſuppoſita eſt aquæ, & ſup ipſam fertur, trabis inſtar, quæ nõ ſuperfertur in aerem, ſupernatat tñ in aqua. Triplici 79 autem argumẽto ipſe hanc deſtruit ſententiam. Primum. Si cauſa ſtatus

G terræ ſunt aquæ, quænã aquarũ ſta-
tus cauſa aſſignari poterit: partes ſi-
quidẽ aquæ quoq; mouent deorſũ.
Secundum argumentũ eſt, ꝙ aer le-
uior apparet aquis, & leuiores ſunt
aquæ terra, quonam igit pacto con-
tingere poſſet, leuius corpus ſubeſſe
grauiori, & leuius ſubſtentare id, qđ
grauius? Tertiũ argumentũ. Si apta
nata eſſet ſupſtare aquis, eſſent vtiq;
talis aptitudinis & eius partes. cuius
tñ oppoſitum ipſe ſenſus diiudicat:
partes enim terræ aquæ fundũ pete-
re, & eò velocius, quò maior terræ
81 portio fuerit, concernimus. Tertia
H opinio eſt dicentis figuræ latitudinẽ
cãm eẽ, qua terra quieſcit, eò ꝙ hui⁹
figuræ mos ſit difficilius ſcindere ae
rem, idcirco aeri hæc ſuperferi. Ad
quod accedere putãt, ꝙ ei nullus in
aere vacuus dat locus, in quẽ tranſ-
ferri valeat, quaſi vndequaq; coar-
ctata ſit ab aere, eò ꝙ nullus, in quẽ
transferri valeat, ei locus admittit:
nec extat corpus, quod repleat locũ,
quẽ euacuaret, ſi ſm ſe totã mouere
tur terra: quẽadmodum canali fiſtu
læ, qua aquarũ ductus fieri ſolet, con
tingere videmus. cùm enim ei⁹ clau
dat orificiũ. non deſcendunt aquæ
I illic cõtentæ deorſum, quia nullum
adeſt ibi corpus, quod aquarũ locũ
adimpleat. Pluribus inſup, quæ pce-
pit ſenſus, hanc eorũ approbant ſen-
tentiã, vtpote ꝙ aer magni quidem
ponderis corpora ſuſtentat; & eò fa-
cilius, quò latioris figuræ fuerit, qa
hæc ipſa, vt diximus, aerem vix diui
82 dere poteſt. Hanc aũt exiſtimationẽ
ipſe redarguit ex eò, ꝙ, ſi cauſa ſtat⁹
terræ eſſet aeris coarctatio, & quia
locus ei deſit, in quem moueatur, di
gnius vtiq; eſſet vaſtam eius corpo-
ris molem, q̃ figuræ latitudinẽ ſui
ſtat⁹ cauſam exiſtere. quò enim ma K
ior terræ moles fuerit, maiorẽ locũ
expoſceret, magisq; ab aere coarcte
tur, & nil refert ſiue ſphæricæ ſit fi-
guræ, ſiue non: idẽ enim in hoc erit
conſequẽs. Nec intentionẽ vllam ad
propoſitũ habet illorũ ſermo, dicẽs
huius cauſam eſſe figurę latitudinẽ,
admittendo eis hanc latam obtine-
re figuram: ſi aũt non admiſerimus
eius latitudinẽ, longe quidem min⁹
vim aliquã illorũ ſermo obtinebit.
Quarta aũt opinio, eſt opinantis ter 83
ræ quietis cauſam eſſe motum circu 84
larem, contingentẽ vniuerſo, videli- 85
cet aeri, & aquæ, per motũ corporis 86
primi. & quicunq; ſenſent terrã in L
medio, & innouatũ eſſe mundum,
vnanimes pp motũ circularem hãc
in medio putant locari, quẽadmo-
dum aeris contingit turbini, qui for
ti ſua circulatione pellit oĩa in ipſo
grauia ad mediũ. & horũ nonnulli
cauſam eius quietis in medio eandẽ
eſſe dicunt cum cauſa, qua hæc ipſa
pellit, videlicet motus turbinis, & cir
culationis. Cuius argumentum eſſe
ſtatuunt id, quod apparet de circula
tione aquarum in vaſe, cùm impoſi
tum fuerit fruſtum aliquod ęris, qa
eiuſcemodi fruſtum non petet valis M
fundum, ſed ſtabit in medio, & ta-
lem Empedoclis fuiſſe ſermonẽ no-
uimus. Cu mq; horũ opiniones ex-
acte commemorauerit, cõem indu-
xit ſermonem, quo omnia de cauſa
quietis totius terræ cum motu, qui
ineſt partib⁹, dicta deſtruere propo
ſuit. In cuius deſtructionem nonnul
las, quas & primũ ſuppoſuit, propo-
ſitiones enũtiat. Prima, omnis cor-
poris naturalis motus eſt naturalis.
ſi enim eius non eſſet motus natura
lis, nec vtiq; motũ haberet violẽtũ:

naturalis

A naturalis enim motus intuitu motũ
dicimus violentum. ꝙ ſi nec natura
lem haberet motum, neq; violentũ,
nullus omnino ei motus ineſſe pote
rit, vnde daret naturale corpus pror
ſus immobile. Secũda propoſitio ẽ,
omne naturale corpus, ſi motũ ha-
bet naturalem in rectũ, habebit na-
turalem quietem: & cuiuſq; natura
lis motus finis eſt ipſa naturalis qes,
quẽadmodum violenta finis eſt mo
tus violenti. Quod cũ ita fuerit, po-
ſuerimuſq; totam terram quieſcere
in medio, aut ratione ſuæ figurę, aut
cauſa circulationis, turbiniſq;, vt Na
B turaliũ Philoſophorum cœtus exi-
ſtimat, aut quia aliud quidẽ ipſam
compellit, eſſet quidẽ neceſſario ei⁹
in medio quies violenta: cùmq; co-
gitauerimus cauſam inferentẽ vim
terræ ſtandi in medio eſſe ablatam,
47 vt ſi ablatus fuerit turbinis mot⁹, &
circulatio ipſa, ſeu quęuis cauſarum,
quas tulimus, ſequeretur neceſſario
terram moueri ſm natutam à me-
dio, in quo quieſcit, videlicet in par-
tẽ obuiam pedibus, & capitib⁹ nr̃is.
cõueniret enim eius motus ſm natu
ram ad vtrãq; partem eſſe ſm habi-
tudinem vnam, & nõ eſſet eius mo-
C tus in partem obuiam capiti noſtro
dignior, quàm verſus partem, quæ
eſt in occurſu pedũ noſtrũ. Si igitur
eius motus ad vtranq; partem habi
tudo ſit vna, quia ambæ hæ partes
ſunt eædem, op3 vt id, ꝙ non pro-
hibet terra ipſam à ſuo motu ad
vnã duarum partium, non prohi-
beat eam à motu in partẽ aliã duo-
rum, ſiquidem ſimilium cauſæ ſimi
les ſint oportet. Si ergo circulatio ip
ſa, aut terræ figura non prohibent
terram à motu in partẽ, quæ eſt in
occurſu pedibus noſtris, nec vtiq; ip
ſam, phibebunt à motu in id, ꝙ ob D
uiat capitibus noſtris. dignũ quippe
eſt, cùm duas has partes cenſuerim⁹
eaſdẽ, vt quicquid prohibet ab vna
earum, prohibeat & ab altera, & non
prohibens ab vna, ſit & non prohi-
bens ab altera. Aſſignata igitur re- 87
ſponſione omnibus cõi, nunc præ-
ſertim in Empedoclem ſe cõuertit.
Cùm enim huius ſententia genera-
uerit mũdum, ſciſcitandum eſt ab il
lo, vbi nam tunc quieuerit terra, &
quæ fuerit tunc cauſa ſuæ quietis, cũ
ante huius mundi formam iam nec
circulatio, nec aeris motus extiterat.
hoc aũt diſputationis genus eſt ad E
ſermonẽ dicẽtis, non iuxta veritatẽ
rei. Exinde vero tres ex ipſa rei natu
ra cõtradictiones ſtruxit, quarũ pri-
ma eſt, Nil prohibet imaginari ae-
ris circulationem. & turbinem, qui ĩ
præterito fuerat, cauſam fuiſſe mot⁹
terræ ad mediũ, eiuſq; in eo quietis,
& ipſum tunc ſm aliam extitiſſe di-
ſpoſitionẽ, q̃; modo, ſiquidem aer
propinquus terrę non apparet nunc
moueri, moue ret aũt aer, qui ætheris regioni aſtat. ſumus igitur inter
duo, ſ. ꝙ ponemus turbinis motum,
circulationemq; aeris tunc extitiſſe, F
quemadmodum & nunc, aut dica-
mus id elapſo tẽpore aliter fuiſſe q̃;
modo. ꝙ ſi poſuerimus eã in præte-
rito aliter ſe habuiſſe q̃; nũc, admi-
ratione vtique; dignũ eſt, quemad-
modũ cauſa ſit terræ quietis, & eius
ad centrũ motus. Si aũt dixerimus
hanc eadem lege ſe habuiſſe antea,
quemadmodum & nunc. videlicet
quò ad aeris motũ, impoſſibile ſanè
eſſet aeris motum cauſam eſſe terræ
quietis in medio, & eiuſdem motus
ad ipſum, nec in præterito, nec nũc,
Secunda contradictio eſt. Si noſtra 88

ſententia

G sententia non affirmat turbinē causam esse in motu ignis sursum, fatemurq; huius causam esse naturam ignis, oportebit quidem causam terræ motus ad medium, & eius in ipso quietis esse ipsius terræ naturā, non turbinē, & circulationem. quippe cū ipsa translatio sit genere eadē, dignū erit vt eius quoque causa sit genere vna. & hæc quidē causa translatæ rei
89 natura est. Tertia cōtradictio est, ꝙ per se euidens est graue, & leue non diffiniri per circulationē. ita vt graue sit id, qđ circulationis causa pellitur, leue vero, ꝙ circulatione nō pel-
H litur. cōpertum enim ex sese est, nec in grauis, nec in leuis definitione circulationē proferri, quēadmodū in eius definitione apparet motus sursum, motusq; deorsum, & graue mobile esse deorsum, quapropter graue, & leue per se quidē inueniuntur ante circulationem, & turbinē, quæ sanè causæ sunt motus deorsum. Insuper, si posuerimus innouari motum; motum inquam circulationis, mirabile vtiq; esset quoniā loco ante huius motus innouationem mota fuerit terra, & ignis. Si enim in ali quo tempore nullum sphęricum cir
I culariter motū daretur corpus, nō esset vtiq; ibi vltimum, finisue. &, si nō esset ibi finis, nō esset sursum, neque deorsum. quæ cùm nō fuerint; non erit graue, nec leue: quapropter nec terra, nec ignis, quod totū falsū est, & impossibile.

Caput Quintum.

90 CVmq; harū opinionum destructionem compleuerit, Quintā de causis quietis terræ Antiquorum attulit sententiam, quæ aliis minus sufficiens esse videtur, & est opinio, quæ prisco Chamedino ascribitur. iste enim, eiusq; pedissequi opinabātur causam, qua terra quiescit in medio, esse ꝙa posita est de omnib⁹ orizontibus positione æquali, ideo nō data est illi facultas magis ad vnā moueri partē q̄, ad aliā, cum eius dīstantia ab omni orizontis parte sit æqualis, idcirco in ipso persistat medio, ꝓpinde ac si ipsam vndequaque traherent orizontes tractu æquali, & q̄ si eius motionis ad ipsos orizontes virtus sit æqualis. ꝙ si non staret in medio, esset propinquior ei orizon vehementioris attractionis, aut ipsa fortioris esset ꝓpiuitatis ad illū
91 orizontem. Hanc igitur sententiam
L ipse tribus demōstrationibus obrue re nititur, quarum duæ ipsam opinionem refellunt, tertia autem syllogismum diruit, quo in suæ opinionis cōstantiam reuincere arbitrantur. Primæ cōtradictionis hic ordo est. Si causa terrę quietis in medio esset eius æquistātia ab omnibus orizōtibus, sequeretur vt etiam ignis in medio positus ibi quiesceret: nec solum ignis, sed quodcūq; corporum, si ibi positum fuerit, itidem de ipso iudicium esset: quāobrem, non esset ipsa quies in medio peculiaris terrę,
M sed cunctis corporibus cōis: idcirco non erit hæc terræ quies naturalis, sed violenta nullam prorsus obtinere quietem per naturam. at dictum iam est cuiq; corpori naturalē dari quietē, sicut & per naturam motū. Secundæ cōtradictionis hęc series ē.
92 Quietē, quæ naturalis motus est finis, naturalem esse oportet: & ꝙa ad eundem locum, in quē pergunt terræ partes, cōuenit vt vergat terra ſm se totū: partes autē naturaliter pergūt ad medīū: dignū vtiq; erit vt tota ipsa terra naturali tramite proficiscatur

A discatur ad mediū: quæ cùm naturaliter ad ipsum pergat mediū, in eo vtiq; quiescet ſm naturā. ꝙ si ibi qe scit ſm naturā, nō erit itaq; causa sue quietis motus æqualitas, cōtrarianuumuè motuū æquatio, atq; tempe
93 ries. Et mirabile sanè, vt Aristoteles loquitur, est aliquē rerum exploratorem scrutari cur terra quiescat in medio, exindeq; tam alienā, & absonam fugiungere causam, & non idē examē facere de causa, qua ignis qe scat in orizonte. rationabile quippe est vt in his similis sit dispositio, videlicet si in orizōtem quiescit ignis
B per propriā naturam, ꝙ & terra ipsa per propriā naturam quiescat in medio, & terra, si quiescit in medio ꝓp aliquid ipsam ad hanc pellens quietem, consentaneum est & ignē quiescere in orizonte per vim quandam violenter sibi illatam, vt illic quiescat. Cōdecens demū hic erat talem quoque causam scrutari in igne. At, cùm id causarū genus assignatur de elementorū quiete, aufertur ab his funditus quies, quæ ſm naturam. ac naturali ablata quiete tollitur & motus ſm naturam, quo perempto perimitur & violentus, quibus duobus
C motibus ablatis, naturalis corporis inuentio destruitur: siquidem fieri non potest vt aliquid adsit corpus, cuius sit nec motus, nec quies. Cōdecens insuper his erat in hoc causam quærere motus, quemadmodū causam quærūt quietis. Syllogismus autem, quo tertā in medio persistere statuunt, duabus cōtexitur propositionibus. quarū vna ē, si terra est in medio eius, ad omnes partes motus erit æqualis: secūda, maiorq; propositio, qui ad omnes partes æqualiter suo tēdit motu, id in ꝓprio suo loco
D persistet, quiescatq; op3: vnde cōcludūt terram ꝑsistere in medio ei⁹, qa ad omnes partes motus est æqualis. Hanc autē maiorem propositionē stabilire conāt ex eo, ꝙ apparet de dispositione rei circularis, quā cùm quis traxerit ad omnes partes æqualiter, stat, & in nullā partem flectit. sic & plurimum famelicus, sitibundusque homo, cui æquali distantia amota sint esculenta, & potus, is qui dē merito ad neutrū moueditur, sed
94 quiescet. Aristoteles autem hanc maiorem propositionē redarguit, dicendo ꝙ quicquid statū, persisten
E tiamq; ſm hunc modum obtinuerit, dignum erit eius vndique partes dissipari, segregariuè, & ad omnes ferri partes, eo ꝙ idipsum in medio positū corpus non est pūctus, ita, vt partibus contingat id, ꝙ contingit in toto, videlicet vt totius distātia à continente, & distantia partium sit vna. siue igitur partes moueri ponātur ad partē propinquiorem, & per modum attractionis, siue ad partem longinquiorem, & ꝓp ipsam inclinationem, si cōueniēs fuerit his partibus moueri ad orizōtem, dignum esset has ipsas moueri ad orizōtem
F propinquiorem: naturale enim corpus, quò proprius est loco suo naturali, eo facilius suum exercet motū: quapropter, oporteret dissipari terram, & ei⁹ partes moueri ad omnes partes, aut saltim dilatari, & in maiorem conuerti molem, q̄; sua natura postulat, & hoc ponēdo ptes ferri ad ptē ꝓpīq̄orē, quēadmodū, si ei⁹ motⁱ ⸗ geret ad distātiā lōgīq̄orē hanc ipsā cōgregari, & coadunari necesse eēt: q̄ sanè ambo, videlicet cōgregatio, & dilatatio motⁱ sūt. q̄ ꝓp rei ſm hūc modū existētis in medio magis

causa

G cauſa ē mot⁹,q̄; cauſa q̄etis. Hęc igit᷑ ſunt, quibus Ariſtoteles maioꝝ hāc propoſitionem deſtruxit. Ac minoris propoſitionis corruptio prędedē tiū quoq; ſermonū virtute colligit᷑. & hoc quia,ſi terrę motus ad omnes partes eſt æqualis,eius igit᷑ in medio quies violenta erit,nō naturalis. Mirabile itaq; eſt locū offendere, quo ipſa quieſcat per naturā,ſiquidē alia loca alijs propria ſunt elemētis. Themiſtius vero,hunc ſermonem ſeruare niſus,dixit,in Timęi libro ſcriptū eſſe,ꝙ ſimile ſimili appoſitū in nullam partium declinat.ubi,dum legi
H tur id in nullā declinare partium,intentio nō eſt ꝙ oppoſitæ in ipſo potētiæ faciunt id ſtare,& æqualiter ſe habere ad diuerſos motus,quaſi idipſum ibi ſtatū habeat per modū violentię,ſed intentio erat ꝙ,cùm res ſimilis quieſcat in medio, eiuſq; innata aptitudo fueritillic ſiſtere,tunc aferūt vltimam q̄etis cauſam eſſe,ꝙ eius vndequaq; diſtantia eſt æqualis,proinde ſi eiuſcemodi cauſa,quæ iuxta hui⁹ viri intellectū in hoc Priſcorū ſermone exprimitur,eſſet cauſa quietis terræ in medio prior, quā ipſa terræ forma.& hoc,quia, cū po-
I ſuerimus terrā quieſcere in medio per naturā,erit propīqua huius cauſa forma terræ,ſ.ipſa grauitas: cauſa autem remota,quia eius diſtantia ab omnibus orizontibus eſt æqualis. ideo vilipendit Themiſtius, Ariſtotelis hic ſermonē, inquiēs,neminem latere cauſam quietis terræ eſſe ꝙ ſic ſua poſtulet natura,ſed vnuſq; ſ q; ſcire deſyderat cauſam ſui ſtatus in hoc loco per naturam. ꝙ ſi Antiquorū talis fuiſſet in ſuo ſermone intentio,tunc Ariſtoteles vtiq; hanc intentionē,ſermonemq;,quem ipſe attulit deſtruendum,minime intel- K
lexiſſet, & ſic Ariſtotelis cōtradictionem vnuſquiſq;, quemadmodū & Themiſti⁹ perfacile euadere poſſet. Noſtrum igitur eſt penſitare quod nam in hoc ſermone Antiquorum propoſitū fuerit, an id, ꝙ intellexit Ariſtoteles,aut ꝙ illorū, Platoniſq; fautor Themiſtius voluit. Dicamus igitur liquido cōſtare Priſcorū examen in hoc fuiſſe de efficiente cauſa terræ quietis in medio propīqua, aut remota,ſi qua forte remota cauſa affuerit,aut de ambabus ſimul,nō autē de cauſa formali,nec de quouis alio cauſarū genere. Manifeſtū au- L
G pyramidalis eſſet, aut ſphæricus, ſequeretur hanc ipſam rem, quam cõburit, & ſegregat in partes igneas, ſegregare in pyramidales figuras, & ſphęricas. hoc autẽ falſum eſt, & inopinabile. ſi enim diſpoſitio ſic fuerit, ſepararet quæq; figura, & diuideret vnumquodq; ſm figuram ſibi ſimilem. vnde culter omnia, quæ incideret, ſegregaret quidem in cultros. Dixit, Et admiratione dignũ
74 eſt ꝙ iſti hãc figuram adaptant igni ex eo, ꝙ ſeparat, & diſſipat, cùm tamẽ potius congreget, quã ſegreget, & diſſipet. innatum ſiquidem ẽ igni
H aggregare ſimilia, & ſegregare diſſimilia: quapropter eſſentialis eius actio eſt congregatio, accidentaliſq; ei eſt ſegregatio. ſi igitur ſegregationis cauſa eſt figura, congregationis cauſa erit ei per ſubſtantiam. cõueniens enim fuiſſet hos ſufficientem
75 in hoc ſermonem adducere. Exinde ipſe aliud adiecit argumentum, videlicet cùm calidum contrarium ſit frigido, & humidum ſicco, ſi eſſentiales horum differentiæ eſſent figuræ, conueniret calidi figuram contrariari figuræ frigidæ & humidi figuram contrariari figuræ ficci. at nulli figuræ contraria eſſe poteſt fi-
76 gura. Dixit, Ideo nullus illorum tẽtauit figuram aſſignare frigido, cũ tamen iuſtum fuiſſet hos propriam omnibus qualitatibus figuram aſſignaſſe, aut nulli. Dixit, Nonnulli de hac frigidi virtute ſermonem facere volentes, & innuit Platonem, rei contrariũ enuntiant, dicẽtes frigidũ eſſe rem magnæ portionis, quia nõ tendit in profundum, nec pertranſit meatus, ſed continuat, & obturat. Quòd ſi hoc ita fuerit, oporteret calidũ eſſe rem paruam, quia tendit in profundũ, & iuxta ſui ſubtilitatem, K
paruitatemq; penetrat meatus. & ſi naturæ frigidi, calidiq; ſunt huius diſpoſitionis, erit contrarietas exiſtẽs in eis propter paruitatem, & magnitudinem, nõ propter figuram, vt hi in hoc ſermone oſtẽdere conantur. ſi enim maiores partes, minoreſque eiuſdem ſunt figuræ, vtpote pyramidalis, aut ſphæricæ, ſequeretur pyramidalem maiorem non eſſe ignem. quapropter non erit combuſtionis cauſa, vt hi opinantur ipſa figura. Ex hoc itaque ſermone reuincitur 77
elementorum differentias non eſſe L
ratione figurę, nec hęc ipſa ſibi proprius figuram vẽdicare propriam, ſed illorum differentiæ ex proprijs quidem ſunt paſſionibus, vti humiditas, & ſiccitas, caliditas, & frigiditas, & per eorum actiones, ſicut calefactio, combuſtio, infrigidatio, humectatio, & per eſſentiales eorum potentias, vti grauitas, & leuitas. conſtat itaq; ꝙ, cùm harũ rerũ notitiã comprehenderimus, innoteſcet nobis vnumquodque elementorum per id, ꝙ ei adamuſſim accommodatur. De Grauitate autem, Leuitateq;, in mox ſequẽti dictione tracta- M
bimus, de alijs autem horum differentijs in de Generatione, & Corruptione libris ſermonẽ pollicemur. Sic deniq; huius dictionis intentio abſoluitur. Sit omnium conditori laus, gloria, & benedictio per ſempiterna ſecula Amen.

DICTIO QVARTA.

HAec dictio continet ſummas tres. Prima de Antiquorũ ſermone circa graue, & leue inquirit. Secũda cauſam
A ſam inſinuat, qua quædam ex ſimplicibus leuia ſint, & quædã grauia. Tertia oſtendit quid graue, & quid leue, & quæ ſint corpora quibus grauitatem, leuitatemque ineſſe aſſerimus, quotq; ſint numero, & eorum accidentium cauſas enuntiat. D

SVMMA PRIMA

HAec ſumma ĩ capita tria abſoluitur. Primũ huiꝰ dictionis propoſitũ mõſtrat. Secũdũ ſcrutatur de graui, & leui, & quotupliciter eorum vnũquodq; ſignificet, & Antiquos ſolum de altero horũ ſermo-
B nem feciſſe oſtẽdit. Tertiũ ſummã Antiquorum, Veterum ſcilicet, & Iuniorum ſententiam de graui, & leui commemorat, & eorundem fallaciam. diminutio nanque inſinuat.

Caput Primum.

1 DIxit, Quòd in hac dictione oſtendere nitimur, ſunt intentiones duæ, Vna quidẽ, vt declarem⁹ quid Graue ſit, & Leue, & afferamus id, quod illorũ naturam deſignat, Secũda, vt cauſam dicamus, qua nõ nulla corporũ grauia ſint, nonnulla vero leuia. Dixit, Cõueniens quidẽ fuit in hac ſciẽtia de graui ſpeculari,
C & leui, eò ꝙ proportionem habet cõſyderatio de his cum conſyderatione de motu: natura ſiquidẽ de principio motus enuntiatur ſm prius,
2 aut de ipſo motu ſm poſterius. Et, qa Graue, l eueq; appellamus id, in quo eſt principium naturalis motꝰ in loco, aut ipſum mobile motũ naturali in loco: grauitas autem, & leuitas ſunt quidem duo nomina, quę aut principia deſignant, quibus hæc ipſa corpora mouẽtur, aut ipſos motus, quibus mouentur: ideo iuſtũ erat, vt conſyderatio de his naturalis poneretur. Et in Græco idiomate, D
vt Ariſt. loquitur, grauitas, & leuitas ſunt duo nomina ſignificantia potentias, quibus hæc corpora mouentur, ipſorũ vero corporũ motus nullũ, vt inquit, nomẽ effertur. in Arabica vero lingua vĩ horũ noĩum vsꝰ eſſe in contrarium. nos aũt hic vtimur his, vt eiuſcemodi potentias denuntient. Dixit, Et, quia de graui, & leui ſpeculatio Naturalis eſt, ideo de eis facere ſermonem Priſci Naturales oẽs, nõ tñ complete, nec recte horũ dederunt differentiam, licet alij alijs proprius veritatem tetigerint. Dixit, Dignum igitur eſt vt horũ E
opiniones afferamus, eaſdẽq; minꝰ ſufficientes eſſe doceamus, exinde noſtram ſententiam explanabimus.

Caput Secundum.

DIxit, Graue, & Leue, vtrunq; 3
biformẽ conceptũ refert, aut 4
ſimpl'r, aut cum relatione. & hoc, qa euidẽs eſt quædã corporũ moueri ad medium, quædam à medio: & q̃ à medio, cõſtant moueri ſurſum, eaq; dicimus leuia: & ꝙ mouetur ad mediũ, apparet moueri deorſum, id que graue appellamus. Si ergo hic inuentũ eſt ſurſum per naturam, & F
ſimpliciter, deorſumq; per naturã, & abſolute, non in relatione, conuenit adeſſe ſimpliciter leue, & ſimpliciter graue. Sed dari per naturã, ſimpliciterq; mundi ſurſum, & deorſũ nonnulli Naturaliũ, ceu Plato, recuſant, dicentes quonam pacto cenſeri põt in mũdo ſurſum, deorſumq; abſolute, cum circulare, & omniquaq; vniforme cœlũ exiſtat? quãobrẽ nõ aliter, inquunt, ei aſcribi poſſunt hæc, niſi ipſam referam, ad hoĩem, ita vt pars, quæ capiti noſtro obuia ſed, ſurſum erit, & quę pedibus deorſum,

G ſum,& fieri poteſt vt pars,quæ in oc curſu eſt pedum noſtrorum,eadem obuia ſit capiti homnium,quorum pedes ab oppoſito latere obuij ſunt pedibus noſtris. Dixit, Acceptabilis vtiq; hic illorum eſſet ſermo, ſi mũ dus nullum haberet orizõtem,mediumque determinatum per natu ram, & dria in eſſe. at,quia in mundo orizontẽ,mediũq; determinatũ concernimus, quorum vtrumlibet vnum eſt numero : cùmq; contrarium ſit orizonti medium,ſicut cõtrarietas eſt duorum rectæ lineæ extremorum, quæ quidẽ maxime ad-
H uerſantur : conuincitur ſurſum, deorſumq; ſimplr adeſſe in mũdo : q̃ cùm affuerint,aderit vtiq; ſimpliciter graue,leueq; abſolutum . Dixit, Et teſtimonium perhibet mũdi orizontem eſſe ſurſum , ꝙ hoïes hunc ipſum ſurſum appellare ſolent.& licet cœlum ſolum dimidium ſphæræ exiſtiment, nihil tñ hæc illorum exiſtimatio prohibet quin ſurſum admittãt. nã haud ſecus crederẽt dari ſurſum , ſi conſcij eſſent cœleſtia corpora eſſe ſphærica vndiq;, quem
6 admodum cũ huius ignorãtia.Quò habito dicamus ſimplr Leue eſſe id,
I ꝙ ſupremum petit mundi,ꝙ ſimplr eſt ſurſum,& ſimpliciter Graue , ꝙ ad mundi pergit mediũ,deorſumq; ſimpliciter.at Leue, Graueq; ſm relationem, ambo quidem de duobus vniuſ gñis entibus proferuntur,quę in eandem vergunt partẽ, ſed vnũ velocius fertur altero,& velociori dicitur grauius, ſi ambo
7 ſint de genere leuium. Dixit, Et vniuerſa Priſcorum ſchola ſolum de huiuſmodi graui, & leui, ſcilicet quæ ſm relationem proferuntur,ſermonem fecerunt, quemadmodũ ex K ipſis illorum eloquijs colligimus.

Caput Tertium.

A Ntiquorum autem de graui 8
ſentẽtias ipſe retulit etiã tres, quarũ Vna eſt opinantis ſubſtantiã grauis,& leuis in partium multitudine,& paucitate conſiſtere. ſunt.n. ex prioribus,qui inter graue,& leue differentiam aſſignantes,dicunt graue,& leue componi ex partibus conuenientibus in forma, ſed graue ex pluribus, ex paucioribus vero leue: & iſte fuit Platonis in Timæo ſermo : proinde ac ſi dicerẽ magnam plumbi portionem grauiorem eſſe L parua, niſi ꝙ ſermo illorum non ſit de rebus ſimilium partium, quemadmodum portio eſt plumbi maior,& minor,ſed de rebus non ſimilium partium,ceu plumbum,& trabs.ꝙ ideo cenſent,quia omnia ex rebus ſimilium partium,i.eiſdẽ in forma conſtare arbitrantur, licet appareãt diuerſa . Dixit, Hunc illorũ ſermo- 9
nẽ ſenſus ipſe refellit,cũ hoc,ꝙ cauſa,quã aſſignant, ſi ipſam admiſerimus,cauſa quidẽ eſt grauis, & leuis, grauitatis aũt, & leuitatis minime. modus aũt, quo ſenſus horum deſtruit ſententiam,eſt,quem mox ip M ſe enuntio. Videmus enim ignem leuem ſemper motũ ſurſum, ſiue magna,ſiue parua ignis portio ſit.ſic & terram non minus glebulam,quam eius magnæ molis partem tendere deorſum.ſi igitur leuis cenſendus eſſet ignis ex eo,ꝙ ex paucioribus triãgulis cõfectus ſit,& terra grauis , qa ex pluribus triangulis conſtet,conſequens eſſet,maioris quantitatis ignẽ moueri deorſum, minoris vero ſurſum,cuius vtiq; oppoſitũ ſenſus inſinuat. maior ſiquidem ignis velocioris

A cioris eſt motus in ſurſum, q̃; minor, & terra maior velocius pergit
10 deorſum,q̃; minor,Rurſus aliud ex hoc prouenit impoſſibile. Si.n.grauitatis, & leuitatis cauſa triãgulorũ eſſet multitudo,& paucitas. ſequeretur aliquã magnitudinẽ aeris grauioręẽ aliqua magnitudine aquæ, ſ. qñ in ipſa aeris magnitudine plures admittantur trianguli, quàm in magnitudine aquæ.ꝙ ſiꝑ falſum eẽ ſenſus dijudicat. nunq̃;. n. aer ſuapte ad locum proficiſcit aquæ . hæc itaq; ,vt Ariſtot. ſcribit , fuit horum
11 de grauis,leuiſq; natura explanatio.
B Alijs vero Antiquorũ eiuſcemodi ſermo non placuit,nec huic aſſignationi cauſæ illorum ratio acquieuit. Dixit, Et licet priores hi fuerint tẽpore illorum , tñ ſermo Neotericorum more loquitur, videlicet quod diſtincti⁹, & maiori indagine rẽ tractant:illi vero, tãetſi Iuniores extiterint,Priſcorum tñ veſtigiã ſequuntur, videlicet paucitate inquiſitionis, & eo ꝙ quaſi in oppoſitum ſenſus dicerent.ſi.n.compoſita æqualia magnitudine ſunt ea,quæ ex primarijs æqualibus numero partibus cõponuntur,ſitq; leuitatis, & grauita-
C tis cauſa paucitas partium,& multitudo,apparet aũt ſenſu aliqua æqualia magnitudine grauiora eſſe inter ſe,conſequens eſſet,æqualia eſſe non
12 æqualia . Dixit,Qui ex ſuperficieb⁹ componit corpora,vt vir iſte, affirmare non poteſt leuitatis,& grauitatis cauſam eſſe partium magnitudinem in graui,& paruitatem in leui, quemadmodum quibuſdam naturalium placuit,eo ꝙ cenſeri non poteſt vnam grauiorem eſſe ſuperficiẽ altera,licet vna ipſa maior ſit altera. Qui aũt ex indiuiſibilibus corpori-
Cœ.Gen.Met.cũ cõ.Auer.

bus corpora conficiunt, hanc quidẽ D poſitionem ſuſcipere valent,abſque hoc,ꝙ in ipſum inopinabile prorũpant , ꝙ ſequitur opinionem dicentis leuitatis,& grauitatis cauſam paucitatẽ eſſe partium,& earũ multitudinem. poterit.n.huius ſententiæ cẽſor aſſerere, ideo multis in rebus minoris quãtitatis rẽ grauiorẽ eſſe requãtitatis maioris, quia hæc modicæ magnitudinis res confecta ſit ex partib⁹ maioribus,maioris vero magnitudinis res ex partibus quãtitatis minoris,& licet hi dare nequeãt cauſam in ſimplicib⁹,ſ.qua pars minor ſit grauior.poſſunt tamẽ huius cau E ſam aſſignare in compoſitis. Summa igitur eorũ,quibus Platonẽ corripuit,ꝙ minus recte grauis,& leuis cauſam tradiderit, nec completã de hoc inquiſitionẽ fecerit,hæc eſt.Se- 13
cũda vero, quæ hãc Platonis aliquãtulum in ſufficientia excellit, Democriti,& Leucippi ſententia eſt. Aſſerũt.n.leuitatis , grauitatisq; cauſam eſſe vacuũ,ꝙ per corpora diffundi, ſ.ꝙ vacuũ trãsfert corpora ſurſum, & plenũ deorſum,ideo affirmãt aliqua corpora videri maiora , ſunt tñ leuiora, eo ꝙ ſua magnitudo ex vacui multitudine reſultat, nõ autem F multitudine pleni , & ſm hoc nihil prohibet vt æq̃lia ſint corpora in partibus, ſint tñ alia alijs leuiora. &, qa hũc ſermonẽ nõ ſequit incõueniẽs, ꝙ aliũ comitat ſermonẽ, magis ſufficiens huiuſcemodi ſermo videtur. Exinde huic opinioni reſiſtere hũc, 14
quẽ modo explicabo, argumẽtandi 15
modũ intẽdit. Si per oẽ corpus va- 16
cuũ diffunditur , & vacuũ leuitatis cauſa aſſeritur , & grauitatis cauſa plenũ , fieri nõ põt quin, hanc inſequẽdo opinionẽ , ipſum leue alterò

G quatuor modorũ definiant, Videlicet quia ſit id, in quo plus eſt de vacuo, & graue contrariũ: Aut in quo minus eſt de pleno, & graue in contrariũ: Aut in quo plus ẽ de vacuo, quam in graui, & minus de pleno, videlicet determinãdo ipſum minus, & plus vacui, & pleni in vno corpore, per relationẽ ad alterũ corpus, nõ aũt referendo vacuum, quod in ipſo, ad plenũ, ꝙ in eodẽ: Aut definiãt per relationẽ leuitatis in ipſo ad grauitatẽ, quæ in eodẽ, ita, vt leue dicatur, in quo plus eſt de vacuo, quã de pleno quadã proportione termina-
H ta, & graue contrariũ. Si igitur definiant leue, quia ſit, in quo plus eſt de vacuo, ſequereretur aliquã terrã leuiorem eſſe aliquo igne. ſi. n. in aliqua ignis portione eſt quantitas vna vacua, poteſt quidem tãtæ magnitudinis terra ſumi, vt plus contineat de vacuo, quã ipſa portio ignis, & conſequens erit eiuſcemodi terrã ferri ſurſum. Si autẽ definiunt leue, quia ſit, in quo minus eſt de pleno, poterit vtiq; tm̃ ſumi ignis, vt plus habeat de pleno, q̃; eadẽ portio terræ, & conſequens erit ipſum ignẽ moueri deorſum. Quòd ſi leue definiunt, q̃a ſit in quo plus eſt de vacuo, & de pleno minus, prorſ̃ipent in am-
11 bo impoſſibilia, quæ prædictos definiẽdi modos ſequuntur, eo ꝙ hæc definitio ex primis duabus definitionibus cõficitur. ſi. n. non poſuerimus determinatã proportionẽ pleni ad vacuũ in corpore graui, nec leui, nil prohibebit quãdã dari terrã plus habẽtem de vacuo, & de pleno minus, quã in aliquo igne, & erit terra leuis: ſitr ignis effici poterit grauis. Rurſus falſum, ꝙ ſequitur definiẽtem leue, quia ſit, in quo plus eſt de vacuo, pariter ſequitur definiẽtẽ graue. definit. n. is graue, quia eſt id, quo plus eſt de pleno: vñ cõcludi tur quãdã dari terrã leuiorẽ igne. Itidẽ ſequitur definiẽtẽ graue definitione cõpoſita cõtraria definitioni leuis cõpoſitæ ex plus de vacuo, & minus de pleno: Qui vero leue, graueque definit per relationẽ vacui in eo ad plenũ, is ſanè inconuenientia præmemorata auſugere põt, ĩ aliud tñ impoſſibile prolabi cogitur, ſ. ꝙ non maior ſit velocitas maioris magnitudinis ignis, quã minoris, quia in vtriſq; proportio eſt eadem. ſitr contingit terræ, & maior terræ portio nõ mouebitur velocius, quàm portio minor. Cùm igitur hæc omnia iuncta fuerint in vnũ, cõſequens erit impoſſibile eſſe vt vacuũ cauſa ſit leuis, & grauis. Dixit, Iamq; ſequi 17
tur hanc illorũ ſentẽtiam, ſi vacuũ cauſa eſt motus ſurſum, ꝙ vacuum aptum natũ ſit moueri ſurſum. ꝙ ſi hoc annuerint dicentes vacuũ mobile eſſe ſurſum, & plenum deorſum, cogentur cauſam exponere, qua vacuum pergat ſurſum, & plenum deorſum, & vnde ſit ꝙ ambæ hæ naturæ in nullo corporum abinuicem ſe parentur, cùm tamen illorũ aptitudo ſit diuerſa, vnius quidem vt moueatur ſurſum, alterius vt tendat deorſum. Rurſus ſi vacuũ dixerimus 18
moueri, oporteret ei dari, quò moueatur, locum. erit igitur loci locus, aut erit locus nõ locus. cauſam itaq; motus vacui complere nõ poſſunt, nec ipſum admittere poſſunt immobile, cũ idipſum cauſam motus enũtiãt. Hæc igit̃ ſunt incõueniẽtia, quæ leuis, & grauis cauſam vacuũ, & plenũ aſſerẽtes ſequũt̃. Tertia opi 19
nio ẽ eorũ, q̃ cauſam leuis, grauiſq; ponunt

A ponunt paruitatẽ corporũ, & eorũ magnitudinẽ, arbitrãtes id eſſe leue, ꝙ & paruis corpuſculis cõſtat, graue vero ꝙ ex maioribus. Et ſimilis eſt horũ opinio opinioni primæ in eo, ꝙ de graui, & leui ſm relationẽ, non graui, & leui ſimpliciter ſermonem fecerint. & hoc, quia quicũq; in horũ cauſam nõ aſſignat geminas naturas in quiditate, & forma contrarias, ſed cauſam dicit eſſe pp magis, & minus, nõ põt loqui de cauſa grauis, & leuis ſimpliciter. Et ideo magis cõueniens eſt in hac parte ſermo ponentiũ horũ cauſas plenũ, & va-
B cuũ. poſſunt enim hi de ſimplr leui, & graui cõſyderationẽ ponere, dantes harũ, quæ opponũtur, naturarũ cauſas oppoſitas. nihilominus nec hi quidẽ de graui magis, & magis leui cõgruũ ſermonẽ habere valent, quẽ admodũ nec illi de graui leuiq; ſimplr. & ſermo ponẽtiũ leuis, & grauis cauſã ptiũ puitatẽ, & magnitudinẽ magis ẽ ſufficiẽs, q̃; ſermo ponẽtiũ horũ cauſam partiũ multitudinẽ, & paucitatẽ, quẽadmodũ diximus prius: eo quòd quando petimus ab his, vnde ſit ꝙ aliqua ſimpliciũ corporũ ſint maiora ſimul, & leuiora, reſpõ-
C dent corpora leuiora confecta eſſe ex partibus minoris magnitudinis, licet ſint numero plures, quæ autem grauiora ſunt cõponuntur ex partibus maiorib⁹, licet ſint numero pau-
20 ciores. Qui vero horũ cauſam per ſolam multitudinẽ, paucitatemq; aſſignant, hanc dubitationẽ euadere ne queunt. verũtamẽ, cũ conſyderaueris, iudicabis hos idem incõueniens committere, ꝙ & primi ſermonis ſẽ ſorẽ ſequitur. ſi. n. maiorum, minorumq; partiũ natura fuerit eadem, cõſequẽs eſſet eiuſdem naturæ eſſe elementa, ſed differre ſolum ſm magis, & minus, ꝙ ſi admiſeris, nõ eſſet hic leue, nec graue ſimplr. & cũ aggregatæ eſſent tot partes minores, vt adæquent maiores, eſſet illarum inclinatio ad idem: vnde cõtingeret maiorẽ ignẽ grauiorẽ eẽ aqua, & terra minori. Ex his deniq; collige corruptionẽ omniũ opinionũ, quas ꝑſequebantur Antiqui de graui, & leui. Dixit, Et nonnulli hominum ex Veteribus admiſerunt quidẽ vacuũ, ſed nullatenus conſyderauerunt de graui, & leui, vt Pythago. & Empedocles, alij vero, quos nunc tulimus, de hoc ſermonẽ fecere. E

SVMMA SECVNDA.

DIxit, Poſtq̃; Antiquorũ 21
opinionũ de graui, & leui corruptio innotuit, dignũ eſt vt nos illorũ naturas explanemus, priusquam cauſam finalem enuntiando, qua nonnulla corporũ tendunt ſurſum, nonnulla deorſum. potiſſimũ. n. de grauis, leuiſq; diſpoſitione expetendum hoc eſt. Dicamus igitur, huius eſſe cauſã 22
in ſimplicibus ipſum proprium cuiuſq; corpis locũ petere. vnũ ꝙq;. n. ſimpliciũ mouetur ad locũ ſibi conuenientẽ, eo ꝙ vltima perfectio hic F
ſibi eſt. rationabile ſiquidẽ eſt, huiꝰ motus cauſam eandem eſſe cũ cauſa aliorũ motuum. Cũ. n. hic adſint motus tres, videlicet motus in loco grauis, & leuis, & eſt ipſa translatio, motus in qualitate, cui dicimus alterationẽ, & motus in magnitudine, dictus augmentio, & diminutio, de quibus apparet nullũ eorum eſſe ex aliquo contingente, nec in aliquod contingens, nec horũ mobile, mouenſq; eſſe quomodocunq; ſors obtulerit, ſed cõſtant fieri ex contrario

G determinato in contrariũ determinatũ, vtpote ꝙ tranſmutatur ex nigro tranſmutatur quidem per ſe in albũ, aut in aliquod mediũ inter albũ, & nigrũ, ſimiliter motus in qñ tranſmutatur quidẽ de qñ termino in quãtũ terminatũ, cõdecens igitur eſt eandẽ diſpoſitionẽ in his, quę ſm locũ ſunt, motibus naturalibus credere, ſ. quia in loca ferantur determinata. à motoribus terminatis, & mobilibus terminatis. Cùmq; hæc rata fuerint, ſintq; ſurſum, & deorſum inuenta per naturam, & horũ
H uę, mobile aũt res, quæ grauis eſt, & quæ leuis potentia, quouſq; exiſtat grauis, aut leuis actu completo, ſ. qñ eſt ſm perfectionẽ vltimam, ſit autẽ ſm ſuam perfectionẽ vltimam, qñ actu eſt in loco ſibi ꝓprio: ꝙ ſi hoc totum ſic fuerit, apparebit locum vltimam horum corporum perfectionem exiſtere, & eãdem obtinere habitudinẽ ad corpora, quã & vltima forma rei genitæ: quia ipſe finis eſt motus exeuntis de potentia in actũ perfectum. Et ſm hanc intentionẽ cenſendum ꝙ cauſa motuum elementorũ ſit ire ſimile ad ſuũ ſimi-
I le: nõ ſicut quidã arbitrãtur, ſ. ignẽ petere ignẽ, & terram terram. hoc. n. fieri non põt: alioquin partes terræ mouerentur ad terram, quocunque loco fuerit, etiam ſi poſita eſſet ſurſum, quemadmodum ad magne
23 tem ferrum. Apparet rurſus cauſam horum corporum motus eſſet petere ipſum vbi in ſimili ex hoc, ꝙ locꝰ, quò tendit vniuſcuiuſq; pars, eſt locus totius. cùm ergo partes cuiuſq; eorum moueantur ad vltimũ corporis circũambientis ab extra, erit quidem locus cuiuſque horum corporum quatuor vltimum corporis k
cõtinentis ipſum ab extra, ad quem partes ferũtur, & in eo quieſcunt. qa igitur corpora leuia mouentur ſurſum, & in eo quieſcunt: grauia vero deorſum ad mediũ, & ibi quieſcunt: erit vtique continens corporis leuis ipſum ſurſum, & cõtinens corporis grauis ipſum mediũ, eritq; ſurſum vti forma leui, & ipſum leue eius veluti materia. ſic & medium ſe habebit vti grauis forma, & graue ipſum veluti materia medij. ſi ergo locus ũ ſis eſt formæ, & ꝙ in loco reſidet vicẽ obtinet materiæ, conſequẽs eſt
L corpus leue, & graue moueri ad id, ꝙ ſe habet veluti forma, & hoc eſt vltimũ corporis continentis ipſa. ideo hæc corpora adinuicem aſſimilantur. Et nil refert ſi ipſam ſimilitudinẽ accipimus ſurſum, aut deorſum. ſi enim exordimur deorſum, comperimus terram aſſimilari aquæ, & aquam aeri, aeremq; igni. pari lege. ſi hanc diſpoſitionẽ ſumamus ſurſum, habebimus quidẽ ignem ſĩlem aeri, & aerem aquæ, & aquam terrę.
M aſſimilantur aũt vicina hęc corpora adinuicẽ, quia alia ab alijs continentur, quæ & ipſorum ſunt vbi, extrema vero, ſ. ignis, & terra nõ aſſimilãtur adinuicem, eo ꝙ loco diſtant, & neutrum continet alterũ. deniq; ſuperioris loci habitudo ad locũ inferioꝛẽ eſt habitudo perfectionis ad perfectionẽ ſuſcipiens, & formæ ad materiam. ſic vtique ſe habet diſpoſitio in habitudine locorũ mutua: ſi quidem in prædicamento poſitionis haud ſecus inuenitur aliquid vices gerens materiæ, & formæ, quemadmodũ in prædicamento vbi, & reliquis. quapropter apparet finalem horũ corporũ motus cauſam eſſe

ipſum

A ipſum vbi ſibi deſtinatum, inquantũ ſimile, & huius effectricem, aut materialẽ cauſam eſſe ipſam inclina
24 tionẽ. Quemadmodũ cauſa motus
25 ægrotantis à languore ad ſanitatem nil aliud eſt quã natura corporis ſanitatẽ ſuſcipiẽtis, & ſanitatis pręſentia, quæ ſuſceptiui ſanitatis perfectio eſt. iccirco qui ſciſcitatur cur corpora quædã pergãt ſurſum, quædã deorſum, quærit perinde, ac ſi petierit cur ægrotãtiũ aĩalium corpora mouentur ad ſanitatẽ potius, quã ad lõgitudinẽ, verbi cauſa, aut breuitatẽ.
Demũ horũ triũ motuum varieta-
B tis duæ ſunt cauſæ præhabitæ, videlicet natura mobilis, & eius, ad quod eſt motus. ex eo. n. ꝙ illorũ conſiſtẽtiã eiuſcemodi cauſæ largiant, gradũ obtinentes propriarũ dꝛiarum, conueniens eſt eaſdem cauſas eſſe, quibus ipſi motus variantur. differentiæ. n. conſtituentes ipſæ eædem ſunt diuidẽtes: ſed differunt in modo, eò ꝙ motus in loco diuerſus eſt ab alijs motibus: quia mota in loco mouẽtur quidem in loco ex ſe, alia vero mobilia non inueniuntur mota ex ſe, ſed quãdiu mouetur illorũ agens, & mouens, quemadmodum
C in alteratione, augmẽto, & decremẽto. licet exiſtimari poſſit hæc quoq; eãdem diſpoſitionem poſſidere. certe nimus. n. corpora cõplura, qñ modi culam alterationẽ ſuſcipiunt ab extra, ipſamet exinde longe plus in alteratione proficiũt, vti corpora, quę ad exactam ſanitatẽ, aut maximam ægritudinẽ mutant modica motrice cauſa pręſente. attamẽ, ſi alijs motibus diſpoſitio hæc ineſt, poſterius quidẽ, & nõ tã exacte hoc erit, ſicut in motibus ſimpliciũ in vbi. Cauſa vero, qua hæc ſimplicia moueãtur in loco ex ſe, qñ ablatum eſt prohi- D
bẽs, ſiue ſtatim poſt eorũ generationẽ, ſiue in quouis tẽpore alio, eſt ꝙ leuis, & grauis ſubiectũ perfectũ eſt, & propinquum elementorum ſubſtãtiæ, nigredinis vero, & albedinis ſubiectũ, ſubiectũq; egritudinis, & ſanitatis lõgius diſtat à ſubſtãtia rei ſuſcipientis ſanitatẽ, & nigredinẽ, & à perfectione. Signũ aũt ꝙ grauitatis, leuitatiſq; ſubiectũ perfectũ ſit, ẽ duplex. Primũ, ꝙ ei perfectior motibus ineſt, videlicet translatio in loco. hic. n. motus gñatione poſterior eſt, & in eẽ prior. nã quibus motus gñatione poſterior, eſt in eẽ prior, Secũdũ, ꝙ hic motus ei cõpetit ꝓ ſe. E
ideo dicunt grauitas, leuitaſq; eſſe, aut ipſa elementorũ ſubſtãtia, aut ei propinquiores, q̃; reliqua accidentia, quæ his inſunt. diuerſitas igit̃ naturarũ mobiliũ, & diuerſitas naturarũ mouentiũ, ac diuerſitas ipſorum motuũ finis, cauſa eſt, qua ipſi motus variẽtur in ſe. cũ. n. hæc ſimul iũcta ſint, mouent mobilia in perfectionẽ, in quã naturali impetu ferri cõſueuerũt, dũmodo nihil adſit, ꝙ prohibeat. & quẽadmodũ hæ eædẽ cauſæ cuiq; genitorũ determinatã cauſam formã, determinatã qualitatẽ, & quãtũ determinatũ, pariformi F
ter cauſæ hæ ſunt vt determinatum vbi pertingat. Hæc igitur ſumma ẽ eorũ, q̃ Ariſto. edocuit circa cãm, q̃ ſimplicia hæc corpa mouentur, hæc ſurſum, illa deorſum. Themiſtꝰ vero Ariſ. in hoc ſermone inculat, exiſtimãdo adhuc ſupereſſe de diuerſitate horũ corporũ motus proprias cauſas reddere, & nõ ſufficit vl'es corporũ cauſas exponere, quemadmodũ minus ſufficiẽter reſpõdet interrogatus, cur laborãs ſanus euaſerit,

G dicens quia ſanus erit potẽtia, aut qa cet hãc eandem eſſe cauſam inuẽtio K
de eius more eſt vt moueatur ad ſa nis grauis, & leuis ſm relationẽ, & ꝓ
nitatẽ, nil aliud ſubnectẽdo, vtpote priasillorũ tradit drias, quæ his in-
dicẽdo, qa putridũ humorẽ pepulit ſunt, ratione materierũ, & formarũ,
natura per criſim, aut qa ſtupidum quibus hæc ſimplicia corpora qua-
membrũ incaluit, & id genus cauſarũ tuor diuerſificãtur. Quintũ enũnat
ꝓpinquarũ, quæ in huiuſcemodi di ꝙ hæc duo media elemẽta grauita-
ſpõnibus aſſignari ſolent, ſic dignũ, tẽ habẽt ĩ loco ſuo, & ibi nulla ĩẽ eis
inquit, fuiſſet de horũ motuũ cau leuitas. Sextũ cauſas, q̃s de graui, &
ſis reſponſum exhibuiſſe. Tu aũt, ſi leui ſimplr aſſignauit, declarat, &
conſyderas, iudicabis forte Themi ꝙ materiæ cuiuſq; illorũ intuitu ſo
ſtiũ in hoc hebetari. quia. n. hi, quo luuntur dubitationes, contingentes
rũ cauſas quærimus, ſimpliciũ cor his, qui illorũ eandẽ materiã eſſe cõ
porũ motus ſunt, ac ſimpliciũ ſim tendunt, quemadmodũ arbitrantur
plices cauſæ ſunt, cõueniens fuit has ponentes plenũ, & vacuũ. Septimũ
H ſimplices cauſas ſimpliciũ rerũ eſſe inſinuat ꝙ licet grauis, & leuis cauſę L
proprias, cõtrario modo, quo ſe ha non ſint figuræ, quẽadmodũ patefa
bet diſpoſitio in rebus compoſitis, ctũ eſt prius, grauitati tñ, & leuitati
de quib⁹ attulit exẽplum Themiſti aliqd patrocinij hę ipſe miniſtrant.
us. compoſitorũ quippe proprię cau & in hoc huic dictioni finẽ ĩpoſuit.
ſæ ſunt res additæ cauſis ſimplicib⁹,
vniuerſalibuſq; neceſſario. iccirco *Caput Primum.*
in ſimplicibus nõ inueniuntur cau
ſæ, niſi vl̃es tãtum, & hæ qdem pro DIxit, Noſtra intentio eſt leuis, 26
priæ illis cauſæ exiſtunt, compoſitis & grauis cõmemorare diſſerẽ
vero, & ſimplices, vniuerſaleſuè, & tias, quibus hæ duæ naturæ diuerſifi
propriæ cauſæ accommodantur, vn cantur, & accidentiũ illis contingen
de ad illorũ notitiam non ſatisẽ cau tiũ cauſas exponere, in quorũ enoda
ſas vniuerſalex exponere, & ꝓprias tionẽ primũ illorũ definitiones,
negligere, & hoc cuicunq; parũ in quæ per ſe apparent manifeſtæ, po
I his exercitato liquido conſtare põt. nẽdas duximus, dicendo ſimplr Leue eſſe, ꝙ oĩbus corporibus ſupere- M
SVMMA TERTIA. minet, ſimpliciter Graue, ꝙ omni
bus corporibus ſubſtat. Simpliciter
HÆc ſumma ſeptẽ cõtinet appello id, ꝙ nõ dicitur in relatione
capita. Primũ definit qd ad quodcũq; extremorum, ſicut de
graue, & leue ſimplr. Se aqua dicit ꝙ ſit leuis reſpectu terræ,
cundũ cãs aſſignat, qua & grauis relatione aeris, ſic grauẽ di
aliqua cõpoſitorũ corporũ ſint le cimus aerẽ reſpectu ignis, leuẽ reſpe
uiora in vno loco, q̃; aliud corpus, & ctu aquæ, ꝙ aũt horũ hæ definitio
grauiora eodẽ corpore in loco alio. nes ſint, ex ſe quidẽ cõſtat, ꝙ aũt en
Tertiũ explãat ĩuẽta eẽ corpora ſim tia exiſtãt, quibus eiuſcemodi defi
plr grauia, & ſimplr leuia, & q̃ talia nitiones cõgruunt, & quæ talia ſint
ſint corpora iuxta ꝑhabita fundamẽ corpa, paulo poſt eniteſcet. Leue au
ta. Quartũ, cauſam oſtẽdit, q̃ graue tem, & Graue, quæ dicuntur ſm rela
dãdũ ẽ ſimplr, & ſimplr leue, & do tionẽ, definiuntur ꝙ alicui corpori

ſupere-

A ſupereminens eſt, & alicui ſubſtans, vti aqua, quæ ſupereminet terræ, & ſubſtat aeri, & igni. Hæ igit̃ definitiones ſunt, quibus Ariſt. definiuit graue, & leue. Themiſtio aũt viſum ẽ incõuenientius horũ definitionẽ aſſignari per motũ in ſurſum, & deorſum, quã per ſupereminentiã, & ſubſtare, eo ꝙ iã exiſtit graue, & leue, licet nõ ſubſtet graue, neq; ſuperemineat leue. cũ ergo Ariſt. vt videtur, & in præhabitis, & poſt his duabus definitionibus hæc deſcripſerit, dubitãdũ eſt, ſi ſimplr graue omnibus corporibus ſubſtãs eſt, ergo antequã ſubſtat, vtpote terra, non erit ipſum corpus graue. ꝙ ſi non fuerit graue, non erit in eo inclinatio, &, ſi ei inclinatio nõ ineſt, non erit mobile in locũ, quo ſubſtat. Eodem argumento dubitatur de leui. ideo dignus, inquit, eſt definire ſimplr leue p hoc, ꝙ eſt mobile ſurſum, & ſimplr graue mobile deorſum. & eiuſcemodi quidem definitio, inquit, nõ euaneſcit, dum graue omnibus corporibus ſubſtat, & omnibus ſupereminet leue, quia in proprio loco nec grauitatẽ obtinent, nec leuitatẽ, ſed duntaxat dũ extra naturalia ſua loC ca ſunt grauitatẽ, leuitatemq; habere dñr. Duobus deniq; ipſe huic definitioni, deſcriptioni uè renititur. Primũ ex hoc, ꝙ definitũ inuẽitur, nõ inuenta hac definitione, quẽadmodum ignis inuenitur leuis prius, quàm omnibus corporibus ſupereminens exiſtat, ſic & grauis eſt terra, & nõdũ oĩbus ſubſtat. Secũdũ ex hoc, ꝙ hãc definitionẽ ſeq̃t̃ his grauitatẽ, & leuitatẽ ineſſe, dum ſunt in ſuis locis naturalibus, ꝙ falſum eſt. Si autem definiãtur, ſm ꝙ ipſe excogitat, videlicet per motũ, nõ videnť

Themiſtij opĩo, quæ definitio magis ſit eſſntĩs ꝓpri, an ea, quæ d motũ: an ea, quæ p quietẽ data eſt.

geminæ hæ ambiguitates emerge- D
re. ſiquidẽ graue, & leue aufertur ab
eis, q̃ ablatus eſt motus. quo exiſtẽte exiſtunt & hæc, ſicut mos eſt differentiarũ conſtituentium, & accidentiũ conſequentiũ, quibus rẽ conſtituimus loco differentiarum. Hęc ſumma eſt eorũ, quibus Themiſti⁹ hic Ariſtotelem redargnit. Nos autem dicamus præſcriptas definitiones conſtitui ex genere, & differentia: quarũ neutra à definito ſeiũgi poteſt, quia pars eſt definiti, vt in Poſterioribus oſtenditur. ꝙ autem propriæ rei actiones cõſtituãtur loco differentiæ in rebus, vbi nõ apparent differentiæ ſm ſe totæ, vti ĩ palmæ definitionẽ dicimus ipſam eſſe arborẽ dactylum producentẽ, hoc & ibidem oſtenſum eſt. Quemadmodũ igitur huiuſmodi definitiones fieri ſolent, vbi primũ, perfectũq; definitionũ genus haberi nõ poteſt, & quando tunc loco differentiæ actio aſſumitur, nõ eſt intentio ꝙ hæc ipſa inuẽta ſit actu, ſiquidem interdũ inuenta eſt actio, quandoque minimæ. differentiæ aũt, & ꝙ illarum officio fungitur, ſeparari quidem nequeunt: alioquin non eſſet palma palma, niſi dũ dactylorũ fructũ pro F
ducit, ſi intentio eſſet in eius definitione dactyli productio actu. quod falſum eſſe conſtat, ſed ponitur loco naturalis differẽtiæ, de cuius more eſt vt talis illinc actio proueniat, ſiue hæc ipſa actio proueniat ab ea ſemp, ſiue nõ ſemper. qua ꝓpter ſermo Ariſt. aſſerens leue eſſe. ꝙ omnibus ſupereminet corporibus, intendit, cui⁹ ꝓcliuitas eſt ſupereminere, nõ ꝙ ſit ſupereminens actu: quẽadmodum palmę definitionem efferẽdo, quia fit producens fructum da-

Auerrois opĩo, & ſolo rationũ Themiſtij.

TT iiij ctylo-

G ctylorũ nõ eſt intentio ꝙ dactylorũ fructũ producat actu: alioquin non eſſet palma, niſi tẽpore productionis tm̃. Ex hoc itaq; reuincitur non verũ eẽ hoc definitũ exiſtere, & eiꝰ non inueniri definitionẽ, vt exiſtimauit Themiſtius. Arbitrari aũt ſu pereminere, & profundari nõ eẽ differẽtias grauis, & leuis, eo ꝙ elementis nõ ineſt ſuis in locis grauitas, & leuitas, ſed propriasillorũ differentias eſſe motũ, quia ineſt elemẽtis in locis, in quibus grauitatẽ, leuitatem obtinent, arbitrari, inquã. ſic vacuũ eſt, & ſermo delinquens: eò ꝙ natu
H ra, de cuius more ẽ profundari ſub omnibus corporibus, aut omnibus ſupereminere, dũ in his ſuis locis pſtat, eſt ipſamet natura, de cuius more eſt moueri iſtuc, qñ extra hæc loca fuerit, & vna eadem exiſtẽs, abſq; aliqua diuerſitate motũ obtinet aliquibus in locis, & in alijs quietẽ. Si ergo per graue, & leue intelligimus nãm, qñ ẽ ipſa grauitas leuitaſq; quo nã pacto cẽſeri poterit hãc nõ ineſſe elementis exiſtentibus in locis ſuis naturalibus? Si aũt per id intellexerimus motũ, nou nãm, vnde manat motus, verificabitur elementa non
I habere leuitatẽ, grauitatemq; in locis proprijs, i. nõ habent motũ. ſed ipſe nõ voluit hic per graue, & leue, prout appellationẽ habeant à leuitate, & grauitate dicta de forma, vnde peouenit motus, ſicut in huius dictionis principio cõmemorauimus. Cõclude deniq; & hoc, ꝙ definitio, qua Ariſt. terminauit graue, & leue. nõ cogit dari in elemẽtis aliquid, ꝙ nõ eſt. & id ſm inconueniẽs fuit, qđ Themiſtius huic definitioni aſcripſit. Cauſa aũt, ꝙ grauitas, & leuitas interdum mouet, interdũ nõ, eſt, qa qñq; graue, leueq; in potẽtia eſt ſur K ſum, & deorſum, ideo mouet ipſum ſm ꝙ in potentia eſt: qñ vero ſunt in proprijs locis actu, tũc nõ mouet: motus. n. perfectio eſt rei in potẽtia. Definiuit aũt Ariſt. in huius dictionis principio ipſum graue, & leue, qa eiuſcemodi definitio magis apparet ineſſe elementis, q̃; definitio ſecunda, & eã cõſtituit demõſtrationis principiũ ad hãc deſcriptionem ſecũdã. Anteceſſit vero hæc definitio deſcriptionẽ priorẽ, eo ꝙ cũ inue
L nerit à natura, quã definire voluit, geminas prodire actiones, quarum vna ei ineſt, dũ inuenta eſt ſuis in locis naturalibus, videlicet ſupereminentia, & profundatio, ſecunda aũt dũ in præternaturalibus locis fuerit. ideo præcedere fecit definitionẽ eorũ, ſm ꝙ ſunt in locis naturalibus, nõ aũt ſm id, ꝙ accidentaliter eis in eſt extra loca ſua naturalia. iccirco definitio expoſita hic, perfectior eſt definitione prima, econuerſo eius, quod putauit Themiſtius. Ex his ita que collige Ariſtote. ſermonem veridicum, & Themiſtij contranitentiam corruptam exiſtere.

Caput Secundum. M

28 DIxit, Cùm compoſitorũ corporũ diuerſitas in grauitate, & leuitate ex ipſa primorũ corporum leuiũ, grauiumq; paucitate. & multitudine prodeat, dignum eſt, primũ de primis grauibus, leuibuſq; corporibus ſcrutinium facere, quatenus exinde diuerſitatis in leuitate, grauitateq; compoſitorũ cauſas attingere valeamus. quemadmodũ dignũ eſſet exiſtimãti cauſam grauis, & leuis in corporibus eſſe vacuũ, & plenum, vt enuntiet quid ſit vacuum, & plenũ.

A & plenũ. ſiquidẽ prẽcognoſcere naturas ſimpliciũ cauſa eſt cognitionis eorũ, quæ inſunt cõpoſitis, eò ꝙ nihil inueniẽ in cõpoſitis, quin eius cã
29 ſit in ſimplicibus. Dixit cauſa autẽ,
30 qua aliqua corpora in vno locorũ grauiora ſunt aliquo alio corpore, & in alio loco leuiora ſunt eodẽ, vti trabs centũ talentorum ponderis in aere quidẽ grauior eſt plũbo duorũ talentorũ ponderis, quæ eodẽ plũbo leuior eſt in aqua, huius inquã cauſa eſt, quia oĩbus primis corporibus ineſt grauitas, ſecluſo igne, & oĩbus ineſt leuitas, ſecluſa terra. Terræ aũt
B ineſt grauitas in locis tribus, ſ. in loco ignis, aeris, & aquæ, q̃ & quoquo modo grauis eſt in loco ſuo ꝓprio. vnde nõ abſonũ eſt dicere hanc grauitatem obtinere in locis quatuor. Aqua vero grauis eſt duobꝰ in locis tm̃, videlicet ĩ loco ignis, & aeris grauitatem quoq; hẽt in loco proprio. Aeri aũt eſt grauitas in loco ignis, & quadã ex parte in loco ſuo proprio. at Igni nulla prorſus, nec extra locum, nec in ipſo ſuo loco grauitas in eſt, ſed tribus in locis leuitatem ſibi vendicat, ſ. in loco aeris, aquæ, & terræ. aeri vero eſt leuitas in loco aquę,
C & aquæ in loco terræ. oĩbus itaq; in eſt leuitas ſecluſa terra. His ſtantibꝰ, ꝓfecto erit ꝙ quicquid compoſitorum ꝓdominio ex partibꝰ terreſtribus cõſtat, grauitatẽ obtineat ĩ locis tribꝰ, nec poterit id in vno loco grauius eẽ aliquo corpe, & in alio loco leuius. in quo aũt principatum obtinet aer magis, q̃ aqua, & terra, illud vtiq; in loco aeris graue eſt, & in loco aquæ leuis. quẽadmodũ trabs grauis qdẽ eſt in aere, quia cõtinet in ſe terrã, & aquã, quæ graues ſunt in aere. itidẽ leuis eſt in aqua, quia continet aeris portionẽ exuberantẽ ad portionem D aquæ, & terræ. & ideo hoc cõpoſitorũ genus, in vno loco grauius eẽ poteſt, ĩ alio vero loco leuiꝰ. ſicut trabs centũ talentorũ põderis in aere qdẽ grauior eſt duorũ talentorũ plumbo, & idẽ plumbũ grauius eſt ĩ aqua trabe. cuius apud Ariſto. cauſa eſt, ꝙ trabs in aere quidẽ ex tribus cõponitur, ſ. terra, aqua, & aere, quæ quidẽ in aqua confecta eſt ex duobus tm̃, quapropter hęc ipſa in aere grauior eſt, q̃ in aqua. Sed iã dubitat ĩ hoc hõ, quẽadmodum dubitauit contra Dubitatio Themiſtij
Ariſto. Themiſtius, dicens tametſi E admiſerimꝰ illi terrã, & aquã graues eſſe in aere, quonã pacto dicere poterimus aerẽ grauẽ eſſe in loco ſuo ꝓprio? ſi enim eſſet grauis, eſſet eius in eo quies violẽta, & cõplura alia ex hac poſitione reſultãt impoſſibilia, Solutio.
quę Themiſtius enumerat. Dicamꝰ igit Ariſt. ſermonẽ, enuntiantẽ aerẽ grauitatẽ obtinere in loco ſuo proprio, nõ eſſe audiendũ, ſicut intelligit ſermo, aſſerens aerẽ tenere grauitatẽ in loco ignis, ſed ꝓ grauitatẽ innuit ipſam procliuitatẽ, & paſſionẽ, q̃ in eo eſt, ad moueri deorſum, modico quecũq; patrocinio eueniẽte. F
iccirco & in proprio ſibi loco quoquo grauitatẽ hẽt magis, q̃ leuitatẽ, eò ꝙ magis inclinat recipere motũ deorſum, q̃ motum ſurſum. & ideo maior apparet violẽtia in motu eiꝰ, q̃ in motu ſuo deorſum. nobis autẽ indiciũ facit aeri in proprio loco grauitatẽ ineſſe hoc, qđ de inflato vtre exiſtimat, videlicet quia grauior eſt inflatus, q̃ non inflatus in aere. At Themiſtius adductũ teſtimoniũ recuſat, aſſerẽs inflatũ vtrẽ in aere eodem mõ ſe habere, ſicut non inflatꝰ. Mihi vero hucuſq; ſors non obtulit

huius

G huius rei experimentū, ſi inflati vtris in aere æqualis eſſe grauitatis cum vtre non inflato. manifeſtū enim eſt ſet ꝙ aer in vtre moueret in ſuo loco deorſum violenter, ſi poſuerim⁹ hunc in ſuo loco non habere grauitatē. ꝙ ſi in loco ſuo moueret deorſum violenter, retardaret vtris inflati motus neceſſario. & hoc, quia tāta aeris, qui in vtre, portio obſtaculo eſſet partibus terreſtribus, & aqueis, q̄ inflato vtri inſunt ī ſuo motu deorſum. at qm̄ aer conſentit, vt aliquid graue moueat ipſum deorſum, quia motio aeris in loco ſuo deorſum fit

H quidem cū aliquo graui aggrauāte, nō ex eo, ꝙ in ſuo loco habeat grauitatē ad mouere, ſicut ei dr̄ graue in loco ignis: alioquin ſtaret in proprio loco violēter, & ideo congrueret ei eſſe aquæ, & terræ, cū alijs incō uenientibus, q̄ hanc ipſam poſitionē ſequerent. Secundū hanc ergo intētionē audiendus eſt eius ſermo enū tians oīa elementa in ſuis locis habere grauitatē, præter ignē. quod cùm ignorauerit Themiſtius multa incō uenientia Ariſtoteli aſcripſit. Sed intelligendū eſt ꝙ dicere aerē habere grauitatē in loco proprio, & in lo

I co ignis, æquiuoca appellatione dicit impendit. Itidē tenendū eſt in alio el'nto, cui in proprio loco grauitatē impendit. hoc aūt in ſequentibus ad huc latius explanabimus. Suplationis vero trabis ſuper aquā cauſa nō eſt trabis figura, & planities, quē admodū putauit Themiſtius. alioquin non moueret trabs de aquarū profundo ad ſuperficiē. quia, cuius aptitudo eſt moueri à profundo ad eoꝝ ſuperficiem, promptum eſt moueri in aere deorſum. quod quidem ideo eſt, quia eius in aqua motus ſurſum

K fit pp exuberātiam elementi, cuius procliuitas eſt moueri in aqua ſurſum, quale eſt aer. mouet autem in aere deorſum pp exuberantiam elementi apti nati in aere moueri deorſum, quale eſt aqua, & terra, & ob ipſius aeris, qui mobili ſ'eſt, cōſēſum, & paucitatē eius procliuitatis ad prohibendū illorum motū deorſum. & hæc eſt trabis diſpō, inflatiq̄; vtris, & olei. trabs quidē perſtat ſuper faciē aquarū, quia pars aeris exuberans in ea nō eſt apta nata moueri in aqua deorſum, ſed ſurſum: in aere autem hęc ipſa fuit grauis pp terreſtres, &

L aqueas partes, quæ in ea, cū eo, quod ineſt de aeris cōſēſu ad receptionē motus deorſum, quē Ariſt. grauitatem cognominare voluit. Sed quare trabs, & oleū grauia ſint in aere, & leuia in aqua, ſiue ī quo loco nāli fuerit aqua, ſiue extra, īdiget examine: & nos de hoc alias ſcrutiniū facere pollicemur. Ex hoc itaq; ſermōe patet qꝝ ſit graue ſimpl'r, & ſimpl'r leue, & graue, ac leue ſm relationem, & quare aliqua ſint grauiora alijs vbique, alia vero grauiora ſint alijs q̄buſdā ī locis, & ī alijs locis leuiora

M *Caput Tertium.*

31 QVòd aūt hic ſint corpora contenta ſub graui, & leui, & quæ ſint illa corpa, mox dicēda inſinuant. Etenim ex ꝑſe manifeſtis eſt graue eē, quod mouet deorſum, & leue, quod fertur ſurſum. ſi ergo ſurſū, deorſumq̄; determinata ſunt, & mobilia quieſcūt in locis ſuis naturalibus, ꝓnſ erit ꝙ id, quod mouet ad extremū loci deorſum, ꝑfundet ſub corporibus oībus, & quod fertur ad extremū loci ſurſum, ſuperemineat corporibus oībus. Si igitur ter- 32
ra eſt ipſum, q̄d mouet ad extremū loci

A loci deorſum, ipſa vtiq; terra ē, quæ profundatur ſub oībus. nullū ſiquidem concernit profundius deſcēdere corpus. ſi'r appareti gnē magis, q̄ omnia alia corpa moueri ſurſum, ideo & oībus ſuperfertur. cùmq̄; res ita ſeſe habuerit, terram quidē ſimpliciter grauē concludimus. ſi enim in ea aliq̄d eēt leuitatis', ſub ea aliud dareꝝ corpus. ſic & ignē ſimpl'r dicimus leuē, eò ꝙ, ſi aliquid in eo grauitatis fuerit, eſſet vtiq; aliquid ſu-

33 eminentius igne. At ipſum medium deorſum eſſe terminatū in antehabitis iā patefecimus. Si enim inter-

B minatum id dixeris, eſſet corporū, illuc tendentiū motus infinitus. qđ falſum eſt, & impoſſe, eò ꝙ motus generatio quædam eſt, & omnis generationis dari eſt complementum. ꝙ ſi complementum eſſet impoſſibile, & ipſum generationis principium quoq; impoſſibile ſit oportet, quia igitur motus non attingens terminum caret fine, & cōplemento, eiuſdem igitur motus principiū erit impoſſibile. ꝙ ſi huius principium eſt impoſſibile, & ipſe vtiq; motus impoſſibilis erit neceſſario. &, cùm poſuerimus motum deorſum eſſe ad ſi

C nem, quemadmodū apparet de diſpoſitione mobilium, quæ quidem vndequaq; mouentur motu ęquali, & ſuper angulos æquales, apparebit hæc ipſa moueri ad punctum, qui medium obtinet mundi. cùmq̄; terminatum ſit medium, erunt terminata & extrema, videlicet ipſum ſurſum. &, quia mobilia ad extrema ſimiliter illuc mouentur vndequaq; à medio, motu æquali ſuper angulos æquales, ideo cognoſcitur hæc ipſa moueri à medio ad finem vltimum, circumambientē vniuerſum. Cùmq; manifeſtū fuerit terminatū D eſſe medium, & idipſum centrū eſſe mundi, ſic quoq; apparuit terminata eſſe extrema, apparebit mobile ad centrum eſſe, quod omnibus corporibus ſubſtat, & quod fertur ad extrema eſſe, quod corporibus ſuperemineat. Nec dicēdum eſt aerem ferri ad extremū ipſius ſurſum, & nullum ibi exiſtere ignem. quia, ſi hoc admiſerimus, ſequeretur ignem nō moueri in aere, quia motus ignis in aere indicat ipſum ignem ſuperferri aeri, & ꝙ aeris loc⁹ ſit ei extran⁹, quodq; ei⁹ locus naturalis ſuperior ſit aeri. & hoc, quia locus, quem petit E in ſuo motu ignis, alteram trium diſpoſitionem aufugere nequit, videlicet ꝙ ei aliud inſit corpus, aut non, aut illic ſit ignis actu. falſum aūt eſt illic aliud dari corpus, quia nullum præter elementa quatuor corpus admittitur. ꝙ ſi ibi eſſet vnum ex elementis, quemadmodum nōnulli ex Philoſophātibus noſtri tēporis opinantur, aſſerentes aerem pertingere concauum ipſius Lunæ, ſiſteret quidem ibi violenter, eò ꝙ non eſt aptus natus aer hunc locū attingere, quocirca erit ibi violenter. Cùmq; palā fuerit ignem eſſe ſimpliciter leuem, F & ſimpliciter grauē eſſe terram, apparebit ex hoc aerem, & aquā leues eſſe, & graues ſm relationē: aer quidem leuis eſt reſpectu aquæ, grauis vero ad ignem, aqua autem leuis eſt reſpectu terræ, grauis in relatione ad aerē. Ex hoc deniq; ſermone colligere dari corpus ſimpliciter leue, & ſimpliciter graue, & corpora intermedia, quæ leuia ſunt, relata ad ea, quæ inferius, grauia vero ad ea, quæ ſuperius, & quæ ſint eiuſcemodi corpora explanauimus.

Caput

G *Caput Quartum.*

CVmq; cõperta ſit horũ duorũ corporum inuẽtio, videlicet leuis,& grauis ſimplr,& leuis,grauisq; ſm reſpectũ ,incœpit cauſas afferre, qa concludit nãm corpus medios inter leue, & graue ſimplr eſſe nãm ſimilẽ nãę medij,ſ. quia de eis verificant ambo extrema ſimul, quib⁹ dr graue,relatis ad leue ſimplr , eiſdẽq; dicit leue,relatis ad ſimplr graue. Et
38 nil refert eiuſcemodi ītermedia ſint vnũ corp⁹, aut plus vno,licet ipſe poſuit hic hæc eſſe duo, eò ꝙ oſtẽdendum hoc ſciuit in lib. Generationis,
34 & Corruptiõis. Ipſe igit ad hoc duo
H ratiocinia ſtatuit. Primũ. cùm duo, loci,in quo hoc corp⁹ mouet, extrema in maxima ſint diſtantia,& hoꝝ extremorũ vnũ ſit ipſum medium, qd eſt deorſum,alterũ vero ſit extremum,qd eſt ipſum ſurſum, cõuenit vt ſurſum contrariũ ſit deorſum, & ſupeminens cõtrariũ ſiſtenti in profundo. cuius enim pfectio eſt vbi cõtrariũ,ipſum quoq; cõtrariũ ſit neceſſe eſt: contrariũ aũt eſt locus ſurſum ſimplr loco , q eſt ſimplr deorſum,& corpus, qd locatũ eſt in vno eorũ, cõtrariũ eſt corpori locato in
I alio: cõueniens igit fuit locũ, qui inter hæc extrema cõtraria,habere naturã mediã inter nãm horũ duorũ locorũ , quæ inuicẽ contrariantur, quapropter & corpa locata in hoc loco intermedio, media erũt inter corpora,q̃ maxime cõtrariant, ita ꝙ de vnoquoq; intermedioꝝ corporum grauitatẽ ſimul, & leuitatẽ affirmare fas ſit: grauitatẽ quidẽ intuitu ſuperioris leuis ſimplr : leuitatẽ vero reſpectu inferioris, videlicet grauis ſimplr.hęc vna eſt cauſarũ,quib⁹ inducimur has nãs admittere, videlicet ipſa diuerſitas locorũ. Secunda K
aũt cã harũ naturarũ,inferẽs diuerſitatẽ,eſt id, qd ſtatim enũtio . In oĩ 35
enim ꝑdicamentorũ genere eſt aliquid gerẽs vices mãę , & aliquid vices gerẽs formæ,qd quidẽ in Subſtãtia cõſtat . in Qualitate vero gradũ formæ obtinet actio ab ipſo habitu prouenięs,& habit⁹ ipſe gradũ obtinet materiæ.in Quãtitate aũt ęquale modũ hẽt formæ, & inęquale materiæ.at in Vbi ſuperius ſe hẽt veluti forma,inferius aũt veluti mã. in Situ quoq; id, qd continet, hẽt modũ formæ,& contentũ modum obtinet materiæ.&,cũ talis ſit diſpõ corporis L
grauis ſimplr,cũ corpore ſimplr leui,qa leue cõtinet graue, oportet vt vniusad alterũ ſit ꝓportio materię ad formã.& hęc ipſa proportio non ſolũ cenſenda eſt inter hęc duo corpora,ſed & inter eorũ mãs,eò ꝙ diguũ eſt,vt ſe habeat mã ipſius leuis ad mãm grauis, veluti forma. ſiquidem proportio mãę ad mãm eſt ſicut habitudo formæ ad formã,& habitudo cõpoſiti , & huius corpis ad ipſum cõpoſitũ corpus. Nec eſt intẽtio noſtra dicere horũ corporũ materias duas eſſe numero , ſed duas eẽ
M in habitudine, qua ſe habẽt ad vnãquãq; formã , videlicet ad formam grauis, & formã leuis, licet ſint idẽ ſubiecto, quẽadmodũ mã ſanitatis, & ægritudinis , q̃ idẽ eſt ſubiecto,& duæ in habitudine ad receptionẽ ſanitatis ægritudinis. cõuenit enĩ eandem horũ corporũ eſſe mãm,ex eo, ꝙ conuertunt alterutrũ,& ſm habitudinẽ, & præparationẽ , quæ in eis, ad recipiendũ formã ex formis hoꝝ ſimpliciũ plures. Cùmq; res ita fue 36
rit , & manifeſtũ factũ ſit mutuam harũ duarũ naturarũ habitudinem eſſe

A eſſe ſm habitudinẽ formæ ad mãm, neceſſariũ erit vt corpa intermedia eandẽ habeant habitudinẽ, ita, vt relata ad ſuperius obtineant locũ materiæ,& relata ad inferius locũ forę. verbi cauſa, aqua reſpectu terræ ſe hẽt veluti forma, quia terrã circumambit,& relata ad aerem,vices gerit materiæ,quia ipſa ab aere circũtegitur . eadẽ eſt diſpõ aeris, ad aquã,& ignẽ,& horũ corporũ intermedioꝝ materiarũ ad materias corpoꝝ,quæ in extremo. His itaq; ſic ſpectis,cõſtabit horũ ſimpliciũ corporũ nãm in naturã triformẽ abſolui,duorũ,ſ.
B extremorũ , & eius, qd intermediũ, & vnãquãq; harũ naturarũ diuerſificari ab alia ſm nãm eius,& formã, non aũt ꝙ ſint oĩa eiuſdẽ naturæ, & ſolũ diuerſa ſm magis , & minus,ut opinatus eſt Plato, & Antiquoꝝ plures,dicẽtes leuis, & grauis cãm eẽ plenum,& vacuum. Nos aũt,cũ has ponamus naturas,oĩs procul ablata eſt qõ,& tollunt oĩa inconuenientia,cõtingẽtia his,qui has eandẽ, aut geminas tm̃ naturas eſſe contẽdunt.hanc aũt intermediã naturã eẽ prius cauſam nunc dictũ eſt . aut minus non enodat hic, nec huius explanationẽ
C Ariſt.hic intẽdit, ſed in libro Generationis, & Corruptionis oſtẽſum ẽ hanc biformẽ etiã tm̃ , & elementa, ſm ꝙ eleméta,eſſe quatuor . Ex hoc deniq; ſermone apparet horum elementorũ naturas eſſe diuerſas, & eis tres deberi naturas,quæ pluribus cõtrariorum inſunt, videlicet duorum extremorum,& medij.

Caput Quintum.

39 QVia in præhabitis poſuit hæc corpa habere grauitatẽ in ſuis locis,& in locis ſuperioribꝰ, id explanandum hic accepit,dicens, vnũquodq; corporũ intermediorũ, D
videlicet aer,& aqua grauitatẽ tenẽt in loco ſuo proprio, & in loco eis ſuperiori, ignis vero nullã prorſus obtinet grauitatẽ . Quòd aũt aquæ, & aeris ſit grauitas in loco proprio apparet ex eo, ꝙ aliqua aquę portione attracta deorſum cõtinuo, & pfacile hanc comitat aer, & transfert ad locum aquæ. itidẽ accidit aquæ cũ terra,quotiens ſiquidẽ portio terræ pelitur deorſum, ſtatim & facile trãsferunt ad eundẽ locũ aquæ. quod nequaq̃ contingere põt igni. Dixit, At his nõ accidit in ꝓprio loco leuitas, E
niſi pulſione, eò ꝙ aquæ nõ transferunt ad locũ aeris, nec terra ad locũ aquæ,nec aqua ad locum terræ, niſi violẽter. ſiſr apparet hęc eadẽ diſpõ aquæ,& aeris in fiſtula attrahente,p quã mediãte aere trahit aqua, & per vaſa,quorũ calefactis orificijs abſorbent aquã.& hoc ideo fit, quia, cùm aer p igneitatẽ in ipſo genitã petat ſurſum vaſis,ſecũ trahit aquã,pp nõ dari poſſe vacuũ. Dixit, Sed hoc nõ accidit aquæ cũ ipſa terra,eò ꝙ aeris ſupficies contiguat ſuperficiei aquę cõtiguatione,q̃ vix ſeparari põt, ſed nõ ſic ſe hẽt diſpõ in ſupficie aquæ cũ ſuperficie terræ. Hæc igit ſumF
ma eſt ei⁹,quo Ariſt. docuit hęc tria eſſe nta grauia eẽ in loco ſuo proprio. Nos aũt iã diximus,nõ eſſe intelligẽdum hęc oĩno grauitatẽ obtinere in locis eius proprijs. alioquin, cùm in loco , in quẽ tendit corpus ſimplex, ibidẽ quieſcat, eſſent hæc ĩ locis ſuis violẽter.quod ſanè falſum,& impoſſibile.ſed ideo dicit hęc grauitatẽ tenere in loco ſuo ꝓprio , quia perfacile ſuſcipiũt motũ deorſum p attractionẽ corpis inferioris,ne relinquatur vacuũ.& non aſcribit his in pro-

prijs

G prijs locis leuitas, eò ꝙ vix recipiũt motũ ad loca, quæ ſuperius, niſi vio lenter. cõſtat enim ꝙ quotiens aquæ portionẽ ſubtrahimus, mox aer eua cuatum aquæ locũ replet, abſq; aliqua violentia. ſed, cùm aeris partem abſtulerimus, non replebit euacuatum aeris locum aqua, niſi quoquo modo violenter. idem iudicium eſt aquæ cũ terræ. Themiſtius vero dicit eandẽ forte cauſam eẽ, qua aqua trahitur ad locũ aeris, & qua ad locũ aquæ trahitur aer, & ſic vterq; trãſfertur ad locum alterius violenter.

H Sed eius minus rata ſententia eſt, quia ſenſus iudicat motũ aeris ad locum aquæ facilioré eſſe, quã motus aquæ ad locũ aeris. & idipſum, quo diuerſificantur, vocauit Ariſto. grauitatẽ, & eam aſſeruit ineſſe aeri in ꝓprio loco, aquæ, & terræ. Themiſtius aũt contradicit, quod dr̃ de cauſa attractionis aquæ per vas calefactum, dicens, ſi huius cauſa eſſet motus aeris ſurſum, qñ caleſcit, oporteret hanc attractionẽ non ineſſe, niſi qñ in principio vas obuiat igni. nos aũt videmus ꝙ, niſi prius obturetur os vaſis iam calefacti igne, & exinde auferatur id, quo obturatũ fuerat,

I nequaquam attrahere poterit aquã. falſum igit̃, inquit, eſt dicere aerem, qui in vaſe eſt, nõ moueri ſurſum in prĩcipio ſui obuiationis igni, & moueri poſtremo, qñ ablata eſt de vaſis orificio clauſura, & applicatum eſt aquæ. Sed latuit Themiſtiũ ꝙ aer in orificio vaſis calefacti moueatur ſurſum in vaſe, qñ inuenitur corpus replens locũ euacuatum. vnde, ſi nõ obturatur os vaſis, quã primũ obuiat igni, intrat tunc de aere, qui foris eſt, & replet locũ, quem euacuauit aer motus ad ſuperiora vaſis cale facti, & ideo nõ attrahit̃ tunc aquã, K vaſis orificio admotã, ſed clauſo orificio, illico poſtq̃ calefactum fuerit, remanet quidẽ aer quoquomodo violenter in fundo vaſis: quia nullũ adeſt corpus, qđ repleat id, qđ euacuaret̃ ex aeris motu ſurſum, iccirco trãsferri non põt, cùm nec vacuum dari quæat. qñ aũt clauditur os vaſis, & prius q̃ eius calor euaneſcat, deponit̃ clauſura, ferẽ tunc aer, qui in vaſe, ad vaſis ſuperiora, eò ꝙ ꝓſens corpus, replens euacuatũ locũ aeris, videlicet aqua, & attrahitur aqua, vaſq; ipſum ingredi necceſſario. ſiꝛ cõtingit vẽtoſæ, qua Medici ad ſan- L guinis attractionẽ vtuntur. Ex hoc itaq; ſermone reuincitur ipſum grauitatem triformem conceptũ oſtendere, primo ſimpliciter graue, ſecundo graue ſm relationẽ, & hoc bipartite, aut reſpectu corpis ſupereminentis, aut in relatione ad locum ſuum proprium.

Caput Sextum.

CVmq; oſtenſum hęc elementa 40
diuerſificari per dr̃ias proprias, aut proprias materias, enuntiatũq; ſit quid hæ ipſe dr̃iæ ſint, monſtrare nunc voluit, ꝙ quicunq; hanc de elementis credulitatẽ non acceperit, cogatur admittere nullum eorũ mo- M ueri ſemp ſurſum, & nullum ſemp moueri deorſum. quod tñ ſenſus inſinuat. cernimus enim ignẽ ferri ſurſum, ſiue magnæ quantitatis fuerit, ſiue paruæ, ſic & terrã magnam, paruamq; videmus moueri deorſum. Qui igitur elementorum naturam vnam, aut geminas duntaxat eſſe dixerit, hanc ambiguitatẽ euadere nõ poſſet. Si enim horum vnam tantũ naturam poſuerimus, hoc ſm alterã duarum intentionum cõtingere neceſſe erit, videlicet ꝙ hanc ipſam naturam

A turam ęenſeamus grauem p ſe, & leuitatẽ ei cõpetere p accidens, vt nonnulli triangulorũ, aut partium paruitatẽ cauſam eſſe leuitatis affirmãt, ſed triãgulos ipſos, & partes in ſe graues enuntiant, & vt alij quidam oĩa grauia eſſe contendunt, ſed ea differre ſm magis, & minus, iuxta mixtionem vacui cum pleno. Aut dicamus vnã hanc nãm leuem eſſe ex ſe, & grauem per accñs, quemadmodum fuit ſententia dicentis oĩa eſſe leuia pp vacuum eis immixtũ, ſed hæc ipſa variari ſm magis, & minus, iuxta pleni paucitatẽ, quod immiſceat̃ va- B cuo. ſi igit̃ dixerimus oĩa grauia eſſe p ſe, & leuia p accidens, ſequeret̃ grauia quidẽ ſemp moueri deorſum, leuia vero, vt ignis, & aer, nõ ſemper moueri ſurſum, ſed quoddã eorum moueret̃ deorſum. & hoc, qa, ſi cauſa, qua aliqua, v.g. ignis portio mouetur ſurſum, eſſet ſeu partiũ paucitas, ſeu vacui mixtio, & iam dari põt magnæ quantitatis ignis, cuius partiũ multitudo in duplo excedat partium multitudinẽ, quæ in modica portione terræ, daret̃ ergo aliquid, aptũ natum moueri ſurſum, mobile deorſum, quod impoſſe eſſe conſtat.

C Siꝛ ſi leuitatis, & grauitatis cauſa eſſet permixtio vacui, vnde in minoris quãtitatis terra minus inueniret̃ de vacuo, q̃ in terra maiori, conſequens eſſet minorẽ terræ portionẽ moueri deorſum, & maiorẽ ſurſũ. Eodem pacto, ſi horũ corporũ naturam poſuerimus leuitatem pp vacuum, & eis cõtingere grauitatem, iuxta eorũ diuerſitatem in leuitate, ſm magis, & minus, pp immixtionẽ pleni cum vacuo, ſequeretur inconueniẽs, videlicet ꝙ nec leue ſemper eſſet leue, nec graue ſemper graue, econuerſo eius, quod ſequit̃, qñ po- D nimus ea eſſentialiꝛ grauia. &, hoc, quia, ſi grauitatis terræ cauſa eſſet ꝙ plus habeat de pleno, quam aer, & ignis, inueniri poſſet minor terræ portio, minus habẽs de pleno, q̃ aer maior. eſſet igit̃ minor terra leuis, & grauis maior. Qui aũt hoc naturas 41 ponũt duas, tñ contrariantes, licet nõ comitent inconueniens circa extrema, cõmittere tñ coguntur ꝙ inter extrema eſt mediũ opinant̃ enim aerem, & aquã eſſe ex terra, & igne, nõ ꝙ aer ſit ex portione ignis maiore, & terræ portione minore, & aqua ex minori portione ignis, & maiore E terrę. ꝙ ſi hoc fuerit, ſequeret̃ in multo aeris plus eſſe de terra, quã in modicæ quãtitatis aqua. eſſet itaq; multũ aeris grauius, quã modicũ aquæ. ſiꝛ concluderetur multũ de aqua leuius eſſe, quã modicũ aeris. niſi forte dicãt proportionẽ ignis ad terrã in aere, & aqua eſſe terminatã. tunc enim hęc incõuenięntia euadere poſſent. ſed in aliud impoſſe prolabunt̃, ſcilicet ꝙ maior aeris portio non ſit velocioris lationis ſurſum, quã aer quantitatis minoris, quẽadmodum præhabita iã enuntiant. Ex his itaq; colligit̃ Ariſt. de graui, & leui, ac eo F rum natura ſententiã, nullam pati inſtantiam rationis, nec ſenſus.

Caput Septimum.

EXplanatis his de nã grauis, & le- 42
uis, oſtẽſoq; cauſam trãslationis horũ corporũ non eſſe figurã, fcũtari incœpit de cã, qua q̃dã corporũ grauiũ pp figurã videnť ſuperferri aquis, & cũ eadẽ figura non ſupemineant aeri. vtpote ferrum, & æs, qñ ſunt latioris figurę, & concaua intus ſupereminent aquis, ſm aliam vero diſpoſitionem petunt profundũ.

Ipſe

Paraphraſis

G Ipſe vero primũ circa hoc Democriti dicta cõmemorat, eademq; refellit, dicẽs, Democrito viſum é cauſam, qua latioris figura corpa ſupernatent aquis, eſſe vaporum, de aqua exhalantiũ multitudinẽ, quæ ſupnatantis corporis deſcẽſum prohibet. Cùm aũt nõ fuerit corpis figura lata, nõ obuiãt ei vapores, niſi modici, qui à corporis grauitate vincunt, & ſtatim petit fundũ. Ariſt. vero hãc deſtruit cauſam, inquiens, ſi vaporũ exhalantiũ aptitudo eſſet ſuſtentari corpa lata, idẽ cerneret fieri in aere, verbi cã, cũ latioris figuræ ferro: ſed
H hoc cùm non appareat, vana eiuſce-
43 modi cauſa vr. At Democritus, hãc inſtantiã coniectãs, dixit, q vapores, aſcẽdentes de aqua, exeunt quidẽ, & non ſpargunt, qui vero exhalant, in aere diſſeminant, ideo ꝓhibere nequeunt. ſed nec hoc tollit repugnantiã, eò ꝙ vapores, qui in aere, plures ſunt, q̃ vapores in aqua, & eodẽ mo
44 do exhalãt vbiq;. Ariſto. aũt huius
45 cãm aſſerit, ꝙ aqua difficilius partiri põt, quã aer, & latioris figuræ corpora maiori corpis, in quo mouentur, portioni plus obuiant, q̃ corpa minus lata, & vix ꝓſcindere valent
I latiora corpa id, in quo mouentur, quã min' lata, quia latiora corpora vehementioré expoſcũt vim ad proſcindendũ corpus, in quo ferunt, q̃ corpa non lata, iccirco grauis potentia, q̃ in latiori ferro impotẽs eſt partiri naturã aquæ, eamq; ꝓſcindere, K ideo ſupereminet aquę. aerem vero ob facilẽ eius poſſibilitatẽ, & aptitudinẽ ad ſuſcipiendã partitionẽ valet grauis potẽtia, q̃ in latiori ferro, hũc ipſum ſcindere, ideo ſupereminere in ipſo nequit. quæ aũt latã non habent figurã, ſua graui potẽtia ambo hæc corpa perfacile ſcindere valent. Et ſciendũ ꝙ hoc plurimum accidit ęri, & ferro, q̃ latitudini quædã iuncta eſt cõcauitas, vt in cuprea pelui. cõtingit aũt hoc cõcauis corporibꝰ, ex eo, ꝙ nunq̃ deſcẽdunt, niſi habeãt grauitatẽ, quæ valeat ſcindere id, qđ obuiat eis, valeatq; aerẽ in cõcauita L te corpis exiſtentẽ trahere, quouſq; eius ſupficies, quæ tangat ſupficiem totius concauitatis, ſit ſub ſuperiori ſupficie aquæ. & manifeſtũ eſt, ꝙ ſuperficies aeris nõ mouetur ad intra aquã, niſi violẽter, iccirco indiget in ſua ꝓfundatione virtute potẽte ſup ambo hæc ſimul, videlicet vt ſcindat aquã, & trahat aerem ſub ſuperficie aquæ. ꝙ, ſi ipſum corpus graue aptũ natũ eſt ſuperferri aquis, quẽadmodum trabs, & cũ hoc concauã obtinet figurã, vix ad profundũ trahi valet, & ideo complura pondera, ſarcinasq; ferunt naues. Ex hac itaq; di- M ctione explanatũ eſt, q d ſit ſubſtantia grauis, & leuis ſimplr, & ſecundũ relationem, & plures in eis accidentium cauſæ innoteſcunt.

Paraphraſis Auerrois in Quatuor libros de Cœlo finis.

MARCI ANTONII ZIMARAE

Solutiones Contradictionum in dictis Ariſtotelis, & Auerrois.

Super Primo de Cœlo.

1. cœli. in proœmio

Contradictio eſt ſuper proœmio libri de cœlo. Dicit Commenta. in proœmio libri primi de cœlo, ꝙ Ariſt. poſuit in pricipio definitionem corporis naturalis, eò quòd ipſum ſolum eſt completum inter alia corpora. ex quo videtur, quòd vltra corpus naturale ſint plura corpora, cum loquatur in numero plurali. hoc autem falſum eſt, & contra Ariſtote. quia omne corpus aut eſt phyſicum, aut mathematicum. Vnde ipſemet contradicit ſibi ipſi in tertio metaphyſi. in commen. decimo ſeptimo, vbi dicit expreſſe quòd nullum corpus eſt niſi mathematicum, aut ſenſibile. Et iſta eſt ſententia Alexand. in quarto meteoro. & omnium Peripateticorum. Soluitur. & forte iſte locus deduxit Albertum in principio libri phyſi. ad ponendum tertium corpus, ſcilicet metaphyſicum, ſed in rei veritate nulla nos cogit neceſſitas, quidquid ſit de opinione Alberti, de qua alias habui alibi prolixum ſermonem. Dico, quòd forte litera eſt corrupta, quod poteſt elici ex ijs, quæ habentur in Paraphraſi Auerr. in conſimili proœmio, vbi dicit, quod corpus naturale definit Philoſophus, & oſtendit ipſum eſſe perfectius alijs magnitudinibus. Et iſta eſt veritas. Nam Ariſtote. in principio libri de cęlo oſtendit, ꝙ nulla magnitudo eſt perfecta, niſi corpus. Et ideo fuit vitium trãſlatoris. quia, vbi ſcripſit, inter alia corpora, debuit dicere, inter alias magnitudines. & hanc credo eſſe veram ſententiam, & aſſẽro locum illum debere emendari. Siquis autem vellet proteruiendo ſaluare literã, cùm ſic communiter inueniat, dicas quòd hoc refertur ad corpora mathematica, quę ideo dicuntur diminuta, quia non conſyderantur, niſi inquantum ſunt dimenſiones præciſe: ſed corpora naturalia conſyderantur, vt ſunt coniuncta cum omnibus accidentibus cæterorum prædicamentorum. & iſta eſt ſententia Auerro. in tertio cęli in commen. 6. vbi ponit differentiam inter corpus naturale, & corpus mathematicum penes diminutionem, & complementum.

Vt patet 1. cœli. tex. 69. Solutio.

Secunda contradictio eſt in textu ſecundi. Dicit Philoſophus lineam eſſe magnitudinem ad vnum diuiſibilem, ſuperficiẽ vero ad duo, corpus vero ad tria. Sed huius oppoſitũ inuenitur in primo de anima authoritate Platonis, aſſerentis primam longitudinem eſſe compoſitam ex prima dualitate, & latitudinem eſſe compoſitam ex prima trinitate, & profundum eſſe compoſitum ex prima quaternitate, & quia omne eſt diuiſibile in ea, ex quibus compoſitum eſt, ſequitur lineam, cum ſit compoſita ex duobus, in duo eſſe diuiſibilem, & ita de plano & profundo ſuo modo. Niſi eſſet, quòd veritas eſt, lineam ſolum ſecundam dimenſionem vnam recipere diuiſionem & ſuperficiem ſecundum duas, & corpus ſecundum tres, & per conſequens ſecundũ omnem, quia non datur in continua quantitate quarta dimenſio. ſed dictum Platonis procedebat ſecundum imaginationem Pythagoricorum, aſſerentium numeros eſſe principia omnium. & ſic quantitas continua cùm habeat reduci in numerum, linea reducebatur in binarium, tanquam in principium, quia conſtat ex duobus punctis: ſuperficies vero in primum terminum, & corpus in primum quaternarium. & ita ſecundum varias imaginationes procedunt dicta iſta, quæ apparent longe diuerſa

1. cœli. tex. 2.

Solutio.

Tertia contradictio eſt ſuper commen. ſecundo. Commenta. habet, quòd Ariſtot. conſueuit poſt rationes certas adducere famoſas. Oppoſitum huius inuenimus. tertio metaphyſico. commento primo. Soluitur. vtrunque eſt verum in diuerſis caſibus. Pro quo debes ſcire, quòd ſermones probabiles dupliciter poſſunt vſitari, vel ad exercitandum intellectum, vel ad confirmandum. Quando autem vſitantur propter primam intentionẽ, debent præmitti ſermones dialectici demonſtratiuis. Et hoc adiuuat opinionem Iohan. grammatici, volentis librũ topicorum via doctrinæ præcedere librum poſteriorum analyticorum, ſicut præexercitamentum intellectus, ad hoc, quòd intellectus facilius aſſueſcat demonſtratiuis propoſitionibus, & neceſſarijs. Quando autem dialectici ſermones inducuntur ad confirmandum, tunc debent ſequi ſermones demonſtratiuos. Iſtam ſolutionem nos do-

1. cœli. cõ. 2.

Solutio.

cult Auerro. primo cœli. commen. 85. & tu vide ibi.

1. cœli. c. 5 Quarta contradictio est in digressione ardua de naturalitate motus cœli in commento. 5. Auerro. videtur sibi contradicere. nam ibi videtur dicere in secunda solutione, quòd motus cœli est naturalis ex parte formæ, quæ est intelligentia abstracta. vnde concedit, quòd secundum illum modum dicédi, natura dicitur eodem modo de forma corporis cœlestis, sicut dicitur de formis aliorum elementorum, igitur sequitur quòd eodem modo est naturalis motus cœli, sicut motus elementorum. Sed huius oppositum ipse habet expresse in com. 3. super 2. cœli, vbi habet, quòd motus cœli non est naturalis, sicut motus elementorum. Amplius autem impossibile est aliquod prædicatum eodem modo competere formæ corporis generabilis, & formæ corporis æterni, sicut ipse dicit in libro de substantia orbis, & est propositio Philosophi in 10. metaphy. in tex. commen. vltimi. Amplius aũt contradicit sibi in alio. quia in. 8. phy. 73. dicit motũ cœli esse naturalem ex parte animæ, & ex parte corporis, hic autem sub disiunctione loquitur. Nisi esset, ꝙ verum est

Solutio. fundamentum Peripateticorum, ꝙ corruptibili, & æterno nihil est commune vniuocum. & ideo in hac secunda solutione, in qua tenet cœli motum posse dici naturalé ex parte formæ, quòd natura dicatur sicut de alijs formis corporum simplicium, ly sicut, non dicit similitudinem vniuocationis sed proportionis tantum. nam, sicut formæ aliorum corporum simplicium requirunt propriam materiam, sic & intelligentia. vt mouere habet, requirit aliquod subiectum, quod non sit neque graue, neque leue. si. n. in generabilibus materiæ sunt propter formas, multo magis est hoc in cœlestibus, cũ non fuit intellectus Auer. dicere motum cœli esse naturalem à sua forma, quia sit forma illa natura, immo est supra naturam, sicut est supra animam. Arist. autem dicit in primo de partibus animalium caꝑ. primo, ꝙ non omnis anima est natura, propter intellectiuam, & ipsam intelligentiam, quæ dicitur anima cœli, sed assimilatur formæ naturali, vt ipse declarat. 2. cœli. cõm. 3. inquantum dat sibi motum, et assimilatur formæ abstractæ inquantum non diuiditur per diuisionem eius. vnde intelligentia, nõ in se consyderata, sed vt tangit orbem, i. vt est orbi applicata, quodammodo est natura. quia sic anima cœli dicit poteſt. cœlum enim est animatum, vt dicit Philosophus in. 2. cœli. tex. commen. 60. anima autem respicit corpus. Vnde Aristote. laudat Antiquos in. 2. de anima asserentes animam nõ esse corpus, nec sine corpore esse, vt patet in tex. cõm. 26. vnde intelligentia illo modo, vt est motor, necessario requirit mobile, & sic quodammodo assimilatur formæ naturali. sicut enim determinata forma naturalis requirit determinatam materiam, sic intelligentia, vt motrix, requirit determinatũ mobile, quod videlicet est tale, ꝙ nõ sit graue, neque leue. sic ista naturalitas est per viã similitudinis, & proportionis. inquantum vero talis forma non est dans esse formaliter orbi, nec constituta in esse per orbem, sic assimilatur formæ abstractæ, licet in sua prima notione sit vere ens abstractum, & non assimiletur enti abstracto, cum sit vere illud. & hoc non intellexerunt, qui fingunt intelligentiam esse formam cœlo inhærentem per informationem. Dic igitur resolute cœli motum esse naturalem ex parte orbis, qui est vere natura, & est natura, quæ est materia in actu. vnde natura analogice dicitur de corpore cœlesti, & de alijs, vt patet in. 2. phy. commen. 3, & sic est naturalis, sed non sicut motus elementorum. quia elementa sunt corpora composita ex materia, & forma: secus est de orbe. & hoc dicit Commen. ibi in commen. 3. secundi cœli. Etiam non est naturalis, sicut motus elemẽtorum, quia cœli motus naturalis, quem habet, non est alius à voluntario, sed est vnus, & idem diuersimode consyderatus. 2. cœli. commen. 3. quia est motus desyderij, & cognitionis. 12. meta. 36. sed est naturalis analogice, non vniuoce. Etiam est naturalis ex parte formæ, vt est coniuncta sibi. vnde sic assimilatur formæ naturali, inquãtum dat sibi motum, vt dicit. Commen & inquantum est in eo, quia sic est appropriata ei quia quilibet motor ibi dicitur habere proprium mobile, ista autem naturalitas est per viam similitudinis, & proportionis. Et sic saluatur dictum eius in octauo physicorum in commen. 27. vbi dicit motum cœli esse naturalem simpliciter, ideſt omnibus modis, videlicet tam ex parte animæ, quàm ex parte corporis. sed hoc debet intelligi, sicut diximus.

Quinta contradictio est super textu de- 1. cç. te. 14.
cimo quarto. Nam Aristote. ibi videtur concedere, quòd possibile sit, quòd, si motus

tus circularis alicui elementorum, vel corporum simplicium ineſt præter naturam, oportet, quòd alteri insit secũdum naturã. Hoc autem repugnat dictis eius superius in textu commen. decimo. vbi Commenta. in solutione dubitationis expresse testatur, ꝙ ex sermone Aristote. ibi apparet quòd iste motus corporibus motis motu recto non est naturalis, neque extra naturam. nam, si fuerit extra naturam, vni duo erũt contraria. & si secundum naturam, tunc vni simplici inerunt duo motus secundum naturam: quod est impossibile. Nisi esset, quòd, vt habet Cõ. in cõ forte ista demonstratio facta in. 14. est ad hoiem, vt dixit Auic. Aut aliter ſm mentem Auerro. quòd accidentale, vt litera Arabica, loco eius quod litera nostra habet præter naturam, duobus modis sumi potest, vno modo, vt est oppositum naturali, & sic motus circularis nulli corpori præter naturam, vel accidentaliter ineſt, quia tunc duo motus essent contrarij vni motui naturali, quod est absurdum, ꝙ duo eodem modo opposita opponantur vni & eidem, modo eodem, vt declarat. Cõmen. in octauo physico. commen. 62. maxime quia motus circularis, de quo est sermo, est motus simplex, vt assumit ibi Arist. ibi in textu decimo, inquit enim necesse enim quia qui circulo est simplex, &c. Sed in decimoquarto sumunt præter naturam, vel accidentale, prout est oppositum essentiali. vt idem sit alicui præter naturam ineſse, quod est non secũdum naturam ineſſe. Et sic non inconuenit, quòd motus circularis simplex, licet præter naturam positiue non insit, præter naturam, ideſt non secundum naturam alicui elemento competat. quia elemento, inquantum corpus, non repugnat sibi moueri circulariter, & tunc secundum naturam specialem inhæreret, nõ secundum naturam. Et hoc videtur dicere Commenta. si bene aduertis in commento decimoquarto, & in paraphrasi in summa quarta, super primo cœli idem aperte dicit. motus enim circularis iuxta naturæ ordinem nõ nisi sphærico corpori ineſſe potuit accidentaliter tamen secundum rerũ euentum nil prohibet hunc corpori non sphærico, vt igni, aut aeri competere &. 1. cœli. cõmen. 14. dicit ſm propriam sententiam, ꝙ Arist. ibi per accidentale intellexit vniuersalius prædicto, videlicet oppositum essentiali non naturali. vnde in calce commen. inquit, quapropter non est vniuersaliter verum, ꝙ omnis motus naturalis sit accidentalis alteri corpori, & conuersum est verũ, nisi intelligant ex accidente oppositum essentiali. Vbi animaduertat diligens doctor ꝙ litera translationis Arabicæ, habet conuersam propositionis, quę est in vero tex. & fuit in causa, vt Auer. & Arabes dubitarẽt.

Solutio

Sexta contradictio est in tex. 17. Aristo. 1. cç. te. 17
enim dicit, ꝙ cœlum non est graue, neque leue. Sed opponebam per tex. com. 55. tertij de cœlo, vbi Arist. scribit, quòd nullam inclinationem habens corpus immobile, & mathematicum erit: si igitur cœlum nullam habet inclinationem, quia neque grauitatẽ quæ inclinat deorsum, neque leuitatem, quæ inclinat sursum: sequitur, quòd sit immobile, & mathematicum. Soluitur, ꝙ est Solutio. differentia, quia ly non graue & leue in corpore mathematico simplicem, & purã negationẽ significat, sed in cœlo dicit affirmationem. circumloquitur enim naturam positiuam, quæ mouetur motu circulari. Sic limitat Commenta. tertiò. cœli commen. 59. Vide pro hoc de cœlo, primo cœli commen. decimo septimo, & in paraphrasi primi de cœlo in summa quinta.

Septima contradictio est in textu. 21. Scri- 1. cç. te. 21.
bitur ꝙ omnis augmentatio fit mediante alteratione. Sed huius oppositum scribitur ab Arist. in prædicamentis, vbi habetur, ꝙ quadratum circumpositio gnomone creuit nihil tamen alteratum est. Soluitur. Arist. Solutio. dictum intelligitur de augmentatione naturali, quæ fit in naturalibus corporibus. vt de tex. dicit, ſm passionem aũt quæcũque transmutantur naturalium corporum habentia videnius omnia, & augmentationem, & diminutionem, vt & animalium corpora, & partes ipsorum, & planetarum, similiter autem & elementorum. sed in prædicamentis loquitur de augmento, quod sit in corporibus mathematicis, ſm imaginationem. Non autem in omni loco consyderatio naturalis, & mathematica ducunt ad idẽ immo ducunt ad diuersa plerunque, vt bene scribit. Cõmẽ. in secundo phy si. cõmen. decimo octauo, licet vtrobique verum dicat. Animaduertat autem diligens lector in hoc loco Arist. largius fuisse locutum de motu augmenti, quàm fecerit in primo de generatio. & corruptio. & in secundo de anima, sicut bene notauit Alexã. & Simplicius in præsenti textu. 1. cç. c. 47.

Octaua contradi. est in cõmen. 47. Videtur enim concedere corpus infinitum ex

vna parte tantum. Sed oppositum habet. tertio physico.commen. 43. Respondetur, quod non potest imaginari corpus infinitū secundum vnam dimensionem tantum,& non ſm aliam sine implicatione conttadictionis,quia, vt dicit Philosophus, & Cōm. 3. physi.tex. commen. 43. corpus est illud, quod habet dimensionem in omnibus partibus: infinitum autem est illud, quod habet dimensiones infinitas: ideo sequitur vt corpus infinitum sit infinitum in omnib⁹ partibus. Et hoc est rationabile, vt dicit ibi Commen.quia,quando aliquid fuerit compositum ex duo,necesse est, vt definitio illius compositi composita sit ex definitionibus illorum duorum. Et ideo multi casus calculatorum, immo intricatorum implicant contradictionem,imaginando corpus infinitum ex vna parte tantum, & non ex alia.patet enim, quòd non esset corpus infinitum, vt deduximus. & ista etiā est ratio Philosophi,ibi in litera. Quod autem adducitur in oppositum dictum eius primo cœli commen. 47. dicitur, quòd ipse non expressit dari corpus infinitum ex vna parte tantum,& non ex alia, sed ibi imaginat̄, quòd à corpore infinito extrahatur aliqua grauitas finita. & Commen. dicit, quòd illud est possibile in quolibet infinito,videlicet,q̄ ex eo possit extrahi aliqua pars finita, siue illud sit infinitum in vna parte, siue in omnibus.ecce quòd non loquitur de corpore infinito,sed de infinito absolute.Si etiam de corpore loqueretur,patet,quod sub conditione loquitur, & non asseuerat dari corpus infinitum in vna parte tantum, sicut si bi contradicens opponebat.

1.cç. c.54. Nona contradi.est in commen. 54.Corpora simplicia sunt tantum tria. Oppositū. dixit primo cœli commen.20.vbi habet,q̄ sunt.quatuor Soluitur.sunt tria sic sumendo,scilicet leue & graue,& neutrum, videlicet.q̄ non est graue, neque leue, sicut est cœlum:sunt autē quatuor, diuidendo graue in graue simpliciter,& illud est terra, & in graue in respectu,& illud est aqua.similiter leue diuiditur in leue simpliciter, & illud est ignis:& in leue in respectu, & illud est aer.Et sic secluso neutro corpore,subdiuisis illis duob⁹ primis mēbris prioris diuisionis,eo mō,quo diximus corpora simplicia quatuor sunt. si vero istis diuisionibus superaddatur corpus neutrum, tunc corpora simplicia sunt quinque. Et ideo non inconuenit secundum diuersas consyderationes simplicia corpora, & tria esse:& quatuor,& etiam quinque.vnde & cœlum quintum corpus plerunque dici consueuit.

1.cç.te. 62. Decima contradi.est in textu 62. Volēs Aristote.probare, quòd non datur corpus simplex rectum infinitum prę̄supponit, q̄ omnis motus est aut secundum nataram, aut violentia:& infra commen. 76. volens probare non esse plures motus inter alias suppositiones,quas assumit, ista est vna. q̄ omnia corpora manent, & mouentur ſm naturam,aut violentia. modo dicā vtrasq; demonstrationes esse ab insufficienti partium numeratione, propter motū neutrū, quem ponit Cōmen. in igne in sua propria sphæra. Soluunt aliqui, q̄ est ad hominem Solutio. illa suppositio.Sed nisi aliud dicat̄,hoc non soluit contradictionem . quia vbique locorum Philosophus vtitur tali diuisione etiā ex propria intentione. Ideo aliter soluitur, q̄ Ari.nominans extrema dedit intelligere medium.Vbi animaduertendum est q̄ motus neuter quodammodo est violentus: & quodammodo est naturalis, vt est motus circularis ignis in sua sphæra.nam pro quā to non est à principio intrinseco, assimilatur violento: pro quanto vero æterno tempore durat,sic recedit à violento:quia nullū violentum perpetuum esse potest. 2. cęli.te. commen.18. & sic assimilatur naturali. Et etiam,si bene animaduertis, suppositiones illæ sunt in motibus simplicibus, qui competunt corporibus simplicibus.quæ mouentur motu recto,vt dicit Alexander, Simplicius.& Commen. in illis locis primi de cœlo motus aūt circularis ignis in sphæra sua neq; est vere circularis, neque est vere simplex, immo est compositus ex recto & circulari,vt dicit Commentator primo de cœlo comment.10.&.14. 1.cç.te. 91

Vndecima contradi.est super tex.91.Aristo.& Commen.volunt, q̄ locus naturalis aquæ,& terræ sit vltimum aeris,& locus naturalis ignis,& aeris sit vltimum lunæ. Sed ex eodem commen. patet oppositum.quia ibi dicitur:quòd locus naturalis non habet nisi vnum corpus naturale. Solutur. Arist. Solutio. & Commen.ibi volunt,quòd corpora simplicia,quæ sunt prima elementa totius mūdi sunt tria,ſcilicet corpus graue, & corpus leue,& corpus neutrum , quod est cœlum. Et ibi Aristote.non diuisit graue, & leue in sua membra, sed promisit se inferius declaraturum. Vnde inquit, huius autem ipsius,quæ sunt differentiæ,posterius dicem⁹, ideſt

ideſt in. 4. cœli.ibi enim diuiditur graue in duo, ſcilicet in graue simpliciter, & in graue in respectu, & leue eodem modo. licet ista sit differentia, quia diuisio grauis in duo est manifesta per se, & diuisio leuis est cognita per rationem, vt asserit Commen. hic in cōmen. 91.& huius ratio est, quia esse corporis leuis simpliciter, quod est ignis, demonstratur in quarto cęli commen.31.et ideo talis diuisio spectat ad librum de graui & leui,ideſt ad quartum de cęlo . Aristote. igitur hic assignat loca corporum simplicium ſecundum genus, sed loca ſecundum speciem patebunt ex quarto cęli. Et hoc latuit Iohānem grammaticum. videns enim Aristo.corpus simplex diuidere per tria mēbra graue,leue,& neutrum,& quòd assignauit corpori graui locum qui est deorsum,& sic definiuit, & leui locū ſursum, nā graue definitur per moueri ad medium, & leue per moueri à medio,& quia sub graui,& leui continentur extrema,& media,opinatus fuit motū extremorum, et mediorum esse eiusdem speciei,& sic asseruit,quòd motus terræ & aquę sunt eiusdem speciei,& sic de ascensu ignis,& aeris dixit consequēter,sed non vidit,quòd Arist.remittit se ad sequentia,& sic etiā determinat Commentator in primo cœli. commen.8. vt poteris videre. Corporis igitur naturalis ſecundum genus est locus vnus ſecundum genus,& corporis naturalis ſecundum speciem est vnus locus ſecundum ſpeciem.cum vnitate autem generica stat multitudo specifica.

1.cç.c.92. Duodecima contradictio est in commē. 92.Commentator sibi ipsi videtur esse contrarius. nam in vna parte dicit inductionē sumere omnia singularia, in alia parte negat illud.Soluitur per Auerro.in.2.priorum cōmen. 26.vbi habetur distinctio de multiplici inductione.inductio enim demonstratiua,quia fit in materia necessaria, in qua tantum valet particularis,quantum vniuersalis, sumit omnia particularia ſecundum rem virtute alicuius medij de foris appositi,quod est nobis notius, quàm conclusio. verbi gratia,quòd in his,quæ sunt per se, & vnius speciei: quidquid competit vni per se, competit illud et omnibus. 2.cęli.commen. 59.Sed in materia probabili,in qua fit inductio dialectica,istud non fit.vnde illa sumit omnia in opinione.Sophistica autem inductio sumit omnia in apparentia Solum igitur demonstratiua inductio sumit omnia, ſecundum rem. nec est petitio principij in ea ratione medij extrinsecus concurrentis. sic igitur distinguendo conciliabis Auerro. sibi ipsi.

1.cç.te. 98 Decimatertia contradictio est in tex.98. Philosophus, & Commentator dicunt, q̄ materia totius mūdi sunt tria corpora,siue plura, videlicet corpus graue, corpus leue, & corpus neutrū,videlicet cęlū . Sed huius oppositū dixit in com. nonantesimo quinto. vbi voluit,quòd cęlum sit forma,& alia Solutio. corpora simplicia sunt materia. Nisi esset, quòd sermo philosophi in hoc loco absolute verus est,quod ista tria sunt elementa,& materia totius mundi: sermo autem Auerro. superius est comparatiuus, quia cęlum comparatum aliis corporibus simplicibus est sicut forma, & illa sunt sicut materia. nam cęlum continet & cōseruat,& est perfectius elementis. respectus autem continentis ad contentum, vt patet ex quarto physicorum textu commen.vigesimo quarto,& vniuersaliter respectus perfectioris ad imperfectius est respectus formæ ad materiam.tertio de anima,commento 36.

1.cç.c.101 Decimaquarta contradictio est de opinione Anaxagorę de generatione mundi in commento centesimo ſecundo.ex vna parte,& in commento trigesimo ſecundo. primi physicorum ex alia parte.De hac primo physicorum trigesimo ſecundo diximus,& tu illuc properabis.

1.cç.c.107 Decimaquinta contradictio est in commento centesimo ſettimo . Dicit Empedocles dixisse amicitiam esse causam generationis mundi, & litem esse causam corruptioni . Huius oppositum dicit Commen. octauo physicorum commento ſecundo. Nisi esset,quòd vt dicit Commenta.octauo Solutio. physicorum commento allegato.Empedocles in paruo mundo aliter sensit, & in magno mundo.quia voluit parui mundi generationem:sicut est homo, vel aliquod tale generationem fieri per amicitiam conciliantem elementa ad mixtionem: eorum autem ſegregatio per litem facta erat causa corruptionis mixti, & parui mundi . Sed mundus magnus oppositio modo ſecundū ipsum se habet. quia generatio eius erat per litem.nam consistentia mūdi huius in ordine & distinctione consistit.vnde,ſi elementa simul confusa essent, vtique mund⁹ iste corrumperetur.generatio igitur eius fit ſecundum litem,& eius corruptio ſecundū amicitiam. & istud videtur rationabile ſecundum illam viam. Et ideo mirum est,

quomodo Commenta. hic oppoſitum dicat, quia ibi loquitur de generatione mundi vniuerſalis & corruptione. forte commẽtum eſt corruptum, aut quia peccauit per inaduertentiam, aut forte vtrũque eſt probabile Empedo. dixiſſe ſecundum diuerſos modos declarandi. elementa enim aliquam amicitiam habent, vt ſunt partes vniuerſi. vnde & Plato dixit ea numeris ligata eſſe. Et ideo conſydera, quia, vt dicit Cõm. 1. de anima commen. 26. hodie vniuerſaliter opiniones Antiquorum non ſunt notæ nobis, quia non ſunt famoſæ.

2.cç.c.119. Decimaſexta contradictio eſt in cõmẽ. 119. Habet commen. q̃ potentiæ oppoſitæ non ſunt in eodem. Vide oppoſitum quarto metaphy. tex. cõmen. 20. &. 9. metaphyſi.

Solutio. 10.19. &. 17. Soluitur. potentia ad contraria recipienda duplex. vna eſt potentia ſimulta tis, alia eſt ſimultas potentiç. primum reſpi cit formam, ſecundum reſpicit ſubiectum. Tunc dico, quòd in eodem non ſunt potentiæ ad contraria ſimul. quia tunc contraria ſimul poſſent eſſe in eodem: quod falſum eſt, & non intelligibile, quia tunc contraria eſſent ſimul in eodem, & ſic loquitur Cõmen. hic. Sed ſimultas potentiæ ad oppoſita bene ſtat in eodem, quia eadem eſt potentia contrariorum.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Ariſt. & Auerrois,

Super Secundo de Cælo.

2.cç.cõ.3. PRima contradictio eſt in cõmento tertio. Inquit Cõmen. quòd motus cęli non eſt à natura. Oppoſitum primo cœli commen. quinto, & ſecundo

Solutio. phyſico. primo, & tertio. Soluitur. non eſt à natura, ſicut motus elementorum: eſt tamen bene à natura, analogice dicta de ſuperioribus, & inferioribus. primo modo intelIexit hic, vt ipſe dicit in litera. ſecundo autẽ modo in alijs locis. Vide quæ ſcripſi ſuper commen. primo. ſecundi phyſi. ſuperius, vbi conſimile ſolutum fuit. non enim inconuenit eadem repetere, vt talia melius memorentur, ſicut plerunque Philoſophus facit in problematibus, & in alijs locis.

2.cç.cõ.6. Secunda contradi. eſt in cõmẽ 6. ſcribit Cõmen. quòd Ariſto. contradicit illis, qui tenẽt, quòd anima cœli eſt cauſa permanẽtiæ. ergo contradicit etiam ſibi, quia ipſe. 2. cap. de ſubſtantia orbis tenet, quòd intelligentia, quæ eſt anima cœli, dat ſibi permanentiam æternam, & motum ęternum. Sol- Solutio uitur. contradicit Philoſophus Antiquis ponentibus motum corporis cœleſtis contrariari motui animç, & anima erat cauſa permanentiæ, ſicut dicit Commenta. Sed non ſic poſuit Auerro. quia ipſe non tenet cœlũ contrariari intelligentiæ. immo eſt tanta connexio inter orbem & intelligentiam, q̃ ad ſimplicem apprehenſionem, & deſydetium mouentis principij orbis ille mouetur. ſicut enim videmus in rebus iſtis materialibus, in quibus forma dominatur materiæ, materia obedit formæ, multo magis hoc deberemus imaginari de puro intellectu intelligentiæ reſpectu orbis eius. Et ideo nulla eſt ibi concatenatio, nullus eſt ibi cla uus, nulla ligatura, vel inſtrumentum, quo mediante intelligentia moueat orbem: ſed per intelligere & velle tantum mouet. Sed Moderni, quorum imaginatio non tranſcẽdit ſenſum, non pertingunt ad iſta. & ideo dixerunt eam vniri orbi formaliter, ſicut forma vnitur materiæ. & totum hoc eſt ab ſurdum, & manifeſti erroris, ſicut probatũ eſt alibi à nobis.

Tertia contradi. eſt in tex. 13. Dicit Philo 2.cç. te.13 ſophus in tex. q̃ licet cœlum ſit ſphæricum, & nunquam incepit moueri, ſi tamen incepiſſet, haberet principium neceſſario, vnde incepiſſet. Sed huius oppoſitum ſcribitur in octauo phyſi. quòd in motu cęli, cùm ſit circularis, non eſt maior ratio, vnde debeat incipere motus, potius quàm ex alia, vt patet in cõ. 76. &. 1. cęli cõm. 100. dicit, q̃ idẽ eſt locus cœli, vnde incipit, & in quem conſumat, & Commen. ibi in cõmento dicit, q̃ cœli loca ſunt infinita, & non eſt maior ratio, quòd quieſcat in vno ſitu potius, quàm in alio, aut in vno loco potius, quàm in alio Solutio. ſi illi ſitus loca dicantur. Soluitur, q̃ motus in. 8. phy. eſt vniuerſalior et abſtractior iſto, quia ibi conſyderatur motus circularis cęli habita conſyderatione præciſe ad figuram circularem, in qua idem eſt principium, & finis in quolibet puncto. Sed hic agitur vt concernit potentiam, & virtutem. à qua eſt ſumenda differentia poſitionum, ſecundũ quòd eſt animatum. Vnde Commenta. ibi dicit, q̃ illæ rationes quodammodo ſunt mathematicæ. & quodammodo ſunt naturales. Et pro confirmanda hac ſolutione,

ne, vide calcem cõmẽ. 100. in primo cœli, vbi Commen. ponit documentum admonens nos, dicens. Et debes ſcire, quòd hoc, quod dixit de cauſa æternitatis motus, non eſt cauſa completa, quoniam ſi ita eſſet, in, corpore finito inueniretur potentia infinita, ſed eſt cauſa ſecundum neceſſitatem materiæ huius corporis, ſcilicet quia neceſſarium eſt, vt hoc corpus moueatur ſemper, vt locus eius ſit vnius, &c. Vnde refert conſyderare corpus cœleſte abſolute, vt circulare eſt, & refert conſyderare illud inquantum eſt animatum. Demonſtratio igitur octauo phyſico. & primo de cœlo ſunt incompletæ, vt dicit Commentator, quia procedunt ſolum ex patre materiæ, quia cõſyderatur cœlum, vt ſphæricum eſt. ſed hic conſyderatur, vt animatum, & ita habet differentias corporis animati ratione qua animatum, & ſic nulla eſt contradictio. Vnde Commentator in paraphraſi ſuper. 2. cœli ſumma ſecunda, quæſtio. prima inquit, ſic igitur ex parte motoris motui cęli excogitari poteſt principium, & finis, licet circularis. & idem habetur in. 2. cęli com. 15.

2.cç. te.16 Quarta contradictio eſt in textu cõmẽ. 16. & in tex. commen. 11. Nam ibi dixerat Pythagoricos ſolum de dextro cœli, & ſiniſtro fuiſſe locutos, hic vero apparet, quòd etiam ipſi meminerunt de alijs differẽtijs. quia inquit, illi enim nos & ſurſum faciũt, & in dextra parte, illos vero qui illic ſunt, Solutio. deorſum, & in ſiniſtra. Niſi eſſet, quòd Pythagorici ex iſtis ſex differentijs in coelemẽtatione boni poſuerunt dexrrum ſolummodo, & in coelementatione mali poſuerunt ſolum ſiniſtrum. reducebant autem ad dextrum ſurſum, & anterius, ad ſiniſtrum vero reducebant deorſum & poſterius. Ariſtote. autem ſupra accuſabat eos, quia potiꝰ differentias, quæ erant natura priores, debuerunt poſuiſſe, ſcilicet ſurſum, & deorſum, quæ ſunt principia longitudinis, et longitudo eſt natura prius latitudine, & principium prioris eſt natura prius. Amplius ſurſum, & deorſum ſunt in vegetabilibus, vt patet ex. 2. de anima, dextrum vero, & ſiniſtrum ſolum ſunt in animalibus. vegetabile vero eſt natura prius animali. Surſum inſuper eſt principium motus nutritionis, & augmenti, quem motum in corrupti bilibus pręſupponunt, alij motus cauſati ab alijs differentijs. cum igitur priora ſecundum naturam ſint, quæcunque poſſunt eſſe ſine alijs, & alia non ſine ipſis, potius debuerunt in coelementationibus ponere illas, quæ ſunt natura priores. ipſi autem fecerunt oppoſitum. Aut dic, quòd conſuetudo Pythagoricorum, vt dicit Themiſtius, fuit, quòd vocant ſuperius partem dextrã: & inferius vocant partem ſiniſtram, vt dicit Cõ. in commẽ. 16. & ita Ariſtote. loquitur hic ex conſueto modo loquendi eorum.

Quinta contradictio eſt in commen. 16. 2.cç. c.16. vbi quærens an cœlum nobilius eſſe habeat in polo arctico, quàm antarctico, dicit, q̃ intellectus humanus non poteſt comprehendere verificationem iſtius operationis. Huius tamen oppoſitum tenet. tertio de anima. 36. vbi ponit intellectum adeptum non acquiri homini, niſi poſt cognitionem omniũ Solutio. rerum. Soluitur. ly non poteſt, non arguit ſecundum ipſum impoſſibilitatem, ſed arguit difficultatem, ſicut in ſimili ipſe gloſat exemplum Philoſophi de oculo nycticoracis reſpectu lucis diei. 2. meta. com. primo. vnde ipſe tenuit nihil eſſe naturaliter ignotum. 2. phyſi. 47. Vtrum autem idem homo omnia poſſit cognoſcere, pulchrum eſſet videre in via eius, & Ari. ſed hoc ad aliũ locum differatur.

Sexta contradi. eſt ſuper tex. 18. Dicit Ari. 2. cç. te. 18 q̃, ſi vnum contrariorum fuerit in natura; & reliquũ erit in natura. ſic. n. probat ignẽ eſſe, ex hoc, q̃ terra eſt. Sed opponebam ex libro prædicamentorum in ſermone de oppoſitis, vbi dicitur, q̃ non eſt neceſſe, ſi vnũ contrariorum fuerit in rerum natura vt ſit reliquum. Soluitur. multa veritatem habẽt Solutio. ſm logicam conſyderationem, quæ eſt ſm rationem, & quæ eſt ſimplex, & abſtracta; quæ tñ non verificantur ſm conſyderationem naturalem. Naturalis. n. eſt artifex realis, & conſyderatres ſm eſſe reale, & vt ſunt ad perfectionem vniuerſi. nam vniuerſum oibus modis perfectũ eſt, & ideo in contrarijs proprie dictis, ſicut ſunt formæ poſitiuę contrariæ, quia tales ſunt ad perfectionem vniuerſi, ſi vnum fuerit, oportet, q̃ ſit reliquum. ſed ſm logicam contemplationem, quæ eſt ſm rationem tantum, hoc non eſt neceſſarium. Inquit. n. in ſimili Philoſophꝰ in prædicamentis, q̃ quantitati nihil eſt cõtrarium, quia concipit Logicus quantitatẽ ſm ſimplicem conſyderationem. Naturalis vero dicit oppoſitũ, vt patet in. 5. phy. te. cõ. 18. quia Naturalis concipit quantitatem, vt eſt terminus motus, & ſic habet rationem contrarietatis. Nec tibi mirũ hoc appareat. nam teſte Philoſopho in. 1 de cęlo in textu

cõm. 92. & 93. in omnibus natura, & arte conſtãtibus aliud eſt ipſa ſecundũ ſeipſam concepta forma, aliud vero, vt eſt concepta cum materia. et vt refert Boetius in ſua muſica, aut authoritate Pythagoræ. Philoſophia eſt circa ea, quæ vere eſſe dicuntur. eſſe autem illa putabat, quæ nec intentione creſcerent, nec diminutione decreſcerent, nec vllis accidentibus mutarentur. talia autem ſunt ſolæ mæ, magnitudines, qualitates, habitudinesque, cæteraque, quæ per ſe ſpeculata immutabilia ſunt, iuncta vero corporibus permutantur, & multimodis variationibus mutabilis rei cognatione vertuntur.

2. cęli. cõ. 33. &c. 34. Septima contradi. eſt in commen. 33. & 34. Tenet nullam eſſe omnino poſſibilitatẽ in ente æterno. Huius tamen oppoſitum in uenimus in dictis ſuis. 3. de anima, cõmẽ. 5. in ſolutione tertiæ quæſtio. vbi habet, q̃ ſola prima intelligentia liberata eſt à potentialitate.

Solutio. Soluitur. poſſibilitas duplex, ſm rẽ, & ſm rationem. Prima importat poſitiuũ aliquid, quod capax ſit formæ, & perfectionis. Secunda nihil poſitiuum dicit, ſed ſolum dicit non repugnantiã ad vlteriorem perfectionem, quæ non repugnantia eſt ens rationis. De prima loquitur hic. nam Philoſophi non poſuerunt in æternis poſſe ab eſſe differre. 3. phy. tex. commen. 32. Secundam autem poſſibilitatem conceſſerunt in omnibus intelligentijs, & vniuerſaliter in omnibus entibus citra primum. Vnde. 5. meta. commen. 15. dicit, ſolus Deus eſt ens ſimpliciter perfectum, alia autem entia ſunt derivatæ ſimilitudines ipſius, deficientes à perfectione illa ſimpliciter, ſecundum ordinẽ tamen. vnde in aliquibus perfectio illa participatur vt forma, in aliquibus vt imago, in aliquibus vt obſcura quædam reſonantia, ſicut dicit Plato. Et ideo ſecunda intelligentia eſt aliquanta perfectio, quæ eminenter continetur in Deo, qui eſt ens per eſſentiã. &, quia ipſa deficit à plenitudine perfectionis, quæ ſibi non repugnat in ratione entis, ſicut talpæ non repugnat viſio inquantum animal, ſic et ipſa ſecunda intelligentia, quę eſt aliquod ens, non repugnat ſibi q̃ ſit eſſentia ſub ratione, qua ens. & ideo priuata eſt ſub ratione generis, non tamen ſub ratione ſpeciei: ſed vt ſic quidquid poteſt habere, ab æterno habet, ſecundum viam Philoſophorum. Et ideo opinio Subtilis doctoris in. 8. diſtinctione primi, quæſtio. 2. tenentis quodlibet ens citra Deum compoſitum eſſe ex actu & potentia, ſicut poſitiuo, & priuatiuo, eſt magis conſona Auerr. quàm via Sancti doctoris, tenentis quodlibet citra Deum compoſitum eſſe ex actu, & potentia, tanquam ex poſitiuo, & poſitiuo.

2. cę. c. 35 Octaua contradi. eſt ſuper tex. 35. Philoſophus, & Commẽ. volunt oſtendere motum cœli eſſe regularem, quia ęqualiter eſt, & nõ eſt velocior in vno loco, quàm in alio. Huiꝰ tamen oppoſitum Ariſto. videtur determinaſſe in. 8. phy. auſcultatio. in tex. commẽ. 84. vbi concluſit primum motorem eſſe in maximo circulo. quia ibi maxime apparet velocitas motus, qui eſt effectus eius. Niſi eſſet, quòd Ariſtote. dictum ibi intelligitur quantum ad ſubiectum, hic vero conſyderat motum ipſum in ſe, vt eſt à virtute vniformiter operante, quæ nec intenſionem, nec remiſſionem poteſt ſuſcipere, cùm ſit immaterialis, & vt talis motus eſt in æquali tempore.

Solutio.

2. cę. te. 35 Nona contradi. eſt ſuper eodem tex. Ari. vult quòd motus proiectorum intendatur in medio. ſed motus violentus, vt aſſerit maximus eſt in principio. Sed iſta repugnant. nam motus proiectorum eſt violẽtus. ſi igitur motus violentus eſt maximus in principio, cum maximo non detur maius, ſequitur, quòd motus proiectorum non erit maximus in medio. proiecta enim aut mouentur impulſione, aut expulſione. & patet, q̃ ſit motus violentus ex. 7. phyſi. tex. cõm. 10. Niſi eſſet, quòd per proiecta Philoſophus intellexit hic animalia, quæ mouentur motu progreſſiuo, vt interpretauit Commen. in paraphraſi ſumma ſecunda, quæſtio quinto, &. 2. cœli. commen. 35. quare autem motus animalium appelletur proiectorum motus, require à Simplicio ibidem.

Solutio.

2. cę. c. 37 Decima contradi. eſt in commen. 37. Dicit Commen. q̃ intelligentiæ habent ſolicitudinem erga nos. Huius oppoſitum habet 12. meta. 51. Soluitur. ſecundum ipſum. 12. meta. commen. 37. Sermo dicens Deum ſolicitari de iſtis, quæ ſunt hic, quoquo modo verus eſt, & quoquo modo falſus. nam ſm ſpeciem ſolicitus eſt, non autem ſecundum indiuiduum. Hoc idem videtur ſentire ibidem in commen. 52. &. 2. de anima. cõ. 24. & videtur colligi poſſe etiam de intentione Philoſophi in prœmio meta. tenentis Sapientis eſſe omnia cognoſcere vt contingit. Secundum autem indiuiduum iſta non cognoſcit. Vnde Commen. ſuper commen. libri de diuinatione dicit, quòd in prima Philoſophia eſt declaratum, q̃ intelligentiæ abſtractæ

Solutio.

abſtractæ intelligunt naturas vniuerſales, & non habent virtutem comprehendentẽ intentionem particularem. & ſubdit, quòd, ſi intelligerent indiuiduum, tunc neceſſario eſſent materiales. Pro quo debes ſcire, quòd cognitio ſingularis materialis ſm Peripateticos repugnat intellectui. vnde intellectus eſt, nõ ex parte qua ſingulare eſt, ſed ex parte qua materiale. Nam cum eſſentia diuina ſit ſingulariſſima, & actualiſſima, nõ poſſet inteligi ab intellectu diuino, ſi ſingularitas obiecti abſolute repugnaret intellectioni. Dixerunt ergo iſtam repugnantiam eſſe ex parte materiæ, quæ habet oppoſitum, & diuerſum modũ receptionis ab eo, quod habet intellectus. & ideo poſuerunt nullum intellectum omnino à materia ſeparatum aliquod iſtorũ, quæ ſunt hic, intelligere. vnde nec intellectus agens teſte Auer. 3. de anima. commen. 19. & Themiſtius idem ſentit in. 3 de anima ſuper expoſitione. tex. 35. Solum autem illum intellectum materialia iſta cognoſcere poſſe dixerunt, qui aliquam cum materialibꝰ habet ligaturam. ſicut eſt intellectus poteſtatis in nobis. ille enim diminutus eſt ſatis, & infimus in genere abſtractorum, & illi competit intellectio ſingularis, non vnde intellectus, ſed vnde à phãtaſmatibus in intelligendo dependet. Et fuit propter hoc controuerſia inter Peripateticos antiquiores, an intellectus noſter poſſit ſingulare cognoſcere, & quis ſit modꝰ, quo cognoſcitur: ſicut recitat Commẽ. 3. de anima. commen. 36. & ideo caueant Burleiſtę, & Nominales, tenentes primum cognitum apud intellectum eſſe ſingulare de intentione Philoſophi, & Commen. immo iſta via eſt magis remota ab intentione iſtorum, q̃ ſit cęlum à terra. & ſi dixiſſent, quòd ſit primum cognitum à ſenſu, rectius vtique dixiſſent. Et ſic vt redeamus ad propoſitum noſtrum, ſequitur quòd, ſi intelligentiæ intelligerent indiuiduum materiale, materiales eſſent. quia oporteret quòd ſe haberent, ſicut hõ in intellectione ſingularis. & ſic patet, quomodo omnia ſunt ſub ſolicitudine & cognitione intelligentiarum ſub ratione ſpeciei. & non ſub ratione indiuidui. Sed cõtra iſtam determinationem inſtatur. Quia

Digreſſio de cauſalitate intelligentię, & eius intellectione. pręſuppono primo, q̃ intelligentia agat per cognitionem. Secundo ſuppono, q̃ concurrat ad cauſationem iſtorum, quæ ſunt hic per propoſitionem famoſam. cauſa vniuerſalis plus influit in effectum, quàm particularis, vt habet Author de cauſis, & etiam Philoſophus. 8. phyſi. tex. commen. 38. tunc ſic, cauſalitas intelligentiæ terminatur ad ſingulare, ſed non terminatur ad ſingulare, niſi mediante cognitione, quia cognitione cauſat: ergo ſua cognitio etiam ad ſingulare materiale terminatur. Dixerunt quidam ad hoc argumentũ, qui ſunt magnæ authoritatis viri, q̃ in plus ſe extendit cauſalitas: ꝙ cognitio: quia alio modo cauſat, & alio modo cognoſcit. Sed iſtam ſolutionem non potui vnquam intelligere. quia aut volunt abſolute cauſalitatem intelligentiæ eſſe maioris ambitus, ꝙ cognitionem, aut in comparatione, & primum quidem eſt falſum: quia intelligentia omnia cognoſcit ſaltem ſub rationibus ſpecificis, non tamen omnia cauſat, quia ſeipſam cognoſcit, & tamen non ſeipſam cauſat. Si vero dicũt, q̃ iſtud habet locum i comparatione ad ea, quę ſunt hic, quæ materialia ſunt, & cauſabilia. Contra hoc arguo ſic. effectus non poteſt excedere ſuam cauſam: quia tunc ſm aliquid ſui eſſet ſine cauſa: oportet igitur, q̃ adæquet ſuã cauſam, aut ſaltem, q̃ eam non excedat. tũc ſic. cognitio intelligentiæ, & velle eius ſunt adæquata cauſa actionis proprię intelligentiæ erga inferiora. nam. 12. meta. cõ. 36. non agunt niſi mediante velle intelligere, ergo tantum actio propria intelligentiæ ſe extendit, inquantum ſe extẽdit ſua cognitio: quia aliter effectus, vel quaſi effectus ſuam cauſam excederet: quod eſt impoſſibile, & præcipue in cauſis adęquatis. Forte dices, q̃ ideo intelligentia aliter cauſat, & aliter cognoſcit, quia cognoſcit ſeipſa, ſed cauſat cum alio: quia Sol & homo generant hominem. Sed iſta eſt fuga. licet ſic ſit, tamen propter hoc non euadis argumentum, quia ſumo cauſalitatem propriam intelligentiæ in illo priori, in quo præcedit cauſalitatem materialis agentis. nam licet in eodem inſtanti temporis mouerat primus motor, & ſecundus motor in eſſentialiter ordinatis, tamen motio primi motoris præcedit naturamotionem ſecundi motoris: ſicut patet. 8. phy. tex. cõ. 35. Et ratio eſt in promptu ibi. quia motor ſecundus non mouet, niſi motus à primo, & non econtra: igitur motio illa primi motoris eſt natura prior, quia iſta eſt diſpoſitio prioris naturaliter, vt dicit ibi Commen. in cõm cùm aliud fuerit ipſum eſſe, & non econtra. & hoc etiam patet. 5. meta. cap. de priori. tunc ſic. in iſto priori intelligentia cauſat, & non niſi cognitione & deſyderio: ſed iſta non ſe extendunt vſque ad

ſingularia

fingularia:ergo nec ſua cauſalitas. & ideo argumentum iudicio meo concludit contra reſponſionem. Niſi forte vellent iſti ponere aliquam aliam potentiam executiuã in intelligentijs,aliam ab intellectu, & voluntate, & merito illius dicant cauſalitatẽ ſe extendere in plus,q̃ ſe extendat cognitio. quod eſt multiplicare entia ſine neceſſitate nec hoc vnquam inuentum eſt in Ariſ.nec in Auerroe, vel aliquo Peripatetico antiquo. Et ideo dico,q̃ cauſalitas intelligentiæ per ſe adæquatur ſuæ cognitioni:ſed per accidens cauſalitas excedit cognitionem. Pro quo debes ſcire,q̃ intelligẽtia & agens materiale faciunt vnam cauſalitatem totalẽ reſpectu ſingularis effectus,qui producitur, quia ſingularium ſunt generationes, tamẽ effectus ſingularitatem habet à materiali agente,naturam vero habet ab intelligentia. vnde ab intelligentia effectus iſte non cauſatur,niſi vt vniuerſalis,quia effectuum vniuerſaliũ cauſæ ſunt vniuerſales. 2.phyſi. 38.ab agente autem materiali cauſatur, vt ſingularis. intelligẽtia igitur cauſat effectũ per ſe,primo modo vniuerſali:ſed per accidens ſua cauſalitas ad ſingularitatẽ terminatur, pro quanto ſimul concurrit cum ſignato agente ad productionẽ tertij. Et iſta eſt mens ſyncera Auer. ſuper cõ.lib.de diuinatione,vbi facit digreſſionem de cauſis veri ſomnij. & in hoc gauiſus eſt multum animus meus. Eſſet tñ adhuc ſpeculationis locus,qũo intelligantur dicta Auer. volentis intẽtiones vniuerſales eſſe intellectas ab intelligẽtia. ſed iſtud declarabimus.12.meta. Domino concedente.

2.cç.c.41. Vndecima contradi. eſt in cõ. 41. Dicit Cõm.q̃ eſſe huius corporis non eſt ſenſibile,ſed ratione cõprehenditur. Oppoſitũ dixit.1.cęli cõ.5.Soluitur.ſenſibile apud Auer. eſt nomen multiplex.Quandoque ſumitur pro tangibili.& iſto modo ſumitur.3.phyſi. cõ.48. vbi exponit ſenſibile pro tangibili, qñ Philoſophus dixit omne corpus ſenſibile habet vbi.& etiam hoc modo ſumpſit.1. cęli,cõm.68.& ſic etiam ſumitur.2.de generatione.tex.cõ.7.Quandoque aũt ſumitur ſenſibile pro naturali. & ſic ſumit in prooemio Auer.ſuper.1.phy. dum dicit. Res ſenſibiles ſunt ſubſtantia iſtius artis. Quandoque ſumitur pro mobili.Et qñque pro ſenſibili ſenſu quolibet.& ſic ſumit.2. de anima plerunq;. Qñq; vero pro ſenſibili ſenſu viſus tantũ.& ſic dicit Cõ.3.phy.48.corpus cœleſte eſſe ſenſibile ſenſu viſus. Dicamus ergo,q̃, ſi quæratur abſolute an cęlũ ſit ſenſibile,dicendũ q̃ eſt bene ſenſibile,ſi pro naturali ſupponat: ſimiliter ſi pro ſenſibili ſenſu viſus.non aũt eſt ſenſibile, ſi pro tangibili, vel alio ſenſu perceptibili ſupponat. Quantũ ad intentionẽ Auerro.hic ſenſibile capit pro eo, quod diſtinguit contra illud, quod eſt per rõnẽ inueſtigabile diſcurſiue. vnde pro tãto dicit Cõ. hic q̃ eſſe iſtius corporis,ſ.cęleſtis non eſt ſenſibile,ſed per rationẽ cõprehenditur, quia eſſe eius eſt eſſe neutrum.quia videlicet neque graue, neq; leue.Et q̃ cęlum ſit iſtius naturæ,arguitiue hoc fuit cognitum, à poſterioribus procedendo,non aũt ſimplici cognitione ſenſitiua hoc cognoſci poteſt: licet illa ad hoc ſit occaſio,& origo.ſic modo applica,& dic cõſequenter ad contradictionis formam.

Duodecima contradi.eſt in cõ.42 Dicit Cõm.q̃ in ſubſtantijs quidquid generatur, generatur ab vniuoco. Oppoſitũ patet ibidẽ de igne,qui ex motu generatur, & de genitis per putredinẽ.7.meta.28.&. 31. Niſi eſſet,q̃ illud habet locum in ſubſtantijs perfectis,cuiuſmodi non eſt ignis: nam ſm ipſum,3.cęli.cõ.67. elementa ſunt media inter ſubſtantiam.& accidens. Similiter habet locũ in generabilibus generatione non ceſſabili,cuiuſmodi non ſunt animalia generata ex putredine, quia mus genitus per putredinẽ,aut non generat,aut aliud generat,quod non eſt mas,neq; femina.1.de generatione animaliũ cap.1.&.16. Et ſic gloſat Cõm.iſtã propoſitionẽ.7.meta.28.Habet etiã alias gloſas,de quibus vide.12.met. cõ.24.et in limitationibꝰ nris ſatis diximꝰ.

Decimatertia contradi. eſt in eodem cõ. 42.Dicit q̃ corpora cęleſtia non agunt frigiditatem. Huius tñ oppoſitum ipſe ſentit. 2.cap.de ſubſtãtia orbis.Soluitur.hic loquitur ex ſententia propria. Nam ſm ipſum corpora cęleſtia non concurrunt ad frigiditatem,niſi priuatiue & comparatiue: quia vt ipſe habet.2.cęli.cõm.94. remotio à motu cęli dat grauitatem,& quietem;& frigiditatem, ſicut vicinitas dat leuitatem caliditatem & motum.Thomas autem nititur improbare illam opinionem rationibus ſatis appatentibus, de quibus diligens Auerroiſta conſyderet.in.2.cap.de ſubſtantia orbis loquitur ſecũdum Aſtrologos. vnde ibi dicit conſyderantes autem in ſcientia aſtrorum longo tempore,vere dicunt.

Decimaquarta contradi.eſt in cõ.51.Dicit q̃ ſphęra habet naturam,vt moueat ſm partes,

partes,& non ſm totũ. Huius oppoſitum dixit.4. phy.43. contra Themiſtiũ. Soluitur. ſphæra mouetur ſm partes quantũ ad formam,& ſubiectum, ſed ſm totũ non mutat locũ ſm ſubiectũ,ſed ſolum ſm formã: corpora autem recta ſm totum mutate locum poſſunt,& ſm formam, & ſm ſubiectum.& ideo hoc proprium eſt ſoli ſphærico corpori taliter moueri. Aut dicas, q̃ loquitur ſm Themiſtium. ſed prima ſolutio magis placet.

2.cç. c. 59. Decimaquinta contradi.eſt in cõ. 59. Dicit Cõm.q̃ demonſtrationes mathematicæ non ſunt miſcendæ naturalibus. Huius oppoſitũ dicit.3.meteor.cõ.1.vbi dicit,q̃ cauſæ iridis poſſunt ex vtraq; ſcientia aſſignari. Reſpondet q̃ dictum ſuum eſt verum hic, q̃ nõ ſunt inuicem miſcendæ rationes naturales cum mathematicis,niſi forte in caſu,quo cauſis mathematicis accidit, q̃ ſint propinquæ cauſæ rerũ naturaliũ,ſicut dicit Cõm.8.phy.cõ.76. Ratio aũt eſt:quia vnaquæq; ſcientia ex proprijs medijs demonſtrat.1.poſterio.vnde Philoſophus plerunq; damnat Pythagoram,& Platonẽ, & ſequaces,qui voluerunt aſſignare cauſas mathematicas loco cauſarum naturalium reſpectu ſenſibilium effectuum. Vnde. 3. cœli. com. 61.Amor magiſtri,& Geometriæ fecerunt Platonem errare: quia credebat res Geometriæ eſſe principia ſenſibilium.&.1. meta.cõ.21. contingit Antiquis, q̃ non dicunt ſermones conuenientes, & cauſas conuenientes, quia intromiſerunt ſe dare cauſas rerum mobilium ex non mobilibus.Idẽ 1.meta.tex.cõm.19.&.3. meta. cõ.2. Quod aũt allegat in oppoſitum authoritas eius in.3. meteo. dicendũ, q̃ illud non mouet: quia ipſemet Auer.in illa materia ſe retractauit,in cõ. vlti.illius terrij contra Auenetan. licet illa retractatio videatur contra Ariſt.1.poſte.tex. cõ.30. Et quidquid ſit de hoc, poteris tute dicere,q̃ in cõ.1. qñ dixit cauſas iridis poſſe ex ſcientia mathematica aſſignari, hoc dixit ex opinione Auenetan. aliter.n.non ſeipſum retractaſſet in fine illius tertij,& quomodocunq; ſit, poſterioribus dictis magis debemus credere. Ex quo patet,q̃ omnes rationes Calculatorum in naturalibus applicatæ nullius ſunt roboris, cum tranſcendant cauſas naturales.

2.cç. c. 59. Decimaſexta contradi. eſt in eodem cõ. Dicit Cõm. corpora cęleſtia eſſe eiuſdẽ ſpeciei Oppoſitũ huius habet in cap.de ſubſtãtia orbis,Soluitur.ſpecies duplex,analogice dicta,& vniuoce.corpora cęleſtia ſunt eiuſdẽ ſpeciei analogæ, non aũt vniuoce, ſed vt ſic ſunt diuerſarũ ſpecierũ. Colligitur diſtinctio iſta ex Auer.in.2.cęli.cõ.49.& etiã ſolutio ibi patet. Vnde etiam conſueui dicere duplex eſſe genꝰ,vniuocũ, & analogũ. patet p Auer.1.de anima.cõ.7.&.2.de anima.cõ.30.&.3.de anima.cõ.4.&.4. meta. cõ.2.&.5.meta.cõ.4. Et ſic conſueui dicere ſm Auer.ens eſſe genus analogum,& habere analogas differentias. vnde.1.de anima cõ.6.dixit actus & potentia ſunt differentiæ valde oppoſitæ entis & circuũt oẽ genꝰ.

Decimaſeptima contradi.eſt ſuper te. 63. 2.cç.te.65 Scribit Philoſophus, q̃ illud, quod optime ſe habet,non indiget actione.& ita videtur q̃ Deus glorioſus effectiue non mouet aliquẽ orbem: cuius oppoſitũ eſt demonſtratum in.8.phy.tex.cõ.79.& in.84.vbi oſtenditur ipſum eſſe in maximo circulo, quia ibi maxime apparet motus velocitas, qui eſt effectus eius. Iohannes de Ianduno, & multi.ex hoc loco eliciunt Deum non mouere effectiue ſm Ariſt.& ita dicunt etiam Cõm.tenuiſſe.nam.2.cęli cõ.62. dicit q̃ illud,quod acquirit perfectã nobilitatẽ ſine actione,eſt intellectus abſtractus. Sed iſta poſitio ſtare non poteſt.quia hoc eſt cõmune Deo, & alijs abſtractis ſubſtantijs, quæ ſuam nobilitatem habent ſine actione.nã, vt inquit Cõm.talia ſunt, quæcunque ita ſe habent,q̃ actio eorum eſt ſubſtantia eorũ, & hoc etiam confirmat in cõ.65.vbi ponit q̃ ſunt tres fines, quorũ vnus eſt nobilitas ſimplex,quæ non acquiritur per oppoſitionem,& iſta eſt in ſubſtantijs abſtractis: & ſecundus eſt nobilitas propinqua ſimplici, & iſta acquiritur diuerſis actionibꝰ, & ſunt ordines,& iſta eſt in orbibus,& nobilitas diminuta, quæ acquiritur paruis actionibus, & eſt in rebus iſtis, quæ ſunt apud nos. Cõ. 66.vbi ponit quatuor ordines entium, dicit primũ ordinem eſſe eorum, quæ comprehendunt nobilitatem perfectã ſine operatione,& iſta ſunt entia abſtracta. Et ita,ſi opinio iſtorum vera eſſet,ſequeretur q̃ nullus orbis moueretur effectiue ab intelligentia,ſed oporteret ponere animam imaginatiuam,vt Aui.poſuit. Dic igitur ſententiam Philoſophi fuiſſe,id,quod optime ſe habet, non indigere actione diſtincta à ſuimet ſubſtantia, per quam ſuam nobilitatem ſortiatur. actio enim in talibus eſt propter ſuam ſubſtantiam,& non econtra.ſecundi phyſi.88. & nobilitas iſtorum bene conſi-

Solutio.

Solutio.

Solutie.

Solutio.

Solutio.

Solutio.

Solutio.

ſtit

ſtit in actione prima, quæ eſt idē cū ſuimet ſubſtātia, Deus enim eſt vita intellectualis, & ſemper actu intelligit, & intellectio eius eſt ſubſtantia eius, & ita nobilitas eorum eſt in ſeipſis. ſed motus, qui eſt actio diſtincta ab eſſentia, non eſt quà intelligentia, & Deus perficiantur. immo ſequitur ex ſua perfectione, & bonitate, & talis prima intellectio eſt ꝓpter ipſas, & ſecundaria intellectio propter iſta, quæ ſunt hic, vt patet. 2. cęli. 17. & 21. cō. &. 12. meta. cō. 36. inferiorū vero nobilitas conſiſtit in eorum actione. quę eſt diſtincta a ſuimet ſubſtātia, quia talia per motum & generationem participant immortale, & diuinum eſſe, ſecundū quod poſſunt, vt diximus.

2.cę.c.83. Decimaoctaua contradi. eſt in cō. 83. Dicit Commen. ꝙ corpora naturalia habent motum proprium eodem modo. Sed huius oppoſitū inuenimus in ipſo. 2. phy. cō. 3. vbi vult definitionem naturæ non vniuoce dici de omnibus, &. 1. cœli. cō 5. &. 2. cœli. 3.

Solutio. & 71. Cōm. idem dicit. Soluitur hic loquit ad hominē: quia arguit contra Antiquos, & loquitur de elementis. nam ibi loquitur de quiete terræ ſimpliciter igitur ſumendo corpora, non ſunt naturalia eodem modo vniuoce dicto: tamen ſumendo corpora elementalia tantum, ſic talia ſunt naturalia eodem modo. Et ideo dicit. Cōm. in. 2. cęli. com. 3. ꝙ motus cęli non eſt naturalis, ſicut motus elementorum: quia non dicitur definitio naturæ vniuoce, ſed ſecūdum prius, & poſterius 2. phy. commen. 3.

2.ce.c.95. Decimanona contradi. eſt in cōm 95 Inquit Cōm. elementa non habent quantitatem terminatam Huius tamen oppoſitum dicitur. 2. de anima tex. commen. 41. omnium natura. conſtantium, &c. Si teneremus opinionem Egidij Romani ponentis non dari minima ex parte formæ in ſimplicibus, ſicut quidā tenent etiā in via Auerr. facile eſſet tollere iſtam contradictionem. tamen Cōmen. 6. phy. cō. 49. videt ponere minimum, tā in formis ſimplicibus, quàm compoſito. Niſi gloſaretur quantum ad ſubiectum ipſum. Sed quidquid ſit de hoc dico, quòd præſens: authoritas non eſt contra ponentes minima. quia Commentator noluit dicere ibi, ꝙ elementa non hñt quātitatē determinatā: quia videlicet non dar minimū, vel maximū in eis: ſed illud dixit, ꝙ talia non conſiſtunt in puncto, & in indiuiſibili. & iſtud fuit de intentione eius ibi, ſicut patet conſyderanti.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Ariſt. & Auerrois.

Super Tertio De Cælo.

PRima contradi. eſt in cōm. 6. Scribit Cō. ꝙ Naturalis dicit, ꝙ magnitudo eſt diuiſibilis in ſemper diuiſibilia. Huiꝰ tñ oppoſitū dicit. 4. phy. 72. vbi dicit, ꝙ linea mathematica eſt diuiſibilis in infinitū, nō aūt linea terreſtris. Soluitur. magnitudo naturalis dupliciter pōt cōſyderari. Vno modo, vt eſt in materia prima abſolute, & vt ſic Naturalis dicit ipſam in infinitum eſſe diuiſibilem, quia diuiſio in infinitum in continuo inſequit materiam, & ex parte materiæ eſt infinitudo, ex parte formæ finis & cōplementū. & iſta fuit ratio, quare magnitudo diuiſibilis eſt in infinitū, non autem augmentabilis, quia diminutio inſequitur materiam, & augmentum inſequitur formā, & actum, & perfectionē. Alio modo pōt magnitudo naturalis conſyderari, vt eſt in aliqua materia ſenſibili, exiſtente ſub aliqua forma determinata, & ſic terminata eſt apud Naturalē, ſic patet concordia. Pōt etiam ſolui, ꝙ Naturalis dicit, ꝙ magnitudo eſt diuiſibilis in ſemper diuiſibilia, non quia probet continuū eſſe diuiſibile in infinitū, ſicut aliqui tenent, ſed qa probat, ꝙ magnitudo nō eſt cōpoſita ex indiuiſibilibus, ſicut in. 3. phy. diximus diffuſe ex intentione. Cōm. ſuper commen. 31.

3.cę.c.6. Solutio. Alia ſolū.

Secunda contradi. eſt in tex. 13. Dicit Philoſophus, & Commen. ꝙ impoſſibile eſt in uenīri corpus, quod non ſit elementum, neque ex elementis compoſitū. Sed opponebam de orbe cęleſti, qui neq; elementū eſt alicui, neq; ex elementis conſtitutū. Soluit. Ari. ibi contra Platonem, qui ponebat corpora componi ex ſuperficiebus. vnde ad hominem loquitur, ꝙ illa opinione data ſequitur aliquod corpus ex ſuperficiebus taliter componi, ꝙ neque elementū eſt, neque ex elementis componitur, vt patet ibi ex deductione. Cœlum aūt reſpectu vniuerſi bene eſt elementum compoſitionis tantum, immo vocatur primum elementum. 3. cęli ad principium, &. 1. cęli te. c. 91. tribus enim entibus corporalibus elementis, nulli tñ cęlum eſt elementum per alterationem.

3.cę.te.13. Solutio.

Tertia contradi. eſt in cōm. 17. Dicit, ꝙ Plato nihil ſciuit de materia. Huius oppoſitum

3.cę.c.17.

Solutio. tum dixit ipſe. 1. phy. c. 81. Soluitur. ꝙ nihil ſciuit de prima materia, ita ꝙ quiditatem eius, ſeu naturā cognouerit nam ſolus Ari. cognouit naturam eius. ſed ante ipſum nullus magis appropinquauit ad veritatem, quàm ipſe Plato. & ſic in comparatione ſciuit, & tamen ſimpliciter ignorauit.

3.cę.c.51. Solutio. Quarta contradi. eſt in cō. 51. Dicit Co. compoſitum non differre ab elementis, niſi quantitate. Huius tñ oppoſitū expreſſe habet ipſe in cō. 60. 7. meta. vbi dicit, ꝙ caro non eſt terra, & ignis, ex quibus componitur, ſed eſt aliquid additum. Soluitur. ꝙ dictum ſuum in hoc loco non eſt ex intentione Philoſophi, nec de intentione ſua, ſed illud ſequitur ad hominē, contra quē arguit.

3.cę.c.55. Solutio. Quinta contradi eſt in cō. 55. Dicit corpꝰ mathematicū non eſſe in loco. Huius oppoſitum patet. 4. phy. 76. &. 47. &. 1. de generatione cō. 44. Soluitur. corpus mathematicum eſt in loco ſm imaginationem. non eſt in loco ſm rem. Solutio eſt Auer. 4. phy. cōm. 47. in fine commenti.

3.cę.c.67 Solutio. Sexta cōtradi. eſt in com. 67. Dicit quòd ignis habet ambas qualitates in fine. Huius oppoſitum tenet. 4. meteo. cō. 10. Soluitur. veritas eſt iſta, in elemento ſimplici ambæ ſunt in fine: aliter non eſſet ſimplex, præcipue ſm ipſum; qui tenet tantam eſſe connexionem inter qualitates elementorum, & ſuas formas, ꝙ dixit eas intendi, & remitti ad intenſionem & remiſſionem ſuarū formarum qualitatiuarum. Quomodo autem intelligatur dictum eius. 4. meteo. cō. 10. diximus ſuper cō. 54. primi phy. diffuſe, & ibi videbis, quia nunc ad alia properamus.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Auerrois,

Super Quarto de Cælo.

4.cę.c.32. PRima contradi. eſt in cōmen. 34. Dicit Auer. ꝙ ignem eſſe demonſtrat Philoſophus ibi, licet ſit ſpecies, & pars ſubiectiua illius libri. Oppoſitum habetur ab ipſo. 2. de anima commen. 27. &. 6. metaphyſi. cōm. 1. vbi habet, ꝙ neque ſubiectum, neq; partes ſubiectiuæ ſubiecti poſſunt demonſtrari in ſciētia. Dicunt Moderni, ꝙ ideo ſubiectum in ſcientia non poteſt demonſtrari, quia eſt primo notum in ſcientia, & eſt id, quò cætera cerificantur. nihil enim eſt in ſcientia, quo ſubiectum in ſcientia certificari poſſit. ſpecies vero ſubiecti, quia ſunt omnibus modis idem cum ſubiecto, & ſubiecti exiſtentia, eſt vna cū eſſe ſpecierū: ideo nec ipſe aliquo pacto demonſtrari poſſunt. ſed principia ſubiecti habent aliquid notius, ſaltem quò ad nos, vt ſubiectum ipſum, & partes eius, & alia multa virtute primi ſubiecti, quia igitur ſubiectum non poteſt notificari per aliquid prius eo in ſcientia, quia eſt primū: nec per aliquid poſterius, quia omne poſterius certificatur ꝑ ipſum, tanquam per primo notum in ſcientia: igit eſt indemonſtrabile. Et licet nos fecerimns prolixam ſatis quæſtionem de hac materia, quantum aūt ſpectat ad præſens, non videtur mihi quòd iſta opinio ſit vera, quod. n. dr ꝙ ſubiectum non pōt notificari, nec à priori, nec à poſteriori, quia non habet aliquid notius, dico, ꝙ hoc falſum eſt quantū eſt merito iſtius cauſæ. Nam principia ſubiecti ſunt priora naturæ, & notiora, q̄ ſit ſubiectum, ſicut cauſa reſpectu cauſati. paſſiones etiam ſubiecti, præcipue in reb⁹ ſenſatis, notiores ſunt quò ad nos ipſo ſubiecto, vt in pluribus: ſicut effectus, vt in plurib⁹ in talibus apud nos ſunt notiores. 1. phy. tex. cō. 2. Ratio igit ꝙ ſubiectum ſcientiæ indemonſtrabile ſit præciſe eſt ex ſua ratione formali, qua eſt ſubiectū, cum de illo oportet præſupponere quid, & qa. & no eſt aliqua alia ratio, quia videlicet non habeat prius, nec poſterius, quo ſic, vel ſic certificari queat. vnde quælibet ſcientia debet concedere ſuum ſubiectum eſſe, vel quia illud eſt notum in ſe, vel quia accipit tanquam notum ab alia ſcientia, in qua de claratū fuit, ſicut dicit pulchre Cōm. in cō. vltimo. primi phyſi. & hoc nulla alia ratione fit, niſi ex rōne ſua formali, qua ſubiectum eſt. ſubijci. n. illud oportet in ſcientia tanquam baſim, & fundamentum totius ſcientiæ. Illud vero, qđ dicit poſitio de partibus ſubiectiuis, prorſus error eſt. quia licet eſſe, & exiſtent a ſubiecti, & partium ſubiectiuarum eadem ſint, ſtat tñ vnū eorū notum eſſe, & aliud ignorari. ſicut licet eadē ſubiecto ſint primus motor, & prima forma, tñ rationibus diſtinguuntur, & ſtat vnū ſub vna rōne cognoſci, & ignorari, ſm aliā. Et hoc verificatur in pleriſque exemplis. vnde patet, ꝙ ignis eſt pars ſubiectiua in libro de cœlo, cuius ſubiectum adæquatum eſt corpus ſimplex ſiue vniuerſum, vt alijs placuit, & tñ demonſtratur non obſtante idē-

Digreſſio cōtra Modernos de ſubiecti, & partiū ſubiectiuarum, & ipſius principijs demonſtratione.

tiate

tiate cadẽ,& exiſtentia cũ ſubiecto ſuo,cui ſubijciẽ.vnde.2.de aia,demonſtrat eſſe ſenſus cõis,&.3. de aia demonſtrat eſſe intellꝰ poſſibilis.& eſſe intellꝰ agentis, licet ſint de potentijs aiæ, quas ſpecies, & partes ſubiectiuas appellat Cõm. Dicamus ergo ꝙ propoſitio Auerr.non eſt vliter vera, ꝙ ſpecies ſubiecti in ſcientia nõ poſſunt demſtrari,nec à priori,nec à poſteriori, ſed ſolum hoc verificat, vt in pluribus.ſed fallit qñq;,& hoc, qñ tales fuerint ignotæ.& hoc eſt,quod ipſe dixit in.2.de aĩa in prĩcipio cõ.29.inquit.n. Quia vult ponere hic numerum iſtarũ virtutum,ſm ꝙ artifex ponit ſubiecta ſuę artis non vult ponere,niſi illud,quod manifeſtũ eſt per ſe,& dimittit alia,quæ non ſunt manifeſta,quouſque perſcrutetur de eis. Ecce igitur,ꝙ partes ſubiectiuæ per ſe notæ poni debent in ſcientia,ſicut ponit ſubiectum artis:ſed illæ,quæ ſunt ignotæ poſſunt demonſtrari in illa ſcientia:præcipue ſi ſcientia illa habuerit aliquod medium notius.per qđ illas poſſit illa ſcientia demonſtrare. quod addo propter ſubſtãtias ſeparatas,quæ ſunt partes ſubiectiuæ principales in Metaphyſica, quæ non demonſtrantur ibi ſolum quia ſunt partes, ſed quia nullum aliud eſt medium efficax demonſtratiuum eſſe ipſarũ, niſi motus:ſicut ſcribit Cõm.in cõm.vlti. phyſi.& in cõ.5.12.meta.Et quia ita eſt,ideo dixit Cõm.ignem eſſe demonſtratur hic & eſt demonſtratio ſigni ad ſpecies ſubiecti: quod raro contingit in ſcientia. dixit notanter raro:quia vt in pluribus partes ſubiectiuæ in ſcientia ſunt per ſe notæ,aut ſumũt tanquã notæ ex alia ſcientia, quæ ſolum poteſt illas demonſtrare.ſicut Metaphyſica ſumit eſſe ſubſtantiarũ ſeparatarũ, quæ ſunt principaliſſimæ partes ſubiectiuæ ſubiecti illius ſcientiæ ſine demſtone: quia concedit eas eſſe,ſubijciens ſe in hoc artifici Naturali,qui eas demonſtrat.Sic etiam dicimus de principijs ſubiecti.Principia ſubiecti nõ demonſtrantur in ſcientia, quia habent ſubiectum,& aliquid prius notum, per quod demonſtrari queant. Nam, ſi principia ſubiecti in ſcientia eſſent per ſe nota in eſſe, nec prioritas ſubiecti,nec poſterioritas paſſionũ ſubiecti ſufficeret ea demonſtrare eſſe. & ratio eſt,quia demonſtratio non fertur ſuper re nota.Et ideo principia ſubiecti in ſcientia poſſunt demonſtrari à poſteriori in ſcientia illa, qñ fuerint ignota, & poſſunt illa principia à priori demonſtrari in ſcientia ſuperiori,ſi habuerint alia principia priora in illa ſcientia, quæ notiora fuerint. & hoc totum veritatem habet, qñ talia principia fuerint ignota.Et iſta eſt ſententia lucidiſſ. Auer.2.phy.cõ.22.vbi,poſtquam dixit principia ſubiecti poſſe demonſtrari à poſteriori in ſcientia,cuius ſunt principia,vel à priori in alia ſcientia ſuperiori modo habeant cauſas priores in illa ſcientia,addit vnam limitationem neceſſariam,ſuper qua non cõſyderauerunt Moderni,dicens. & hoc totũ erit,qñ cauſæ ſubiecti latuerint. Subiectum igitur(vt colligamus fragmenta ne pereant) in ſcientia, in qua eſt ſubiectum, ſiue illa ſcientia vniuerſalis fuerit, ſiue particularis, non poteſt aliquo genere demonſtrationis demſtari in tali ſcientia.Ratio,quia ſubiectũ debet concedi in ſcientia,vel quia eſt per ſe notum, vel quia ſumitur tanquam notum ab alia ſcientia demonſtrante ipſum:& hoc competit ſubiecto ex ſua ratione formali. quia igitur ſcientia ſemper ſumit ſubiectũ tanquam notum, illud nullo pacto poteſt demonſtrare,quia ad nota per ſe,vel ad ea, quæ ſupponuntur tãquam nota, non eſt demonſtratio in ſcientia illa habente illa pro notis.Partes autem ſubiectiuæ in ſcientia,ſi fuerint ignotæ,& illa ſcientia habuerit medium notius, per quod poſſit illas demonſtrare,dico ꝙ demonſtrantur in ſcientia illa demſtone ſigni.Principia vero ſubiecti, ſi ignota fuerint in ſcientia aliqua,& illa ſcientia habuerit medium, per quod poſſit illa demonſtrare, quod ſit notius (quod dico etiã propter ſubſtantias ſeparatas,quæ ſunt principia ſubiecti Metaphyſicæ,& ſunt ignota,tñ non demonſtrantur ibi ex defectu medij,& non ex eo,quia cum hoc,ꝙ ſunt principia,ſunt etiam partes ſubiectiuæ.ſicut dixerunt communiter omnes Moderni,quaſi aliquid eſſe partem ſubiectiuam tollat ab aliquo demonſtrabilitatem de eo,quod tamen falſum eſt:ſed ideo non demonſtrãtur ibi,quia nõ habetur medium,per quod poſſit eas demonſtrare: quia nulla alia eſt via ad illud,niſi via motus:cum hoc etiam concurrit, ꝙ ſunt principaliſſimum ſubiectum, tamen hoc non eſt adęquata cauſa, quia,ſi medium eſſet ibi,adhuc demonſtraretur\talia inquam principia ſubiecti, ſi ignota fuerint, ſiue ſint principia tantum, ſiue principia, & partes ſubiectiuæ ſimul poſſunt demonſtratione ſigni demonſtrari in ſcientia,in qua ſunt principia, dummodo ſcientia illa habuerit medium ad illa. demonſtratio enim eſt, quorum eſt altera cauſa,

Limitatio ppoſitionis Auerr.

cauſa,vel in eſſendo,vel in inferẽdo. Si vero principia illa habuerint principia priora,& notiora,& talia de ſe fuerint ignota,dico,ꝙ poterunt demonſtrari in ſcientia ſuperiori conſyderante de principijs illorum principiorum.Et iſta omnia,ſi bene aduertis,ſunt de intentione Auer. in locis allegatis licet Moderni confidentes in proprio ingenio non aduertant ad iſta.

4.cc.c.40 Secunda contradictio eſt in cõmen. 40. Dicit Commenta.ꝙ non eſt impoſſibile, vt cauſæ ſubſtantiarum ſint accidentia. Oppoſitum patet.5.phyſi.10. vbi dicitur, ꝙ illud, quod vni eſt ſubſtantia, non eſt alteri accidens. partes inſuper ſubſtantiæ debent eſſe ſubſtantiæ:ſicut patet.2 de anima, com.2.

Solutio. Ad hoc dicendum puto, ꝙ ſicut patet per Auer. ibi, quanto aliqua forma fuerit eſſe magis diminuti, tanto magis formia debet per accidentia definiri. & quãto forma fuerit eſſe perfectioris, tanto eſt oppoſito modo,ꝙ accidentia debent definiri per formã, & non econtra. & quia formæ elementorũ ſunt imperfectiſſimę,ideo ſunt cauſatæ reſpectu accidentium,& ideo per illa definiũtur. Per oppoſitum autem in corporibus animalium habentium formas perfectas dicimus,ꝙ iſtæ qualitates ſunt cauſatæ.Et ad uerte bene hic,ꝙ naturaliter loquendo poteſt iſta via ſatis bene perſuaderi. Philoſophus enim in.2.de generatione in tex.cõm. 6.dicit primam materiam, quæ eſt in potentia corpus ſenſibile,eſſe primum principium materialium.Secũdum vero ſunt primæ contrarietates, à quibus non ſeparatur prima materia,cum ſemper ſit cum contrarietate:Tertium autem principiũ ſunt quatuor elementa, quæ adinuicem tranſmutãtur.vnde,niſi aliquo modo elementa cauſata eſſent ex qualitatibus contrarijs non bene numerum quaternarium elementorum probaſſet ex combinationibus talium qualitatum. Amplius autem ex fundamento Auerro.hoc idem poteſt confirmari.ipſe tenet formas elementorum intendi, & remitti ad intenſionem, & remiſſionem ſuarum qualitatum.modo,ſi formæ elementorum non dependerent à ſuis qualitatibus tanquã à cauſa, nullo modo ſequeretur hoc: quia variatio in effectu non eſt cauſa variationis in cauſa, ſed eſt ſignum tantum: variatio autem cauſæ bene eſt cauſa variationis effectus. Sic igitur formæ elementorum, & ipſa elementa poſſunt dici cauſata à ſuis qualitatibus, prout iſta cauſalitas reducitur ad genus cauſæ materialis. diſpoſitiones enim materiales habent reduci ad genꝰ cauſæ matetialis. Si vero elementa conſyderentur adinuicem,vt ſunt actiua, & paſſiua adinuicem,ſic iterum poſſunt dici qualitates elementorum eſſe cauſę elementorum. Nam, cùm actio ſit merito contrarietatis, elementa autem non habent contrarietatem ratione ſuæ formæ ſubſtantialis, cùm ſubſtantiæ nihil ſit contrarium, ſed ſolum ratione ſuarum qualitatum,iuxta illud Philoſophi in de ſenſu, & ſenſilibus,ignis non agit inquantum ignis,ſed inquantum calidus,& hoc non alia ratione dixit, niſi quia actio non eſt niſi ratione contrarietatis, primo de generatione tex.commẽ.51. & quia ignis nulli contrariatur, ratione qua ignis, ſed ratione qua calidus,ideo vt calidus agit non vt ignis.Et ideo ſic conſyderata elemẽta ſunt cauſata à qualitatibus ſuis in genere cauſæ formalis,& qualitates ſuæ ſunt formæ ipſorum,pro quanto à forma prouenit actio,& motus.3.phyſi.17. Et hoc etiam eſt de intentione Commen.4.meteo. cõmẽ.1. vbi habet,ꝙ caliditas,frigiditas,hũmiditas, & ſiccitas ſunt virtutes elementorum, per quas elementa ſunt elementa. Et hoc voluit Philoſophus in ſecundo de generatione. tex.commento ſeptimo & octauo ſine dubio, ſi bene conſyderentur verba eius. Et forte hoc voluit Alexander, quando dixit, ꝙ qualitates elementorum ſunt ſuę formę, quem Auer.forte non damnat, niſi in verbis,mente tamen forte concordes ſunt. Si autem elementa conſyderata fuerint, vt ſubſtantiæ ſunt, quæ conſyderatio Diuini eſt, & non Naturalis, ſic minime poteſt dici qualitates elementorum cauſas eſſe in aliquo genere reſpectu elementorum: non quidem materialis, nec formalis, quia partes ſubſtantiæ debent eſſe ſubſtantiæ, non efficientis, neque finalis, quia elementa vt ſubſtantiæ habent alia principia priora iſtis qualitatibus ſenſibilibus,quæ à Diuino conſyderari habent.Et ſic Commen.arguit contra Alexand.5.phyſi.10,&.8.meta. cõ.5.quòd qualitates elementorum non ſunt veræ formæ ſubſtantiales elementorũ,quia qđ vni eſt accidens,alteri non eſt ſubſtãtia, in his,quæ vniuoce dicuntur.ſed conſyderatio Naturalis, q̃ eſt infra iſtã conſyderationẽ coarctata ad ſenſibilia principia,conſyderat elementa, vel vt ſunt ſubſtantiæ naturales compoſitæ ex materia & forma: & ſic ex ſubſtantijs componũtur, & iſta conſidera-

cio

tio pertinet ad librum Phyſicorum, ſicut colligi poteſt ex mente Commenta. 3. cęli. commen. 31. vel vt ſunt partes mundi, vt ſunt in libro cęli cõſideratæ, vel vt ſunt cauſæ compoſitorũ, ſicut in lib. de generatione conſyderantur teſte Auer. 3. cęli commen. primo, & vltimo. Et ſecundo quidem modo Naturalis, ignorans, vltimas eorum differentias, circumloquitur eas per qualitates motiuas eorum, quæ ſunt grauitas, & leuitas ſimpliciter, & grauitas & leuitas in reſpectu. quia elementa, vt ſunt partes mundi, concernunt determinatum locum, & ſitum in vniuerſo. & quia leui ſimpliciter debetur ſummus locus, & graui ſimpliciter deberur infimus locus, inde eſt, ꝙ Naturalis ea taliter conſyderans, dicit, ꝙ grauitas eſt forma terræ ſubſtantialis, & leuitas eſt forma ignis. Et ideo Ariſto. in. 4. cęli, quia ibi conſyderat elementa, vt ſunt partes mundi, definit ea per qualitates localiter motiuas, tãquam per differentias non vere ſubſtãtiales, ſed circumlocutiuas, ſicut teſtatur Commen. commen. 26. 4. de cęlo: quidquid dicant Moderniſti, qui tenent, ꝙ ſint veræ ſubſtantiæ. in lib. autem de generatione, Philoſophus conſyderat elementa, vt ſunt mixtorum cauſæ. non ſunt autem mixtorum cauſæ, niſi vt tranſmutabilia, nõ ſunt autem tranſmutabilia, niſi vt ſunt actiua & paſſiua, non ſunt autem actiua, & paſſiua, niſi merito quatuor qualitatũ primarum. ideo ibi circumloquitur veras differentias eorum per qualitates primas, quæ ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas. & ſic etiam in lib. meteororum conſyderãtur, licet ſub ratione magis ſpeciali, quàm in libro de generatione. & ideo etiam ſic ibi definiuntur. Sic igitur patet quomodo qualitates ſunt cauſæ elementorum, & quomodo non, & quę, & qualiter. & ſic ſoluto contradictionis liquet de ſe.

ARISTOTELIS

DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE

LIBER PRIMVS,

Cum Auerrois Cordubenſis media Expoſitione.

SVMMAE LIBRI.

In Prima de Generatione, & Alteratione ſermonem facit.
In Secunda de Augmentatione.
In Tertia de Tactu, de ipſo Agere, & Pati, & de Miſtione.

SVMMAE PRIMAE

Quæ ſit libri intentio, De Generationeq; , & Alteratione Antiquorum ſententiæ. *Cap.* 1.

B

DE Generatione aũt, & Corruptione eorum, quæ natura generantur, & corrũpuntur, ſimiliter de omnibus & cauſas diuidendum, & rationes eorũ determinandum. Amplius autem de Alteratione, & Augmẽtatione, quid vtrunq; & vtrũ exiſtimandum ſit eandem eſſe naturam generationis, & alterationis, an ſemotam, vt diſtinctũ eſt & nominibus. Antiquorũ igit, hi quidem vocatã ſimplicem generationẽ eſſe inquiunt alterationẽ, hi vero alterã generationem, & alterationẽ. Quicũq; enim vnũ aliquod dicunt eſſe vniuerſum, & oĩa ex vno generant, his quidem vtiq; neceſſe eſt generationem alterationẽ dicere, & quod proprie fit alterari. Quicũq; aũt plura materias vno ponunt, vt Empedocles, & Anaxagoras, & Leucippus, his alterũ. Sed tamẽ Anaxagoras propriã vocẽ ignorauit. dicit enim ꝙ fieri, & deſtrui, idem conſtitit ipſi alterari. multa aũt eſſe dicit elemẽta, quẽ admodũ & alĩ. Empedocles enĩ corporea quidẽ quatuor, omnia aũt cũ mouentibus ſex numero. Anaxagoras aũt, & Leucippus, & Democritꝰ infinita. Hic enim ea, quæ ſunt ſimilium partiũ, elementa ponit, vt os, carnẽ, medullam, * & alia, quorum vniuſcuiuſq; vniuoca pars eſt. Democritus aũt, & Leucippus ex corporibus indiuiſibilibꝰ alia cõponi inquiũt. hæc aũt infinita & multitudine, & formis eſſe, ipſa autẽ à ſeipſis differre his, ex quibus ſunt, & poſitiõe, & ordine horũ. Contrarie autẽ videntur dicere Anaxagorici Empedocleis. Hi enim inquiunt ignẽ, & aquã, & aerem,

E

F

C Gñatio, & Alteratio an idem.

* a.l. addit nerium.

G aerē, & terrā elementa quatuor, & ſimplicia eſſe magis, q̄ carnē, & os, & talia ſimilium partium. Illi aūt hæc quidem ſimplicia, et elementa eſſe, terram aūt, aquā, & ignem, & aerem compoſita. † omniſeminariū enim eē horū.

† σπερμάτων.

Iis igitur, qui ex vno omnia cō ſtituunt, neceſſe eſt dicere generationem, & corruptionem alterationem. ſemper enim ſubiectū manere vnum, & idem: tale aūt alterari dicimus. Iis autem, qui H genera multa faciunt, differre à generatione alterationē. coeuntibus enim, & diſſolutis, generatio contingit, & corruptio. Ideo » dicit Empedocles hoc modo, ꝙ » nullius natura eſt, ſed ſolum miſtio, & fœdus miſtorum. Quòd igitur proprius ſit ſermo eorum ſuppoſitioni ita loqui manifeſtum eſt, & ꝙ dicūt hoc modo. Neceſſe autē eſt & his dicere generationem eſſe aliquid præter alterationem. impoſſibile tamē eſt ſecundum ea, quæ ab eis dicuntur. Hoc autem, ꝙ dicimus I recte, facile eſt videre. quēadmodum enim videmus, quieſcente ſubſtantia, in ea tranſmutationē fieri ſm magnitudinem, quę vocatur augmentatio, & diminutio, ſic & alterationē. ſed tamen, ex quibus dicunt, plura principia faciētes vno, impoſſibile eſt alterari. paſſiones enim, p quas hoc dicimus cōtingere, dr̄iæ elementorum ſunt. dico autem, vt calidum frigidum, albū nigrū, ſiccum humidum, molle durū, & aliorum vnumquodq;, vt in- K quit Empedocles, Solem album » videri, & calidum omniquaq;, » Imbrem aūt in omnibus caligi- » noſum, & rigidum. ſimiliter autem determinat & in reliquis. Quapropter, ſi non ſit poſſibile ex igne fieri aquā, neq; ex aqua terram, neq; ex albo nigrū erit aliquid, neq; ex molli durum. eadem autē ratio & de alīs. hoc autem erat alteratio. An & manifeſtum eſt ꝙ ſemper vnā contrarīs ſupponēdum materiam, ſiue tranſmutetur ſecundum lo- L cum, ſiue ſm augmentationem, & diminutionem, ſiue ſm alterationem? Ampliusautē ſimiliter eſt neceſſe eſſe hoc etiam alterationē. ſi enim alteratio eſt, & ſubiectum vnū elementum, & vna omniū materia habētium adinuicem trāſmutationē: &, ſi ſubiectum vnum eſt, alteratio eſt.

1 Intētio huius libri é determinar cauſas vſes gñatorū oīum. Idé. 1. Meteo. cō. 1.

Intentio noſtra in hoc libro eſt, ꝙ oportet determinare cauſas vniuerſales generatorū omniū, & corruptorum naturaliter, & determinare cauſas alterationis, & augmentationis, & etiam determinare quæ ſit vtraq; illarum, & vtrum ſit M opinandum alterationem, & generationem eſſe eadem, aut diuerſa, ſicut habent nomina diuerſa. Antiquorū igitur quidam opinantur ꝙ generatio ſimplex, & alteratio idem ſunt, & quidam ꝙ generatio ſit altera ab alteratione. Dicentes enim oīa eſſe vnum, & ꝙ omnia ab vno generarī, neceſſe eſt eos dicere ꝙ generatio ſimpliciter, & alteratio ſunt idē.

Et

A Et cauſa in hoc eſt ꝙ ſubiectū tranſmutationū omnium apud illos eſt ens in actu, non tranſmutabile. Facientes aūt elementa eſſe plura vno, vt Empedocles, & Anaxagoras, & Leucippus, & Democritus, neceſſe é eis dicere generationē eſſe aliam ab alteratione. Generatio enim fit per congregationē elementorū, & Corruptio per ſegregationē eorum: alteratio aūt neq; eſt congregatio, neq; ſegregatio. Empedocles aūt dicebat ſex eſſe elementa, quorum duo ſunt mouētia, ſ. amicitia, & lis, & quatuor mobilia, ſ. terra, & aer, aqua, & ignis. Anaxagoras aūt, & Leucippus, & Democritus dicebant elementa eſſe infinita, ſed Anaxagoras ponebat ea eſſe corpora conſimilium partium, quoꝝ totum, & pars habet idem nomen, vt caro, & medulla, & lignum. Democritus aūt, & Leucippus dixerunt ea eſſe corpora infinita numero, & figuris, & ꝙ corpora compoſita ex eis diuerſificantur ſm diuerſitatem illarum partium, aut propter figuram, aut propter ſitum, aut propter ordinem. Anaxagoras autem neceſſario, & eius ſequaces differunt ab Empe. Empe. enim dixit corpa C conſimilium partium eſſe cōpoſita ex quatuor elementis. Anaxa. autem dicebat iſta quatuor eſſe compoſita ex conſimilibus part bus. & oēs quidem iſti ſic dicentes debēt dicere ſm hanc opinionem ꝙ generatio ſimplex alia eſt ab alteratione. ſed quidam eorum conſequunt ſuum fundamentū, & quidam non, vt Anax. & Empe. Anaxa. aūt non conſequit ſuum fundamētum, ꝙ generationē, & corruptionem vocat ſimplicē alterationem. Empedo. autem, quia ponit ꝙ generatio, & corruptio fiunt p congregationem, & ſegregationem D elemētorum quatuor pp amicitiā, & litem, & ponit iſta elementa non tranſmutari adinuicē, & ꝙ dr̄iæ eorum, quæ ſunt calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum, & aliæ qualitates, quibus alteratio accidit permanentes. ſunt cum hoc ergo, quod ponit, manifeſtum eſt ꝙ ſm ſuam opinionem nihil eſt alteratio, cū alteratio non eſt, niſi in his differentijs, & tñ opinatur ꝙ impoſſibile eſt ꝙ ex aqua fiat ignis, aut ex terra fiat aqua, & vſq; vī ꝙ impoſſibile eſt vt aliquid iſtorū fiat ex altero ſm generationem, & corruptionē ſimplicem, ne- E ceſſe eſt ēt vt non fiat ex albo nigrū, neq; ex duro molle, quod eſt alteratio. & hoc eſt neceſſariū ꝙ, cum elementa non tranſmutant abinuicē, non erit ſubiectū vnum, quod recipiat duo contraria, ſiue contrarietas illa ſit in alteratione, aut ī ſubſtātia. oīs enim tranſmutatio hēt ſubiectū neceſſārio, ſiue fuerit in ſubſtantia, ſiue in quantitate, ſiue in qualitate. vnde neceſſe eſt ēt poſito ſubiecto, eſſe trāſmutationē, & tranſmutatione poſita, eſſe ſubiectū. † Et non de- F bet aliquis dicere ꝙ ſubiectū in alteratione aliud eſt à ſubiecto in ſubſtātia. qm̄ quo contingeret vt ſubiecto in ſubſtātia ablato, & ſubiectū in alteratione auferat. ſubiectū enim alterationis non eſt ei ſubiectū, niſi etiā inquantū eſt ſubiectū in ſubſtātia. & ideo iſtud, quod Ariſt. dedit in alteratione, dedit ēt in ſubſtantia.

† Documēū. Nō dēt aliquis credere ꝙ ſubiectū in alteratione, aliud ſit à ſubiecto in ſubſtātia. Qđ, quo intelligendū ſit, vide diligenter cō. 24. huius primi.

Empedocles igitur ipſe videt contraria dicere & ad apparentia, & ad ſeipſum. Simul.n. non dicit alterū ex altero fieri elemētorum vllum, ſed alia oīa ex his

De opinione Empe. Anaxa. & & Leucippi require & 1. Phyſi. t.c. 50.

G ſimul aũt, in vnũ cum iunxerit naturã omnẽ, præter litẽ, ex vno fieri rurſus vnumquodq; ita, vt ex vno aliquo per dr̃ias, ſ. quaſdam ſeparatas, et paſſiões, factũ ſit, hoc quidẽ aqua, illud autem ignis: quẽadmodũ dicit Solẽ album, & calidum, Terram aũt graue, et durũ. Ablatis igitur his differẽtijs (ſunt enim auferibiles genitæ) manifeſtũ eſt q; neceſſe eſt fieri & terrã ex aqua, & aquã ex terra. ſimiliter aũt et aliorum vnũquodq;. & non tunc ſolum,
H ſed & nunc, cum tranſmutantur paſsionib⁹. Sunt enim ex quib⁹ dicit Empedocles, poſſibiles aduenire, & ſeparari rurſus, præſertim aduerſantibus adinuicẽ adhuc lite, & amicitia. ideoq; et tũc ex vno generata ſunt. non enim ignis, & terra, & aqua, exiſtẽtia adhuc, vnum erat omne.

2 Ex hoc apparet q; Empedocles nõ poteſt dare dr̃iam inter generationem ſimplicem, & alterationẽ. Et vi detur, ſicut dicit Ariſt. q; ſermo iſti⁹ viri cõtradicat viſui, & ſibiipſi, & ſi-
I militer cõtradicat vero ſenſui. Apud ipſum enim nullum elementum generatur ab alio, ſed omnia ex his generantur, & iſta non generantur ex inuicẽ, quod eſt contra ſenſum. Sibi autem cõtradicit, quia dicit q; nihil habet contrariũ, & non eſt niſi mixtio tantum, & ſegregatio tantum, & q; generatio partiũ mundi fit ex illo vno mixto, cum ab eo ſegregantur res ſm differentias, & paſſiones proprias, ita, q; vnum eorum eſt ignis, quia eſt calidum, & ſiccum, & aliud terra, quia frigidum & ſiccũ, & aliud Sol, ſicut ipſẽ dicit, quia eſt calidum, K
& album'. & hoc erit, cum his vicerit amicitiam. corruptio aũt mundi cõtingit per cõgregationem partium eius. & hoc erit, cũ vicerit amicitia. & manifeſtũ eſt q; contingit ex hoc, q; elementa generantur adinuicem.
† Generatio enim, & corruptio non eſt niſi amiſſio differentiarum habitarum, & acquiſitio earum, quæ nõ habebantur. & hoc quidem neceſſarium eſt, cum generantur per ſegregationem ab illo vno. & corrũpunt̃ per cõgregationem in illud vnum. Et hoc eſt illud, quod dicit, ſegregatio nihil aliud eſt, niſi acquiſitio differentiarũ, congregatio aũt amiſſio illarũ. & ideo hoc, quod dicit, q; illa elementa non generantur exinuicẽ, contradicit huic, quod dixit, q; fiunt vnum, & q; generantur ex vno. impoſſibile ẽ enim dicere ea eſſe vnũ, habendo illas differentias in actu.

Quõ mundus gñet̃ per litẽ, & corrũpat̃ p amicitiã ſm Empe. vide. 8. Phy. cõ. 2.
† Gñatio, & corruptio nõ eſt niſi amiſſio dr̃iarũ habitarũ, & acquiſitio earũ, q; non habebantur.
L

Incertum aũt, & vtrum principium ipſorum ponendũ vnũ, an multa. dico autem ignem, & terrã, & coordinata horũ. ſecundum enim q; vt materia ſupponitur, ex quo mutata per motũ M
fiunt igniſ, & terra, & aqua, vnũ eſt elementum: ſecundum aũt q; hoc quidem ex cõpoſitione fit, coeuntibus illis, illa autem ex diſſolutione, magis elementa quatuor illa, & priora natura.

Ex hoc apparet q; ſermones iſti⁹ viri contradicunt ſibi hoc modo. & 3
etiam latet in ſuo ſermone, vtrũ opinetur q; elemẽta ſunt principia illius vnius, aut illud vnum eſt principiũ illorum elementorum. ſi enim exiſtant in illo vno ſm compoſitionẽ primã,

A primam, ita, q; ex eo generentur, & illud vnũ eſt quaſi materia, & ſubiectum, tunc dignius eſt vt illud vnũ ſit principiũ illorum, q̃ illa illi. &, ſi in eo exiſtũt in actu, & illud eſt vnũ ſecundum compoſitionem, tunc digniora ſunt vt ſint principia eius, & priora ſm naturam. Declaratæ igit̃ ſunt ex iſto ſermone opiniones Antiquorum in generatione, & alteratione, & qui illorum conſequitur ſuum fundamentum, & qui non.

De quo tractandum ſit in hoc libro. Quòd non dentur indiuiſibiles magnitudines.
B *Quòd Generatio non neceſſario fiat per congregationem, & ſegregationem: & ideo generationem non eſſe alterationem.*

Cap. 2.

OMnino itaq; de Generatione, & Corruptiõe ſimplici dicendum eſt, vtrũ eſt, aut non eſt, & qũo eſt, & de alijs ſimplicib⁹ motib⁹, puta de Augmentatione, & Alteratione.

4 Dixit, & oportet igit̃ nos loqui de generatione, & corruptione in ſimplicibus, & primo vtrũ ſint, aut non ſint, &, ſi ſunt, qũo ſunt, & ſi
C pſcrutandũ eſt de his duobus, & alijs motibus ſimplicibus, vt in augmẽtatione, & in alteratione. Antiqui enim aut diminute locuti ſunt de hoc, aut non recte, ſiue vtroq; modo.

Plato igitur ſolum de generatione ſcrutatus eſt, & corruptione, qũo exiſtãt in rebus, & de generatione non omni, ſed de ea, quæ eſt elemẽtorum: quomodo autem carnes, aut oſſa, aut aliorum quid taliũ, nihil. Amplius, neq; de alteratione, neq; de augmentatione qũo exiſtãt in reb⁹. D
Omnino aũt præter ea, quæ ſuperficietenus, de nullo aliquis inſtituit, præter Democritum. hic aũt videtur quidem de omnib⁹ curaſſe, † iam vero in eo, quod ẽ qũo, differt. De augmentatione enim nullus quidem determinauit (vt dicimus) quod nõ & quiuis dicat, q; adueniẽte ſimili augmentantur. qũo autem hoc, non vltra. neq; de miſtione, neque de aliorum, vt ita dicã, vllo, vt de ipſo agere, aut ipſo pati, qũo hoc quidem agit, illud vero patitur E
ſm naturales factiones. Democritus aũt, & Leucippus, facientes figuras, alterationem, & generationem ex his faciunt ſegregatione quidem, & congregatione generationẽ, & corruptionẽ, ordine autẽ, & poſitione alterationem. Quoniã autẽ exiſtimabant verum eſſe in apparendo, contraria aũt, & infinita ſunt ea, quæ apparent, figuras infinitas fecerunt, ita, vt tranſmutationibus ipſius cõpoſiti idem cõtrarium videatur alĩ, & alĩ, & trãſ F
mutetur paruo immiſto, & omnino aliud appareat vno trãſmutato. ex eiſdem enim Tragœdia, & Comœdia fit literis.

† a.l. addit hæc ẏ ba, & pricipia ſuppoſuiſſe, quæ ad oia accõmodari pñt, & ad alios motus.

Flato enim non perſcrutatus ẽ de 5
qualitate cuiuslibet generatiõis, ſed tm̃ de generatione elementor exinuicẽ, non de generatione compoſitorũ ex eis, vt generatio carnis, & oſſis: neq; et de alteratione, & augmento, qũo in rebus exiſtũt, & vbi, & vñ. & vſr nullus Antiquorum habet in

G omnibus iſtis ſermonem, ſ. in generatione, & corruptione, & alteratione, & de eis cõibus, ſ. in actione, & paſſione, & mixtiõe, & tactu: niſi quod tñ vulgus ſcit, aut quod poſſe eſt de facili ſciri, vt dicunt ꝙ augmentũ fit p copulationẽ ſimilis ad ſimile, præter Democritũ, & Leucippum. Iſti enim laborauerunt in dando iſtis rebus dñias, quibus diſtinguuntur adinuicem. Dicũt enim ꝙ principia rerum ſunt corpora indiuiſibilia infinita in numero, & in figuris: & iſtis ſegregatis, & ẽt congregatis fit generatio, & corruptio. alteratio vero fit
H ſm diuerſitatem eorũ in ordine, & ſitu. accidit enim ꝙ qualitates diuerſantur ſm vtrunq; iſtorum, aut ſm alterum. v g. laudatio, & vituperatio Metricæ, quæ componuntur ex eiſdem literis alteratione, & non diuerſantur, niſi ſm ordinem eundem. & dicunt nec eſt cauſa, propter quam omnis imaginatio eſt vera, & propter quam accidit vt in eadem re ſic videantur diſpoſitiones cõtrariæ, & infinitæ, & oẽs ſunt verę. Situs enim, & ordo, quia infinita ſunt in eadem re ex ſuis ipſis diuerſitatib⁹, & diuerſitate aſpicientium, poſſibile eſt au-
I tem apud illos dicentes vt aliquis videat eandem rem albam, & alius videat nigram, & iſte motã, & ille quieſcentẽ. & omnes ſunt veræ, quia natura qualitatum nõ eſt niſi mutatio ordinis, & ſitus, & vlr apud eos neq; calor naturalis, neq; etiam alia qualitas vllam habet naturam, vel materiam, niſi iſtam, & dixit.

Vide. 4. Me. de iſta opione dicentiũ oĩa cõſiſtere i apparẽtia t. cõ. 21. & infra.

Quoniã aũt videtur ferè omnibus eſſe aliud generationẽ, & alterationem, et generari quidẽ, & corrumpi quæ cõgregantur, & diſgregantur, alterari aũt mu K
tatis paſſionib⁹, de his inſtituentes ſpeculari oportet. Dubitationes aũt habẽt hæc, & multas, & rationabiles. Nam, ſi generatio eſt congregatio, multa accidunt impoſſibilia. Sunt autem rurſus rationes aliæ cogentes, nec faciles vt diſſoluantur, ꝙ non cõtingit aliter ſe habere, ſi generatio non ſit cõgregatio, aut omnino non eſt generatio, aut, ſi eſt, alteratio eſt. An, etſi hoc diſſoluere ſit difficile, tentandum.

Quia plures hominũ opinant' ꝙ 6
generatio alia ẽ ab alteratione, & ꝙ L
corpora generãtur, & corrũpuntur ſm congregtionem, & ſegregationem, & alterantur ſm tranſmutationem in accidentibus conſequentib⁹ eis, perſcrutandum eſt igitur de dubitationib⁹, & ſermonibus cõtingentib⁹ in hoc. Si enim aliquis poſuerit ꝙ generatio, & corruptio ſint ſecundum congregationẽ, & ſegregationem, contingit partes eſſe indiuiſibiles. ex quo plura impoſſibilia ſequũtur, quæ ſunt enumerata in 6. Phyſi. & Secundo, & Tertio Cœli, & Mũdi.

Et, ſi dixerimus ꝙ generatio, & cor M
ruptio non ſunt cõgregatio, & ſegregatio, difficile erit nobis dare differentiam inter generationem, & alterationem, & corruptionem.

Principium aũt horum oĩum eſt, vtrum ſic & generãtur, & alterantur, & augmentant' ea, quę ſunt, & his contraria patiuntur, primis magnitudinibus exiſtentibus indiuiſibilibus, aut nulla ẽ magnitudo indiuiſibilis. differt enim hoc plurimum. Et rurſus,

ſi

A ſi magnitudines impartibiles, vtrũ, vt Democritus, & Leucippus, corpora hę ſunt, an, vt in Timæo, plana. Hoc igitur ipſum, vt & in alĳs diximus, irrationabile eſt vſq; ad plana diſſoluere. quapropter magis rõnabile fuerit corpora eẽ indiuiſibilia. Sed & hæc multã habent irrationabilitatẽ. attamẽ & hos alterationem, & generationẽ cõtingit facere, vt dictũ eſt, verſione, & contactu tranſmutantes idẽ, & figurarũ differentĳs. quod quidem
B facit Democritus: quapropter et colorẽ nõ dicit eſſe: verſione. n. colorari. ĳs aũt, qui in plana diuidunt, non amplius, nihil enim fit, p̃ter ſolida, cõpoſitis ſm latitudinẽ. paſſionẽ enim nõ poſsũt generare aliquã ex ipſis. Cauſa aũt, quare minus poſſint confeſſa videre, inexperientia eſt. quapropter quicunq; magis verſati ſunt in naturalib⁹, magis poſsũt ſupponere talia principia, qbus multa pñt complicare. qui autẽ
C ex multis rationibus minime cõ tẽplatiui exiſtentiũ ſunt, ad pauca inſpicientes, facilius enũciãt.

7 Quia aũt vel principium, vel propriũ perſcrutationis de hoc eſt, vtrũ entia oĩa naturalia generantur, & alterantur, & augmentant', & accidunt eis cõtraria iſtis, inquantũ principia eorũ ſunt magnitudines indiuiſibiles, aut nihil tranſmutantur pp magnitudinẽ indiuiſibilẽ: (dria enim inter opiniones cõſequentes iſtis rebus ex duobus his non eſt parua:) & etiã, ſi principia ſunt magnitudines indiuiſibiles, vtrum ſint linea, vel ali D
qua corpora, vt dicunt Democritus, & Leucippus, aut ſupficies, vt in Timæo. Qm̃, quãuis impoſſibilia plura contingant vtriſq;, tamen Democriti opinio magis eſt ſufficiens. iſti enim poſſibile eſt dare cauſam alterationis propter ſitũ in ordine: opinantes autem elementa eſſe ſuperficies nihil poſſunt dicere de alteratione. à ſuperficiebus enim nihil generatur, niſi corp⁹, & extremitas actionum, in quibus & nullum accidens, aut aliquid entium accidentium, in quibus fit alteratio. Democritus poteſt quidem dare differentias in iſtis rebus ſecundum ſuã opinionem in principijs, quia conſyderabat naturaliter in naturalibus. Plato autem nihil poteſt dare in hoc, quia ſua cõſyderatio eſt in rebus accidentibus, non conuenientibus.

De opinione Platonis ponẽtis ſupficies eẽ elẽta corporis, require. 3. Cœ. cõ. & t. 6.

E

Videbit autem quis & ex his, quantũ differunt qui Naturalr, & qui Logice cõſyderant. De eo enim quod eſt indiuiſibiles eſſe magnitudines, hi qdẽ inquiunt, ꝙ † ipſe triangulus multæ erit. Democritus aũt videbitur vtiq; proprĳs, ac naturalibus rõnibus perſuaderi. Manifeſtum aũt erit quod dicimus, procedentibus.

† αυτοτρίγωνον.

F

Habet enim dubitationẽ, ſi qs ponat corp⁹ quoddã eſſe, & magnitudinẽ oĩquaq; diuiſibilem. & hoc poſſe. quid. n. erit, quod diuiſionẽ effugit? Si enim oĩquaq; diuiſibile ẽ, & hoc poſſibile ſit, ſiue ſimul ſit hoc omnino diuiſum (etſi non ſimul diuiſum ſit) ſiue hoc fiat, nullũ erit vtiq; impoſſe. quapropter & ſm ipſum

G medium ſiſt. & omnino etiam, ſi omni ex parte natura eſt diuiſibile, quãuis ſit diuiſum, nullum erit impoſſe factum. qm̃, neq; ſi in decẽ millia decies millies diuiſa fuerint, vllum eſt impoſſe: & ſi forſitan nullus vtiq; diuidet. Qm̃ ergo omniquaq; tale ẽ corpus, diuidat. quid igitur erit reliquum? magnitudo? nõ enim eſt poſſibile. nam erit quippiã non diuiſum: erat aũt omniquaq; diuiſibile. At vero, ſi nullũ erit corpus, neq; magnitudo, diuiſio autem erit, aut ex punctis erit, & ſine magnitudine ea erunt, ex quibus cõponit, aut nihil prorſus. quare, & ſi generabit ex nihilo, & ſi erit compoſitum, & ipſum vtiq; vniuerſum nihil, niſi apparens. Similiter aũt &, ſi fuerit ex punctis, non erit quantum, qm̃ enim tangebãt ſe in vna magnitudine, & vna erat magnitudo, & ſimul erant, nihil faciebãt maius ipſum totum. diuiſo enim in duo, vel plura, neq; maius, neq; minus eſt ipſum totũ, q̃ prius. I quare, ſi etiam oẽs ſimul poſitæ fuerint, nullã facient magnitudinem. Sed & ſiquid, veluti raſura, diuiſo corpe, fit, & ſic ex magnitudine corpus quoddã abit, eadem rõ, illud qũo diuiſibile. Si vero nõ ſit corpus, ſed forma

† al. nõ ſeparabilis. aliqua † ſeparabilis, aut paſſio quod receſſit, & eſt ipſa magnitudo puncta, vel tactus hoc patientes, inconueniens eſt ex non magnitudinib⁹ magnitudinẽ eẽ. Amplius aũt vbi erũt & immobilia, aut mota puncta? tactusq; K ſemper vnus duorũ quorũdam, tanquã exiſtente aliquo præter tactũ, & diuiſionem, & punctũ. Si itaq; quis ponat quoduis, aut quãtumuis corpus omniquaq; diuiſibile, hæc oĩa accidunt. Amplius ſi, cũ diuiſero, compoſuero lignũ, aut aliquid aliud, rurſus æquale, & vnũ erit. igitur ſic ſe habet, vt patet, ẽt ſi incidero lignum ſm quodcunq; ſignũ. omniquaq; igit diuiſum eſt potentia. quid ergo erit præter diuiſionem? Si enim & eſt aliqua paſ- L H ſio, at qũo in hęc diſſoluunt, aut generantur ex his, aut qũo ſeparantur hæc? Quapropter, ſiquidem eſt impoſſe ex tactibus, aut punctis eſſe magnitudinem, neceſſe eſt corpora indiuiſibilia eẽ, atq; magnitudines. At vero & hęc ponentibus non minus accidit impoſsibile. conſyderatũ autem eſt de his in alijs.

Et hoc manifeſtum eſt ex ratio- 8
nib⁹ vtriuſq;. Plato enim dicebat ſuperficies eſſe indiuiſibiles, quia oẽs ſuperficies diuidunt in triãgulum: M triangulus aũt non diuiditur in aliquam ſuperficiẽ, ſed in alios triangulos, & Mathematicæ ſunt iſtæ propoſitiones. non enim eſt neceſſariũ vt principiũ ſuperficierũ ſit principiũ corporum. Ratiocinationes autẽ dicentium partem eſſe, ſ. indiuiſibilẽ, & partes indiuiſibiles eſſe principia corporũ habent dubitationẽ, & ſunt acceptæ ex propõnibus Naturalib⁹. Dicunt enim q̃ oẽ corpus poſſibile eſt vt diuidat ſm totum, i. q̃ oẽ punctum, quod eſt in eo punctorũ infinitorũ,

A nitorum, poſſibile eſt vt corpus diuidat ſm ipſum æqualiter indifferẽter, non ſuper aliquod punctũ plus alio. &, cũ poſuerimus q̃ corpus diuiſum eſt infinitũ in actu ſuper oĩa puncta infinita, nullũ accidit impoſſibile. quoniam hæc poſitio, quãuis ſit falſa, tamen eſt falſa poſſibilis: & ex poſitione falſa poſſibili in actu nõ accidit impoſſibile, ſicut accidit ex falſo impoſſibili. v.g. q̃, ſi ponamus granũ ſinapis, q̃ poſſit diuidi in mille partes, q̃ eſt impoſſibile facere in actu, tamẽ iſte defectus non deſtrueret naturã iſtius poſſibilita- B tis. Et, cũ poſuerimus q̃ corpus diuiditur ſm totum infimul, tunc neceſſe eſt vt diuidatur in magnitudines indiuiſibiles, aut in magnitudines diuiſibiles, aut in pũcta, aut in aliquod accidẽs, aut in nihil. Sed dicere q̃ diuidatur in magnitudines diuiſibiles cõtradicit poſitioni, dicẽti q̃ diuiditur ſm totum, & ſuper omne pũctum, q̃ eſt in eo, quia remanerent in eo multa non diuiſa, ſ. illæ magnitudines ita paruæ, quanuis ponamus illas mgnitudines ita paruas, vt eſt pũctũ, & tunc cõtinget vt in re finita inueniantur magnitu- C dines diuiſibiles infinitę in actu. q̃ ẽ impoſſibile. Et, ſi ponamus q̃ diuidatur in puncta, & componatur ex eis, non fiet ex hoc magnitudo. puncta. n. ſuperponuntur adinuicem, ita, q̃ ex his fit vnum punctum. Et etiam monſtratur q̃ puncta neque augent, neq; minuunt magnitudinẽ per hoc, q̃, cũ nos diuidimus magnitudinẽ in duob⁹ punctis, aut tribus, deinde componimus eam, tunc magnitudo neq; fit maior, neque minor: &, cum nihil faciunt in paruitate, aut in magnitudine, neceſſe ẽ vt non faciant magnitudinem. Et ne- D ceſſe eſt vt puncta moueantur, antequam ex eis componatur magnitudo, ita, q̃ illa puncta contangant ſe, & omne tangibile eſt diuiſibile vt declaratum eſt in Sexto Phyſ. Si aũt in nihil diuiditur, tunc magnitudo componitur ex non magnitudinibus. Et ſimiliter, ſi diuidantur in atoma actu omnia exiſtentia in accidẽtia, ver. gra. vt diuidatur in diſtinctiones, quas faciunt puncta, tũc etiã magnitudo erit compoſita ex non magnitudinibus. Et, cum iſti modi ſint deſtructi, neceſſe eſt, ſi magnitu- E do eſt diuiſa ſm totum infimul, vt diuidat in partes indiuiſibiles. Iſtæ igitur ſunt rationes ponẽtium partem, vel magnitudinem indiuiſibilem. & impoſſibilia contingentia ex hoc, q̃ magnitudines ſunt indiuiſibiles, iam prædicta ſunt. Dicendum ẽ igit in diſſolutione iſtiꝰ q̃ſtionis.

Sed hæc ſoluere tẽtandum ẽ: quapropter rurſus à principio dubitationẽ dicere oportet. Omne igitur corpus ſenſibile, eſſe diuiſibile ſm quodcũq; ſignũ, & indiuiſibile, nõ eſt abſurdũ. hoc. F n. potentia diuiſibile, illud vero actu exiſtit eſſe aũt ſimul oĩqua q̃ diuiſibile potentia impoſſibile videbitur eſſe. Si enim eſt poſſibile, & ſi fiat, non tamẽ vt ſit ſimul ambo actu, indiuiſibile, & diuiſum, ſed diuiſum ſm quodquis ſignum. nihil igitur erit reliquum, & in incorporeum corruptum erit ipſum corpus, & generabitur vtiq; rurſus aut ex punctis, aut omnino ex nihilo. et hoc qũo erit poſſibile? At vero q̃ di-

uidatur

G uidat in ſeparabiles, & ſemper in minores magnitudines, & in ſemotas & ſeparatas manifeſtum eſt. Neq; itaq; ſucceſſiue diuidēti erit infinita in minutas partes ſectio, neq; ſimul poſsibile eſt eē diuiſum ſm omne ſignum: (non enim poſsibile ē:) ſed vſq; ad aliquid. Neceſſe eſt igitur inſecabiles ineſſe magnitudines inuiſibiles: & præſertim, ſi erit generatio, & corruptio, hæc quidem ſegregatione, illa vero congregatione. Ratio igitur, quæ cogere
H videtur eſſe magnitudines inſecabiles, hæc eſt. Quòd autē latet obratiocinans, & quà later dicamus. Qm̄ enim non eſt punctū puncto contiguum, eſſe omniquaq; indiuiſibile, eſt quidē vt ineſt magnitudinibus, eſt autē vt non. Videtur autem, quando hoc poſitū fuerit, et vbiq;, et omni in parte punctū eſſe. quare neceſſe eſt diuiſam eſſe magnitudinem ad nihil. vbiq; enim eē punctum. quare aut ex tactibus, aut ex punctis eē. Hoc aūt, vt ineſt,
I in oī parte eſt, quia vnū vbiq; ē, & omne vt vnumquodq;. plura autem vno non ſunt: conſequenter enī non ſunt: quare nō omni in parte. Si enim ſm mediū eſt diuiſibilis, & ſm contiguum pūctum erit diuiſibilis. hoc autem non: non enim eſt cōtiguum ſignum ſigno, aut punctum puncto. hoc autem eſt diuiſio, aut cōpoſitio. Quare eſt & congregatio, & ſegregatio, ſed neq; in impartibilia, & ex impartibilibus (multa. n. ſunt inconuenientia:) K neq; ita, vt omni in parte diuiſio facta ſit: (ſi enim eſſet contiguū punctum puncto, hoc vtiq; eſſet:) ſed in parua, & minora eīt ſegregatio, & congregatio ex minoribus.

Dicamus igitur q̄ nos non reputamus impoſſibile vt corpus diuidatur ſm totum, & in infinitū ex omnibus modis. ſed apud nos vno modo eſt poſſibile. alio modo impoſſibile. Modus aūt, ſm quem eſt poſſibilis, eſt diuiſio in potentia, impoſſi L bilis vero diuiſio in actu, quæ ſit ſm oīa puncta, quæ ſunt in eo inſimul. qm̄, ſi ita eſſet, contingeret nēcio q̄ corpus diſſolueretur aut in puncta, aut in nihil, aut contingeret ipſi q̄ magnitudines indiuiſibiles eſſent puncta: & non contingeret, cum fuerint indiuiſibiles ſecundū totū in potentia ſuper omne punctum, vt eſſet diuiſibile in actu, ſicut exiſtimabāt. Non enim contingit, cùm omne pūctum in corpore eſt receptibile diuiſionis inſimul, vt corpus diuidatur ſuper ea inſimul: quāuis indifferēter ſit indiuiſibile ſuper vnumquodq; M eorum: ſicut non contingit q̄, cum homo eſt receptibilis omnium ſciētiarum, vt recipiat eas inſimul. quod enim dicitur de aliquo diuiſim, nō ſequitur vt ſemper dicatur coniunctim. Et eſſet poſſibile vt diuideret magnitudo ſuper omnia puncta inſimul, ſi puncta contangerent ſe adinuicem. qđ eſt impoſſibile, ſicut determinatum eſt in Sexto. Et ideo videmus, cum diuiſimus magnitudinem ſuper aliquod pūctū, q̄ impoſſibile eſt q̄ diuiſio cadat ſuper illud punctū, conſequens illud punctū, qđ erat

A erat poſſibile, anteq; diuiſio eadem caderet ſuper illud punctū, ſicut erat poſſibile in illo puncto. ſed, cum diuiſio cecidit ſuper primum punctū, ſtatim fuit deſtructa poteſtas diuiſionis in ſecundo. Cum igitur acceperimus aliud punctū, poſſibile erit vt magnitudo diuidatur ſuper ipsū, quocunq; loco voluerimus. ſed, cū magnitudo fuerit diuiſa ſuper punctum, & in aliquo loco, tunc impoſſibile erit vt diuidatur ſuper ſecundum punctū in loco, quo voluerimus, cum impoſſibile eſt vt diuidat ſuper punctū conſequens primum.

Cū cadit diuiſio ſup primū pūctū, ſtatī deſtruit poteſtas diuiſionis ī ſecūdo. vide causā iſti⁹ 8. Ph. c. 67.

B Etiam declaratum eſt ex hoc ſermone deſtructio ſuæ demonſtrationis ſuper magnitudines eſſe indiuiſibiles: & etiam iam declarata eſt deſtructio illius opinionis per ſe. Manifeſtum eſt igitur q̄, ſi cōgregatio eſt, neceſſe eſt vt ſegregatio non ſit in indiuiſibilia, neq; cōgregatio ex indiuiſibilibus: & q̄ imaginari hoc propter diuiſionem corporis ſecundum totum non eſſet verum, niſi punctus ſequeretur punctū.

Sed non ſimplex, & perfecta generatio congregatione & ſe-
C gregatione determinata eſt, vt q̄dam inquiunt: eam vero, quę in continuo ē, tranſmutationem, alterationē. Sed hoc eſt, in quo errant omnia. eſt enim generatio ſimplex, & corruptio nō cōgregatione, & ſegregatione, ſed cū mutatum fuerit ex hoc in hoc. *Alį autem putāt alterationem eſſe omnem talem mutationem. Hoc autem differt. nam in ſubiecto, hoc quidem eſt ſm rationē, illud autem ſm materiam. Qſi igitur in his fuerit trāſmutatio, D generatio erit, aut corruptio. qm̄ autem in paſsionibus, & ſm accidens, alteratio. Quę autem ſegregantur, & cōgregātur facile corruptibilia fiunt. ſi. n. in minores aquas aqua diuiſa ſit, citius aer generatur: ſi autem congregata ſit, tardius. Magis autem erit manifeſtū in ſequentibus. nunc aūt tantum determinatum ſit q̄ impoſsibile eſt generationem eſſe congregationem, qualem quidam inquiunt. E

Et nos non putamus eſſe impoſsibile vt aliqua generatio, & aliqua corruptio ſint ſm congregationem, & ſegregationem: ſimplices autem impoſsibile eſt vt ſint ſecundum cōgregationem, & ſegregationem. impoſsibile eſt enim vt in quantitate continua ſit tranſmutatio in ſubſtantia, aut in qualitate: & in hoc errauerūt primo. ſed generatio ſimpliciter eſt tranſmutatio rei ſm totom ex hoc in hoc, vt hæc aqua in hunc aerem. Iſti enim exiſtimabāt hoc eſſe alterationem. ſed hoc valde differt ab alteratione. ſubiectum enim in alteratione eſt in actu, in generatione autem non. & ita tranſmutatio in ſubſtantia eſt generatio, & corruptio, in accidentibus autem alteratio. a Segregatio autē, & congregatio faciunt vt res ſint velocioris corruptionis, aut tardioris. cum enim diuidatur in paruas partes, erit facilis corruptionis, &, cum fuerit congregata, non diuiſa, difficile corrumpitur. 10

Subiectū alterationis eſt in actu, gñonis autem nō. ſdē infra. 23. & 24. & 2. de Aia c. 4. et 1. Ph. 63 & 1. ca. de ſubſtātia orbis, & 5. Ph. 8

a Segregatio & congregatio faciūt vt res ſint velocioris corruptionis, aut tardioris.

Caput

Cho, & corruptio an alteratio, & qua tenus.

*a. l. addit totum.

G *Caput Tertium. Quæ ſimpliciter, quæ uò ſecundum quid, aut ſecundum partem Generatio, atque Corruptio dicenda ſit: & cur vtraque perpetuò duret.*

DEterminatis autem his primo ſpeculandũ, vtrũ ſit aliquid, ꝙ generatur ſimplr, & corrumpitur, an proprie quidẽ nihil, ſemper autem ex aliquo, & aliquid. dico autẽ vt ex laborante ſanum, & laborans ex ſano, aut paruum ex ma
H gno, & magnum ex paruo, & omnia alia hoc mõ. Si enim ſimpliciter erit generatio, ſimpliciter vtiq; fiet ex non ente, quare verum fuerit dicere ꝙ ineſt quibuſdam ipſum non ens. quædã enim generatio, ex non ente aliquo, vt ex nõ albo, aut ex nõ bono: ſiplex aũt ex ſimplr nõ ẽte: ipsũ aũt Siplr, aut primũ ſignificat ſm vnũ ꝙq; ꝑdicamẽtorum ipſi⁹ entis, aut vniuerſale, & omnia cõprehendens. Si igitur primum, ſubſtantiæ erit generatio
I ex nõ ſubſtantia. cui vero nõ ineſt ſubſtãtia, neq; hoc, manifeſtum eſt ꝙ neq; aliorũ vllum ꝑdicamẽtorum, vt neq; quale, neq; quantum, neq; ipſum vbi: ſeparabiles enim eſſent paſſiones à ſubſtantijs. Si autem non ens omnino, negatio erit vniuerſaliter omnium. quare ex nihilo neceſſe eſt id generari, q̃d generat. De his igitur in alijs dubitatum eſt, atq; determinatum ſermonibus amplius, breuiter autem & nunc dicendum eſt, ꝙ aliquo q-
K dem modo ex non ente ſimpliciter generatur, modo autẽ alio ex ente ſemper. ipſum enim potentia ens, actu autem non ens neceſſe eſt præexiſtere, dictũ vtroq; modo. Quod autem & his determinatis admirabilem habet dubitationem, rurſus diligenter eſt inquirendũ, qũo eſt ſimplex gñatio, ſiue ex potentia ente. ſiue ẽt quodammodo aliter.

Et, cum determinatum eſt ꝙ im 11
poſſibile eſt vt generatio, & corruptio ſimplices ſint congregatio, & ſe-
L gregatio, conſyderandum eſt vtrũ aliquid generatur, & corrumpitur ſimplr, aut nihil generatur, aut corrumpitur, niſi ſm alterationem. v.g. vt ſanus fiat infirmus, & infirmus ſanus. Si enim generatio, & corruptio ſimplices ſint, neceſſe eſt vt ſint indiuidua ſubſtantiæ, & neceſſe eſt vt ſint ex nõ indiuiduo ſubſtãtiæ. quẽ admodum generatio albi non eſt niſi ab aliquo nõ albo. qm̃, ſicut generatio aliqua non eſt a nihilo ſimpliciter, ſed ex non aliquo, ita generatio ſimplr debet eſſe à nihilo ſim-
M pliciter. Nihil autem ſimpliciter debet intelligi duobus modis. quia aut ꝙ non eſt ſubſtantia, & eſt aliquod aliorum prædicamentorum, aut ꝙ non eſt ſubſtãtia, neq; aliquod vnũ aliorum prædicamentorũ. & quocũ que modo intelligamus nihil ſimpliciter, continget vt ſit priuatio decem prædicamentorum. ſi autẽ fuerit in ſubſtãtia tantum, manifeſtũ ẽ ꝙ continget ex hoc vt alia prædicamẽta non ſint, niſi accidentia eſſent abſtracta à ſubſtãtia. &, ſi hoc nihil, fuerit in omnibus prædicamentis,

tunc

A tunc erimus inter duo: aut ſcilicet ponemus ꝙ nihil eſt aliquid, aut credimus ꝙ aliquid fit ex nihilo ſimpliciter. Diſſolutio autem iſtius quæſtionis determinata eſt in primo Phy. ſed ipſe ponit ꝙ dictum eſt illic hic, dicendo ꝙ generatur ſimpliciter fit ex ente in potentia, & nõ ente actu. Et, cum poſuit diſſolutionem iſtius quæſtionis hoc modo, dixit ꝙ relinquit in hoc alia dubitatio, ita, ꝙ iterat primam dubitationem in eſſe generationis ſimplicitatis.

1. Phy. t. cõ. 78. & 79.

Dubitabit enĩ aliquis, an ſit ſubſtantiæ generatio, & huius,
B ſed non talis, & tanti, aut ipſius vbi. eodem autem modo & de corruptione. Si enim quid generatur, manifeſtum eſt ꝙ erit potentia ſubſtantia aliqua, actu autem non, ex qua generatio erit, & in quam neceſſe eſt id tranſmutari, ꝙ corrumpitur. Vtrum igitur inerit quid huic aliorum actu? dico aũt vt nunquid erit quantũ, aut quale, aut vbi id, ꝙ potentia ſolũ eſt hoc, & ens, ſim pliciter autẽ nõ hoccine, neque
C ens. Si enim nihil, ſed omnia potẽtia, & ſeparabile accidet id eẽ, q̃d ſic eſt non ens: & inſuper (ꝙ maxime timentes erant, qui primi philoſophati ſunt) ex nullo generari præexiſtente. Si autẽ hoc quidẽ, eſſe hoc aliquid, aut ſubſtantiam, non exiſtet, ſed aliorum quippiam prædicamentorum, erunt, quemadmodum diximus, ſeparabiles paſſiones à ſubſtantijs.

12 Dubitatio autem ẽ iſta. Si enim generatio eſt ſimplr, & fit ex aliquo ente in potentia non in actu, quærẽ D
dum eſt vtrũ illud, ꝙ eſt ens in potẽtia, habeat aliquod in actu v.g. vnũ prædicamentorum accidentis, aut vt ſit in actu qualitas, aut quantitas, aut aliud aliorum prædicamentorum, aut nullum habeat in actu decẽ prædicamentorũ, ſed in potentia. Si ergo fuerit in potentia omnia ꝑdicamenta, & nullum in actu, cõtingeret quærere vtrum ſit poſſibile vt ſeparetur ab eo illud, q̃d eſt in potentia. & iam determinatum eſt hoc eẽ impoſſibile. & etiam contingit vt ali quod ens ſit à non ente in actu: ꝙ etiam vitauerunt antiqui. Si autem E
fuerit in actu vnum prædicamento rum accidentis, continget vt accidẽtia ſint abſtracta à ſubſtantia.

Et de his igitur quantũ fieri põt tractandũ eſt, & quæ cauſa fit, vt generatio ſemper ſit, & q̃ ſimplr, & quæ ſm partem.

Et oportet nos perſcrutari de hoc 13
in magna ſollicitudine, & prius debemus ſcire cauſam, propter quam neceſſe eſt ut generatio ſimplex, & non ſimplex ſint ſemper.

Cum autem ſit cauſa, vna q-
F dem, vnde principium motus eſſe dicimus, vna autem, materia, talẽ cauſam dicere oportet. de illa enim dictum eſt prius in de motu ſermonibus, ꝙ eſt illud quidem immobile per omne tẽpus, hoc vero, quod mouetur ſemper. horum autem, de immobili quidẽ principio diſtinguere,* prioris eſt Philoſophiæ. De *a.l. add t altèrios, cꝫ
eo autẽ, quod, propterea quod continue mouetur, alia mouet, poſterius aſſignandum eſt, quę

talis

G talis eorum, quæ ſingularia dicuntur, cauſa eſt.

14 Et, quia cauſæ generationis ſunt duæ, motor, & materia, quærendum eſt de ipſis propter cauſam materialẽ. Cauſa enim mouens, aut eſt prima, & vniuerſalis, aut non prima, neque vniuerſalis. Prima vero, & vniuerſalis declarata eſt in Phyſicis eẽ. Declarantur enim illic duo modi eẽ mouẽtiũ, quorũ vnũ eſt, ꝙ nunquã mouetur, ſed ſemper mouet, ſm aũt eſt ꝙ ſemper ab eo mouetur. a primam aũt Philoſophiam oportet determinare ſubſtantiam* iſtorũ duorum mouentium. mouentia autem particularia, quæ ſemper mouent, ex quibus generatio eſt ſemper determinanda ſunt poſterius.

Nunc aũt eam, quæ vt in materiæ ſpecie ponitur, cauſam dicamus, ob q̃ ſemper generatio, & corruptio nõ deficiunt ſm naturam. ſimul enim forſitan hoc fiet manifeſtum & de eo, quod nunc dubitatũ eſt, quonam pacto oporteat dicere de ſimplici generatione, & corruptione.

15 Et, cũ ita ſit, intentio noſtra hic I non eſt, niſi dare cauſam materialẽ, propter quã generatio, & corruptio ſunt ſemper, quouſque poſt loquatur in cauſis particularibus. & hac cauſa data, diſſoluitur quæſtio prædicta, ſ. quomodo aliquid in potentia* differt ab aliquo in actu.

Habet autem dubitationem idoneam, & quæ cauſa ſit, vt cõnectatur generatio, ſiquidẽ qđ corrumpitur ad non ens abit, nõ ens autem nihil eſt. neque enim quid, neque quale, neq; quãtũ, neq; vbi ipſum non ens. Si igit ſemper aliquid eorum, quæ ſũt, K abit, cur non conſumptũ eſt iam dudum, & inane ipſum vniuerſum? ſi quidem finitũ eſt id, ex quo fit, eorum, quæ generantur vnum quodq;. Nõ enim propterea, ꝙ infinitum id fit, ex quo generatur, nõ deficit. hoc enim eſt impoſſibile. actu enim nullum infinitũ, potentia aũt ad diuiſionem. Quare oportebat hanc eſſe ſolam non deficiendi, qm̃ generatur quiddam ſemper minus. nũc aũt hoc non videmus.

Et oportet nos prius, antequã demus cauſam, dicere quæſtionem cõ L 16 tingentẽ propter ſubiectum in cõtinuatione generationis. quæſtio aũt ſic formatur. Si illud, qđ corrumpitur, corrumpitur in nihilum, aut in aliud prædicamentorũ decem, & illud, qđ generatur, generatur ab ente finito, neceſſe eſt vt totum conſumatur, & vt mundus diſſoluatur. Nõ enim debet aliquis dicere ꝙ generatio debet eſſe perpetuo. qm̃ illã, ex quo fit generatio, neq; perficitur, neq; conſumitur quia eſt infinitũ in actu: cum aliquod infinitum eſſe actu impoſſibile ſit, ſicut declaratũ M Impoſſe ẽ dari infinitũ i actu. Idẽ, 3. Ph. t.c. 56. eſt. infinitum autem, ſm ꝙ eſt poſſibile, eſt in potentia, vt diuiſio magnitudinum ſemper in duo media.

Quo circa, propterea ꝙ huiꝰ corruptio alterius eſt generatio, & huius generatio alterius ẽ corruptio, inceſſabilem neceſſe eſt trãſmutationẽ eẽ. De eo igit, qđ ẽ generationẽ, & corruptionẽ ſimiliter ſemper eſſe circa vnumquodq; entiũ, hãc exiſtimãdũ ẽ ſufficientẽ omnibus cauſam.

Et

A Et iſta quæſtio, & p̃dicta ſic diſſol 17 uuntur. Quia corruptio vnius, & eiuſdem rei ẽ generatio alteriꝰ. qm̃, cum corruptio alicuius fuerit generatio alterius, tũc neceſſe eſt vt generatio non abſcindatur. qm̃ per ſucceſſionem formarum ſuper ſubiectũ, quod eſt materia, non denudat illud, ex quo generatio fit ſimpliciter, qđ eſt in potentia ab aliquo ente in actu, quod eſt forma.

Propter quid autem hæc qui dẽ ſimpl̃r dicuntur generari, & corrumpi, illa aũt nõ ſimpl̃r, rur B ſus cõſyderandum. ſiquidẽ idẽ generatio quidem huius, corruptio aũt huius, & corruptio qui dẽ huius: generatio aũt huius. quærit enim hoc aliquam rationem. Dicimus enim ꝙ corrumpitur nunc ſimpl̃r, & non ſolum hoc: & hæc quidẽ eſt generatio ſimpliciter, hæc autem corruptio. hoc aũt generatur quidẽ aliquid, non aũt ſimpl̃r generatur. dicimus enim diſcentem fieri q- C dem ſcientẽ, fieri autem ſimpliciter nõ. Quemadmodum igitur determinauimus ſæpe, dicentes ꝙ hoc quidem ſignificat hoc aliquid, hoc aũt non, propter hoc contingit quod quæritur. Differunt enim ea, in quæ tranſmutatur id, qđ trãſmutatur. puta forte quæ in ignem eſt via generatio ſimpliciter, corruptio autem alicuius eſt, puta terræ: terræ autem generatio, aliqua generatio, generatio autem non ſimpliciter, corruptio autẽ ſimpliciter, puta ignis. ſicut Parmenides di-

Pro hoc vide Aue. 6. Phy. 49. Parmenides.

D cit, duo ipſum ens, & non ens in quiens, ignem, & terram. Hæc autem, aut alia talia ſupponere nihil differt. modum enim quærimus, ſed non ſubiectũ. In non ens igitur ſimpliciter eſt corruptio ſimplex, in ſimpliciter autẽ ens generatio ſimplex. quibus igit determinata ſunt. ſiue igni, & terra, ſiue alĩs quibuſdam, horũ erit hoc quidem ens, hoc autẽ non ens. Vno igitur modo differet in hoc, ſimpliciter ſ. generari & corrumpi â non ſimpliciter. Alio autem modo, materia, qua E liſcũq; vtiq; fit. Cuius enim magis differentiæ hoc aliquid ſignificant, magis ſubſtantia eſt, cuiꝰ autem priuationem, nõ ens. puta, ſi calidum prædicamentum aliquod, & forma, frigiditas autem priuatio: differunt autem ignis, & terra his differentĩs.

18 Et accidit ĩ hoc dubitatio, de qua oportet conſyderare. cũ enim generatio alicuius ſubſtantiæ fuerit corruptio alterius ſubſtantiæ, qũo accidit dicere in quibuſdam rebus, in q- F bus generatio & corruptio ſunt in ſubſtantia, quòd quædam generantur ſimpliciter, & corrumpuntur non ſimpliciter? Dicamus igitur quod quidam modus eſt, ſecũdum quem hoc dicitur. Videtur enim quòd accidit eis ex hoc in generatione ſubſtantiarum adinuicem, ſimile eſſe ei, quod accidit ex hoc in generatione ſubſtantiarum in reſpectu generationis accidentium: quẽadmodũ dicimus quòd generatio ſubſtãtiæ eſt generatio ſimpliciter,

Cauſæ generationis ſunt duę. Sed vide oppoſitũ eõ. 70. 2. Ph. &. t.c. 27. 2ð. Vide con. Zim.

a Prima Philoſophia conſiderat ſubſtantiã

H vtriuſque primi mouẽtis. ſed vide ꝙ ſubſtantia ſecundi mouentis ẽ mouens mota, quare contradictio.

* a.l. eius, qđ non mouetur.

* a.l. geniturr aliquid in actu, & qũo qđ ẽ in potentia. nõ eſt in actu.

G ter, & ſimpliciter corruptio eius, & non dicimus hoc in generatione accidentium, & in corruptione eorũ, ſed dicimusꝙ é aliqua generatio, aut aliqua corruptio, nõ generatio ſimpliciter, nec corruptio ſimplr. neq; ita videtur accidere ſubſtantijs adinuicem, cum ſubſtantiæ, quæ tranſmutãtur adinuicem, diuerſantur in hoc, quia quædam ſignificant hoc principaliter, & ſm prius, ſcilicet illud, quod eſt prima ſubſtantia, & q̃dam intenditur per ſe, & quædam non ſignificant tale hoc, ſed ſignificant poſterius in ſubſtantialitate. v.

H g. quia Parmenides vocat ignẽ ens, & terram non ens, quia apud ipſum ignis ſignificat ens principaliter magis terra: ſecundum hunc igitur modum, & ei ſimilem poſſibile eſt dicere ꝙ generatio ignis ex terra eſt generatio ſimpliciter, & ꝙ generatio terræ ex igne eſt aliqua generatio, non ſimpliciter. Iſte igitur eſt vnus modorum, quibus poſſibile eſt dicere ꝙ quædam ſubſtãtiæ ſunt generatæ ſimplr, & quædam non. & hoc é ſm ꝙ opinãtur vnuſquiſque hominũ. Et, quamuis iſte modus ſit verꝰ, errauit tñ ille, qui in hoc errauit, &

I credidit in eo, cuius eſſe eſt perfectius, ꝙ ſit magis diminutum, & in eo, cuius eſſe eſt magis diminutũ eé perfectius. & nõ intendimus hic verificare ſermonem Parmenidis, neq; alterius, ſed verificare hunc modum. Hæc igitur ẽ vna dria ſm formam, & figuram: & ſm materiam: indiuidua enim ſubſtãtiarum. in quarum compoſitione vincunt ex quatuor elementis ea, quorũ differentiæ contrariæ propinquiores ſint ad eſſe, & magis ſignificant aliquod eſſe, ſunt perfectiores in ſubſtantialitate, q̃ indiuidua, ſuper quorum compoſi- K
tione vincunt ex elementis ea, quorum driæ ſunt propinquiores ad nõ eſſe, & minus ſignificant aliquod ens. v.g. ꝙ actio ignis, quæ eſt calor, propinquior eſt ad eſſe, quam actio aquæ, quæ eſt frigus. a Frigus enim quodammodo defectus eſt caloris. b indiuidua enĩ, ſupra quorũ compoſitionem vincit ignis, perfectiora ſunt in eſſe, q̃; ea, in quorum cõpoſitione vincit terra, & ideo poſſe eſt dicere, cum magis diminutum generatum fuerit ex perfectiori, ꝙ perfectius corrumpitur ſimpliciter, & magis diminutum generatur aliqua generatione, & econtrario, cum perfectius generabitur ex magis diminuto: immo impoſſibile eſt dicere ꝙ, cum perfectius corrumpitur in magis diminutum, quod corrumpitur in non ens: &, cum perfectius generabitur ex magis diminuto, quod generabitur ex non ente, vt eſt conſuetudo Antiquorum.

a Frigus quodammodo eſt defectus caloris. conſiſe. 2. Phy. c. 15. & 10. me. t. c. 7. & 15. & 4. me. t. c. 27. & 2.

b Indiuidua, ſupra quorũ cõpoſitionẽ vincit ignis, ſunt perfectiora, q̃ ea: in quorũ compoſitione vincit terra.

Videtur autẽ multis magis, ſenſibili, & non ſenſibili differre. quando enim in ſenſibilem trãs mutata fuerit, materiam generari inquiunt, qñ autem in nõ manifeſtam, corrumpi. ens enim, et non ens, eô ꝙ ſentiatur, et nõ ſentiatur, determinant. quemadmodum ſcibile quidem ens, ignotũ autem non ens. ſenſus enim ſciẽtiæ habet virtutem. Quemadmodum igitur illi ipſo ſentire, vel ipſo poſſe, viuere, & eſſe exiſtimant, ita & ipſas res, modo quodam proſequentes veritatẽ, idem autem dicentes non verũ. Contingit itaq; ſm opinionem, & ſm

A & ſm veritatem aliter & generari ſimplr, & corrumpi. ſpiritꝰ enim, & aer ſm ſenſum quidem minus ſunt: ideo & quæ corrumpũtur ſimplr in hæc tranſmutatione corrumpi dicuntur, generari autem, qñ in tãgibile, & in terram tranſmutata fuerint, ſm veritatem aũt magis hoc aliqd, & forma hæc ſunt, quàm terra.

19 Et plures Antiqui reputãt ꝙ perfectio, & diminutio in indiuiduis

1 ſubſtantiarum, ex quibus accidit eis hoc accidens, non eſt niſi propter diuerſitatem eorum in ſenſu. Dicunt

B enim ꝙ, cum aliquid non ſenſibile tranſmutatur in ſenſibile, ꝙ generatꝰ ex nõ ente: &, cũ trãſmutatꝰ in aliquid nõ ſenſibile, dicũt ꝙ corrũpitꝰ in non ens. Et accidit eis hoc accidens, quia exiſtimabant ꝙ nulla cõprehenſio eſt in cognitione rerum præter ſenſum. neceſſe eſt igitur vt ſenſibile ſit ens, & nõ ſenſibile ſit nõ ens: ſicut cognitum apud nos ẽ ens, ꝙ ignotum eſt non ens. Quia enim opinabãtur ꝙ omne ens eſt comprehenſum à nobis, & ꝙ nullum ens eſt non comprehenſum, & opinabantur quòd comprehenſio à nobis nõ

C eſt, niſi ſecundum ſenſum, ideo opinabantur ꝙ ſenſibile eſt ens. Et iſti quamuis errent in hoc, ſicut dicit Ariſto. tñ in hac opinione cõſequũtur viam veritatis aliquo modo, inquantum dicunt ꝙ ens eſt comprehenſum, & nõ comprehenſum naturaliter eſt nõ ens. Sed errauerunt, in quantũ poſuerunt ſenſum ſicut ſciẽtiam: vnde accidit vt aliquid in ſe videatur econuerſo modo ſenſui. v.g. terra, & aer. aer enĩ ſm intellectum é perfectioris eſſe quam terra, & terra perfectius

Antiq in hoc cõſequunt viã veritatis, ĩ quãtũ dicũt ꝙ ens eſt cõprehẽſum, & nõ cõprehẽſum naturaliter ẽ nõ és. vid ꝓ hoc. 2. Phyſi. 47.

perfectioris eſſe apud ſenſum. & D
ideo non conuenit vt illud, qđ eſt magis ſenſibile, ſit perfectius. perfectius. n. in rei veritate eſt illud, quod perfectius eſt apud intellectum.

ĩ rei veritate é illd, qđ é pfectiꝰ apud ĩtellectũ.

Eſſe igitur ſimplicem generationem corruptionem exiſtentem alicuius, corruptionem aũt ſimplicem generationem exiſtẽtem alicuius, dicta ẽ cauſa. propter materiã enim differre, aut eo, ꝙ ſubſtantia eſt, aut non, aut ꝙ hæc quidem magis, illa vero non, aut eo, ꝙ hæc quidem magis ſenſibilis eſt materia, ex qua, E
& in quam, illa, vero minus ẽ. ꝙ aut dicantur hæc quidem ſimpliciter generari, illa aũt aliquid ſolum, non ex mutua generatione, ſm quem diximus nunc, modum. nunc enim tantum determinatum ſit, quare omni generatione exiſtente corruptione alterius, & omni corruptione exiſtente alicuius alterius generatione, nõ ſimiliter attribuimus generari, & corrumpi iſs, quæ adinuicem tranſmutãtur. quod autem poſt dicitur, non quærit F
hoc, ſed quare diſcens quidem non dicitur ſimplr generari, ſed generari ſciens, quod autem pulſat generari. hæc aũt diſtincta ſunt prædicamentis. hæc enim hoc aliquid ſignificant, hæc aũt quale, hæc aũt quantũ. Quæcũq; igitur non ſubſtantiam ſignificant, non dicuntur ſimplr generari, ſed aliquid fieri. ſed tamẽ ſimplr fieri in omnibus generatio quidem, ſm ea, quæ in alio

G ordine, dicitur: puta in ſubſtã-
tia quidẽ. ſi ignis, ſed nõ, ſi terra:
in quali aũt, ſi ſciens, ſed nõ qñ
neſciẽs. De eo igitur, qđ eſt hęc
ſimplr generari, hæc aũt ſm qd,
& vniuerſaliter, et in ſubſtantijs
ipſis dictũ eſt. & cur generatio
continue ſit, cauſa, vt materia,
ſubiectum eſt, qm̃ tranſmutabi-
le eſt in contraria, & eſt alterius
generatio ſemper in ſubſtãtijs al
terius corruptio, & alterius cor-
ruptio alterius generatio.

20 Determinata ẽ igitur ex hoc ſer-
H mone cauſa, propter quã poſſe ẽ di-
cere in tranſmutatione quarundam
ſubſtãtiarũ in quaſdam, quòd ẽ ge-
neratio ſimpliciter, generatio ex nõ
ente, & ꝙ eſt corruptio ſimpliciter
in nõ ens. Cauſa aũt, propter quam
diximus ꝙ trãſmutatio quarũdam
ſubſtantiarum eſt generatio ſimplr,
& tranſmutatio quarundam eſt ali-
qua generatio, nõ eſt cauſa, propter
quã diximus ꝙ tranſmutatio in ſub
ſtantiam eſt generatio ſimplr, & ꝙ
tranſmutatio ex ea ẽ corruptio ſim
pliciter: & propter quã diximus, ꝙ
tranſmutatio in alijs prædicamentis
I eſt aliqua trãſmutatio. Cauſa enim
in hoc eſt illud, qđ dictum eſt in li-
bro prædicamentorũ, ſ. ꝙ res parti-
culares ſunt duobus modis. quædã
enim dicuntur neq; in ſubiecto, ne-
q; de ſubiecto, & ſunt indiuidua ſub
ſtantiæ: & quędam ſunt in ſubiecto,
& ſunt indiuidua accidentis. Tranſ-
mutatio aũt eorũ in ea, quæ nõ ſunt
in ſubiecto, dicitur generatio ſimpli
citer, tranſmutatio vero ex his dici-
tur corruptio ſimpliciter. Tranſmu
tatio aũt eorum, quæ dicuntur in ſu
biecto, ſiue in ea, ſiue ex his, dicitur
aliqua generatio. Cauſa aũt in iſtis K
duabus nominationibus, ſ. quæ ſunt
in ſubſtantijs, & q̃ ſunt in accidenti-
bus, eadẽ cauſa eſt aliquo modo. in
ueniuntur enim in eis duo modi, p-
fectus, & non perfectus Dicitur igit̃
ꝙ in trãſmutatione ad perfectum, &
ex perfecto in duobus modis eſt ge-
neratio ſimpliciter, & corruptio ſim
pliciter, & in tranſmutatione ad di-
minutũ, & ex diminuto aliqua gene
ratio, & aliqua corruptio. v.g. qđ eſt
in tranſmutatione ex igne, & ad ig-
nem, dicitur generatio ſimpliciter, 11
& corruptio ſimpliciter: & in tranſ-
mutatione ex terra, & in terram, di- L
citur aliqua generatio, & aliqua cor
ruptio, cum ignis ſit perfectioris ẽ,
quã terra: & tranſmutatio ex homi-
ne in hominẽ dicitur etiã aliqua ge-
neratio, & aliqua corruptio. Decla-
ratũ eſt igitur ex hoc ſermone mo-
dus, ſm quem dicimus ꝙ tranſmuta
tio in quaſdam ſubſtantias, & ex eis
eſt generatio ſimpliciter, & corrup-
tio ſimplr, & in quibuſdam non: &
modus, ſm quẽ dicimus hoc in ſub-
ſtantijs, & in accidentibus: & ꝙ ali-
quo modo ſunt ſimiles.

At vero neq; dubitare opor-
tet quare generatur aliquid ſem M
per, deperditis. Quemadmodũ
enim & corrũpi ſimpliciter in-
quiunt, qñ ad inſenſibile vene-
rit, & nõ ens, ſimiliter & genera
ri ex nõ ente inquiunt, qñ ex in
sẽſibili. Siue igit̃ exiſtẽte aliquo
ſubiecto, ſiue nõ, generaſ ex non
ente. quare ſimilr & generaſ ex
nõ ente, & corrumpit̃ in nõ ens.
merito igit̃ nõ deficit. generatio
n. entis ẽ corruptio nõ entis: cor
ruptio aũt ẽtis gñatio nõ entis.

Et

A Et nõ debet iſte ſermo facere nos
21 dubitare ſm hæc, quæ diximus, ꝙ
iſtæ ſubſtantiæ generãtur ex nõ en-
te, & corrumpũtur in nõ ens: & hoc,
quod diximus, ꝙ cauſa cõtinuatio-
nis generationis eſt, quia prima ma-
teria impoſſibile ẽ vt denudetur ab
altero duorũ cõtrariorum. non ens
enim ſignificat vilius duorũ cõtra-
riorũ, & ens nobilis. Et, cum ita ſit,
neceſſe eſt vt generatio nũquã ceſ-
ſet. corruptio enim non entis, quod
eſt vilius contrariũ, ſemper eſt gene
ratio entis, quod eſt nobilius cõtra-
rium, & magis ſenſibile: & corrup-
B tio nobilioris contrarij gñatio non
entis, qđ eſt vilius cõtrarium, & nõ
ſenſibile, aut minus ſenſibile.

Vide con. Zim. Sed hoc nõ ens ſimplr, dubi-
tauerit aliquis vtrũ alterũ cõtra
riorũ eſt: vt terra, & graue non
ens, ignis aũt, et leue ens. An nõ,
ſed eſt terra ens, ille vero nõ ens,
materia terræ, & ignis ſimiliter,
Et an altera vtriuſq; materia.
An nõ vtiq; fierẽt ex ſe inuicẽ,
neq; ex cõtrarijs (his enim exi-
ſtunt cõtraria igni, terræ, aquæ,
aeri.) An eſt quidem vt eadem,
eſt autem vt altera. qđ enim qñ-
C que exiſtens ſubñcitur, idem, eẽ
autem non idem. De his igitur
in tantum dictum ſit.

22 Et in hoc eſt dubitatio, vtrũ ens,
& non ens dicantur de cõtrarijs, &
quorũ vnũ eſt nobilius altero. v.g.
ꝙ graue, ſ. terra, eſt nõ ens, & leue, ſ.
ignis eſt ens: aut nõ ens dicit̃ de ma-
teria cõtrarij vilioris, ſ. materia ter-
ræ, & ens dicitur de materia contra-
Materia ẽ vna ſm ſu biectũ, & rij nobilioris, ſ. materia ignis. & hoc
facit nos cõſyderare, vtrũ iſta mate-
ria ſit eadem in omnibus iſtis qua- D
tuor corporibus, aut non. Dicamus
igitur ꝙ vno modo eſt eadem: & multę ſm potẽtias, & habili-
ideo poſſibilia ſunt adinuicem alte- tates ad re
rari: & alio modo ſunt multæ: vnde cipiẽdum
poſſibilia ſunt recipere formas con- formas cõ
trarias. eſt enim vna ſm ſubiectum, trarias. Idẽ
& multæ ſm potentias, & habilita- infra t.c.
tes ad recipiendũ formas cõtrarias, 29. & 4.
hoc igitur dixit de generatione ſim Phy. t. cõ.
plici, & non ſimplici, quæ ſunt in 84. & 4.
ſubſtantia. cœ. cõ. 35.
& 12. me.
c. 11.

Quo differant Generatio, atque Corruptio ab alteratione. Cap. 4. E

DE generatione aũt, & alteratione dicamus quid differunt. dicimus enim has eſſe alteras tranſmutationes abinuicem. Qm̃ igitur eſt aliqđ ſubiectum, & aliud ipſa paſſio. quæ de ſubiecto nata eſt dici, & eſt tranſmutatio vtriuſq; horũ. Alteratio quidem eſt, qñ manen te ſubiecto, ſenſibili exiſtente, tranſmutetur in eius paſſionibus, aut contrarijs, aut medijs exiſtentibus. vt corpus ſanũ eſt, & rurſus laborat, manens idem. F & æs quãdoq; rotundum, quan doq; autem angulare, idem exiſtens. Quando autem totũ tranſ mutetur, nõ manente aliquo ſen ſibili, vt ſubiecto eodẽ, ſed vt ex genitura tota ſanguis, aut ex aq̃ aer, aut ex aere omni aqua, Generatio iam hoc tale, huius autem Corruptio.

Et nos debem° dicere differẽtiã ĩ 25
ter gñationẽ, & alterationẽ. vtrunq; enim iſtorũ eſt tranſmutatio, & ha-bet ſubiectum, & cõtraria, & accidẽ-

G tia ſubiecto, & differunt in ſubiecto, & in eo, qđ eſt in ſubiecto. Alteratio igitur eſt, cũ ſubiectũ fuerit aliquod in actu, & fuerit tranſmutatum in aliqua ſpecie qualitatis, cum illę qualitates fuerint contrariæ, aut inter cõtrarias. v.g. ꝙ idem corpus aliqñ ſanatur, & aliquando infirmatur, permanendo idem: etiam idem cuprũ qñq; eſt rotũdum, qñq; eſt angulare, permanendo idem. Tranſmutatio autem in ſubſtãtia eſt, cum nihil in actu remanſerit ex illo ex quo eſt tranſmutatio, quod ſit ſubiectum illius rei, quæ in eo fit eſſẽtialiter, &
H non accidentaliter. v.g. cum ſperma tranſmutatur, & fit ſanguis ſecundũ totum, aut aer tranſmutatur ſecundum totum, & fit aqua.

Maxime autem, ſi tranſmutatio fiat ex ĩſenſibili in ſenſibile, aut tactu aut omnibus ſenſibus, vt qñ aqua generaſ, aut corrũpitur in aerem. aer enim mediocriter inſenſibilis eſt. In his autem, ſi aliqua maneat paſſio eadẽ cõtrarietatis in generato & corrupto, vt quando ex aere aqua, ſi ambo trãſparentia, aut frigida,
I nõ oportet huius alteram paſſionem eſſe, in quam trãſmutatur. ſi autẽ nõ, erit alteratio. vt muſicus homo corruptus ẽ, homo autẽ immuſicus generatus eſt, hõ autem manet idem. Si igitur hu
23 ius paſſio nõ eſſet ſm ſe muſica, & immuſica, huius quidẽ eſſet generatio, huius autem corruptio, ideo hominis quidem hæ ſunt paſſiones, hominis aũt muſici, & hominis ĩmuſici generatio, & corruptio, nunc aũt paſſio hæc manẽtis: ideo alteratio, talia. Quando igitur ſecundũ quã tũ ſit tranſmutatio contrarietatis, Augmentatio eſt, & Diminutio: quando aũt ſm locũ, Latio: quando vero ſm paſſionem, & quale, Alteratio: qñ autem nihil permaneat, cuius altera paſſio eſt, & accidens, omnino Generatio, huius aũt Corruptio. Eſt autem & materia maxime quidẽ, & proprie ſubiectũ generatiõis, & corruptionis ſuſceptibile, modo autem aliquo & quod alĳs tranſmutationibus, qm̃ omnia L
ſubiecta ſuſceptiua ſunt contrarietatũ aliquarũ. De generatione igitur, & corruptione, ſiue ẽ, ſiue non, & quomodo eſt, & de alteratione determinatum ſit hoc modo.

Et magis eſt manifeſtum, cũ trãſ 24
mutatio fuerit ex nõ ſenſibili in ſenſibile. v.g. vt ex aere fiat aqua, vel generetur. aer enim ferè eſt inſenſibilis viſui, & ſenſui. & diximus ꝙ neceſſe eſt in illo fixo ad qualitatẽ generatam, vt illa qualitas ſit in eo eſſentialiter: quia videmus ꝙ in rebus M
generabilibus remanet ſenſibile. v. g. vt corporeitas remanẽs in aqua, & in aere, cum generantur ad inuicẽ, & diaphaneitas, & humiditas, & alia accidẽtia, quæ manent in generabilibus, videntur ꝙ nõ ſint ſubiecta illius, quod fit in talibus iſtis tranſmutationibus ſm modũ, quo illud, qđ eſt in actu, eſt ſubiectum in tranſmutatione, quæ eſt in qualitate. Et cauſa in hoc eſt, ꝙ illud, quod remanet apud generationem aquæ ex aere, ẽ aliquod cõtingens ſubiecto, nõ ꝙ ẽ

A ipſum ſubiectũ, ſed accidẽtaliter, i. quia eſt in ſubiecto. & ideo, ſi eſſe alterationis in ſubiecto ſuo eſſet tale eſſe, ſ. accidentale, tunc alteratio eſſet generatio. v.g. ꝙ, ſi homo eſſet ſubiectũ muſicæ, & non muſicæ, ſm ꝙ corporeitas eſt ſubiectum formæ aquæ, & aeri, ſ. accidentaliter, tunc tranſmutatio hominis de ignorantia muſicæ ad ſcientiam illius eſſet generatio, & corruptio in ſubſtãtia: ſed homo eſt ſubiectum eſſẽtialiter ad cognoſcẽdũ muſicam: & ideo fuit alteratio, non generatio. & non
B eſt alteratio generatio. inquantum enim ſubiectum permanet ei eſſẽtialiter, conuenit cũ alĳs tranſmutationibus a generatione, & differt ab eis in eo, in qđ eſt tranſmutatio. Cũ enim tranſmutatio erit in quantitatẽ, erit augmẽtũ, & diminutio, & ad locũ tranſmutatio, & ad qualitatem alteratio. trãſmutatio aũt in ſubſtãtia differt ab oĩbus iſtis trãſmutationibus in hoc, ꝙ nihil remanet in ea, qđ ſit ſubiectũ eſſentialiter ei, in id, qđ eſt tranſmutatio. & principaliter a materia eſt ſubiectũ illius trãſmutationis: ſubiectũ aũt aliarũ trãſmutationum non dicitur materia, niſi
C ſm poſterius. Determinatum eſt igitur ꝙ generatio eſt ens, & quomodo, & quomodo eſt mutatio, & in quo differt ab alteratione.

a Materia pricipalr ẽ ſubiectũ ſubſtãtialis tranſmutationis, ſed aliarũ trãſmutationũ materia nõ ẽ ſubiectũ, niſi ſm poſterius.

SVMMA SECVNDA

De Augmentatione.

Quomodo Augmentatio ab alĳs differat motibus. *Cap.* I.

DE Augmẽtatione ãt reliquũ eſt dicere, & quonã differt a generatione, & alteratione, & quomodo augmentatur D
vnũquodq; eorũ, quæ augmẽtanſ, & diminuitur quodcũq; eorũ, quæ diminuuntur. Scrutandũ itaq; primo, vtrũ ſolũ in ipſo, circa quod eorũ adinuicem differẽtia eſt, vt ꝙ quidẽ ex hoc in hoc trãſmutatio, vt ex potẽtia ſubſtãtia in actu ſubſtantiã, generatio eſt: quæ aũt circa magnitudinẽ, augmentatio, & diminutio: quæ aũt circa paſſiones, alteratio, vtraque autem ex potentia exiſtentibus in actum tranſmutatio dictorũ eſt. An etiam E
modus differt tranſmutationis. videtur. n. id quidẽ, qđ alteraſ, nõ ex neceſſitate trãſmutari ſm locum, neq; qđ generatur. quod autem augmẽtatur, & diminuitur: alio aũt modo ab eo, quod fertur. quod enim fertur, totum mutat locũ, quod autem augmẽtatur, quemadmodũ quod extenditur. hoc enim manẽte, particulæ tranſmutantur ſm locũ, nõ quemadmodũ quæ ſphæræ. hæ enim in æquali loco, toto manente, trãſmutantur: quę autem F
eius, quod augetur, ſemper in ampliorem locũ: in minorem autẽ quæ eius, quod diminuitur.

Dixit, Et quærendũ eſt vtrũ dſia, 25
quæ eſt inter augmentum, & alias traſmutationes, eſt dſia, quã habent propter illud, in quo ẽ trãſmutatio. qm̃ illud, qđ augmẽtatur, mutat locũ, generatũ aũt, & alteratũ non. & amplius mutatio loci in cremẽto differt à mutatione loci, q dicit cõiter localis. motus autem localis duplex

G est,ſ.rectus & circularis.& circularis differt quidem ab eo,qđ mouetur ſm rectitudinẽ:nã illud mutat locũ ſm totũ,illud aũt,qđ augetur,mutat locũ ſm partẽ. & differt etiã à motu circulari, quãuis ambo moueãt ſm partes,in hoc,quoniã ptes moti circulariter ſemp mouẽt in eodẽ loco, ptes aũt augmẽtati mouẽtur ī locũ maiorẽ, & q̄ diminuunt in minorẽ.

Partes moti circulariter ſemp mouẽt in eodẽ loco. Vide oppoſitũ. 4. Ph. 45. & 6. Phy. 85.vbi habet ꝙ mutant locũ ſm formã, & ſubſtãtiã. Vide com. Zim.

Quæ ſit Augmentationis materia.

Caput Secundum.

QVòd igitur differt non ſolum in ipſo, circa qđ, ſed & ſic, tranſmutatio H eius,quod generatur, & alteratũ, & augmẽtatur,manifeſtum eſt. Circa quod aũt eſt trãſmutatio augmentationis, & diminutionis (circa magnitudinem aũt videtur eſſe) augeri, & diminui vtro mõ accipiendum.

26 Quoniã igitur augmentũ differt ab alijs trãſmutationibus in his duobus,ſcilicet in quo eſt tranſmutatio, & eſt quaſi materia hęc, & in modo ipſius trãſmutationis, ẽ manifeſtũ.

Vtrum ex potẽtia quidẽ magnitudine,& corpore,actu autẽ I incorporeo, & ſine magnitudine generari corpus, & magnitudinẽ. Et, cũ hoc dupliciter contigat dicere, vtro modo augmẽtatio fit,vtrum ex ipſa ſeparata ſm ſe materia, an exiſtẽte in alio corpore. An impoſſibile vtroꝙ modo.ſeparata enim exiſtẽs,aut nullũ poſſidebit locũ,velut punctus aliquis,aut vacuũ erit, aut & corpus non ſenſibile. horum autem hoc quidem nõ cõtingit, hoc autẽ neceſſe eſt in aliquo eẽ, ſemper enim alicubi erit,qđ generatur ex eo: quapropter & illud aut ſm ſe,aut ſm accidens. K

Quærendum eſt igitur vtrũ cre- 27
mentum corporis ſit ex aliquo corpore actu,aut potẽtia. Et,quia hoc dicitur dupliciter,aut illud, qđ ẽ corpus, potẽtia erit ſeparatum à ſenſibili corpore, aut erit in corpe ſenſibili:& hoc eſt duobus modis, aut per ſe erit ſeparatũ ab omni corpore ſenſibili,vt aqua in vaſe,aut aliquid exiſtens in aliquo ſm accidens, vt dicimus ꝙ materia eſt exiſtens in corporibus. oportet ergo conſyderare in L vnoquoq; modorum eius,qđ eſt in potẽtia, deinde in eo, qđ eſt in actu. Si aũt crementũ, & diminutio ſint ex materia, à ſenſibili corpore ſeparata, neceſſe eſt aut ipſum nõ poſſidere locũ, & tunc aut erit punctus, aut ſibi ſimile,de his,quæ non quærunt locum, aut vacuum, vel erit corpus inſenſibile. qm̃ igitur punctũ eſſe materiam, & vacuũ, manifeſtum eſt ꝙ impoſſibile eſt.Si autẽ fuerit corpus inſenſibile,oportet, in quantũ generatur ex eo magnitudo,vt ſit in loco. omne enī, ex quo aliquid generaṫ, neceſſe eſt vt ſit in loco,aut ſm ſe,aut ſm accidens, ſicut nos diximus de materia. nullam enī habet differentiam illud,ex quo generantur corpora ſimplr,& illud,ex quo creſcunt,cum generatio ſit in toto,cremẽtũ aũt in parte. quapropter hæc ſcrutatio ambobus eſt communis aliqualiter,& aliq̃aliter propria erementi.&, cum corpus ſeparabile per mutationem eſt in loco ſenſibile, ideo non eſt ſeparabile à ſenſibili. & reuertitur ſcrutatio ſuper primum modum.

Oé,ex quo aliqd gnaṫ,neceſſe é M vt ſit ī loco,aut ſm ſe, aut ſm accñs. Vide tñ oppoſitũ. 5. phy.có. 8. Vide com. Zim.

Sed,

A Sed, ſi in aliquo inerit,ſi quidẽ ſeparatũ ita,vt aut non illius ſm ſe, aut ſm accidens aliquid ſit,cõtingent multa, & impoſſibilia. Dico autẽ vt,ſi generatur aer ex aqua, non aqua erit tranſmutata, ſed propterea ꝙ, vt in vaſe aqua ineſt,materia eius.infinitas enim nihil prohibet materias eſſe:quapropter & generari actu. Amplius neqꝫ ſic videt generari aer ex aqua,vt exiens à
B manente.

28 Cũ aũt impoſſibile eſt vt generatio magnitudinis, & crementi eius ſit ex aliquo ente in potẽtia à ſeparabili, oportet vt ſit ex aliquo ente in actu.&, quia hoc dicitur aut ſm accidens,aut ſm ſe, vt ex aqua fiat aer, nõ quia aqua tranſmutatur in aerẽ, ſed quia ex aqua erit aer, non quia tranſmutatur,ſed aerante erat inclusus in ea:ſm aũt accidens, ſm ꝙ dicimus ꝙ prima materia eſt potentia in corporibus.ſed materiam magnitudinis,& corporis in cremẽto,& generatione eſſe incluſam impoſſibile
C videtur. qm̃ oportet ex hoc, vt in corpore finito ſint infinita corpora in actu,& alia impoſſibilia, quæ dicta ſunt in alijs.

Melius ergo eſt facere omnibus inſeparabilem eſſe materiã, vt exiſtentem vnam,& eandem numero,ratione autem nõ vnã. At vero neqꝫ puncta,neqꝫ lineas ponendum corporis materiam, propter eaſdem cauſas.illud autem,cuius hæc vltima, materia erat, quã nunquã ſine paſſione poſſibile ẽ eſſe, neqꝫ ſine forma.

29 Melius eſt ergo ponere ꝙ materia generationis,& augmenti eſt prima materia, quã diximus eſſe vnã, & eandem numero,potentia autem plura, non ꝙ materia ſit corpus exiſtẽs in corporibus in actu, a neq; pũctum,neq; lineæ,neq; ſuperficies,qm̃ hęc ſunt in loco:neq; ſm ſe,neq; ſm accidens,ſed ex quo magnitudo generata oportet ꝙ ſit in loco,ſicut diximus,aut ſm ſe,aut ſm accidẽs:immo materia eius,cuius lineæ,& ſuperficies ſunt vltima,& termini.quapp non inuenitur omnino ſeparata ab accidẽtibus,cum vltima non ſeparãtur ab illo,cuius ſunt vltima. D

Materia ẽ vna,& eadẽ numero. ꝙ quo vide. 12. met.14. & ẽ plura potentia. ꝙ hoc vide ſupra. 22.& quæ ibi.

a Puncta, lineę,& ſuperficies nõ ſunt in loco,neq; ꝙ accñs. Vide oppoſi E tum.5. ph.có. 22. Vide com. Zim.

Generatur igitur ſimplr alterũ ex altero, quemadmodũ et in alijs determinatum eſt:& ab aliquo quoqꝫ actu exiſtẽte,aut eiuſdem generis, aut eiuſdẽ ſpeciei, vt ignis ab igne, aut homo ab homine:aut ab actu: durũ enim non à duro generatur.

Tranſmutatio autem in generatione aſſimilatur tranſmutationi in crementum in cauſa agente, & materiali. In cauſa autem agente.qm̃, ſicut illud,qđ generatur in actu, generaṫ aut ab eo, qđ eſt eiuſdẽ ſpeciei, aut ab eo,quod eſt eiuſdem generis propinqui, aut remoti ſm ſpeciem, vt homo ab homine, & ignis ab igne,aut ſm genus remotum, vt durũ à frigido,ita etiã iſtud,quod creſcit, debet eſſe agens idem cum forma partium generãdarum ſm ſpeciem: quoniam faciens partes magnitudinis eſt magnitudo. 30

Faciẽs partes magnitudis ẽ magnitudo. ſed vide oppoſitũ. 4.phy.có. 84. &.7. Met. t.có. 32. Vide com. Zim.

Qm̃ aũt eſt & ſubſtantiæ corporeæ materia, corporis aũt iã talis(corpus enim cõmune nullum) eadẽ & magnitudinis, & paſſionis eſt,ratione qđẽ ſeparabilis, F

G bilis, loco aũt nõ ſeparabilis, niſi & paſſiones ſint ſeparabiles. Manifeſtũ itaq; ex dubitatis ꝙ non eſt augmentatio tranſmutatio ex potentia magnitudine, actu aũt nullam habẽte magnitudinẽ. ſeparatũ enim eſſet quod cõmune. hoc aũt ꝙ impoſsibile ſit dictũ eſt prius in alijs. Amplius aũt talis tranſmutatio non augmentationis ꝓpria, ſed generationis omnino. Augmẽtatio enĩ eſt exiſtentis magnitudinis additamentũ, Diminutio aũt mi-
H noramentũ. ideo oportet habere aliquam magnitudinẽ id, quod augetur. Quapropter nõ ex materia ſine magnitudine oportet eſſe augmẽtationem in actũ magnitudinis. generatio. n. erit magis corporis, nõ augmentatio.

31 In cauſa aũt materiali, qm̃ nulla eſt materia in potẽtia corporis cõis, inquantũ corpus eſt genus, vt dictũ eſt: qm̃ nõ eſt materia niſi iſtius corporis, & crementum nõ niſi generatio partiũ iſtius corporis: ergo oportet vt augmẽtatũ, & generatũ habe-
I ant eandẽ materiam. qm̃ hoc, quod videtur de materia crementi nobis, non eſt ei propriũ. Et, quia crementum ẽ generatio in quãtitate, diminuto aũt eſt corruptio in quantitate. oportet vt magnitudo nõ ſit aucta, niſi ꝓp magnitudinis additamẽtũ, qđ ẽ in ea actu. qđ, ſi nõ eẽt, oporteret vt corpus cõponeret ex pũctis. ſimiliter aũt nõ diminuit, niſi ex diminutione magnitudinis in actu. quapp cremẽtũ debet eſſe ex corpore aliquo in actu: in generatiõe aũt nõ ſequitur hoc. quia ẽ in qualitate.

Accipiẽdũ itaq; magis, velut K tangẽtes quæſtionem à principio, quali nã exiſtẽte ipſo augmẽtari, & diminui, cauſas quærimus. Videtur itaq; eius, qđ augeat, quæcunq; pars aucta eſſe. Si militer autẽ & in diminutione minor generata eſſe. Amplius autẽ adueniente aliquo augmentari, & recedente diminui. Neceſſe aũt aut incorporeo augmẽtari, aut corporeo. Si igit̃ incorporeo, erit ſeparatum vacuum. impoſsibile aũt eſt à magnitudine materiam eſſe ſeparatã, ſicuti dictũ L eſt prius. Si aũt corporeo, duo corpora in eodem loco erunt, & quod augetur, & quod auget. ẽ autem & hoc impoſsibile.

Sed in hoc cõtingit magna quæ- 32 ſtio, ſcilicet vt corpꝰ intret corpus ſe cũdũ totũ. ꝙ ſi non, quomodo creſcit in oĩbus partibus. &, ſi ita, erunt duo corpora in eodem loco.

Sed neq; ſic contingit dicere fieri augmentationem, & diminutionem, vt cũ ex aqua aer: tũc M enim maior moles eſt generata. nõ enim augmẽtatio hoc, ſed generatio quidẽ eius, in qđ traſmutatur, erit, corruptio aũt cõtrarĩ, augmẽtatio autem neutrius. Sed aut nullius, aut, ſi quid commune amborũ exiſtit, eius, qđ generatur, & eius, qđ corrumpitur, vt ſi corpus. aqua aũt nõ aucta eſt, neq; aer: ſed hoc quidem deperĩt, hoc autem generatum eſt: corpus autem, ſiquidem aucti eſt. Sed & hoc impoſsibile.

Oportet

A Oportet enim ſaluare rõne inexiſtentia ei, quod augetur, & diminuitur. Hæc aũt ſunt Tria, quorum Vnum quidẽ eſt, quãcunq; partẽ maiorem fieri eius, quę augetur, magnitudinis, vt, ſi caro, carnis: Et adueniente aliquo: Et tertiũ, vt ſaluetur quod augeat, et permaneat. Cum enim generat̃ aliquid ſimplr, aut corrumpit̃, non permanet: cum aũt alterat̃, aut augetur, aut minuitur, ꝓmanet idẽ, quod augeat̃, aut alterat̃.
B ſed hic quidem paſſio, ibi autem magnitudo eadẽ nõ permanet. Si itaq; erit quę dicta eſt, augmẽtatio, continget nullo adueniente, neque permanente augeri, & nullo recedente diminui, & non permãnere quod augeat̃. ſed hoc ſaluare oportet: ſupponit̃ enim augmentatio, tale.

33 Et non poteſt quis dicere ꝙ, quãuis crementũ ſit in quantitate, non eſt neceſſariũ vt ſit in actu corpore aduenięte. aer enim, qñ ex aqua generat̃, acquirit maiorem quantitatẽ ſine corpore extrinſeco aduenięte,
C qm̃ non eſt hoc crementum: immo prima materia nãlr recipit augmentum, & diminutionẽ in magnitudine. Et hoc erit manifeſtũ ſaluatis rebus eſſentialibus in eo, quod creſcet. quorũ Vnum eſt, ꝙ oẽ punctum, & omnis pars ſenſibilis, & vlr ſimiliter in omnibus partibꝰ creſcit: & ſilr in diminutione: Secundũ eſt ꝙ nõ creQuantitas aeris gñati ex aqua ſi eſt cremẽtũ ei. vide 1. Cœ. c. 22 ſcit, niſi aliquo extrinſeco aduenięte: Tertiũ eſt ꝙ illud, quod dr̃ creſcere, & diminui, ſit permanens. Quapropter manifeſtum eſt ꝙ quãtitas aeris generati ex aqua nõ eſt cremẽtum aquæ, nec aeris. hæc enim trans D mutatio de diminutione in augmẽtum non habet idem ſubiectũ. ſed iã dictum eſt ꝙ cremẽtum habet vnũ ſubiectũ. &, ſi quis dixerit ꝙ corpus, cõe aquæ, & aeri, eſt ſubiectũ iſtius crementi, frangeat̃ ſermo iſte per ſecundam radicem, ſ. ꝙ in crementi neceſſariũ eſt aliquod extrinſecum. hæ aũt ſunt quæſtiones in cremẽto.

Quid ſit id, quod augetur. Cap. 3.

DVbitabit aũt aliquis qd ſit quod augetur, vtrum E cui apponit̃ aliquid, vt ſi crus augeat, ipſum maius, quod aũt auget, nutrimentũ, nõ. Quare igitur non ambo aucta ſunt? maiꝰ enim & quod, & quo. quẽ admodũ qñ miſceueris aquę vinum. ſilr enim plus vtrunq;. An qm̃ huius quidem manet ſubſtãtia, huius aũt non, vt ea, quæ nutrimenti. qm̃ & ibi dominans dicitur in miſtione, vt quod vinũ. facit enĩ vini opus, ſed nõ aquæ, vniuerſa miſtura. Similiter & in alteratiõe, ſi manet caro exiſtẽs, F & quod aliquid eſt, paſſio autẽ aliqua exiſtit earum, quæ ſm ſe, quæ prius nõ exiſtebat, alteratũ eſt hoc. Quo aũt alteratum eſt, hoc qñq; quidem nihil paſſum eſt, qñq; aũt & illud. Sed alte ãs, & principiũ motus in eo, quod augmentatur, & alteratur. in his enim mouens. qm̃ & ingrediens fieri poterit aliqñ maius, & qđ fruit̃ ipſo corpus, vt, ſi ingrediẽs fiat ſpiritus, ſed corruptũ eſt hoc patiens, & mouens non in hoc.

Eſt

34 Est alia quæstio, cũ confessi fueri
G mus ꝙ illud, quod crescit, sit aliquid
in actu, vtrum illud, quod crescit, sic
veniens ad illud, cui venit, v.g. vtrũ
cibus crescat, aut crus, aut vtrunque.
Et hoc cito dissoluitur. qm̃ substan-
tia alterius permanet, s. crus, alterius
aũt alteratur, s. cibi, crementũ enim
non istius est alterati, sed permanen
tis. v.g. vinũ admixtum cum aqua,
dummodo non est transmutata ope
ratio vini, dicimus ꝙ crescit: & sic'r
dum facit propriũ vini: quod nõ di-
cimus in aqua, qm̃ alteratur. Et sic',
si aliquid ab aliquo alteratũ est, & as
H sumpserit substantiã, non dicim⁹ ꝙ
alteratio est illius rei, quæ destruit',
sed illius permanentis. v.g. quia cib⁹
calidus veniens ad corpus, corpus al
teratur ab eo in calidum, substantia
aũt cibi destruitur. & tunc recte idẽ
dicitur alteratio, & cremẽtum in se
permanente in actu, principium au
tem mouendi non est, nisi alterãtis
fixi, & illius, quod crescit.

Quoniam aũt dubitatum est
de his sufficienter, oportet & so-
lutionẽ dubitationis tentare in-
uenire, saluãtes, manente eo, qd̃
I augetur, & adueniẽte aliquo au-
geri, recedẽte aũt minui. Adhuc
aũt, quodcũq; signum sensibile,
aut maius, aut minus factũ esse,
& nõ vacuum esse corpus, neq;
duas magnitudines in eodem lo
co, neq; incorporeo augeri. Su-
scipiendum aũt causam, cum de
terminauerimus primũ, vnum
quidẽ, ꝙ ea, quæ sunt dissimiliũ
partium, augentur, quia ea, quæ
sunt consimilium partiũ augen
tur. cõponitur enim ex his vnũ-
quodq;. Deinde ꝙ caro, & os, & K
vnaquæq; talium partiũ est du-
plex, quẽadmodum & aliarũ in
materia formã habentiũ. etenim
materia dicitur, & forma, caro,
aut os. Quamcunq; igitur partẽ
augmentari, & adueniente ali-
quo secũdum formam quidem
est possibile, secundum materiã
autem non est.

Et, cum dictum est sufficiẽter de 35
quæstionibus, dicam⁹ de solutione,
saluando tria prædicta, & etiam ca-
uendo impossibilia, vt vacuum esse,
aut duo corpora esse in eodẽ loco. L
Primũ quidem horum, quæ scienda
sunt de augmẽto, est ꝙ præcipue pri
mo inuenit' in corporibus consimi-
lis partis, & non inuenitur in instru-
mentalibus, nisi mediantibus consi-
milibus. & hoc quidẽ manifestũ est.
non enim dicimus manũ esse aug-
mentatã, nisi cũ caro, & os, & alia, ex
quibus componit', augmentantur,
Quia ergo vnũquodq; membrorũ
consimilium cõponitur, vt alia cor-
pora naturalia ex materia, & forma,
& illud, quod augmentat', debet esse
fixum, vt diximus, & materia est in
cõtinuo fluxu, forma aũt est perma M
nens, recte est dicere, qm̃ aliquid aug
mentat', quod augmẽtatur, in eo est
forma, non mã. materia enim non
est permanens, & illud, quod augmẽ
tatur, necessario permanet.

Oportet enim intelligere, quẽ
admodũ siquis mensurabit ea-
dem mẽsura aquã: semper enim
alia, & alia, q̃ generatur: sic vtiq;
augmentatur materia carnis. &
non cuicũq; partiũ aliquid adh̃-
citur, sed hoc quidẽ defluit, hoc

autẽ

A autem aduenit, figuræ autem, &
formæ, cuicunq; particulæ.

36 Et hoc est quasi mensurans ad il-
lud, quod mensurat' per mensurans.
qm̃ mensurans debet esse diuersum
ab eo, quod mensuratur p ipsum, vt
triticũ, & ordeum sunt diuersa. &, si
imaginaris vnum mensurans, quod
aliqm̃ crescit per illud, quod intrat in
ipsum, & aliqm̃ diminuitur, conser-
uando figurã eius, tunc imaginabe-
ris dispositionẽ formæ in suo cremẽ
to in respectu materiæ. Et hoc recte
imaginaberis, qm̃ imaginaberis vtrẽ
B corij, ꝙ qm̃ intrat in ipsum aqua pau
ca diminuitur, qm̃ autem multa cre
scit, & in vtroq; conseruat figuram
suam. & sm hoc non sequit' vt addi-
tio sit in omnibus partibus materiæ,
cum quædam partes exeant, & quæ-
dam intrent: quod cogeret nos ad di
cendum ꝙ corpus intraret corpus,
aut esset vacuum ꝙ, si ipsa materia
crescret, aut corpus intraret corp⁹,
aut vacuum esset.

In his autẽ, quæ sunt dissimi-
lium partiũ, hoc magis manife-
stum, vt manu, ꝙ proportiona-
C liter aucta est, materia enim, alte
ra existens, manifesta est magis
ipsa forma hic, q̃s ĩ carne, & his,
quæ similiũ partiũ. ideo & mor
tui magis videbitur esse adhuc
caro, & os, q̃s: manus, & brachiũ.
Quapropter est quidem vt quæ
cunque pars carnis aucta sit, est
autem vt non. secundum formã
enim cuicunq; accesit secundũ
materiam vero non.

37 Hic aũt debes scire ꝙ illud, quod
Quo augmentũ fit augetur, non augetur, nisi sm partes
formæ. & manifestius est in instru-
mentalibus, cum forma in eis sit ma D
nifestior. v.g. qm̃, qm̃ manus crescit sm ptes. vide ĉt. 1. de Aĩa 39. & 8. Ph. 25
in omnibus partibus, cõseruat suam
figurã, qua dr̃ manus. & significatio
ꝙ forma manifestior est in officialibus, q̃ in cõsimilibus est ꝙ mortuus
dr̃ habere os, & carnem magis, q̃ ha-
bere manũ, aut pedem. oportet ergo
vt quæcunq; pars carnis sit aliquo
modo crescens, & alio modo non:
sm autem formam crescit, secundũ
autem materiam non.

Maius aũt totum generatũ est,
adueniente aliquo quidẽ, quod
vocatur nutrimentũ, & contra-
rium, transmutato autẽ in ean- E
dem formã, vt si sicco aduenirет
humidum: cum aũt aduenerit,
transmutareť, & generaretur sic
cum. est enim vt sic'e simili aug-
mentetur, est autẽ vt dissimili.

Et quia illud, quod augmẽtatur, 38
non crescit, nisi adueniente cibo ex
extrinseco, cibus aũt non est actu id,
ad quod aduenit, v.g. neq; actu ẽ os,
neq; caro, sed potẽtia, quapropter ci
busaliquo modo est similis. hęc aũt
est dissolutio quæstionis ĩ cremẽto.

Sed Alexã. dicit ꝙ hoc, quod dictũ Digressio, Alex. opio
est in hoc, non dictũ est ratione pro F
bationis, sed quia anima quieuit in
huiusmodi: mã enim non dissoluit'
sm totum, sed semper remanet in ea
aliqua res fixa. &, si non esset, pol'e es
set formã separari. &, cum in mate-
ria est pars fixa, necessario illa pars
augmẽtabit'. quapropter oportet vt
in membris augmẽtatis sit humidi-
tas dispersa, cũ qua admixtus est ci-
bus aduenies: & qm̃ mutabitur in na
turã illius humiditatis, augmẽtabit'
figura membri p augmẽtum humi
ditatis in oĩbus partib⁹, & diminuet'

pcz

G per eius diminutionē, & nā est, quæ conseruat figuram illius membri in hora augmentationis, & diminutionis. Et hoc, si sit verum, quō fuit possibile ꝙ ille magister primus ita consentit sine probatione? cum nunquā crediť aliquid dixisse sine forti probatione. Et nūc inquiramus in hoc. Manifestum est, si aliquis dicat augmentum esse fm formam, ꝙ nō vult dicere formā augmentari, fm ꝙ est forma: augmentū enim est fm magnitudinem: forma aūt est qualitas: sed illud, * quod augetur in omnib⁹ partibus, nō augeť, in eo ꝙ est quantum, sed in eo ꝙ est quantum habēs formam: Quòd aūt augmentum in oībus partibus non est, nisi inquantum partes habent formam, manifestum est. qm̄ nō sequitur ex suo crescento in oībus partibus fm suum modum corpus penetrare corpus totaliter. augmentū enim est in re augmentata fm formā. sed illud posset contingere, si augmentatū esset in partibus tantum fm materiam, ſ. inquantum sunt partes. &, si esset ita, contingeret alterū duorum, aut augmentatū non esse, aut augmentatū esse ꝑ accumulationem. aut penetrarent partes aduenientes, & partes recipientes adinuicē. sed miscibiliū partes non cadunt æqualiter partib⁹ subintrantibus, neq; adunantur cū illis, nisi inquantū habent qualitatē determinatā. & humiditas est, non inquantū sunt quanta tantum. qm̄, si esset ita, possibile esset omnia admisceri. Additio ergo omniū miscibilium nō est nisi fm formā. Quòd aūt augmentatum non est, nisi quātitas, inquantū habet formam, manifestum est ex hoc. qm̄ illud, quod augetur, debet esse permanens; sed non permanent, nisi inquantum habent qualitatē, non in eo ꝙ sunt partes: cum, inquantū sunt partes in se, sūt esse in continuo fluxu. Secundū hoc igitur intelligendus est sermo magistri, nō fm ꝙ Alexan. intellexit. qm̄ magister non dicit ꝙ augmentū est in mā sine forma, vel econuerso, sed in oībus partibus augmētati fm formam, non fm materiam, ſ. fm quā sunt partes. corpus enim non habet partes, nisi inquantū materia: partes aūt sunt in fluxu, inquantū sunt partes, & in permanentia, inquantū habent formā. &, quia augmentum nō est augmentati, nisi inquantum permanet, contingit vt non sit augmentatum in partibus, nisi inquantū habent formā. Et visum est mihi ꝙ dria magna est inter hoc, & sermonem Alexan. & vī mihi ꝙ qui quæstionem dissoluit eo modo, quo dissoluit Alex. ꝙ non dissoluit, sed permutat quęstionē. qm̄ adhuc residuū erit dicere qualiter augetur magnitudo p illam humiditatem in oībus partibus, cū magnitudo non admisceatur cum ea: & fiet de oībus membris cōgelatis, sicut ossibus, & spinis. miscibile enim ē liquabile. quapropter melius est dicere sufficere quod dedit magister in responso, aut quærere aliquid, quod compleat sermonem suum. qm̄ videtur ꝙ augmentum indigeat admixtione, vt ipse dicet p hoc. &, si non esset ita, esset generatio partiū carnis, & ossis per se, qm̄ cibus transmutatur in ossa, & carnem. Hæc aūt mixtio necessario nō est, nisi hoc modo, & non ꝑ ꝑ augmētum esse in oībus partibus sine penetratione. Qm̄, si hoc fuerit, posset cōtingere vt augmentabilia non sint, nisi illa, q̄ sint miscibilia. Qualiter ergo

Impugnatio. Prim⁹ magister nūq̄ credit' dixisse aliqd sine forti ꝓbatiōe. contile. 1. Phy. 1 ꝓœmio & 3. de Aīa. cō. 14. & 2. huius. c. 6.

H * Illud, qd augeť i oīb⁹ partib⁹, fi augeť in eo, ꝙ est ꝙtū, sed in eo, qd est ꝙtū, hūs formā.

I

K

L

Qā sermo Arist. n̄ co incidat cū sermone Alex.

M

Miscibile ē liquabile. vide infra cō. 88. & t. c. 39.

A ergo dicemus in augmento figuræ, & vīr mēbri officialis? Aut dicemus ꝙ in membro est nāl'r causa extensionis in oēs dimensiones: quapropter accidit ei ꝙ raritas, & illa humiditas cibalis diuidit se in oībus partibus eius, ſ. in minimis foraminibus: qm̄ illa foramina extēduntur: & qn̄ fuerint impleta illa humiditate, trāſmutatur illa humiditas in partes carneas minimas, & applicabit se illis: et iterum contingent in illis partibus carnosis nouis foramina minima: &, cum membrū iterum extēdetur, rarefient oīa illa foramina, & imple

B buntur p humiditatem cibalem per virtutē attractiuam: &, cū calor coagulauerit illam, reuertet' in carnē, & os, deinde tertio rarefiet, & sic erit crementum membri augmentati. Augmentū ergo nō est augmētati, nisi fm istam virtutem, per quā habet formā. & istam virtutem intēdebat Arist. cum dixit augmentatum augmentare, augmētans fm formā, & nō fm materiam. &, nisi esset ista virtus, impossibilis esset augmentatio in omnibus partibus sensibilib⁹, nisi esset possibile corpus penetrare.

C Causa ergo data ab Arist. in hoc est vīs res misc̄ibilibus, & non misc̄ibilibus causa autem Alexan. est propria misc̄ibilibus. reuertamur ergo ad illud, à quo recessimus.

Quale sit id, quod augetur. Quo pacto fiat Augmentatio. De differentia inter Augmentationem, & nutritionem: & quid sit ipsa Corruptio.

Cap. 4.

DVbitabit autem aliquis, quale oportet eē id, quo augeť. Manifestū vtique ꝙ potentia illud, vt, si caro, potē tia carnem, actu igitur alterum. D corruptum aūt hoc, caro generatum est. non igitur ipsum fm se. generatio enim esset, nō augmētatio. sed quod augetur, in hoc. Quid igit' patiens ab hoc auctū est? An mistū? quemadmodum siquis uino superinfundat aquā, hic aūt possit vinū facere quod mistum: & quēadmodū ignis, tangens vrenda, vrit, ita in eo, quod augetur, & existente actu carne, quod inest augmētatiuū, adueniente potentia carne fecit actu carnē. ergo simul existētē. E si enim seorsum, generatio est. n. ita ignē facere, ad existentē adiungentē ligna. sed sic quidem, augmentatio est: qn̄ aūt ipsa ligna accensa fuerint, generatio.

Dixit, Etiam quęstio est. quia cre 39 mentū est ex illo, quod est in potentia illud, quod augetur, sed in actu ē aliud. v g. ꝙ cibus est potentia caro, actu aūt panis, oportet vt non sit in actu parsillius, quod augeť, donec corrūpatur forma eius, quod augeť. Si ergo ista pars facta ē diuisa ab eo, quod augmentatur, qn̄ fit, erit gene F ratio in substantia: &, cum augmentum nō est generatio, qualiter ergo est augmentū. Et ipse respondet ꝙ augmentū non est, nisi per mixtionem aduenientis, & trāſmutationē eius in naturā rei, cui adiungitur. & hæc est dria inter hanc mixtionem, & mixtionē elementalem, per quam fit generatio compositorū ex elemētis, quā dicemus postea. v. g qn̄ vinū admisc̄etur aquæ, cū vinum vincet aquā, & dominabitur, ita, ꝙ totū fiat vinū, erit augmentum. similiter. cū

cibus

G cibus aduenit humiditatibus, & trāſmutatur in earū naturam, & augetᵉ magnitudo, erit augmentum. cibus ergo non erit caro actu poſt potentiam, niſi poſt mixtionem. & hęc eſt differētia inter ipſum, & generationem ignis. cum enim incēditur per ſe eſt generatio, &, ſi apponantur ligna illi, erit augmentatio.

Quantum aūt vl'e quidē non generatur: quēadmodū nec animal, quod nec homo, nec aliqđ eſt ſingularium. ſed, vt hic vl'e, ita & illic quātum. Caro igitur,
H & os, aut manꝰ, aut nerui, & horum ea, quæ ſunt ſimilium partium, adueniēte quidem aliquo quanto, ſed non carne quanta.

40 Et debes ſcire cꝙ generatio ſimpli-
a.l. ſingularis. citer nō eſt, niſi corporis ſimplicis. cꝙ ſi non, contingeret cꝙ generatio eſſet ex non ente. v.g. cꝙ non ſit impoſſibile vt fiat anima, qđ neq; homo ſit, neq; aliud animal. ſicut etiā quantitas, quę fit in illo, quod augetur, nō eſt ſimplex, quapropter oportet vt caro, & os non fiant, niſi cibus veniēs ſit alicuius quantitatis in actu, non
I inquantum carneum, neq; oſſeum in actu, ſed in potentia.

Si gnō eēt vl'is, gnō eēt ex non ente. Idē 7. Meta. t.c.27.

Secundum igitur cꝙ potentia cōpoſitū ex vtroq; eſt, vt quanta caro, ſic quidē auget. etenim quantū oportet generari, & carnem: ſecundum aūt cꝙ ſolum caro eſt, nutrit. etenim ſic differūt nutrimentum, & augmentatio,
Idē. 2. de Aia. 47. ratione. Ideo nutritur quidem, quouſq; ſaluum fuerit, & ſi diminuatur, augmentatur autem nō ſemper. Et nutrimentū augmentationi idem quidem eſt, ipſo autem eſſe aliud. ſecūdum enim cꝙ eſt id, qđ aduenit, potentia quanta caro, augmētatiuum carnis ē: ſecundum aūt cꝙ ſolum potētia caro, nutrimentum. Hæc autem forma ſine materia, vt immaterialis potentia quædam, in materia eſt. Si autē aliqua aduenerit materia, exiſtēs potentia immaterialis, habens & quantū potentia, hę erūt maiores īmateriales. K

Differentia aūt inter augmentū, 41
& nutrimentum eſt, qm̄ quando illud, quod fit ſm ſenſum, non eſt niſi L
tantum caro, tunc dicitur nutriri, & qm̄ illud, quod fit, fuerit caro, habens quātitatem ſenſibilem, tunc dicitur augmentatio. cibus ergo, & augmentum in ſubiecto idem ſunt, in modo autem differunt. qm̄, quando cibus veniens fuerit potentia caro tantū, non ſenſibilis quātitatis, v.g. forma ſpoliata à quantitate, & ſi quantitas eſſet nō ſenſibilis, hoc modo erit nutrimentum. quando ergo cibus veniens non eſt, niſi potentia tantum forma ſine quantitate, non actu, ſed potentia, non erit forma rei augmē- M
tatæ maior: & qm̄ fuerit in potentia, forma cum quantitate, erit augmentum. hæc ergo eſt differentia in augmento, & nutrimento.

Si aūt amplius facere non poſſit, ſed vt aqua vino ſemper amplius miſta, in fine aquoſum facit, & aquā, tunc diminutionem facit quanti, forma aūt manet.

Diminutio autem contingit, qm̄ 42
forma augmenti non poteſt tranſmutare omnes partes cibi in ſuā ſubſtantiam, ſed humiditatē naturalē,

quę

A quæ eſt in membris, alterant cibi in ſuam ſubſtantiam, & econuerſo in augmēto. & hæc debilitas accidit naturaliter paulatim, & paulatim ſm debilitatē vitæ. & ſic diminutio erit in quātitate, tamen forma eadem remanente, ſicut in augmento. v.gr̄a. qm̄ aqua admiſcetur cum vino paulatim, & paulatim, donec vinum fiat aquoſum, & tunc diminuitur multa pars illius humiditatis, ſcilicet quando tranſmutatum erit in naturā ciborum, & exit à corpore, ſicut vinū in naturam aquæ. Oſtēſum eſt ergo qualiter eſt augmentum, & in quo
B fit, & propter quid, & determinatæ ſunt quæſtiones, & qualiter diminutio eſt, & differentia inter augmentum, & nutrimentum. Iam autē determinatum eſt de cremento.

SVMMA QVARTA.

De Tactu, de ipſo Agere, & Pati, & de Miſtione.

Proponitur ſermo de Elementorum generatione, ac de alijs, de quibus prius agere neceſſe eſt. Cap. 1.

C VOniam autem oportet primum de materia, & de vocatis elemētis dicere, & ſi ſūt, & ſi non: & vtrum ſempiternū ſit vnumquodq;, aut generetur aliquo modo: &, ſi generet̄, vtrū ex ſeinuicem generentur omnia eodē modo, aut aliquod primū eorum vnū ſit, neceſſe eſt prius vtiq; dicere, de quibus indeterminate dicitur nunc. Oēs enim, qui elementa generāt, & qui ea, quæ ex elementis, ſegregatione vtuntur, & congregatione, & ipſo facere, & pati. Eſt aūtem cō- D
gregatio miſtio. Quomodo autem miſceri dicimus, non eſt determinatum manifeſte. Sed neq; alterari poſsibile eſt, neq; ſegregari, neq; congregari, nullo faciente, neq; patiēte. Etenim plura elementa facientes generant, faciendo, & patiendo abinuicē, quāmuis ex vno neceſſe ſit dice- *a.l. & ūs ex vno neceſſe eſt re factionem. Et hoc recte dicit Diogenes, cꝙ, ſi nō eſſent ex vno omnia, non eſſet facere, & pati abinuicem, vt calidum infrigidari, & hoc calefieri rurſus. non E
enim tranſmutātur caliditas, & frigiditas in ſeinuicem, ſed manifeſtum eſt cꝙ ſubiectum. Quapropter in quibus facere eſt, & pati, neceſſe eſt horum vnā eſſe ſubiectam naturam. Omnia igitur talia eſſe dicere non verum eſt, ſed in quibuſcunq; ipſum ab inuicem eſt. Sed, ſi de ipſo facere, & pati, & de miſtione videndū ſit, neceſſe eſt & de tactu. neque enim facere hæc, & pati poſſunt proprie, quæ non eſt poſſibile ſe inuicem tangere: neq; non tan- F
gentia ſeinuicem aliqualiter cōtingit miſceri primum. Quapropter de tribus his determinandum eſt, quid Tactus, & quid Miſtio, & quid Factio. Principium autē accipiamus hoc. Neceſſe enim entium, quibuſcunq; eſt miſtio, eſſe hæc adinuicem tactiua. &, ſi aliquid facit, hoc autem patitur principaliter, & in his ſimiliter: ideo primum dicēdum eſt de Tactu.

Dixit.

43 Dixit, Et prima intẽtio huius libri
G eſt pſcrutari de corporib⁹ quatuor, vtrũ ſint elementa, an non: & ſi ſint elementa, vtrũ ſint generabilia abinuicem, ita, ꝙ non habeant principiũ priusquam eis, aut ſint generabilia ex inuicem: & ſi ſint, vtrum in eis ſit principium, quod non generat̃ ab aliquo, aut quodlibet illorum generatur à ſuo cõpari. Et, quia hæc erat eius intentio, neceſſe fuit præmittere huic perſcrutationi ea, quæ dicunt̃ ſine ratione ex rebus neceſſarijs apud oẽs dicentes eſſe generationem, i. tactũ, & actionẽ, & paſſionem, & mixtio-
H nem. natura enim iſtius pſcrutationis coegit Antiquos ad loquendum de his rebus. Antiqui aũt erant bipartiti, aut dicentes plura elemẽta vno, aut dicẽtes vnum elementũ. Facientes aũt elementa plura, vel ſunt dicẽtes ꝙ ex his quatuor corporibus generantur oĩa, vt Empedocles, aut ꝙ hæc quatuor generant̃ ab elemẽtis, vt Anaxa. & Democ. Qui faciũt hęc quatuor compoſita, & ex conſimilibus, neceſſario dicunt eſſe cõgregationem, & ſegregationẽ. congregatio aũt, & ſegregatio mixtio eſt aliquo modo: quamuis illud, quod di-
I cunt de hoc non ſit determinatum. Dicentes aũt mixtionem neceſſe eſt dicere eis actionẽ, & paſſionem, & tactum. Facientibus vero vnũ elementum, quamuis non contingat dicere mixtionẽ, tñ contingit dicere actionem, & paſſionem. Et ideo bene dixit Diogenes, cũ dixit ꝙ, ſi non eſſet tñ vnum ſubiectũ, impoſſe eſſet vt aliquid tranſmutaret̃ in aliquod. nõ enim eſt in natura frigidi tranſmutari in calidum, vel ecõuerſo, ſed neceſſe eſt vt ſubm ſit recipiẽs vtrũq;. quia igitur oẽs facientes vnum elementum, ponunt aliquã contrarietatẽ in illo vno, neceſſe ẽ eis vt actio ſit ex illa contrarietate, & paſſio ex illo vno. &, cum actio eſt, tactus eſt: quapropter neceſſe eſt loqui de iſtis rebus, anteq̃ loquamur de generatione, primo de tactu, deinde de paſſione, & actione, deinde de mixtione. quod enim patit̃ tangitur, & qđ miſcetur patitur, & tangitur.

K Oẽs, facientes vnum elntũ, ponunt aliq̃ cõtrarietatẽ in illo vno. Idem 1. Phy. t. c. 41. & ide.

De Tactu. Cap. 2.

FErè igitur, vt & aliorũ nominum vnũquodq; dicit̃ multifariã, & hæc quidem æquiuoce, hæc aũt altera ab alteris & prioribus, ſic ſe ſe habet & de tactu. ſed tñ proprie dictũ in-
L exiſtit habentibus poſitionẽ: poſitio aũt, quib⁹ & locus. etenim mathematicis ſilr reddendus eſt tactus, & locus, ſiue eſt ſeparatũ vnumquodq; ab ipſis, ſiue alio modo. Si igit̃ eſt, vt determinatum eſt prius, Tãgere vltima habere ſimul, hæc vtiq; tangent ſeinuicẽ quæcunq; determinatas magnitudines, & poſitionẽ habentia, ſimul hñt vltima. Quo-
M niam aũt poſitio quidẽ quibuſcũq; & locus inexiſtit: prima autem dr̃ia loci ſurſum, & deorsũ, & talia oppoſitorum: oĩa ſeinuicem tangẽtia grauitatẽ vtiq; habebunt, aut leuitatẽ, aut ambo, aut alterũ. talia aũt paſſibilia, & actiua. Quapropter manifeſtũ eſt ꝙ hæc tangere nata ſunt ſeinuicem, quorũ diſtinctis magnitudinibus ſimul vltima ſunt, exiſtentibus motiuis, & mobilibus adinuicem.

Tact⁹ proprie đ qui bus dicat̃.

Dixit,

44 Dixit, Et ſicut quodlibet nominũ
A dr̃ multis modis: quoddam enim dr̃ æquiuoce, & quoddam ſm prius, & poſterius: & ita eſt de hoc noĩe tactus. ſed tñ, cum dicat̃ ſine ſimilitudine, & vere, & cõiter, non dicet̃ niſi in omni habenti ſitũ: ſitus aũt non eſt niſi in oĩ habẽti locũ. & ideo magnitudines mathematicæ dicunt̃ habere tactũ aliquo modo adinuicẽ, cum impoſſe eſt imaginari eas eé ab ſtractas à loco: vt Mathematici abſtrahunt eas ab alijs accidentibus: cũ tñ corpus non eſt in loco, niſi ꝑ ſuas
B dimẽſiones, non ꝑ accidentia alioq;. * Locus ergo inſeparabilis eſt à corporib⁹ mathematicis, ſiue fuerint abſtracta, vt aliqui dicunt in ſermone, & in eſſe, ſiue fuerint abſtracta in ſermone tantum. Sed tactus †, qui dicitur in mathematicis, dr̃ ſm poſterius à vero tactu, ſm ꝙ eſt in naturalib⁹. Dictũ eſt enim in Phyſicis in diſtinctione, & deſcriptione contangẽtis, ꝙ eſt duorum corporum, quorum termini ſunt inſimul. Simul autem eſt ſitus duorum corporũ, quæ ſunt inſimul: & ex neceſſitate ſitus eſt locus, propter quod neceſſe eſt cõtangentia eé in loco. Et, quia modi primi loci ſunt ſurſum, & deorſum, neceſſe eſt vt cõtangentia in illo loco ſint aut ſurſum, aut deorſum: ergo aut grauia, aut leuia, aut vtrũq;, aut
C alterum eorum. & manifeſtum eſt ꝙ huiuſmodi corpora ſunt agentia, & patientia adinuicem. contangibilia ergo in rei veritate ſunt, quorum vltima ſunt ſimul, & ſunt agentia, & patientia adinuicem.

*Locꝰ inſeparabilis ẽ a corpib⁹ mathematicis. Idem 4. Phy. cõ. 47. & 76 Sed vide oppoſitũ. 1. Cœ. t. c. 68. vbi habet ꝙ oĩa corpa, q̃ ſunt in loco, ſenſibilia ſunt. Vide cõt. Zim.

†Tactꝰ, q̃ ẽ i mathematicis dr̃ ſm poſterioꝝ a vero tactu, qui eſt in naturalibus.

Quoniam autem mouens nõ ſimiliter mouet quod mouetur, ſed hoc quidẽ neceſſe eſt motũ & ipſum mouere, hoc autem im D
mobile exiſtens, manifeſtum eſt ꝙ in faciente dicemus ſimiliter. Etenim mouens facere aliquid inquiunt, & faciens mouere. ſed tñ differunt, & oportet determinare. Non enim poſſibile eſt mouens omne facere, ſi faciẽs opponemus patienti. hoc aũt, in quibus motus paſſio. paſſio autem eſt, ſm ꝙ alteratur ſolũ, vt albũ, & calidũ. ſed mouere in plus eſt Mouere ẽ ĩ plus, quã agere.
ipſo facere. Illud igitur manifeſtum eſt, ꝙ eſt quidem vt mouẽ
E tia mobilia tangãt, eſt autem vt nõ. Sed determinatio ipſius tangere vniuerſaliter quidẽ eſt poſitionem habentiũ, & huius quidem motiui, huius autem mobilis, adinuicem autem motiui, & mobilis, in quibus exiſtit facere, & pati. eſt igitur vt plurimum tangens, id, quod tangit, tangẽs: etenim mouent, mota omnia ferè, quæ corã ſunt, quibuſcunq; neceſſe, & apparet tangens tangere quod tangit. Eſt autẽ, vt aliquando inquimus, mouens tangere ſolum id, quod mouetur, F
quod autẽ tangitur, non tangere quod tangit. ſed quia mouent mota ea, quæ eiuſdẽ generis, neceſſe videtur eſſe quod tangitur tãgere. Quapropter, ſi quid mouet, immobile exiſtẽs, illud quidem tanget ipſum mobile, illud autem nihil. inquimus enim aliquando triſtantem tangere nos, ſed nos nõ eum. De tactu igitur, qui in naturalibus, determinatũ ſit hoc modo.

45 Mouens aũt existimatur idẽ esse cum agente, & motũ cum patiente. &, dr̃ à quibusdã ꝙ mouens inueniť duobus modis, aut mouẽs & immobile, aut mouens mobile: & agens ẽt inuenitur duob⁹ modis: ergo omne mouens est agens, & oẽ agẽs est mouens. Et non est ita: immo mouens est generalius agente. Agens enim ẽ illud, quod facit passionẽ, aut passiuam qualitatem, ſ. alterationem. & hoc necesse est, quia agens est oppositum patienti, patiens aũt est in alteratione, & nõ est necessarium vt oẽ mouens faciat alterationẽ. &, quia tactus est in rei veritate in agentib⁹, & patiẽtibus, necesse est vt quędam mouentia tangant, & quædam nõ.

Mouens ẽ gñalius agente. Idẽ 12. Met. c. 23. & 3. Phy. c. 3.

Tact⁹ dr̃ i reb⁹ nãlib⁹ cõiter, & ꝓprie.

Sed tñ etiam tactus dicitur in rebus naturalibus cõiter, & proprie. Dicitť enim cõiter de duobus corporibus, quorũ vltima sunt insimul, & quorũ alterum sit mouens, & alterꝫ motũ quolibet modo motionis. Et dicitur proprie de illis, quorũ alterũ agit, & alterum patitur. Et iste modus ẽt dicitur cõiter, & proprie. Dicitur enim cõiter, cum vnum eorum agit & alterum patitur. Et dicitť proprie, cum vtrunq; agit, & patitur. & iste est tactus, qui dicitur ſm prius, & manifestum est in reb⁹, quę sunt apud nos. Et propter hoc possibile est dicere ꝙ hæc est dispositio omnium tangibilium ex corporib⁹ naturalibus. & non est ita: qm̃ corpus cœleste tãgit ea, quæ sunt apud nos, agendo tamen non patitur. Corpus igitur cœleste dicitur tangẽs primo modo, scilicet cum alterum duorũ corporum egerit, & alterum duorũ passum fuerit. Sed, quia omnia consimilia in genere, ſ. quorum subiectum est vnum omni modo, non

Tact⁹ proprie dict⁹ est dupl̃r cõiter, & proprie.

agunt nisi patiendo, existimat etiã ꝙ ita sit de omnibus rebus. Declaratum est igitur ex hoc sermone ꝙ tactus ſm rei veritatẽ non est, nisi in rebus, quæ patiunť adinuicẽ, & ꝙ, si aliquid est agens, & non patiens, dr̃ tactum, & agens nõ dicitur tangẽs, nisi per similitudinẽ. qm̃ tactus, qui est ſm comparationem, necesse est vt vocet ea in rei veritate, quorum vtrunq; est tangens, & tactum. Hæc est igitur intẽtio tactus in rebus naturalibus de actione, & passione.

Antiquorum opiniones, quæ sint ea, quæ agunt, & patiuntur, ac earum confutatio. Cap. 3.

DE ipso aũt Facere, & Pati dicendũ cõsequenter. Suscepimus enim à prioribus subcõtrarios adinuicẽ sermones. Multi enim concorditer hoc dicũt, ꝙ simile quidem à simili oẽ impassibile est, propterea ꝙ nõ magis actiuum, qm̃ passiuum sit alterũ altero. oĩa enim silr̃ existunt eadẽ similibus. Dissimilia aũt, & differentia facere, & pati ad inuicem nata sunt. etenim qm̃ minor ignis à maiori corrumpitur, ꝓp cõtrarietatem hoc inquiunt pati. contrarium enim esse multum pauco.

Sil̃e nõ patiť à sil̃i. Idẽ infra t. c. 48. & 1. Cœ. c. 20

Dixit sermones Antiquoꝝ de naturis rerũ actiuaꝝ, & passiuarũ sunt duo contrarij. Vnus enim eorũ est, ꝙ actiua, & passiua sunt cõtraria, & diuersa, non consimilia. Omnia enĩ aut cõsimilia sunt, aut contraria: cõsimilia autem impole est vt agant, aut patiantť adinuicem: qm̃ neutrũ eorũ est dignius vt agat, aut patiatť ab altero. Dicunt autem, & si aliquis oppo-

oppoſuerit nobis, dicẽdo ꝙ videm⁹ ignem magnum extinguere paruũ, qui sunt consimiles, dicemus ꝙ hoc non contingit, nisi propter contrarietatem in quãtitate: magnũ enim est contrarium patuo.

Democritus.

Democritus autẽ vltra alios proprie dixit solus. inquit enim idẽ, & simile esse faciens, & patiens. non enim contingere altera, & dr̃ia pati abinuicem. Sed, si altera existentia faciunt aliqd adinuicem, non ſm ꝙ altera, sed secũdum ꝙ idem aliquid inexistit, sic accidere hoc eis. Quæ igitur dicuntur, hæc sunt.

47 Secundus aũt sermo contrarius est isti, quẽ Democritus solus dicebat, & est ꝙ actiua, & passiua sunt cõsimilia. & signum eius est, ꝙ impossibile est ꝙ contraria patiantur adinuicem. contrarium enim non recipit suũ cõtrarium, v. g. ꝙ calor nõ recipit frigus, neq; frigus caloreꝫ: ergo hæc, quæ passiua, sunt consimilia actiuis, & cõuenientia, & ecõuerso.

Videntur aũt hoc modo dicẽtes subcõtraria apparere dicere. Causa aũt cõtrarij sermonis est, qm̃, cum oporteat aliquod totũ inspicere, partẽ aliquam dicunt ambo. Simile enim, & oĩ quaꝫ indifferens rationabile est non pati à simili aliquid. Cur enim magis alterũ erit actiuum, qm̃ alterum? Atꝫ, si à simili pati aliquid possibile est, & ipsum à seipso. Proinde, his ita se habentibus, nihil vtiꝫ erit aut incorruptibile, aut immobile, si simile, ſm ꝙ simile, actiuum. ipsum. n. seipsum mouebit omne.

Si silr̃ à simili pateret, idẽ a seipso pati posset.

Dixit, Isti igiť sunt sermones Antiquorum in hac opinione, & argumenta eorũ. & causa cõtradictionis eorũ est, quia nõ consyderauerunt rem ex vtraq; parte, sed isti consyderauerunt istã partẽ, & illi aliam. & ideo sermo vtriusq; ẽ verus ſm partem, & falsus ſm aliam. qm̃, cũ cõsyderatũ fuerit de hoc, inueniť ꝙ res agit in aliã rem, inquantũ est cõtraria, & patiť, inquantũ est similis. Impole enim est vt aliqd agat ĩ aliud, ſm ꝙ est silr̃. qm̃, sicut Antiqui dicebant, nullum eorũ est dignius agere in alterum, q̃ alterum. &, si silr̃ ageret in silr̃, tũc res ageret in seipsam. Et, si ita esset, nihil esset incorruptibile, & immobile: omne enim moueret se, & corrumperet se. Et, cum res non agit, ſm ꝙ est similis, necesse est vt agat, ſm ꝙ diuersa.

48 D

E

Et omnino alterum, & nullatenus idem, similiter, nihil enim patietur albedo à linea, aut linea ab albedine, præterquam secundum accidens, puta, si accidat albam, vel nigram esse lineam. nõ enim *extrudunt seipsa à natura, quæcunqꝫ neqꝫ cõtraria, neqꝫ ex contrarijs sunt.

Dissilr̃ a oino diſ. mili no. patl.

*a. l. seinuicem à nã immutãt.

F

Et silr̃ videtur ꝙ non patitur res, ſm ꝙ est dissimilis. dissimilia enim si paterentur adinuicẽ, quodlibet pateretur à quolibet. Et manifestũ est ꝙ quidlibet non patitur à quolibet. albedo enim non põt pati à linea, neq; linea ab albedine: nisi accidentaliter, si linea fuerit nigra. Et, cũ ita est, nihil patiť, nisi ab eo, qd̃ est silr̃. Determinatũ est igiť ex hoc ꝙ actiuum, & passiuum vno modo sunt similia, & alio modo dissimilia.

49 Dissilr̃a, si pateréť ab iuicẽ, tũc quodlibet pateréť à quolibet.

G *Quid ſit ipſum Agere, & Pati. Quæ ſint ea, quæ vere agunt, & patiuntur: Propter quid: Et quomodo.*
Cap. 4.

SEd qm̃ non quodcunq; natum eſt pati, & facere, ſed quæcũq; aut cõtraria ſunt, aut contrarietatem habent, neceſſe eſt & patiens, & faciens genere quidem ſimile eſſe, & idẽ, ſpecie autem diſsimile, & cõtrarium. natũ enim eſt corpus quidem à corpore, ſapor autem à ſapore, color vero à colore pati: H oĩno aũt quod eiuſdem generis ab eo, quod eiuſdem generis.

Neceſſe é patiés, & faciés idẽ gñe eſſe, ſpẽ vero cõtraria.

50 Et, cũ conſyderauimus actiua, & paſſiua, apparet nobis q̃ ſint cõtraria. nihil enim extrahit aliq̃d à ſua natura, niſi ſit contrariũ. & ideo nõ patitur quidlibet à quolibet. &, cũ actiua, & paſſiua ſint cõtraria: & cõtraria ſunt ſimilia in genere, & diſſimilia in ſpecie: neceſſe eſt igitur vt actiua, & paſſiua ſint ſimilia in genere, & diſſimilia in ſpecie. Quòd autem actiua, & paſſiua ſunt cõtraria, manifeſtum eſt ratione, & inductio I ne. corpora enim non compatiunt, niſi à contrario corpore, vt ignis generatur ab aere, & ſapor à ſapore cõtrario, & color à colore contrario.

Cã actiõis é cõtrarietas, & cã receptiõis eſt genus cõe.

Cauſa aũt receptionis eſt genus cõe eis, & cauſa actionis eſt cõtrarietas. & non tantũ ipſa propoſitio, dicens q̃ actiua, & paſſiua ſunt cõtraria, eſt vera, ſed etiam ſua cõuerſa videtur eſſe vera. Cum enim poſuerimus q̃ contraria ſunt ſimilia in genere, & diſſimilia in ſpecie: & q̃ conſimilia in genere, & diſſimilia in ſpecie ſunt actiua, & paſſiua: cõcludetur ex hoc q̃ contraria, & ea, quę ſunt inter ea, ſunt actiua, & paſſiua. Et hæc declaratio, quamuis non det fidem per ſe ſimpliciter, cum ſit circularis, tamen dat nobis, ſicut dixit Alexander aliquam fidem. K

Huius aũt cauſa eſt, q̃ contraria in eodẽ genere ſunt omnia. faciunt autem, & patiuntur cõtraria abinuicẽ: quapropter neceſſe eſt, aliquo quidẽ modo eadem eſſe & faciẽs, & patiens, aliquo autem modo altera, & diſsimilia abinuicem. Qm̃ autem faciens, & patiens genere quidem eadẽ, & ſimilia, ſpecie vero diſſi L milia, talia aũt cõtraria ſunt, manifeſtum eſt q̃ actiua, & paſſiua adinuicẽ ſunt contraria, & media. etenim omnino generatio, & corruptio in his. Ideo & rationabile iã ignem calefacere, & frigidum infrigidare, & oĩno actiuum aſsimilare ſibiipſi patiens. faciens enim, & patiens contraria ſunt: & generatio in contrarium. quapropter neceſſe eſt patiens in faciens tranſmutari. ſic enim erit in contrariũ gñatio. M

Quoniam autẽ contraria actiua 51 ſunt, & paſſiua, manifeſtum eſt ex hoc, q̃ contrarietas rerum eſt cauſa generationis, & corruptionis earũ. & ideo ignis calefacit, & frigus infrigidat: & vſr, quia actiuum, & paſſiuum vno modo contrariũ eſt, alio modo ſimile, cõtingit vt hoc agat, & hoc patiatur. &, ſi non, non eſſet corruptio, neq; generatio.

Et ſm rationem quoq;, non eadem dicẽtes, ambos tñ eſt tangere naturã. Dicimus enim pati

qñq;

A qñq; quidem ſubiectum, vt ſanari hominẽ, & calefieri, & infrigidari, & alia eodẽ modo: qñq; aũt calefieri quidem frigidum, ſanari autem laborans. ambo autem ſunt vera. Eodem modo & de faciente. qñq; enim hominẽ calefacere inquimus, qñq; autẽ calidum. eſt enim vt materia patitur, eſt autem vt contrarium. Ad illud igitur reſpicientes, idẽ oportere habere exiſtimauerũt faciens, & patiens, ad alterum B autem, contrarium.

52 Et, quia Antiqui nõ ſciuerũt hoc ſm totum, errauerunt. & cauſa erroris eor̃ in hoc fuit, q̃ homines attribuunt actionem ſubiecto contrarij, & non contrario. &, quia ſubiectum eſt ſimile, putauerũt q̃ agens eſt ſimile. & ſimiliter attribuunt paſſionem contrario, & dicunt q̃ frigidũ calefacit, & ex hoc putauerũt iſti q̃ calor paſſio eſt contrarij.

Eandem quoq; rationẽ exiſtimandũ eſt de ipſo facere, & pati, quã & de ipſo moueri, & mouere. Dupliciter enim dicitur, et C mouens. in quo enim eſt principium motus videt hoc mouere: (principiũ enim prima cauſarum eſt:) & rurſus vltimum ad id, quod mouetur, & generationem. Similiter aũt & de faciẽte, etenim medicũ ſanare dicimus, & vinum. Primum igitur mouens nihil phibet in motu quidem immobile eſſe, in quibuſdã aũt & neceſſarium: vltimũ autẽ ſemp mouere motũ. In actione aũt primum quidẽ impaſſibile eſt, vltimũ aũt & ipſum pa D tiens eſt. Quæcunq; enim nõ habent eandem materiã, faciunt, impaſſibilia exiſtentia, vt Medicatiua. ipſa enim faciens ſanitatem, nihil patit̃ ab eo, qui ſanat̃. cibus aũt faciẽs & ipſe patitur. aut enim calefit, aut infrigidat̃, aut aliud quid patitur, ſimul faciens. Eſt autẽ Medicatiua quidem vt principium, cibus autẽ vltimum eſt, & tangens.

Quæcũq; ñ hñt eandé mãm, impaſſibilia faciũt.

Dixit, Et ſciẽdum q̃ agens bipar 53 titum eſt, ſicut mouens bipartitum eſt: qm̃ in vtroq; eorũ eſt primũ, & E vltimum. & ſicut primum mouens poſſe eſt vt ſit immobile: hoc enim declaratũ eſt in reb⁹ naturalibus: & poſtremũ mouens neceſſe eſt vt ſit motũ, ſicut primũ agens neceſſe eſt vt ſit non patiens, ſiue in artificio, ſiue in natura. v.g. q̃ corpora patiuntur ab arte Medicinæ, cũ alterantur ex ęgritudine in ſanitatẽ: ſed ars Medicinæ non patit̃ hac paſſione, cum Medicina ſit primũ. cib⁹ aũt, & medicamen, quibus ars Medicinæ agit ſanitatẽ in corpore, agit, & patit̃. Et cauſa in hoc eſt, q̃ quodcũq; agẽs, cuius materia non fuerit eadem cũ F mã patientis, neceſſe eſt vt nõ patiatur ab illo, eodẽ modo, ſm q̃ agit. & quodcunq; agens habuerit eandem materiam cum patiente, neceſſe eſt vt patiatur ab agente. Et eſt dicere eandem materiã, eam, quæ recipit duo contraria indifferenter, ſ. materia, quæ recipit calidũ, ſicut frigidũ. Materia igitur artis, quia alia eſt à materia ſanitatis, non patit̃ ab ęgritudine. materia enim ægritudinis ſunt quatuor humores, & materia Medicinæ artis anima.

G Quæcunq; igitur actiuorum non in materia habẽt formam, hæc quidem impassibilia sunt, quæcunq; aũt in materia, passibilia. Materiã enim dicimus sibi eandẽ, vt ita dicam, esse cuilibet oppositorũ, vt genus existens. potens aũt calidum esse, præsente calefaciente, & approximante, necesse est calefieri. Ideo, quẽ admodũ dictum est, factiuorũ hæc quidẽ impassibilia, hęc aũt passibilia. Et quẽadmodum in motu, eodẽ modo res sese habet H & in factiuis. illic enim primo mouẽs immobile ẽ, & ĩ factiuis primo faciens, impassibile est.

54 Et, cum necesse est vt primũ agẽs non patiatur, necesse est vt sit in nõ materia patiẽtis. & sic est de primo agente, s. corpore cœlesti, quia est in subiecto diuerso à subiecto, in quo sunt res patientes. &, si inueniat hoc agens, quod non sit in aliqua materia oĩno, necesse vt non patiatur aliquo modo, neq; essentialiter, neq; accidentaliter, cum appareat ꝙ materia est causa passionis. Causa autem I passionis consimilis est eadem mã, passionis aũt dissimilis est dissimilitudo materiæ, & causa agens est similis causæ mouenti aliquo modo, & differt ab ea alio modo.

Mã est eã passionis. idẽ. 2. huius. t. c. 53.

Est enim effectiua causa, vt vn de principiũ motus: cuius autẽ gratia, nõ effectiua. Ideo sanitas non est effectiua, nisi fm translationem: etenim facientis, cũ inerit, generat aliquid ipsum patiens. habitibus aũt præsentib⁹, nõ amplius generatur, sed est iã, formæ aũt, & fines habitus qui K dam sunt: materia autem, fm ꝙ materia, passiuum. Ignis igitur habet in materia caliditatẽ. si autem aliqua esset separata caliditas, hæc nihil vtique pateretur. Hanc igitur forsitan impoſe est separabilem esse. si autem sunt quædam talia, in illis vtiq; erit, quod dicitur, verum. Quid igit̃ sit facere, & pati, & quibus insit, & quare, & quomodo, determinatum sit hoc modo.

Vide cõt. 2 m.

Habitũbus pñtib⁹ nõ ampli⁹ generat̃, sed iam est.

Causa aũt agẽs, in eo ꝙ est agẽs, 55 alia est à causa, pp quã agit agens, s. L forma. & ideo æquoce dr de eis hoc nomen causa: causa enim agens differt à formali in hoc, ꝙ agens, cũ fuerit, erit forma, & erit in patiente: sed forma, cũ fuerit, nihil fiet in patiẽte. Causa aũt materialis differt ab istis in hoc, ꝙ recipit formam, vt prima mã recipit formam ignis. Si igitur aliqua forma fuerit abstracta. v. g. calor abstractus, quamuis impassibilis est à calore, in eo ꝙ est calor, necesse est vt sit agens, non patiens aliquo modo, & ꝙ nõ habeat causam agentem, nisi æquiuoce.

Cã æquiuoce dr ꝺ agente, & fine. Cã agẽs, & formalis differunt.

M

Variæ adducuntur Antiquorum opiniones, quo pacto fiant Agere, & Pati, earumq; examinationes, ac confutationes. Cap. 5.

QVomodo autẽ põt hoc accidere rursus dicam⁹. His igit vr̃ pati vnũquodq; per quosdam meatus, ingrediente faciente vltimo, & pricipalissimo: & hoc modo videre, & audire nos inquiunt, & fm alios sensus sentire omnes.

Amplius

A Amplius videri per aerem, et aquã, & per transparentia, quia meatus habẽt, inuisibiles quidẽ pp paruitatem, spissos autẽ, & fm ordinẽ: et magis habere transparentia magis. Hi igit̃ in quibusdã determinauerunt ita, quẽ admodum & Empedocles, non solum in patientibus, & facientibus, sed & misceri ea inquiũt, quorumcunq; meatus adinuicem sunt commensurati.

Empedocles.

56 Quidam aũt Antiqui dicebãt ꝙ B actio, & passio nõ fiunt in reb⁹, nisi fm ꝙ in eis sunt foramina, per quæ agens transit. Dicuntetiã ꝙ hoc modo passio fit sensuum. non enim videmus, nisi quia visus pertransit in aere, & aqua, & in corporib⁹ diaphanis per foramina existẽtia in eis. sed hæc foramina non videntur ꝓpter paruitatem eorum, & sunt bene ordinata, & cõiuncta, & sunt multa in corporibus diaphanis. Et quidã eorum volunt dare causam in hoc eorum, quæ apparent in rebus naturalibus ex hoc. foramina enĩ apud eos sunt causa passionis, & mixtionis, & C augmenti. & vnus eorum est Empe. Sed isti non processerant per vnam viam in dando oĩa, quæ apparent in rebus naturalibus ex trãsmutationibus, vt gñatione, & corruptione, & alteratione. foramina enim impoſe est vt sint causa istarũ transmutationum, s. generationis, & alterationis.

Via autem maxime & de omnibus vno sermone determinauerunt Leucippus, & Democritus, principiũ cum fecerint fm naturam quod est. Quidã enim. Antiquoru opinati sunt ex necessitate ens vnum esse, & im- D mobile: vacuum enim esse non ens: moueri autẽ non posse, non existente vacuo separato. * neq; rursus multa esse, non existente segregante.

* a. l. addit plenũ enĩ solũ ens.

Illi aũt, qui ꝓ viam vnã procedebant, & volebant dare hoc, eodẽ modo, sicut Leucippus, & Demo. quidicebant partes esse indiuisibiles. ilt enim dare volebant causas omni apparentiũ in rebus sensibilibus ex opinione eorum in elementis, quæ sunt corpora indiuisibilia. & hoc cõ sequebatur eos in omnibus rebus, si verum esset illud, quod existimabãt E de elementis. Sed alij, sicut Parmenides, & Melissus negauerunt omnia sensibilia, & dixerunt ꝙ omnia sunt vnum, & immobile.

Hoc aũt nihil differre, sic quis existimet non continuũ esse vniuersum, sed tangere diuisim ab eo, quod est dicere fore multa, et nõ vnũ esse, & vacuum. Si enim omniquaq; diuisibile, nihil esse vnum. quapropter neq; multa, sed vacuum oẽ. Si aũt tum quidem, tum aũt non, figmento ali cui hoc vtiq; assimilari. quousq; F enim, & pp quid ipsius totius hoc quidẽ ita se habet, & plenũ est, illud aũt diuisum? Amplius sibi dicere necessariũ nõ esse motum. Ex his igitur rationibus, transcendentes sensum, & despicientes eũ, ac si conueniat rõnẽ sequi, ipsum oẽ esse vnũ, & immobile. & infinitũ quidã dicũt. finẽ enim finire vtiq; ad vacuũ. Hi ergo ita, & propter has causas enunciauerunt de veritate.

58 Ratio aũt, quæ eos mouit ad hoc
G credendum, est ista. Dixerunt enim si entia sunt plura, & mobilia, necesse est esse vacuum. impossibile enim est vt aliquod moueat, nisi sit vacuum. & si fit multitudo impossibile ẽ vt sit, nisi vacuum sit. dicunt & indifferenter siue multa diuisa fuerint abinuicẽ, aut contangentia se, aut fuerint multa fm receptionẽ dimẽsionis. in quo libet enim istorũ modo contingit vacuum esse. Distincta enim non distinguunt, nisi per vacuum, quod ẽ inter ea: & si fit contangentia nõ fuerunt oĩno contangentia, nisi pp va-
H cuum, quod est inter ea, vt dicunt. Continuum enim impossibile est vt diuidat in multa, nisi totum sit vacuũ. cõtinuum enim si fuerit diuisibile, erit diuisibile fm totũ. Nihil enim est dicere q̃ est diuisibile fm partem vnã, & nõ diuisibile fm aliam: quia nullus potest dicere quæ pars est diuisibilis, & quæ nõ. neq; ẽt potest dicere q̃ hoc est diuisibile, quia est vacuum, & hoc est indiuisibile, quia ẽ plenũ. &, si fuerit diuisibile fm totũ, nihil remanet indiuisibile. Necesse est igit tunc vt totum sit vacuũ, & q̃
I multitudo non sit. qm, cum vnitates non fuerint, non erit multitudo, nisi sit vacuũ: sed vacuum non est: ergo multitudo, & motus nõ sunt. Igitur isti dimiserũt sensum pp tales rationes. opinabant enim q̃ magis deberemus consequi rationẽ, q̃ sensum.

Amplius aũt in rõnibus quidem videnť hæc contingere, in rebus aũt demẽtiæ simile est opinari ita. nullum enim dementiũ egredi tantum, vt ignẽ vnũ esse existimet, & glaciem: sed solum bona, & apparẽtia propter assuetudinem, hæc quibusdam pp̃ de K
mentiã nihil videntur differre.

Et tales sermones sunt similes alie 59
nato. alienatus enim nunq̃ dicit q̃ ignis, & glacies sunt vnũ. sed magis qđ ei cõtingit est, q̃ ea, quæ sunt opinabilia fm consuetudinẽ vt sint mala, credere q̃ sint bona, non reputare hoc ex ipsis sensibilibus.

Leucippus autẽ existimauit habere rationẽ, quæ ad sensum Leucippus
confessa dicentes, non destruent neq; generationem, neq; corruptionem, neq; motũ, & multitudinẽ entium. confessus aũt hæc L
quidẽ apparentibus: constituentibus aũt vnum, vt non existat motus sine vacuo, vacuũq; non ens, & entis nihil non ens inquit esse. quod enim proprie ens omniplenum existens. sed esse tale, non vnũ, sed infinita multitudine, & inuisibilia propter paruitatẽ molium. hæc aũt in vacuo ferri. vacuum enim esse. & congregata quidẽ generationem facere, dissoluta aũt corruptionẽ. facere aũt, & pati, fm q̃ existunt tangentia. secũdum enim id, nõ M
vnum esse. & composita, & circumplicata, generare.

Leucippus aũt conuenit cum eis 60
in continuatione præcedentis, & cõsequẽtis, s. q̃, si motus, & multitudo sunt, vacuum est. sed contradicit eis in hoc. dicentes enim oĩa esse vnum, destruunt consequens, & concludũt oppositum antecedentis. Leucippus vero confirmat præcedens, quod est manifestũ sensui, & cõcludit vacuũ esse. & ideo existimauit q̃ habuit sermones in dando causas istarũ rerũ, cum

A cum quibus non destruxit generationem, & corruptionem, neq; motum, neq; multitudinem, neq; aliud sensibilium. Et, cum Leuci. conueniat cum eis aliquantulum in reb⁹, ex quibus concluserunt vacuum nõ esse, dixit q̃ vnũ principiũ est illud, in quo nõ est vacuũ, sed totũ est plenum, & sunt corpora indiuisibilia.

Ex vno autem fm veritatem non vtiq; generari multitudinẽ, neq; ex vere multis vnũ: sed esse Empedo-
cles. hoc impossibile. Sed vt Empedocles, & aliorum aliqui inquiB unt pati per meatus, ita & omnẽ alterationem, & omne pati hoc modo generari per vacuum, facta dissolutione, & corruptione. similiter autem & augmentatio
*a.l. soli-dis. ne, subintrantibus *alĩs.

61 Dixit, Et ideo possibile ẽ vt ex vno in rei veritate sit multitudo, aut ex multitudine vnũ. & ideo entia apud ipsum non sunt vnum in rei veritate, sed in eo sunt partes infinitæ, ambulantes in vacuum, & latentes propter paruitatem suam. & ex hoc mõ cõuenit Leucippus cũ dicẽtibus ens esse vnum, in alio aũt cõtradicit eis.
C Causam aũt gñationis, & corruptionis, & actionis, & passionis, & augmenti, & alterationis dat Leucippus ex corpibus indiuisibilibus ambulãtibus in vacuo. Dicit. n. q̃, cũ istæ ptas fuerit congregatæ, & conglutinatæ, erit gñatio: &, cũ diuiduntur, erit corruptio: & cum cõtangent se, erit actio, & passio: &, cum mutauerint ordinẽ, & situ, erit alteratio: &, cũ penetrant se, erit augmentũ: & in omnibus istis necesse est esse vacuũ. & ideo iste non reputat vacuum eẽ principale, sed corpus indiuisibile.

Ferè autem & Empedoclem D
necesse est dicere, vt & Leucippus inquit. esse enim quædam solida, sed indiuisibilia, nisi omniquaq; meatus continui sint. hoc autem impossibile est: nullum enim aliud solidum erit p̃ter meatus, sed vniuersum vacuum. Necesse est igitur tangentia quidem esse indiuisibilia, intermedia autem eorum vacua, quos ille dicit meatus. Ita autẽ & Leucippus dicit de ipso facere, & pati. Modi igitur, secundũ quos hæc quidem faciunt, hæc E
autem patiuntur, ferè hi dicuntur. & de his quidem, & quomodo dicunt, manifestum est. Et ad eorum positiones, quibus vtuntur, ferè confesse videtur id, qđ accidit, alĩs aũt minus. vt Empedocli quonam mõ erit generatio, & corruptio, & alteratio non est manifestum. His enim sunt indiuisibilia prima corporum, figura differentia solum, ex quibus primis componuntur, & in quæ vltima dissoluuntur. Empedocli autem alia qui- F
dem manifestum est quòd vsq; ad elementa habẽt generationẽ, & corruptionẽ. ipsorũ vero horũ quomodo generatur, & corrũpitur coaceruata magnitudo, nec manifestũ est, nec contingit dicere ei, non dicenti & ipsius ignis elementum esse. similiter autem & aliorum omnium, vt in Timæo scripsit Plato.

Et vlr, sicut illi dicũt causas actio 62
nis, & passionis, & augmẽti ex foraminibus,

C ſunt ſicci,& tn̄ lenes.& forte hoc voluit dicere Alexan. Quia autem videmus contrarietates iſtius generis, aut actiuas,aut paſſiuas,aut neutras: neutras autem impoſſibile eſt eẽ differentias elementorum: actiuas aũt videmus reduci in illas quatuor,ſ.in calorem,frigorem,humidum,& ſiccum,& manifeſtum eſt de iſtis quatuor,qm̃ non redduntur adinuicẽ: manifeſtum eſt ꝙ iſtę quatuor qualitates ſunt differentiæ priorum corporum.&,cum iſtæ quatuor non inueniantur,niſi coniunctæ, manifeſtum ꝙ numerus corporum,quorũ D iſtæ ſunt formæ, eſt ſm numerum compoſitionũ plutium ex iſtis qualitatibus primis.

Digreſſio. qua quærit vtrũ raritas,& dẽſitas collocatur ſub graui: & leui, aut ſub duro, & molli.

Raritas,et denſitas ſunt qualitates, non actiuæ,cõſequentes calorẽ, & frigus. Idem. 7. Ph.cõ. 15.

Quot ſint qualitatum primarum coniugationes: Quotuſque Elementorum numerus, Quaternarius ſcilicet. Cap. 3.

QVoniam autẽ quatuor elementa ſunt, ipſorum autem quatuor ſex coniugationes: contraria autem nõ nata ſunt coniungi:(calidum.n. & frigidum eſſe idem, & rurſus humidum,& ſiccum impoſſibi E le eſt:) manifeſtũ eſt ꝙ quatuor erunt elementorum coniugationes,calidi & ſicci,& calidi & humidi,& rurſus frigidi & ſicci,et humidi & frigidi.Et ſecuta ſunt ſm rationem ſimplicia apparentia corpora,& ignẽ,& aerem,& aquam, & terram. (Ignis enim calidus,& ſiccus eſt, Aer autem calidus,& humidus: velut euaporatio enim, aer:Aqua autem frigida,& humida,Terra autem frigida,et ſicca). vt ratiõabiliter diſtribuantur differẽtiæ primis F corporibus, & multitudo eorũ ſit ſecundum rationem.

16 Coniugationes autem, ſiue compoſitiones, quæ fiunt ab iſtis, ſunt ſex,duæ impoſſibiles, ſ. calidum, & frigidum,humidũ,& ſiccũ, & quatuor poſſibiles ſiccũ,& calidum,&c. quapropter manifeſtũ eſt ꝙ numerus elementorum eſt quatuor. Et ad hoc inducit nos ſermo, conueniens ei,quod videtur in iſtis corporibus, ſ.in aqua,& igne,aere,& terra. Ignis eſt calidus,& ſiccus Aer calidus,& humidus:

G midus: qm̃ est, quasi vapor: Aqua frigida, & humida: Terra frigida, & ſicca. quapropter neceſſe eſt vt iſta quatuor ſint elementa, non quædam eorum, ſicut faciunt multi Antiquorum.

Omnes.n. qui ſimplicia corpora elementa faciunt, hi quidem vnum, hi aũt duo, hi autẽ tria, hi autem quatuor faciunt. Quicunq; igitur vnũ ſolum dicunt eſſe, deinde denſitate, & raritate alia generant, his contingit duo facere principia, et rarũ,
H & denſum, aut calidum, & frigidum. hęc.n. quæ operãtur: vnũ autem ſupponitur, quemadmodum materia.

17 Nam facientes iſta corpora prima eſſe elementa diuerſati ſunt in numero, hi quidem eorum faciunt vnum elementum, hi autem duo, hi autẽ tria, hi aũt quatuor: tamen omnes dicunt q̃ non ſunt plura. Facientes igitur vnum elementum inde generant omnia alia ſecundum denſitatem, & raritatem. contingit ergo eis neceſſario dicere duo elementa. quoniam, qm̃ faciunt denſi-
I tatem, & raritatem, neceſſario faciunt caliditatem, & frigiditatem: &, cum duę contrarię ſunt actiuę, oportet quòd ſubiectum ſit paſſiuum, & quòd ſit in potentia.

Pro illa opinione vide. 1. Ph. t. c. 55.

Vide. 1. Phy. 41.

Qui autem mox duo faciũt, vt Parmenides ignem, & terrã, intermedia miſturas faciunt horum, vt aerem, & aquam.

18 Facientes aũt duo, vt Parmenides, ignem, & terram, ponunt medium inter duo contraria, & admixta ex duobus extremis, ſ. aerem, & aquam. Similiter etiã faciunt po- K
nentes tria. medium.n. ponunt mixtum, & ex duobus extremitatibus. Iſti enim ſunt, qui cũ igne, & terra ponunt aerem, & aſſimilantur Platoni, ponẽti tria principia, paruum, & magnum, & vnum.

Similiter autem et qui tria di Plato.
cunt, quẽadmodum Plato in diuiſionibus. medium.n. miſturam facit. Et ferè eadem dicunt, & qui duo, & quia tria dicunt, præterquam q̃ hi quidẽ in duo diuidũt medium, hi aũt vnũ ſolum faciunt. Quidam autem et L
mox quatuor dicunt, vt Empe- Empedocles.
docles. congregat aũt & hæc in duo. igni.n. omnia alia opponit.

Ponentes aũt vnum, & ponentes 19
tria conueniunt in hoc, inquantum ponunt duo extrema, & mediũ: ſed ponentes duo faciunt duo media: ponentes aũt tria, faciunt vnum medium, & omnes iſti ponũt vnam cõtrarietatem, & ſubiectum illi. Faciẽtes aũt quatuor, vt Empedocles, reducunt ipſa in vnam contrarietatẽ, ſcilicet in duo cõtraria. nam ipſe ponit ignem vnum contrarium, alia M
aũt reſidua ſm, & contrariũ. Omnes ergo iſti non procedunt vltra numerum quatuor, & ponunt differẽtias eorum tangibiles contrarias: quapropter hæc corpora non ſunt prima elementa, quoniam nõ ſunt ſimplicia, ſed compoſita.

Non eſt autem ignis, & aer, & vnũquodq; prędictorũ ſimplex, ſed mixtum. Simplicia autem, talia quidem ſunt, non tamen eadem. vt quod ſimile igni eſt, igneũ, non ignis, & qđ aeri, aereum. ſiſt autem & in alijs.

Elemen-

A Elementa aũt ſimplicia ſunt ea,
20 ex quibus componuntur iſta, & ſunt ſimilia his in qualitate, non tamen eadem. Verbi gratia quoniã illud, quod eſt ſimplex in igne, ſi aſſimilatur igni, erit hoc, ſm q̃ eſt igneum, nõ ignis: & quod ẽ ſimplex in aere, ſi aſſimilatur aeri, erit ſm q̃ eſt aereum, non aer, & ſic de alijs.

Ignis autem eſt ſuperabundãtia caliditatis, quemadmodũ et Glacies frigiditatis. Congelatio enim, & Exarſio ſuperabundantiæ quædam ſunt, illa quidem
B frigiditatis, hęc autem caliditatis. Si igitur glacies eſt congelatio humidi, & frigidi, & ignis erit exarſio calidi, & ſicci. ideo nihil ex glacie generatur, neque ex igne.

21 Et, quia Ignis eſt finis in calore, Glacies aũt finis in frigiditate: cum ebullitio eſt ignis, coagulatio autẽ eſt glacies: ebullitio aũt, & coagulatio ſunt fines in remotione: neceſſe eſt vt glacies ſit contraria igni. &, cũ glacies ſit coagulatio frigidi, & humidi, neceſſe eſt vt ignis ſit ebullitio
C calidi, & ſicci. &, quia iſta ſunt in fine, nihil generant omnino, ſcilicet glacies, & ignis. Et Alexan. dicit q̃ hoc non inuenitur, niſi in igne, qui eſt hic. a Ignis aũt, qui eſt hic in vltimo cõtinentis, non eſt in fine caliditatis, & ebullitionis: quapropter plura elementa ſunt cauſæ generationis. & ideo in hoc eſt quęſtio, de qua nos ſcrutabimur.

a Ignis, q ẽ i vltimo cõtinẽtis, ſi ẽ in fine ebullitionis. idem in cõ. 15. ſup prima gte canti-

corũ. & 4 Cœ. c. 32. & 1. cœ. 91 Sed vide oppoſitũ. tertio. cœ. c. 67. vbi hĩq̃ calor ĩ ſummo nõ repiũ; niſi ĩ ẽſſento ſimplici. idem 8 Meta. c. 5. & 4. Meteo. c. 10.

Exiſtentibus autem quatuor ſimplicibus corporibus, vtrũq; duorum vtriuſque locorum eſt, ignis enim, & aer eius, qui ad D
terminum fertur: terra autem, & aqua eius, qui ad medium. b Et extrema quidem, & ſyncera ignis & terra: media autem, & mixta magis aqua, & aer. Et vtraq; vtriſq; contraria. igni enim contraria aqua, aeri autẽ terra. hæc enim ex contrariis paſſionibus conſtituta ſunt.

Vide con. Zim.
b Ignis, & tra ſt ſyncera, aqua, & aer magis mixta. vide pro hoc. 4. cœ. com. 26.

Et, quia corpora ſimplicia ſunt 22
quatuor, ſunt duo eorum naturæ leuis, ſcilicet aer, & ignis, & duo naturæ grauis, ſcilicet terra, & aqua. leue autem in fine eſt ignis, & graue in fine eſt terra, aqua autem, & aer me- E
diocriter. & etiam vnumquodque duorum leuium eſt contrarium alteri duorum grauium. ignis autem opponitur aquæ, aer terræ. nam vnumquodq; iſtorum duorum cõtrariantur ſibi per ſuas qualitates, quibus exiſtit.

Sed tamen ſimpliciter quatuor exiſtentia, vnius vnumquodq; eſt. Terra.n. ſicca magis, q̃ frigida: Aqua autem frigida magis, q̃ humida: Aer autem humidi magis, q̃ calidi: Ignis F
autem calidi magis, quàm ſicci.

Sed vnaquæq; iſtarũ q̃tuor qua 23
litatum ſimplicium eſt in vno illorum in fine. Terra.n. ſicca magis, q̃; frigida. Aqua frigida magis, quàm humida. Aer vero humidus magis, quàm calidus. Ignis vero calidus magis, quàm ſiccus.

quapropter prima corpora ſunt quatuor.

De

G SVMMA SECVNDA.

De Elementorum generatione.

De mutua Elementorum generatione facili, atque difficili. Cap. 1.

QVoniam autem determinatum est prius ϕ simplicibus corporibus ex seinuicem generatio: simul autem & ſm sensum videntur generata (nō .n. esset alteratio: ſm .n. ipsius tactus passiones alteratio est) dicēdum est quis modus adinuicem
H transmutationis. & vtrum omne ex omni generari posibile sit, an hæc quidem posibile, hæc autem imposibile. Quòd igitur omnia nata sint adinuicē transmutari manifestū est. Generatio.n.in contraria,& ex contrariis. elementa autem omnia habent contrarietatem adinuicem, quia differentiæ sunt contrariæ. his.n. ambæ contrariæ, vt igni & aquæ. illud enim siccum,& calidum, hoc autem frigidum, & humidum. illis autē
I altera solum, vt aeri & aquæ. illud enim calidum, & humidū, hoc autem frigidum, & humidum. Quapropter vlr quidem manifestum est ϕ omne ex omni generari natum est. Iam autē ſm vnūquodq; non difficile est videre, quomodo quidem omnia ex omnibus erunt.

24 Capitulum Tertium continet in se quatuor differentias. In prima ostenditur modus generationis, & corruptionis quatuor elementorū adinuicem. In secunda ϕ non habent subiectum in actu, neq; ex eis, neq; extrinsecum prius illis. & hæc ē opinio, quam prius narrauit de Antiquis. In tertia ϕ impossibile est ϕ ex eis sit vnum, aut plura, quasi principium in generatione, scilicet vt ab eis generentur alia, & ipsa non ab eis: immo generatio reciprocatur in eis. In quarta contradicit dicentibus non solum transmutantia fieri adinuicem. D. Quia declaratum est in Tertio Cœli, & Mundi, ϕ ista corpora simplicia generantur adinuicem: &, si nō, nō eēnt generatio, & corruptio: amplius ϕ, cum generatio & corruptio eorum manifesta est sensui: generatio enim, & corruptio eorum sunt in differentijs comprehensis tactu: dicendus est igitur modus generationis eorum adinuicem. Et primo vtrum quodcūq; generetur à quocunque, aut ϕ hoc possibile, aut ϕ non. Manifestum aūt est ϕ omne ex omni pōt generari: quoniam necesse est in contrarijs adinuicem esse generationē, & transmutationem, vt declaratū est ex rebus actiuis, & passiuis: & ϕ vnūquodq; illorum habet aliquam contrarietatem cum vnoquoq;. Quædam autē contrariantur ſm differentias, quibus constituuntur, vt ignis aquæ. nā ista contrariantur caliditate, & frigiditate, & humiditate, & siccitate. sīlt aer, terræ, quæ cōtrariantur ſm humiditatem, & siccitatem, & frigiditatem, & caliditatem. Et quædam contrariantur alteri altera duarum differentiarum, vt ignis aeri. hæc enim contrariantur siccitate, & humiditate tantum. & aer, & aqua contrariantur caliditate, & frigiditate tantum, similiter aqua terræ humiditate, & sicci-
K
L
M

A siecitate. &, cum quodlibet est contrarium cuilibet, necesse est vt omne generetur ex omni. &, cum ita ē, de facili scitur modus generationis eorum adinuicem.

In hñtib⁹ cognatio. nē facilior est trāsit⁹. *εὐμβολος.

Differt autem ipso citius, & tardius, & facilius, & difficilli⁹. Quęcunq; enim habent cognationem adinuicem, velox horū transmutatio est: quęcunq; autem nō habent, tarda. quia facilius est vnum q̄; multa transmutare. Vt ex igne quidē erit aer, altero transmutato. illud.n.erat
B calidum, & siccum, hoc autē calidum, & humidū. quapropter, si vincatur siccū ab humido aer erit. Rursus aūt ex aere, aq̄ erit si vincaē calidū à frigido. illud.n. erat calidū, et humidū, hoc āt frigidū, et humidū. quapp trāsmutato calido aq̄ erit. Eodē quoq; mō ex aq̄ terra, et ex terra ignis. hñt.n. ambo ad ambo cognationē. aq̄.n. humidū, & frigidū, terra āt frigidū, & siccū. quapp victo humido terra erit. Et rurs⁹ qm̄ ignis qdē siccus, & calidus,
C terra aūt frigida, & sicca, si corrūpetur frigidum, ignis erit ex terra. Quapropter manifestum est ϕ circularis erit generatio ī simplicibus corporibus. & facillimus hic modus transmutationis, quia cognatio existit in ijs, quæ consequenter.

25 Dicamus ergo ϕ horū elementorum quatuor quædam communicant in aliqua differentia, & contrariantur in alia: & ista sunt consequētia. quædam aūt contrariantur in duabus, & sunt non consequentia: D vt ignis cum aqua, & aer cum terra. Necesse est ergo vt generatio, & corruptio sint duobus modis. generatio quidem eorum, quæ contrariantur ſm vnam differentiam, erit per corruptionem vnius contrarietatis. v.g, ignis fit aer, corrupta siccitate tantum, & remanente caliditate. & hæc est facilior generatio.

Ex igne quoq; aquam, & ex aere terram. & rursus ex aqua & terra, aerem & ignem contingit quidē generari, difficili⁹ autē, quia plurium est transmutatio. Necesse.n. est, si erit ex aqua E ignis, corruptum eē & frigidū, & humidum. Et rursus, si ex terra aer, corruptum eē & frigidū, & siccum. Similiter autem, si ex igne & aere, aqua & terra, necesse est ambo transmutari. hęc igitur tardior generatio est.

Horum autem quæ contrariantor in duobus, erit per corruptionē harum duarum differentiarū. v.g. quia ignis non fit aqua, nisi per corruptionem caliditatis, & siccitatis. & hæc est difficilior generatio, & quia etiam vnumquodq; istorum constituitur ex duabus dſijs, ſ. quarū vna ē qualitas actiua, altera aūt passiua. 26 E

Si aūt vniuscuiusq; alterū corruptū fuerit, facilis quidem erit non autem in seinuicem transitus. sed ex igne quidē, & aqua erit terra, & aer: ex aere vero, & terra ignis, & aqua. Qñ enim aquæ corruptum fuerit frigidū, ignis aūt siccum, aer erit. relinquit.n. huius quidem calidum, illius autem humidum. Qñ aūt ignis

Ex hoc sumitur ϕ ex duobus elementis sum me cōtrarijs tertiū gñari pt.

G ignis quidem calidum,aquæ au tẽ humidũ, terra. quia relinqui tur,illius quidem ſiccum,huius autem frigidum. Similiter autẽ & ex aere,et terra ignis,& aqua. qñ enim aeris corruptum fuerit calidum, terræ autem ſiccum, aqua erit. relinquitur.n. illius quidem humidũ,huius vero fri gidum. Qñ aũt aeris humidũ, terræ autem frigidũ,ignis. quia relinquitur, illius quidem cali dum, huius autem ſiccum, quæ H quidem erant ignis.

17 Et forte contiget ꝙ altera illa rũ ſit in vno elemento, & altera in altero. poſſibile etiã eſt vt ſit tertius modus generationis. & ẽ vt aliquid iſtorum generetur ex duobus, cum ex vtroque illorum corrumpitur qualitas contraria illi elemento, & remanet contrarietas propria. V.g. quoniã, cum ex igne corrumpitur ſiccitas,& ex aqua frigiditas, tunc ge neratur aer. ex igne enim remanet caliditas,& ex aqua humiditas, quæ ſunt differentiæ aeris. ſed hoc nõ cõ tingit oĩbus. non.n. contingit vnũ gñari ex duobus, niſi cum illa duo I contrariantur ſibi in duabus dr̃ijs. ex igne ergo,& aqua generantur ter ra,& aer,& ex aere,& terra generan tur ignis,& aqua.

Flamma ẽ fumus ardens.

Confeſſa autẽ & ſenſui ignis generatio.maxime.n. ignis, flã ma: hæc autem eſt fumus ardẽs: 28 fumus autem ex aere, & terra.

Generatio quidem ignis ex eis vi detur per ſenſum. flamma.n.non ẽ, niſi fumus accenſus in terra factus: fumus autem eſt aer,& terra.

In ĩjs aũt, quæ cõſequenter K ſunt,non contingit, corrupto in vtroq; altero, elementorũ factũ eſſe tranſitum in vllum corpo rum,quia relinquunt̃ in ambo bus aut eadem, aut contraria: ex neutro aũt contingit genera ri corpus. vt, ſi ignis quidẽ cor ruptum fuerit ſiccum, aeris aũt humidum, relinquit̃ in ambob⁹ calidum.ſi aũt ex vtroq; calidũ, relinquunt̃ contraria,ſiccum,& humidum. ſimiliter autẽ & in alĩjs. in oĩbus.n.ĩjs, quæ per con ſequẽtiam, ineſt hoc quidẽ idẽ, L illud autem contrarium. Qua propter ſimul manifeſtum eſt ꝙ quæ ex vno in vnum tranſeũt, vno corrupto, generantur,quæ aũt ex duobus in vnũ,pluribus.

29 Ex duobus aũt elementorum cõ ſequẽtiũ impoſſibile eſt vt aliquod eorũ generetur. qm̃,qñ ex hoc cor rumpetur aliqua dr̃ia,& ex hoc alia, remanebit eadem differentia. &, ſi ab vtroque corrumpatur eadem dif ferentia, remanebunt duæ contra riæ differentiæ. Hæc autem generatio difficilior ẽ prima, & facilior ſe M cũda. difficilior prima, qa eſt in dua bus qualitatibus. facilior ſecunda, quia, ſ. duæ qualitates, tranſmutatæ in ea, ſunt ex duab⁹ reb⁹, & ſecunda ex vna. & hæc in ſecũda ẽ corruptio duarum differentiarum, & generatio duarum dr̃iarum: in tertia autẽ corruptio duarum differentiarum, ſed non generatio duarum dr̃iarũ, ſed additio vnius amborũ, & dimi nutio ſecũdi. v.g. qm̃, cum ex aqua, & igne generatur terra, calor ignis corrumpitur, & remanet frigiditas

aquæ

A aquæ,& humiditas aquæ corrumpi tur,& remanent ſiccitas ignis.

Quod ergo omnia ex omni generantur, & quomodo adin uicem tranſitus fit, dictum eſt.

30 Declaratum eſt ergo ex hoc ſm quot modos poteſt omne generari ab omni,& ſm quot non poteſt. im poſſibile.n. eſt vnum à tribus, & vnum à duobus gñari conſequenti bus: ſed vnum ex duobus non con ſequentibus inter ſe.

Quòd Elementa non ſint naturalium
corporum materia, nec alte
B *rum alteri. Cap. 2.*

SEd tñ adhuc, & ſic conſyde rabimus de eis. Si enim eſt naturaliũ corporũ materia, vt etiã vr̃ quibuſdam, aqua, & aer,& quæ talia ſunt,neceſſe eſt aut vnum eſſe,aut duo hæc,aut plura. Vnũ itaq; oĩa eſſe non eſt poſſe,vt aerem oĩa,aut aquã,aut ignẽ, aut terrã, ſi quidem tranſ mutatio in contraria. Si enĩ erit aer. ſi quidẽ permanet,alteratio erit,ſed non generatio. Simul au C tẽ neq; ita vr̃, vt aqua ſit ſimul, & aer,aut aliud quodcũq;. Erit igit̃ aliqua contrarietas,& dr̃ia, cuius habebit aliquã alterã par ticulam ignis, vt caliditatẽ. Sed tñ nec ignis erit aer calidus. alte ratio enim tale, & non vr̃. Sit̃ aũt rurſus, ſi erit aer ex igne cali do, in contrarium tranſmutatio erit. inerit igitur aeri hoc, & aer erit frigidũ aliquid. quapropter impoſſe eſt ignẽ aerẽ calidũ eſſe. ſimul enim idẽ calidum,& frigi

Cœ.Gen.Met.cũ cõ.Auer.

dum erit. aliud aliquid igit̃, præ D ter ambo, idẽ erit, & aliqua alia materia cõis. Eadem autem eſt ratio de omnibus, ꝙ nõ eſt vnũ horum, ex quo omnia.

Et non erimus contenti in iſta cõ 31 ſyderatione tantũ, ſed inſpiciemus in hoc alio modo. Dicam⁹ ergo ꝙ, ſi aliquid naturalium corporum eſt ſubiectũ, vel materia in iſtis, neceſ ſe eſt aut vt ſit vnũ eorum quatuor, aut nullum iſtorum. Si vnum illo quatuor, ſicut quidam dicunt aerẽ, & ſibi ſimilia, neceſſe eſt vt ſit vnũ eorum, aut plura. &, ſi vnum, v.g. E ignis, aut aer, aut terra, aut remanet illud vnum, qñ ipſum tranſmutat̃, aut nõ remanet. ſi non remanet, nõ eſt vnum elementum. elementũ ve ro, inquantum elementum, natum eſt manere, cum ſit pars rei elemen tatæ. ſi remanet, contingit vt ſit in actu illa res ſubiecta. Si igit̃ aer, om nia erunt aer, ſi aqua, omnia erunt aqua. &, cum omnia tranſmutãtur, & tranſmutatio eſt in contrarium, & ſubiectum illorum cõtrariorum permanens eſt, & ens in actu, neceſſe eſt vt tranſmutatio eorum ſit alte F ratio, non generatio. & hoc eſt im poſſibile. Et etiã, ſi ignis erit ignis, & aer inſimul, qñ poſuerim⁹ aerem eſſe ſubiectum omnibus, contingit vt duo contraria exiſtant in eodem ſubiecto. qñ vtrunq; eorum tranſ mutatur in illud vnũ, quod eſt aer, & ex illo vno. & omnis trãſmutatio erit ſm duas cõtrarietates, quarum altera eſt in eo, ex quo eſt tranſmu tatio, ſecunda, in quod eſt tranſmu tatio. Ponatur ergo ꝙ illud vnum ſubiectum ſit aer, & ponatur ꝙ ſit contrarietas inter aerem, & ignem.

Elntũ, in quãtũ elñ tũ, natũ ẽ manere. vide pro hoc. 5. Met. tex. cõ. 4.

G quarũ altera eſt in igne, & altera in aere, & eſt in igne calor, in aere autẽ frigus, aut ſiccitas in igne, & humiditas in aere. quod eſt verũ. Cum ergo ignis tranſmutetur in aerem, nõ erit hoc, niſi per tranſmutationem ſiccitatis in humiditatem, cũ aer eſt humidus, & ignis ſit ſiccus. &, cũ ita eſt, impoſſe eſt quin aer tranſmutet in ignẽ. & ſi ignis ſit, & aer inſimul: contingit enim vt illud ſit humidũ, & ſiccum inſimul. quod eſt impoſſe. Et, cũ ita ſit, neceſſariũ eſt vt ſubiectum eorũ ſit aliquid in actu, & eſt materia cõis, & hoc idem contingit,

H ſi ſubiectum ſit plura vno.

Sed neq; aliud aliquid præter hęc, velut mediũ aliquod aeris, & aquæ, vel aeris, & ignis, his aũt craſſius, illis autem tenuius. erit enim illud aer, & ignis cum contrarietate: ſed priuatio alterum cõtrariorum. Quapropter non contingit illud ſolũ eſſe vnquã, vt inquiunt quidam, infinitum, & continens. ſimiliter igit quodcunq; horum, aut nullum.

32 Et ſimiliter impoſſe eſt vt aliud corp⁹ ab eis ſit, ex quo fit generatio

I illorum. v. g. corpus medium inter aerem, & aquã, aut inter aerem, & ignẽ, groſſius aere, & ſubtilius aqua, aut ſubtilius aere, & groſſius igne. Iſtud enim corpus erit aer, & ignis inſimul, aut aer, & aqua ſimul, & exiſtunt in eo duo contraria inſimul, ſicut determinatũ eſt, cum ſubiectũ fuerit vnũ eorum. Et contingit vt ſit ens, & non ens inſimul. frigiditas enim eſt priuatio caloris, & ſiccitas priuatio humiditatis. Et etiam impoſſibile eſt illud corpus mediũ eſſe aliquo tpe exiſtens p ſe, ſicut dicunt aliqui q̃ eſt per ſe, & infinitũ, & cõ- K prehendens per ſe: ergo neceſſe eſt ponere vnum illorum eſſe elementum omnibus: & tunc contingit nobis cõfiteri omnia impoſſibilia prędicta, aut ponere q̃ nullum eorum poſſit eſſe huiuſmodi.

Frigiditas ẽ priuatio caloris, & ſiccitas humiditatis Idẽ. 1. huiꝰ cõ. 18. & quæ ibi.

Si igitur nullum eſt ſenſibile prius his, hæc vtiq; erũt omnia. Neceſſe eſt igitur aut ſemp manentia, & immutabilia inuicẽ, aut quæ mutenť, & aut omnia, aut hæc quidem, hęc aũt non, vt in Timæo Plato ſcripſit.

L

Et, cum determinatũ eſt q̃ nullũ

33 corpus ſenſibile eſt prius iſtis, neceſſe eſt vt oĩa iſta ſint principia corporum ſenſibilium, & vťr neceſſe eſt dicere de oĩbus elemẽtis, aut in iſtis elementis nõ eſt tranſmutatio oĩno in vnũ, aut in eis eſt tranſmutatio: &, ſi eſt, aut erit adinuicem, ſicut dixit Plato, q̃ terra non tranſmutatur in terrã, neq; terra in eam, ꝓp triangulos reſiduos, ſm q̃ dictum eſt in libro Cœli, & Mũdi, aut erit ex quo libet in quodlibet.

Quòd igitur tranſmutari inuicem neceſſe eſt demonſtratũ M eſt prius. & q̃ non ſiťr celeriter aliud ex alio dictum eſt prius. qm̃ habentia quidem cognationem citius generantur ex ſeinuicem, non habentia autẽ tardius. Si igitur cõtrarietas vna eſt, ſm quã tranſmutantur, neceſſe eſt duo eſſe. materia enim medium eſt, inſenſibilis, & inſeparabilis exiſtens. Quoniam aũt plura videnť eſſe, duæ vtiq; erunt, quæ minimæ. Duabus aũt exiſtentibus, nõ poſſe eſt tria eſſe, ſed qua

Habentia cognationem citiꝰ gñantur.

tuo',

A tuor, quẽadmodũ vťr. tot enim cõiugationes erũt. ſex enim exiſtentibus, duas impoſſe eſt generari, q̃a cõtrariæ ſunt adinuicẽ. De his igitur dictum eſt prius.

34 Sed declaratũ eſt ſuperius q̃ neceſſe eſt tranſmutari quodlibet in quodlibet, & amplius ſm quot modos poteſt tranſmutari, & q̃ nõ ſiťr tranſmutatur ſm facile, & difficile.

Remanet aũt ad declarandum q̃ nõ trãſmutabiť quodlibet in quodlibet, ita, q̃ in eis ſit aliquod elemen

B torum reſiduorum, & tranſmutatio reſiduorum ab eo, quod ſit compoſitio, & in ipſum fit diſſolutio, ſm q̃ eſt primum omnium mixtorũ in comparatione ad elementa.

Quòd aũt, qm̃ tranſmutãtur adinuicẽ, impoſſe eſt principiũ aliquod eſſe horum, aut in extremo aut medio, ex his manifeſtum. In extremis igit non erit, qm̃ ignis, aut terra eſsẽt omnia. & eadem eſt ratio, ac ſi dicamus ex igne, aut terra eſſe oĩa. Quòd aũt neq; medium, vt vťr quibuſdam, aer quidẽ & in ignẽ tranſ-

C mutatur, & in aquam, aqua aũt in aerem, & in terrã, vltima autẽ non amplius in ſeinuicẽ. Oportet enim ſtare, & non in infinitũ ire hoc in rectitudine ad vtraq;. infinitæ enim contrarietates in vno erũt. Sit enim Terra, in quo T, Lympha í quo L, Aer, in quo A, Ignis, in quo I. Si ergo A tranſ mutatur in I, & L, contrarietas erit eorũ, quæ A I. ſint hæc albedo, & nigredo. Rurſus, ſi in L & A, erit alia, nõ enim idem L, & I, ſint aũt ſiccitas, & humiditas, s quidẽ Siccitas, Hu. aũt Humiditas. Quapropter, ſi quidẽ manet albũ, erit lympha humida, & alba. ſin autẽ, nigra erit lympha. in contraria enim tranſmutatio. neceſſe eſt igiť aut nigrã, aut albã eſſe lymphã. ſit itaq; alba primũ. Siťr igitur & ipſi I ipſum s inexiſtet, ſiccitas. erit igiť igni trãſmutatio in lymphã contraria enim exiſtit. ignis enim primũ quidẽ niger erat, deinde aũt ſiccus. lympha aut humida, deinde vero alba. Manifeſtum E itaq; q̃ oĩbꝰ ex ſeinuicẽ erit trãſmutatio. & in his, quia & T, terræ inerũt reliqua, & duo cognata, nigrum, & humidum. hæc enim nondũ coniuncta fuerũt.

D Græcis correſpõdẽt, ideo hic Lymphã pro aqua poſuimꝰ.

I. Ignis.	Nigredo.
A. Aer.	Albedo.
L. Lympha.	S. Siccitas.
T. Terra.	Hu. Humiditas.

Declaratũ eſt enim, qm̃ nõ tranſ mutantur adinuicẽ, ita, q̃ vnũ eoꝝ F ſit ſubiectũ in actu alijs. quod autẽ remanet ad declarandum eſt, q̃ nullum eoꝝ eſt elementũ alijs reſiduis, qm̃ hoc plures Antiquoꝝ inquirũt. Hi quidẽ enim dicunt q̃ elementũ eorũ eſt aliquod elementorũ extremorum, ſ. aut ignis, aut terra: Hi aũt aliquod duoꝝ mediorum, ſ. aerem, & aquam. Et dicere elementũ eſſe ignem, aut terram, ita, q̃ ignis, aut terra ſit ſubiectum eorum in actu, falſum eſt, ſicut determinatum eſt prius. quoniã in vtroq; ſermone cõtingit q̃ oĩa ſit ignis, aut terra: ſed

Vt lítæ Latinę diſtinctę, nec coincidẽtes diſtinctis elẽtoꝝ nominibus correſpondẽrent, vt etiã Græcæ

G tamen in illo ſermone contingit ꝙ oĩa erunt ignis in actu, aut terra in actu: hæc aũt erunt oĩa ignis tranſmutatus, & terra tranſmutata. Et ſiſr contingit iſta impoſſibilitas dicentibus elementũ eſſe aliquod mediorũ, aut mediũ, quod poteſt tranſmutari ĩ duo extrema: ſed extrema nõ poſſunt trãſmutari adinuicem, ſicut aliqui fingunt ꝙ aer tranſmutatur in aquã, & ignẽ, ſed ignis non tranſmutaꝫ in aquã. Videtur enim ꝙ impoſſibilis eſt modus iſte. aer. n. cũ tranſmuteꝫ in ignem, neceſſario hẽt contrarietatẽ. ſit igitur contra-
H rietas ignis ſiccitas, aeris aũt humiditas. ſiſr aũt aer, cum tranſmutatur in aquã, habet vnã contrarietatem: & iſta contrarietas neceſſariũ eſt vt ſit alia à contrarietate, quã habet cum igne: eſſet enĩ aer, aqua, & ignis idẽ. ſit igitur contrarietas aeris calor, & aquæ frigiditas: erit ergo aer calidꝰ, & humidus: ſed, quia contrariatur igni ſiccitate, neceſſe eſt vt conueniat ei, ſm ꝙ contrariaꝫ aquæ: erit ergo ignis calidus, & ſiccus neceſſario. Siſr contingit vt cum humiditate, ſm quã contrariatur igni, cõueniat aqua, cũ tranſmutatur in eam:
I erit ergo permanens in tranſmutatione, & cõiseis: & in aqua cõſiſtũt duæ cõtrarietates humiditas, & frigiditas, & iã exiſtunt in igne caliditas, & ſiccitas: quapropter neceſſe eſt vt ignis tranſmutetur in aquã. cõtraria enim neceſſe eſt vt tranſmuteñ adinuicẽ. Et, quia etiã ſm hanc opinionem elementũ eſt oppoſitũ alio rum, neceſſe eſt vt in terram tranſmutetur: ergo habet cum terra aliq̃ contrarietatẽ. Et, quia aer eſt calidus, & humidus, & contrariaꝫ aquæ in calore, igni autem in humiditate, neceſſe eſt vt cũ terra habeat cõtra- K
rietatẽ ſm duas qualitates, ſ. calidita tem, & humiditatem. terra ergo erit frigida, & ſicca. qm̃, ſi haberet cum aere contrarietatẽ ſm alteram duarum qualitatum, contingeret vt terra eſſet aut ignis, aut aqua. Si ergo corpora ſunt plura quatuor, neceſſe eſt vt cõtrarietates ſint plures in numero, maiores, ſ. duobus. neceſſe eſt enim vt vna cõtrarietas ſit ſm duplicem ſubſtantiã, & duæ ſm quatuor: & quanto plura ſunt corpora, tanto augmentabitur numerus contrarietatum. Ponaꝫ ergo ꝙ corpus quin tum opponaꝫ terræ albedine, & ni- L
gredĩe, ita ꝙ albedo, & nigredo ſint in illo corpore: quapropter hoc corpus conuenit ei in frigiditate, & ſiccitate: ergo eſt albũ, & frigidum, & ſiccũ, terra autem nigra, & ſicca. Et, quia terra conuenit in vnoquoque trium cũ eo, quod opponitur corpori quinto, neceſſe eſt vt in oĩbus ſit nigredo. ignis ergo eſt cõtrarius illi corpori quinto nigredine, & albedine. Ex hoc ergo exiſtimandũ eſt ꝙ, ſi extrema ſunt finita, & termina ta, impoſſe eſt vt extrema non tranſmutenꝫ ad inuicẽ, ſiue principium ſit alterũ mediorũ, ſiue alterum ex- M
tremorũ, quapropter neceſſe eſt vt generentur reciproce adinuicem.

Quòd in infinitum in rectum non poſſit procedere Elementorum generatio, ſed quòd neceſſario ipſa ſint finita. Cap. 3.

Contraria neceſſe ẽ ad inuicẽ trãſmutẽꝫ Oppoſitũ ſupra c. 6. Vide cõt. Zim.

QVòd autem in infinitum nõ poſsibile eſt ire, quod oſtẽſuri ad hoc prius venimus, manifeſtũ eſt ex his. Si enim rurſus ignis, in quo I, aliud tranſmutatur, & non reflectetur,

A cẽtetur, vt in P S, cõtrarietas quędam in I, & P S alia exiſtet præter prædictas. nulli enim idem ſupponitur T L A I ipſum P S. Sit ergo ipſi quidem I ipſum B, ipſi vero P S ipſum M: B ergo omnibus inexiſtet T L A I. trãſmutantur enim in ſeinuicem. Sed hoc quidẽ ſit nondum demonſtratum. ſed illud manifeſtum, ꝙ, ſi rurſus P S in aliud, alia erit cõtra
B rietas, & ipſi P S inerit, & I. ſimiliter aũt ſemper cum appoſito contrarietas aliqua exiſtet ñs, q̃ ante. Quapropter ſi infinita, & cõtrarietates infinitæ vni inexiſtent. ſi aũt hoc, non erit neq; terminatũ eſſe aliquid, neq; generari. oportebit enim ſi erit aliud ex alio, tot tranſire contrarietates, & amplius plures. quapropter in aliqua quidẽ nunquam erit tranſmutatio, vt ſi infinita media ſint. neceſſe eſt aũt, ſiquidem infinita elemẽta. Amplius aũt neq; ex aere in ignẽ, ſiquidẽ
C infinitæ cõtrarietates. Fiunt aũt & oĩa vnum. neceſſe enim oẽs exiſtere, in inferioribus quidem ipſo I eas, quæ ſuperiorum: his autem eas, quæ inferiorũ. quapropter omnia vnum erunt.

I. Ignis.	B. Bonum.
P S.	M. Malum.

36 Et, ſi aliquis dixerit ꝙ poſſe eſt ꝙ tranſmutatio ſit in eis ſm rectitudinem, v.g. ꝙ terra trãſmutaꝫ in aerẽ, & aer in aquã, & aqua in ignem, & ignis in aliquod corpus, in corpus quintũ, & quintũ in ſextum, & ſic D
in infinitũ, ſine reciprocatione: neceſſe eſt enim dicere ꝙ illud corpus quintũ, aut ſextũ reuertetur p tranſpoſitionẽ eius, quod ẽ ante ipſum. Sed tñ ponatur ꝙ hoc non ſit declaratũ adhuc, & ponaꝫ ꝙ non reciproceꝫ, quãuis ſit declaratũ hoc, & probem⁹ ꝙ eſt impoſſe ꝙ trãſmutatio procedat: qm̃, qñ fuerit manifeſtũ hoc eſſe impoſſe, neceſſario reciprocabiꝫ. tranſmutatio enim cõtinua, ſi nõ ſit recta, erit ſm reciprocationẽ. Dico ergo, ꝙ ſi ignis tranſmutaꝫ in quintũ, & quintũ in ſextũ corpus ſine reciprocatione, neceſſe ẽ vt ignis E
habeat cũ illo corpore tertiã cõtrarietatẽ cum altera duarum dr̃iarũ, quæ eſt in igne. Erunt igiꝫ in igne tres dr̃iæ, & ſiſr in vnoquoq; illorũ, quæ ſunt ante ignem. Et ponatur ꝙ dr̃ia ſecunda, quæ eſt in quinto corpore, non exiſtat in aliquo eorum, quod eſt ante ignem: &, cum fuerimus confeſſi ꝙ corpus poſtremum non tranſmutetur in aliquod eorũ, quæ ſunt ante ipſum: ſi ergo poſuerimus corpus ſextũ, contingit vt cũ quinto habeat quartam contrarietatem, cuius altera dr̃iarum eſt in
quinto, & in oĩbus, quæ ſunt ante ip F
ſum. erunt ergo in vnoquoq; quinto quatuor dr̃iæ. Similiter quanto plura erunt corpa, tanto plures erũt primæ dr̃iæ. Si ergo corpora ſunt infinita, contingit vt in quolibet illorum ſint dr̃iæ infinitæ. Et, cũ ita ſit, impoſſibile eſt vt aliquod eorũ corrumpatur, aut generetur. generatio enim non cõplebitur, niſi per acquiſitionem infinitorum. quod eſt impoſſe. Quapropter neceſſe eſt vt careant tranſmutatione omnino ex illa parte, & ex alia. quoniam, cũ

G sint infinita in duobus extremis, ne ceſſariũ eſt vt aliquid illorum non tranſmutet, niſi poſt tranſmutationem infinitorũ. & hoc nunq̃ cõplebitur. Et ét, cum contrarietates infinitæ, quæ ſunt ante illud elementũ vnum, non ſunt contrariæ infinitis, quæ ſunt poſt, neceſſariũ eſt vt ſint conuenientes. erunt ergo dŕiæ corporum, quæ ſunt ante ipſum, eędem differentijs, quę ſunt poſt. erũt ergo illa corpora eadem ſm ſpeciem. Et

H hoc cõtingit, quia,* cum duo extrema contrarianť medio, ſed in ſe nõ contrarianť, oportet ꝙ contrarienť ei eadé contrarietate: & oĩa †duo cõtraria, quæ cõtrariantur alicui eadé contrarietate, ſunt eiuſdem ſpeciei.

Quòd Elementa, cum plura ſint, non ſint immutabilia, præcipueq; aduerſus Empedoclem, huius opinionis authorem. Cap. 4.

I ADmirabitur autẽ aliquis dicẽtes plura vno elemẽta corporũ, vt non tranſmutenť inuicem, ſicut Empedocles inquit, qũo contingit eis dicere cõparabilia eſſe eĺnta. Sed tñ dicit ſic. Hæc enim æqualia oĩa. Si ergo ſm quantũ, neceſſe eſt idẽ aliquid eſſe exiſtẽs in omnibus cõparabilibus, quo mẽſuranť. vt ſi ex aquæ hæmina fuerint hęminæ aeris decẽ, idem aliquid igiť erant ambo, ſi menſurantur eodem. Si aũt non ſic ſm quantũ comparabilia, vt quantum ex quãto, ſed quantum poſſunt, velut ſi hęmina aquę ęqualiter põt infrigidare & decem aeris, & ſic ſm quantũ, non ſm ꝙ quantũ comparabilia, ſed ſm ꝙ poſſunt aliqd. erit ergo & nõ K quãti menſura cõparare & potentias, ſed ſm proportionem. v.g. vt hoc calidum, hoc album. Hoc autem, vt hoc, ſignificat in quali quidẽ ſimile, in quanto autem æquale. Incõueniens igitur vť, ſi corpora immutabilia exiſtentia, nõ proportione cõparabilia ſint, ſed mẽſura potẽtiarũ, & eiº, quod eſt eſſe ęquale calm, aut ſiťe ignis tñ & aeris multiplex. idé enim plus, quia eiuſdẽ ſit generis, talem habebit rõnẽ.

L

Et, cũ dictæ ſint opiniones dicen 37
tes, & improbatæ ꝙ quædam elemẽtorum nõ tranſmutantur in quędã, tunc incœpit magis contradicere dicentibus ꝙ nullum eorum tranſmutatur in alterũ proprie: & pp Empedoclem, quia ipſe fuit magis famoſus in iſta opinione, Dixit, Et mirandum ex dicentibus ꝙ elementa ſunt plura, & cum hoc dicentibus ea intranſmutabilia, quia ſunt æqualia in potentia. qm̃ res æquales, aut ſunt ęquales in eadẽ quantitate, aut qualitate, aut in contrarijs qualitatibus ſm proportionẽ, v.g. ꝙ hoc tũ M calefacit, quantum hoc infrigidat. ſed tñ iſta æqualitas, quæ eſt ſm proportionẽ, non eſt vere æqualitas, ſed conſimilitudo. quapropter viſum é ꝙ Empedocles non voluit dicere hunc modum ęqualitatis, & ꝙa ipſe Ariſto. redarguit ipſum, ꝙ non vtebatur hoc modo æqualitatis. Secundum enim hunc modũ æqualitatis poteſt aliquis dicere ea tranſmutabilia permanere, ſm aũt duos primos modos non. nam æqualitas, quæ eſt inter ea ſm quãtitatem, aut ſecundũ qualitatẽ,

Æqlitas, q ẽ ſm proportionẽ, nó é vera æqualitas, ſed conſimilitudo.

A qualitatem, non eſt, niſi inquãtum ſunt eiuſdem generis, & communicant in eadem materia. † [Et, cum tranſmutatio eorum ſit ſm ꝙ ſunt diuerſa, non ſm ꝙ ſunt conuenientia, non ſufficit illa æqualitas, ꝙa eſt ſm conuenientiam.] qm̃, ſi dixerimus ꝙ vnus pugillus aquæ æqualis eſt in quantitate decem pugillis aeris, hoc non erit, niſi habeant ſubiectum cõe ambobus. v.g. qm̃ extendetur, & rarefiet, fiet aer, qm̃ cõdenſatur, & conſtringitur, fiet aqua. talis aũt æqualitas non eſt, niſi ſm cõuenientiam, & non ſm diuerſitatẽ.

†Aliq codi. nõ hãt hęc ỹba.

B Et, ſi dixerimus ꝙ ſunt æquales, dicimus ꝙ ſunt æquales in cõi quantitate, vt Empe. dicit. v.g. ꝙ calor, qui é in aliqua parte ignis, ſit æqualis calori, qui eſt in decẽ partibus aeris, manifeſtum eſt ꝙ iſte modus æqualitatis non eſt, niſi inquantũ cõicant in eadem materia eiuſdẽ generis. magis enim & minus, & æquale eiuſdẽ generis ſunt. Quapropter iſte modº æqualitatis* non adiuuat in permutatione eorum. tranſmutatio enim ignis in aerem nõ eſt, niſi quia hoc ficcũ eſt, hoc aũt humidum. ergo ex hoc modo deberent dare æqualitatem inter ea, ponẽtes ea eſſe tranſmutabilia, & hęc quidem æqualitas non eſt in eis ſm totum, ſed ſm partes. quapropter nos dicimus ꝙ ſunt intranſmutabilia ſm totum, & tranſmutabilia ſecundum partes.

Magis, & minus, & æqle eiuſdem generis ſunt.

*a.l. adiuuat in permanentia eorum.

C Sed neq; augmentatio vtiq; eriti ſm Empedoclem, niſi ſm additionẽ. igne enĺ augetignẽ.
» Auget aũt terra ſuũ genus, ęthera autem ęther. Hæc autẽ apponuntur. videntur autem non ſic augeri ea, quæ augentur.

Dixit, Et cõtingũt opinioni Em- 38
pedoclis impoſſibilia plura in hoc, D
& in alijs. primo, qm̃ augmentũ ſm Empedoclem non eſt, niſi additio ſuper augmentatũ, & accumulatio. dicit enim ꝙ ignis non augetur, niſi p ignem, & terra per terrã, & æther p ætherem. & hoc non eſt augmentum, ſed additio. augmentum enim non eſt, niſi ſm alterationem.

Multo autem difficilius eſt eidem tradere de generatione ſm naturam. Ea enim quæ generantur ſm naturam, oĩa fiunt aut ſemper, aut vt multum. Ea aũt, E
quæ extra ipſum ſemp, & multum à caſu, & à fortuna. Quæntã igitur cauſa exiſtit huius, ex homine hominem, aut ſemper, aut vt plurimum, & ex frumẽto frumentum, ſed non oliuam?

Et difficilius eſt ei dicere quare 39
oĩa generabilia naturaliter, aut ſemper generãtur, aut in maiori parte. nam oẽ, quod fit caſu, quam ponit cãm eſſe propinquã generationis rerũ, raro cõtingit. Quid ergo erit cauſa vt ſemper ex hoĩe fiat homo, & ex frumento frumentum?

An & ſi ita compoſitum fuerit os. non enim vt contingit cẽ F
uenientibus aliquid generatur, quẽadmodum ille inquit, ſed ratione aliqua. Quę igitur horum cauſa? non enim ignis, aut terra.

Et quid erit cauſa in eſſendo ma 40
gnitudines terminatas in magnitudine generata ab elementis in vnaquaq; ſpecie, & ſm vnumquodq; genus? impoſſibile ẽ enim eis dare cauſam iſtius proprietatis ĩ vnoquoq; ente elementa.

G At vero neq; amicitia, neque lis. congregationis enim ſolum illa, hæc aũt ſegregationis cauſa. hoc aũt eſt ſubſtãtia, quæ vniuſcuiuſq;, ſed non ſolum miſtio, & fœdus miſtorũ, quemadmodũ ille inquit. fortuna aũt in his nominatur, ſed non ratio. eſt autẽ miſta eſſe vt contingit. natura enim exiſtẽtiũ cauſa eſt ita ſe habere, & vniuſcuiuſq; natura hęc eſt, de qua nihil dicit. Nihil igit̃ de natura dicit. ſed tamẽ & bene hoc, & bonũ. hic autem miſtionem ſolum laudat, quãuis & elementa ſegregat non lis, ſed amicitia, q̃ natura priora ſunt Deo. Dñ autem & hæc.

H

41 Neq; amicitiã, & litem. amicitia enim cauſa eſt ſolũmodo congregationis, & lis eſt cauſa diſgregationis, & elementa congregantur, & ſegregant̃. Nihil enim dixit in cauſa particulariũ mixtionum, & congregationũ. cauſa enim iſtorũ, inquantũ ſunt perpetua, aut in maiori parte, eſt cauſa cuiuslibet, & ſubſtãtia ei⁹. & nihil dixit in natura rerũ. eſſe aũt

I iſtorum non eſt, niſi pp meliorem, & nobiliorẽ, non ſm mixtionem, & caſum. & impoſſe eſt etiam ꝙ amicitia, & lis ſint priora Dijs. Dij enim apud ipſum ſunt ſphęra cœleſtis, cũ componit̃ ex congregatione elemẽtorum p amicitiam. quapropter dehoneſtat Empedocles litem, cũ corrumpat Deos, & ſegregat eos.

Amplius autẽ de motu dicit ſimpliciter, non enim ſufficit dicere ꝙ amicitia, & lis mouent, niſi hoc erat amicitiæ eẽ ꝙ motu tali, liti aũt tali. Oportebat igit̃ aut definiuiſſe, aut ſuppoſuiſſe, K aut demõſtraſſe, aut acriter, aut leniter, aut alio quodã modo.

Similiter & non dixit de motu, 42 neq; de eius natura. Non enim ſufficit in cognitione ſuæ naturæ tantũ dicere ꝙ lis, & amicitia ſint mouentia, ſed debet dicere qs ſit motus, quo mouet̃ lis, & quis ſit motus, quo mouetur amicitia, oportet eum dicere ſermonẽ certum, aut ſufficientem.

Amplius aũt, qm̃ videntur et vi, & præter naturã moueri corpora, & ſm naturam, vt ignis ſuperius quidẽ non vi, inferius autem vi. ei aũt, quod vi, id quod ſm naturam, contrarium eſt: eſt aũt vi moueri: eſt igitur & ſm naturã moueri. Hoc igit̃ amicitia mouet? An non. econtrario enim eſt terrã ſuperius, & ſegregationi aſsimilatur. & magis lis cauſa eſt eius, qui ſm naturã motus, q̃ amicitia. quapropter & omnino præter naturam amicitia erit magis. Simpliciter autẽ, niſi amicitia, aut lis mouet, eorũ corporum nullus mot⁹ eſt, neq; quies. ſed inconueniens. L M

Et, quia videm⁹ in vnoquoq; elementorũ motum violentum, neceſſario debet eſſe in vnoquoq; eorum motus naturalis. natura enim prior eſt. quia ignis, & terra non congregantur, niſi qñ terra mouet̃ ad ſuperius, & ignis ad inferius. debent ergo ſeparari, qñ ignis aſcẽdit, & terra deſcendit. aſcenſus aũt terræ, & deſcenſus ignis eſt violentus. Si ergo lis eſt cauſa ſegregationis rerum, vt iſte dicit, & amicitia cauſa cõgregationis, ergo amicitia, quam laudat, & prio-

A rat, eſt cauſa motus violenti poſterioris, & lis cauſa motus prioris naturalis. Lis ergo dignior eſt eẽ cauſa, q̃ amicitia. tamen hoc impoſſibile eſt apud ipſum.

Amplius autem & apparent ꝙ mouentur. ſegregauit enim lis. latus autẽ fuit ſuperius ęther non a lite, ſed quandoq; quidẽ, " inquit velut a fortuna. Sic enim " fuit multoties tunc, frequenter " aũt aliter. Quandoq; aũt, inquit " B natum eſſe ignem ſurſum ferri, Aether aũt longis terram ingrediebatur radicibus. Simul autẽ & mundũ ſiſt̃ habere, inquit, in lite nunc, & prius in amicitia. Quid igitur eſt id, quod mouet primum", & cauſa motus? non enim amicitia, & lis, ſed cuiuſdam motus hæ cauſæ ſunt. ſi autem ſunt, illud principium.

44 Si igitur neq; amicitia, neque lis ſunt cauſæ iſtorũ duorum motuũ, ergo neq; motuum omnium omnino &, cum cauſa motus non eſt, neque mot⁹ omnino. & etiam dicim⁹

C ꝙ, cum declaratum eſt ꝙ mundus mouetur in hoc tempore apud eſſe motus litis, & in antiquo apud eſſe amicitiæ eodem motu, & ſiſt̃. Impoſſibile eſt ergo vt lis, & amicitia ſint cauſa iſtius mot⁹. Iſti enim duo motus, quorũ cauſæ ſunt lis, & amicitia diuerſi ſunt in eodem tempore, & in eodem ſubiecto non cõgregantur in ſimul, ſed aliq̃ hoc, & aliq̃ hoc. faciens ergo vnum motum tempore motionis amicitiæ, & in tempore motionis litis, neq; eſt lis, neque amicitia.

Alam ex entis con

Inconueniens autem eſt, & ſi anima ex elementis, aut vnum aliquod eorum. alterationes. n. D animæ quomodo erunt, vt muſicum eſſe, & rurſus immuſicũ, aut memoria, aut obliuio? Manifeſtum enim ꝙ, ſiquidem ignis anima ſit, paſſiones inerunt ei, quęcunq; igni, ſm ꝙ ignis. Si autem miſtum, corporales, harum autem nulla corporalis eſt. Sed de his alterius opus eſt contemplationis. ſtare ab-ſurdum.

Et impoſſe eſt hoc, quod dixit, ꝙ 45 anima ſit ex elementis. Impoſſe. n. eſt reddere cauſam actionum animæ, & paſſionum eius ex elementis. E v.g. ſapientiæ, & inſipientiæ, & rememorationis, & obliuionis, & aliarum actionum animæ. Et etiam, ſi anima, vt quidam dicunt, eſt ignis, aut mixta ex igne, & elementis alijs, neceſſarium eſt vt in ea videant̃ aut actio ignis, & eius conſequentia, aut ſaltem conſequentia corporis: ſed nõ videt̃ aliqua actio attribui actionibus corporum. ſed conſyderatio de iſtis rebus non eſt iſtius libri. Reuertamur ergo ad ſermonem de elẽmentis, & conſyderemus quomodo ab eis generantur omnia alia.

F

SVMMA TERTIA.
De Miſtorum generatione.

Quo pacto Elementa mutuo generentur, & quo pacto ex eis generentur Miſta. Cap. I.

DE elementis autẽ, ex quibus corpora conſtituta ſunt, quibuſcunq; quidem videt̃ eſſe aliquid commune, aut mutari in ſeinuicem, neceſſe eſt, ſi alterum horum, & alterum cõtingere. Quicunq; autem non faciunt

G ciunt ex inuicē generationē, neque ex vnoquoq;, nisi sicuti ex pariete lateres, incōueniēs. quomodo.n. ex illis erunt, carnes, & ossa, & aliorum quodcunq;? Habet autem quod dicitur dubitationē, & apud eos, qui ex alterutris generant, quomodo generatur ex eis aliud aliquid prꝑter hoc. dico autem, vt si ex igne est aqua, & ex hac generatur ignis. est.n. aliquod cōe subiectū. sed vtiq; & caro ex eis generatur, & medulla. hæc autem quomodo
H generantur? Illis enim, qui dñt, vt Emped. quis erit modus? necesse enim est compositionē eē, sicut ex lapidibus, & lateribus paries est. misturaq; hæc ex saluatis quidem elementis erit, ſm parua autem adiuicem compositis. sic itaque caro, & aliorum vnumquodque.

46 Existimantes autē ꝙ eleméta, ex quibus est oīum compositio, habēt cōem materiā, & ꝙ transmutantur adinuicem, necesse est eis, cum confessi fuerint communē eē materiā,
I vt concedant transmutationem eorum esse adinuicem. &, cum confessi fuerint transmutationem esse, est necesse eis materiam esse concedere. Qui autē non concedunt generationem eorū adinuicē, & ponunt generationem aliorū compositorum ex eis, impossibile est eis dare verū modum in generationis qualitate, & qualiter composita generētur ex his simplicibus, vt generatio carnis, & ossis, & qualiter simplicia generē tur ex compositis, cum impossibile sit eis dicere in hoc, nisi tantum vnū modum, ſ. modum compositionis K
parietis ex lapidibus, & lateribus, & modum lationis eorum a pariete. Hoc autem modo contingerent eis multa impossibilia, quorum Vnū est prædictum, & est primum incōueniens, ꝙ mixtio sit cōpositio partium minimarū, sed tñ sensibilium: & sic quod est mixtio apud alium non est mixtio apud alium, acutiorem in visu.

Contingit autem nō ex qualibet parte carnis generari ignē & aquam, (quemadmodū ex cera generaretur vtiq;, ex hac qui
dem parte sphæra, pyramis au- L
tem ex alia aliqua,) sed contingebat ex vtraq; vtrunq; generari. hoc igitur hoc generatur modo ex carne, ex qualibet ambo. Eis aūt, qui illo modo dicunt, nō cō tingit, sed vt ex pariete lapis, & lateres, vterq; ex alio loco, & ꝑte

Secundum autē, quod contingit 47
eis, est ꝙ non ex qualibet parte carnis generatur aqua, & ignis, & alia, sicut est sensibile in eis. Non enim ex qualibet parte parietis exeunt lateres, aut lapides, sed lateres ex hoc
loco exeunt, & lapides ex illo. Si er- M
go ea, quæ generantur, generentur secundū compositionē, contingit ꝙ aut non ex qualibet parte partium carnis generantur terra, & aqua, aut generantur, & tunc contingit ꝙ corpus penetrat corpus. &, si dissolutio compositionis in elementa esset secundum hūc modū, & non esset ex necessitate generationis alteratio, neq; esset vniuersaliter de capitulo qualitatis. Sed sicut dicit magister ex qualibet parte carnis potest aqua gñari, sicut possunt generari ignis, &

A & alia, sicut possibile est in parte terræ recipi figuram pyramidalem, & rotundam, & rectorum laterū, quā vis hoc ſm receptionem sit, & illud ſm dissolutionem.

Similiter autē & facientibus vnam eorum materiā habet aliquam dubitationem, quomodo erit aliquid ex ambobus, vt frigido, & calido, aut igne, & aqua. Si enim est caro ex ambobus, & neutrum eorū, neq; rursus compositio saluatorum, quid relinquit, nisi materiā esse quod ex il
B lis est? alterius.n. corruptio, aut alterū facit, aut materiam. Nunquid igitur qm̄ est & magis, & minus calidū, & frigidū, quando quidem simplr fuerit alterū actu, potentia alterum erit: quādo autē non omnino, sed vt qui dem calidum frigidum, vt autē frigidum calidum, quia quæ miscentur corrūpunt excellentias adinuicem, tunc neque materia erit, neque illorum contrariorū vtrunque actu simpliciter, sed medium. Secundum vero ꝙ est
C potentia magis calidum, q̄ꝑ frigidum, vel econtra, secundum hanc rationem duplo calidum potentia, aut frigidum, vel triplo, vel ſm alium talem modū. Erunt autem mista alia ex contrarijs, aut ex elementis. & elementa ex illis potentia quodam modo existentibus, nō ita vero vt materia, sed ſm prædictū modum. & est ita quidem mistio, illo vero modo materia, quod generatur. Qm̄ autem patiuntur contraria ſm eam, quæ in pri- D
mis, determinationem. est enim actu calidum potētia frigidum, & actu frigidum potentia calidum. quapropter, si nō coæquētur, mutantur in seinuicem. similiter autem & in alijs contrarijs. Et primo quidem elementa ita transmutantur, ex his autem carnes, & ossa, & quæ talia, calido quidem facto frigido, frigido autem calido, quando ad medium veniunt. hic enim neutrū, medium autem multa, & non in diuisibile. Similiter autem & sic cum, & humidum, & alia talia E
ſm medietatem faciunt carnē, & os, & alia huiusmodi.

Dicentes autem ꝙ elementa trāſ 48
mutantur adinuicem habent maiorem quęstionē, vt videtur primo: quoniam non possunt aliquo modo dicere quomodo generant' composita ex eis. Illi autem, qui ponunt generationem istorum elementorum adinuicē esse propter materiā communē habitam, difficile est eis dicere qualiter generant' caro, & os. Qm̄ hæc caro est eis omnibus insimul, aut pluribus vno, verbi gratia, F
aqua, & igne, aut aqua, & ignis erūt in carne in actu: & tunc erit compositio, sicut dicebat secta primæ sentētię. Aut fit per corruptionem vtriusque illorum in alterum: & tunc erit caro, aut aqua, aut ignis. Aut fit per corruptionem vtriusque istorum: & tunc erit illud, quod prouenit ex eis non nisi res communis ambob', scilicet materia prima, quæ est in potentia. quod est impossibile. Et hæc quæstio non conuenit dicētib'

corpo-

G corpora compoſita ex elementis fieri ſm tranſmutationē, niſi ſi duę primæ differentiæ elementorū, vt calor, & frigus non recipiant magis, & min⁹. Quoniã, ſi ita eſſet, oporteret non præuenire ab alia trãſmutatione eorum, niſi aut vnum eorũ, aut materia, ſi eſſet impoſſe eam abſtrahi. Cum autem dicimus ꝙ calidum, & frigidum ſunt ſimpliciter, & ſunt ſm magis, & minus, dicemus ꝙ illud, quod fit, non eſt frigidum ſimpliciter, neq; calidũ ſimpl'r, neq; calidum aliquod, vel frigidũ in potentia, ſed dicimus ipſum eſſe calidum,
H & frigidum inſimul, ſecundũ ꝙ dicimus hoc de medijs, ſ. calidum reſpectu calidi ſimpl'r quidem, & in fine, & frigidum reſpectu frigidi in fine. Quomodo aũt hoc fit, hoc eſt ſecundũ modum mixtionis. mixtio enim non eſt generatio ſimpl'r, neque alteratio, & ſecundũ hoc neque eſt tranſmutatio alterius contrarii rũ in alterum, neq; tranſmutatio eorũ in materia, ſed cõpoſita fiunt ab elementis ſm mixtionem, & elemẽta a compoſitis ſm diſſolutionẽ, & in potentia ſunt illa. Sed non eſt intelligere per potentiam in hoc loco
I primam materiã: cum cõpoſita, q̃ & ſunt potentia aqua, ignis, terra, & aer, vt caro, & os ſint in actu. Neq; etiam ſunt in potentia in elementis, ſicut partes in continuo, quæ ſunt in potentia partes, quouſq; diuidant', & fiant partes in actu. differunt. n. quia iſtæ ſunt partes in quantitate, & illæ ſunt partes in qualitate. Modus autẽ, ſecundũ quem eſt mixtio, dictus eſt ſuperius, & quæ ſunt miſcibilia, & ꝙ mixtio contrariorũ ſunt, qñ alterum non dominat' ſuper alterum, neq; habent æqualem potentiam. Si. n. potentia alterius fuerit K ſimpl'r dominans, corruptio erit dominati, & generatio dominantis. &, ſi æquales fuerint potentiæ, tunc nõ fiet altera forma, ſicut declaratũ eſt in Quarto Mete. Et, cum potentia alterius non fuerit dominans ſimpl'r, ſed dominans dominati, generabitur ex eis aliquod medium, ſed tñ declinat ad partem dominantis. & ideo hoc mediũ cũ eo, quod eſt declinans ad alterũ duorũ extremorũ, habet aliquam latitudinẽ recipiẽtẽ magis, & minus. Et ex hoc apparebit etiam impoſſe eſſe aliquam complexionẽ temperatam eſſe, quã poſuit Gal. ſ. temperantiam, quæ ẽ ſm extrema quæ ſunt in fine, non temperantiam, quę eſt ſm extrema complexionis ſpeciei, in qua conſyderat Medicina.

Impoſſe ẽ a iquã cõp'onẽ eſſe L tpatam, quam poſuit Gale. vide conſſe. 1. cœl. cõ. 7. & q̃ ibi.

Miſta omnia ex quatuor conſtare ſimplicibus elementis. Cap. 2.

OMnia autem mixta eorpora, quæcũq; circa medñ locum ſunt, ex omnibus compoſita ſunt ſimplicib⁹. Terra enim ineſt omnibus, quia vnũquodq; eſt maxime, & multum in proprio loco. Aqua autẽ M quia indigent terminari ipſa cõpoſita. ſolam autẽ eſſe ſimpliciũ facile terminabilem, aquã. Amplius autem & terra ſine humido nõ poteſt conſiſtere, ſed hoc eſt, quod continet. ſi enim auferatur ex ipſa omnino humidũ, decidet vtiq;. terra igitur, & aq̃, propter has inexiſtunt cauſas. Aer autem, & ignis, qm̃ contraria ſunt terrę, & aquæ. terra. n. aeri, aqua vero igni cõtraria eſt, vt

Quo fit mixtio.

Terra aeri, igni vero aqua contraria eſt.

A vt contingit ſubſtantim ſubſtãtiæ contrariam eſſe. Qm̃ igitur generationes ex contrarijs ſunt, inexiſtunt aũt altera extrema contrariorum, neceſſe eſt & altera ineſſe. quapropter in oĩ cõpoſito omnia ſimplicia inerunt.

49 Quæ nãl'r ſ't aliquo loco, aut ſ't illd corpus exſs ĩ illo loco, aut aliqd, ſupra qd dñatur il-
B lud corp⁹. Conſſe. 1. cœ. 7. 8. 12 & 19. & 2. de Aia. 14 39.

Dixit. Et, cum omnia corpora generata ab elementis ſunt in loco medio, qui eſt locus terræ, neceſſe eſt vt terra ſit pars illorũ. quæ enim naturaliter ſunt in aliquo loco, neceſſario, aut ſunt illud corpus exiſtens in illo loco, aut aliquid, ſuper quod dominatur ipſum. quapropter exiſtentia in medio, aut ſunt terra, aut terreſtria. Quia aũt terra pp ſuam ſiccitatem non poteſt recipere figuram, niſi terminet' ab alio, & in aqua eſt hoc poſſe, quapropter neceſſe eſt ẽt vt aqua ſit pars generatorũ. Et rurſum, quia generatio eſt per mixtionẽ, mixtio autem fit p humiditatẽ, neceſſe eſt vt aqua ſit pars generatorum ſm mixtionem. Et, cum in omnibus compoſitis exiſtãt illa duo elementa, oportet vt duo alia exiſtant etiam contraria his, ſ. ignis, & aer, niſi illa ſint in compoſitis ſm diſpoſitionem diminutã. v. g. quia, ſi in cõpoſito non eſſet calidum, non eſſet in eo frigidum, niſi in fine. quapropter neceſſe eſt vt aqua, & ignis ſint in compoſitis non ſm primas qualitates, quatuor ergo elemẽta exiſtũt neceſſario in omni compoſito.

Mixtio fit p hũdita tẽ. Id. 1. de gña. 38. c. & 1. c. 83. & 89.

C

Teſtificari autem videtur & nutrimentũ vniuſcuiuſq;. omnia enim nutriuntur ex eiſdem, ex quibus ſunt. omnia vero ex multis nutriunt'. etenim quęcũque videretur vno ſolo nutriri, vt aqua plantæ, multis nutriun

Oĩa nutrunt' ex eiſ dẽ, ex quibus ſunt.

tur. mixta eſt enim aquæ terra. D ideo agricolæ tentant, cum miſcuerint, irrigare. Qm̃ autem eſt nutrimentum quidem materiæ quod autem nutritur comprehenſum cum materia forma, & ſpecies, rationabile iam ſolũ ſim plicium corporum nutriri ignẽ omnium, ex ſeinuicem generatorum, quemadmodum & prio res dicunt. ſolus enim eſt & maxime ipſi⁹ formæ ignis, quia natus eſt ferri ad terminum. vnũquodq; autem natum eſt ad ſuã E ipſius ferri regionem. forma autem, & ſpecies omnium in terminis. Quòd igitur omnia corpora ex omnibus conſtituta ſũt ſimplicibus, dictum eſt.

Ignis ſol⁹ ac maxie formæ.

Et quod ſignificat hoc, eſt cibus, 50 ex quo nutriũtur plantæ. viſum eſt enim ꝙ plantæ nutriuntur aqua, & terra. quapropter cultores admiſcẽt ea apud ſeminationem, & cum eis ſunt aqua, & terra: ergo & duo alia elementa. &, cum alia nutriunt plantas, ergo in eis etiam exiſtunt elẽta. Et manifeſtum eſt ꝙ illud nutritũ F non nutritur, niſi per calorem agentem, exiſtentẽ in materia aduenientẽ. calor enim eſt in cibo veniente, quod eſt forma, & materia. Et hoc inuenitur in igne inter omnia elẽta: quamuis quodlibet illorum alteretur in aliud contrarium, ſ. ꝙ proportio eius ad elementa eſt ſicut ꝓportio formarũ ad materiam, cum ignis contineat omnia elementa, vt dictum eſt in libro Cœli, & mundi. Eſt enim continens hoc, quod mouetur ad locum continentem ſ. concauum orbis Lunæ. Concauum. n.

Proportio ignis ad alia elẽta ẽ proportio formæ ad mãm.

eſt

est quasi forma, qm̃ est illud, ad qđ peruenit motus, & hæc est dispositio formæ. Determinatũ est ex hoc q̃ omnia corpora sunt composita ab omnibus istis quatuor corporibus, vocatis elementa quatuor.

SVMMA QVARTA.
De causis Generationis, & Corruptionis.

Quod oporteat inquirere causas rerum generabilium, & corruptibilium uniuersales. Quot, quæue sint istæ causæ: & nõnulli circa ipsas Antiquorũ erro res. C. 1.

H

VIa vero sunt quædã generabilia, & corruptibilia, & generatio existit in eo, qui est circa medium, loco, dicendum est de oĩ generatione, sitr quot, & quænam eius principia. facilius enim sic singularia consyderabimus, qm̃ de vniuersalib⁹ acceperimus primũ. Sunt igitur & numero æqualia, & genere eadem, quæ & in sempiternis, & in primis. illud, n. vt materia ẽ, hoc aũt, vt forma. oportet autẽ & tertium adhuc adesse. non. n. sufficientia sunt ad generãdum duo, quemadmodũ neq̃ in primis. Vt materia igitur generabilibus causa est, quod pos̃e sit, & non sit. Hæc enim ex necessitate sunt, vt æterna, hæc autem non sunt ex necessitate. Horum autem hęc quidem impossibile est non esse, hæc autem impossibile est, quia non contingit circa necessarium aliter se habere. Quæ dam vero esse, & non esse possibilia, quod est generabile, & corruptibile. quãdoq̃ enim est hoc quandoq̃ autem non est. Quapropter necessarium est generationem, & corruptionem eẽ circa possibile eẽ, & nõ esse. Ideoq̃ vt materia quidem, hæc est causa generabilibus, vt autem cuiꝰ gratia, forma, & species. hæc autem est ratio vniuscuiusque substantiæ.

I

K

Dixit Arist. Et, quia sub orbe Lunæ sunt generabilia, & corruptibilia, declarandũ est quot sunt principia vniuersalia oĩum generatorũ, & corruptorũ, & q̃: qm̃ hoc scito, facilius poterimus scire causas particulariũ ab vniuersalibus, cum concursus ab vniuersalibus ad particularia sit maior via cognitionis in natura. * Principia ergo corporũ generabilium, & non generabilium sunt eadem numero, quãuis dicantur fm prius, & posterius: & vł sunt tria, s. materia, & forma, & agens, hæc autem duo non sufficiunt in rebus generabilibus, & corruptibilibus, nisi sit causa agens, & mouens, sicut non sufficiunt in corporib⁹ æternis. Causa autem, quę est quasi materia in corporibus generabilibus, & corruptibilibus, est illud, in quo est cõtingentia, & ea, in quibus est contingẽtia, sunt generabilia, & corruptibilia. Res enim tribus modis inueniũtur: quædam enim sunt semper, & quædam nunquam, quædam in aliquo tempore sunt, in aliquo non. & iste tertius modus est alius a duobus primis. quod enim semper inuenitur, impossibile est vt in aliqua hora priuetur: & quod semper est

L

Facilꝰ singularia inspiciemus qm̃ de vłbus acceperimus primũ. Eadẽ numero eq̃lia, & gñe,

ff principia, q̃ i sẽpiternis, & in primis.

Mã i gñabilibus est cã, p quã res pot eẽ & non eẽ. Idẽ 7. m. t. c. 22. & 33.

Cõcursus ab vłbus ad particularia ẽ maior via in nã. idẽ. 1. phy. t. c. 4. & 1. ph. t. c. 57. &, 3. phy. t. c. 2. & 2. đ alia com. 30.

† Principia gñabiliũ, & æternorũ sĩt eadẽ licet fm prioꝰ & posterius. vide. 12. me. 29. 44. & 2. cap. de subꝗ orb.

A priuatum, impossibile est vt in aliqua hora inueniatur: &, cum generabilia, & corruptilia sint huiusmodi: ergo vna causa generabilium rerum, & corruptibiliũ est illud, quod recipit contingentia, s. causa materialis, Vna igitur causarum istarũ rerum est causa materialis necessario. causa autẽ, quæ est quasi forma, i. quę est finis in generatione, est ponenda pòst ipsam causam.

Cã mãlis recipit cõtingentia. Idẽ. 2. ph. 48. & 9. me. 17. & 4. cœ. 35. & 6. me. 5. & 7. met. 22. & 53.

B

Oportet autem adesse & tertium, quod omnes quidem sõmniant, dicit autem nullus. Sed hi quidẽ sufficientẽ existimauerũt causam esse ad generandum formarũ naturam, quemadmodũ in Phædone Socrates. etenim ille increpans alios, vt nihil dicentes, supponit q̃ sunt entium hęc quidem formæ, hæc autẽ participatiua formarũ: & q̃ esse quidem vnumquodq̃ dicitur secũdũ formã. generari autẽ fm susceptionẽ, & corrumpi fm abiectionem. quapropter, si hæc vera sunt, formas existimat ex necessitate causas esse & generationis, & corruptionis. Hi autem ipsam materiã, ab hac. n. eẽ motum. Neutri autem dicũt bene. Si enim sunt causæ formæ, quare non semp generant continue, sed quãdoque quidem, quando que autem non, existentibus & formis semp, & participatiuis? Amplius autem in quibusdam contemplamur aliam causam esse. sanitatẽ enim Medicus facit, & scientiam sciens, existente & sanitate ipsa, & scientia, & participatiuis. sitr autẽ & in alĩs fm potentiam operantibus.

Phædon.

C

D

Similiter etiam coniungenda est eis causa agens, in qua differunt Antiqui. Quidam enim eorũ fuerunt contenti causa formali, dicendo q̃ res habent formas, & essentias abstractas, & esse istarum rerum sensibilium est ex materia composita. & ista forma, quæ est agens, & abstrahens, est quę mouet formas istarum rerum sensibilium in materijs, vt dixit Plato. Quidã autem sunt contenti causa materiali tm̃, s. calido, & frigido, & humido, & sicco, dicentes q̃ formæ istarum rerum sunt ex admixtione istorum tm̃, non ex agente intrinseco? & dicũt q̃ generatio nõ est, nisi transmutatio, & transmutatio non est, nisi materiæ. Et Arist. redarguit vtrũq;, cum dicit, q̃ faciẽtes causam materialem melius consyderant, cum dant principia transmutationis, inquantum transmutationis est principiũ. Alij autẽ dant principium non conueniens transmutationi. forma. n. cum inuenitur quiescit transmutatio. quomodo ergo poterit esse causa transmutationis? Et contradicit dicentibus formas esse causas agentes propinquas. qm̃, si esset, sicut illi inquiunt, ita, & q̃ non oporteret ponere causam tertiã, contingeret vt generatio eẽt cõtinua, & perpetua. forma enim, si sẽper est & recipiens sẽper est, quare ergo fiet in aliqua hora, & in alia non? Quapropter necesse est, si formæ agentes sint, vt sit causa agens prior eis naturaliter. & etiam videmus res, in quibus agens est aliud a recipiente, & aliud a forma, v. gra. sanitas, quæ est a Medicina in humano corpore, est aliud a recipiente.

E

Mã ẽ principiũ trãsmutatiõis inquantũ transmutatio est. fora aũ, cũ uenit, q̃ scit transmutatio. idẽ. 1. hꝰ t. c. 55. Sed vide opp. de forma. 1. phy. 62. & 64. cõ. Vide 65. Zim.

F

Et

G Et Ariſto. reſiſtit Platoni. quia forma non eſt cauſa agens ſimpl'r, ſed quia ſunt cauſæ propinquæ, & eſſentiales. ponit enim Ariſt. formas agẽtes, quãuis eſſe earũ apud ipſum ſit aliud ab eẽ earum apud Platonem. Differt quidem a Platone in modo eſſendi formas, & in modo actionis earum tm̃, non in eſſe earũ ſimpl'r, neq; in actione earũ ſimpliciter.

Si autem materiã quis inquiat generare propter motũ, naturalius vtiq; diceret ita dicentibus. alterans enim, & transformans, magis, cauſa eſt generanti. & in omnibus conſueuimus hoc dicere efficiens, ſil'r & in ñs, quę natura, & in ñs, quæ ab arte ſunt, quod vtiq; motiuum. Sed tamẽ neq; hi recte dicunt. materiæ. n. eſt pati, & moueri: & mouere autem, & facere alterius potentiæ. Manifeſtum autẽ & in ñs, q̃ arte, & natura generantur. non. n. ipſa facit aqua animal ex ſeipſa, neq; lignum lectũ, ſed ars. Quocirca & hi dicunt non recte propter hoc, & qm̃ derelinquunt principaliorẽ cauſam. auferunt enim qd̃ quid eſt eſſe, & formã.

I 53 Quia autẽ contenti ſunt tm̃ materia, quãuis contẽplatio eorum ſit conuenientior, tũ peccant multum. faciunt enim hanc receptionem, & paſſionem, eãdẽ cũ principio actionis, & motionis. Et manifeſtũ eſt q̃ ipſe contradicit duobus principijs per ea, quæ fiunt in arte, & natura. Et etiam, cum deſtruũt cauſam agẽtem, deſtruunt cauſam formalem. forma enim, ſi fieret ab aliquo modo paſſionis accidentis materiæ, eẽt raro facta, & accidentaliter.

Amplius autẽ & potentias attribuunt corporibus, propter quas & generant valde inſtrumentaliter, auferentes eam, quę ſm formã, cauſam. Qm̃ enim natũ eſt, vt inquiunt, calidũ quidẽ ſegregare, frigidum aũt congregare, & aliorũ vnũquodq; hoc quidem facere, hoc autẽ pati, ex his dicunt, & per hæc, oĩa alia generari, & corrumpi. videtur autem & ignis, ipſum quod mouetur, & patiens.

Et vl'r, cum faciunt principium agens, non faciunt, niſi agens in genere inſtrumenti, non agẽs verum, cum deſtruunt primũ agens ab entibus. Dicunt. n. q̃ calidũ naturaliter ſeparat, & diſtinguit, frigidum autẽ cõgregat, & admiſcet & ſil'r omnia alia ſenſibilia naturaliter agunt, & patiuntur. & ſufficit in generatione rerũ, & in corruptione earũ actio, & paſſio earũ adinuicem. Sed, qa videmus in quibuſdã q̃ magis ſunt agẽtia, q̃ alia elemẽta, digniora ſunt vt corrũpant, q̃ generent. quapropter neceſſe eſt, ſi generent res, vt habeãt agens, quod faciat ea p tẽperamẽtũ, & alterationem, apta vt aliq̃d fiat.

Amplius vero ſimile faciunt, vt ſiquis ſerræ, & vnicuiq; ĩſtrumẽtorũ attribuat cauſam eorũ, quæ generãtur. neceſſe enim eſt ſerrante diuidi, & poliente leuigari, & in alĩs-ſil'r. Quocirca, ſi q̃ maxime facit, & mouet ignis, ſed quomodo mouet non * vident, qm̃ deterius q̃ inſtrumenta. nobis autem, & vl'r prius dictum eſt de cauſis, & nunc determinatũ ẽ de materia, & forma.

Am-

Doeumẽtum.

Ariſto. differt a Plat. in mõ eſſendi formarũ, & in mõ actionis earum tm̃, non in eſſe earũ ſimpl'r, neq; in actione earũ ſimpliciter.

H rũ ſimpl'r vide diligenter ,p hoc, 7. m. c. 31. &. 1. me. c. 9.

Mãę ẽ pati, & moueri alterius vero potentię facere, & mouere.

Quod accidit ex materia accidentale eſt.

* a. l. aĩa adduerunt.

A Amplius autem, qm̃ ſecundum lationem motus demonſtratum eſt q̃ eſt perpetuus, neceſſe eſt his exiſtentibus & generationẽ eſſe continue. Latio enim faciet generationem inceſſanter, quia adducit, & abducit generatiuũ. Simul autem manifeſtum eſt q̃ & priora bene dicta ſunt, primã tranſmutationum lationem, ſed non generationem dicere. multum enim rationabilius ens nõ enti generationis cauſam eſſe, q̃ non ens enti ipſius eſſe. quod fertur igitur eſt, quod generat autẽ nõ eſt: propter qd̃ & latio prior eſt generatione.

Latio facit gn̄onẽ inceſſanter. quia adducit, & abducit gn̄atiuum.

Rõnabilio eſt ens nõ enti gn̄ationis cãz eſſe, q̃ nõ ens enti eſſe.

B

55 Quia ergo attribuit generationẽ igni, aut alicui alij elementorum, eſt ſicut attribueret generationem dolobrationis ſecuri. immo non percipiebant iſtud, q̃ motio ignis eſt vilior motione inſtrumenti. inſtrumentum enim non mouet ſine artifice. &, cum mouebit cum artifice, mouebit ad generationem ignis: aut, cum mouebitur per primũ mouens, mouebit ad corruptionẽ. Declaratum autem eſt in naturalibus q̃ motus localis eſt cõtinuus, & æternus: quapropter & generatio eſt cõtinua, & æterna: qm̃ motus generat faciendo appropinquari generantẽ generando. & hoc rectum eſt, inquãtum iſte motus eſt primus omnib9 tranſmutabilibus, vt oſtenſum eſt.

C

Motus localis; ẽ primus oĩu; id. 8. Ph. a t. c. 55. vſq; ad t. c. 61.

Et etiam apparet q̃ illud, quod mouetur iſto motu, eſt ens, & illud, qd̃ generatur per ipſum, eſt non ens. Et quod eſt ens maxime eſt cauſa non entis, & quod eſt ens ſemper digni' eſt vt ſit cauſa non entis ſemp. quapropter viſum eſt q̃ iſte motus eſt prius motibus naturalibus alijs. D

Quæ ſit cauſa perpetuitatis Generationis, & Corruptiõis. Quòd oporteat de uenire ad vnum primum. Et a quo dicatur motus continuitas.

Cap. 2.

QVoniam autem ſuppoſitum eſt, & demonſtratũ continuam eſſe rebus generationem, & corruptionẽ, dicimus autem lationem causã eſſe generationis, manifeſtũ eſt q̃ vna exiſtente latione non cõtingit fieri ambo, quia contraria ſunt. idem enim, & ſimiliter ſe habens ſemper idem natum eſt facere. quocirca generatio erit ſemper, aut corruptio. Oportet autem multos eſſe, & contrarios motus, aut latione, aut inæquali tate, contrariorum enim contrariæ cauſę. Ideoq; non prima latio cauſa generationis, & corruptionis eſt, ſed quæ ſecundũ obliquum circulum. in hac enim & continuum vnum eſt, & moueri duobus motibus. Neceſſe enim, ſi erit ſemper continua generatio, & corruptio, ſemper aliquid moueri, vt non deficiãt ipſæ tranſmutationes: duobus autem, vt non ſolum contingat alterum. Cõtinuitatis igitur, quæ eſt totius, latio cauſa eſt: accedẽdi vero, & recedendi inclinatio. contingit enim quandoq; fieri longe, qñq; vero propè. Inæquali vero diſtantia exiſtente, inæqualis erit motus. Quocirca, ſi

E

I dẽ, & ſil'r ſe hñs ſp idẽ innatũ ẽ facer.

Contrariorum contrariç cãç.

F

G in aduenìendo, & in propè eſſe generat,& in recedendo, & longe fieri,id ipſum corrumpit. Et ſi in ſæpe aduenìendo generat, & in ſæpe recedendo corrũpit. cõtrariorum.n.cõtrariæ cauſæ.

56 Sed,quia oſtenſum eſt,ꝙ entia sẽ per ſunt ĩ generatione,& corruptione,&ꝙ generatio corporis iſtius eſt corruptio alterius, manifeſtum eſt ꝙ,ponendo vnum motum, impoſſibile eſt iſtas duas operationes,ſcilicet generationem, & corruptionẽ eſſe idem.idem enim non facit contraria. quapropter, aut ſemper erit generatio,aut ſemp corruptio: aut ſi ſit vnus motus,erit ſecundũ diſpoſitiones omnes contrarias,ita,ꝙ appropinquãdo operatur aliquid, aut ſecundũ eius remotionem operatur contrarium.Sed,quia eſt impoſſibile motum eſſe contrarium motui, ita,ꝙ aliquis motus per ſe generet', * vt dictum eſt in libro de Cœlo, & mundo, aliquis autem corrumpit', vt fingũt Aſtronomi, manifeſtum eſt,ſi generatio, & corruptio ſint cõtinuæ, vt ſint motus ſm diſpoſitiones contrarias in reſpectu generatorum, & corruptorum. Iſte ergo motus non eſt primus, ſed motus ſolũ in orbe decliui. Iſte enim orbis, ſicut dicit Ariſt.habet continue motus duos,ſ.propinquum,& remotũ, ne ꝓcedat ex eo vna operatio.Cauſa ergo continuitatis primæ generationis,& corruptionis eſt primꝰ motus. Cauſa autẽ generationis, & corruptionis eſt ꝙ mouentur ſtellæ, & planetæ in orbe iſto, cum habeant diſpoſitiones diuerſas entibus:quoniam aliqñ appropinquant,aliquãdo remouent': quare eſt eorum diuerſa operatio.oportet ergo, ꝙ ſi ꝓ elongationem corrumpit, ꝙ per appropinquationem generationẽ faciat:quia contrariorũ cõtrarię cãç. K

Et in ęquali tempore corruptio,& generatio, quæ ſm natu ram.Ideo & tempus, & vita vniuſcuiuſq; numerum habẽt, & hoc determinãtur. omnium.n. eſt ordo.Et omne tempus,& vita menſurantur circuitu. ſed tñ non eadem omnia, ſed hæc quidem minori,hęc autem maiori. his enim annus, his autem maior,alĩs autem minor circuitus eſt menſura. L

Quapropter,oportet vt numerꝰ reuolutionum,in quibus eſt prępa ratio ad corrumpendum, ſit æqualis numero reuolutionum,in quibꝰ eſt crementum. Et,cum tempus iuuentutis ſit æquale tempori ſenectutis,& iſta duo tempora determinantur per reuolutiones orbium decliuis,oportet,ſicut dicit Ariſt.ꝙ qđlibet ens habeat vitam terminatam, ex eo,ꝙ mouetur circulariter:horũ quidem hoc habet in vita paucas reuolutiones,hoc autem multas,hoc autem vnam,hoc autem ſm magis, & minꝰ.&,hoc,qđ Ari.dicit de orbe Solis,debet intelligi de alijs planetis

Apparent autem & ſm ſenſum confeſſa his,quæ a nobis dicta ſunt.videmus enim ꝙ aduenìente quidem Sole generatio eſt,recedente autem corruptio, & in æquali tempore vtrunq;. æquale enim tempus generationis,& corruptionis, quæ ſecundum naturam. Sed contingit ſæpe in minori corrumpi,propter ad-

57 Tps iuuẽtuis æquale eſt tpi ſenectutis facit ꝓ tenentibꝰ ñ dari ſtatũ & ætatem conſiſtentię. Sed vide oppoſ. M

de aĩa t.c. 59.vide đ hoc in ſua paraphraſi.vide cõ. Zim.

A dinuicem cõfuſionem. inęquali enim exiſtente materia, & nõ vbiq; eadem,neceſſe eſt generationes inæquales eſſe,& has quidem celeriores, illas autem tardiores.quocirca accidit propter horum generationem alĩs fieri corruptionem.Semper vero, vt dictum eſt,continua erit generatio,& corruptio,& nunquã deficiet,propter eam, quam diximus,cauſam.

58 Senſus quidem conueniens videtur demonſtrationi.Sol enim,quãB do appropinquat nobis in ſuo orbe, generat,& cum elongauerit corrũpit.& hoc,quod diximus,ꝙ tempus generationis ẽ æquale tempori corruptionis non eſt, niſi naturaliter : qm̃ multotiens accidit accidentaliter,ꝙ ſit minus tempus corruptiõis tempore cremẽti,vel ſenectutis,aut propter naturam complexionũ,qm̃ complexiones ſm magis, & minus ſunt in eadẽ ſpecie: quare diuerſantur tempora generationis,& corruptionis in eis, ſ. indiuiduis eiuſdem C ſpeciei: aut propter diuerſitatem diſpoſitionum cauſæ agentis propinquæ,aut propter diuerſitatem cauſæ agentis in vltimo, vt diuerſitas operationis Solis propter cõgregationem , & ſegregationem planetarum cum eo,aut propter vtrunque: & diuerſitas naturæ partis a natura Solis in hora generationis actionis. Et debes ſcire ꝙ,qñ poſuerimꝰ hoc, quod dixit Ariſt.ꝙ tempus cremenꝰ ti eſt æquale tempori ſenectutis,proponemus hoc,quod Medici dicunt, ꝙ tempus iuuentutis ſit in homine vſque ad triginta quinque annos.& ꝓpter hoc vita naturalis in ſeptuaginta annis ſit. & propter hoc dixit D magiſter ꝙ vita eſt media in ſeptuaginta,& ſexaginta annis.

Hoc autem rationabiliter cõtingit.Qm̃ enim in omnibus in quimus quod melius eſt deſyderare naturam ſemper: melius autem eſſe q̃ nõ eſſe: eſſe aũt quot modis dicimus in alĩs dictũ eſt: hoc autem in omnibus impoſſibile exiſtere, propterea ꝙ longe a principio diſtant: reliquo modo compleuit totum Deus,continuam faciens generationẽ. ita E enim maxime continuabitur ipſum eſſe,quia proxime eſt ſubſtantiæ fieri ſemper generationem.Huius autem cauſa, vt dictum eſt ſæpe,circulo latio. ſolæ enim continua.Ideo & alia,quęcunq; tranſmutantur ad inuicẽ ſm paſſiones, & potentias, vt ſimplicia corpora,imitant' circularem lationem. cum enim ex aq̃ aer generet', & ex aere ignis, & rurſus ex igne aqua, circulo dicimus reuertiſſe generationẽ, quia rurſus reflectitur,quocirca F & recta latio,imitans circularẽ, continua eſt.

59 · Et hoc,quod diximus, ꝙ gñatio, & corruptio ſunt continuæ, non tñ ſequit' ex cã materiali,& agente,ſed etiam ex cauſa finali. quia iã viſum eſt nobis ꝙ natura ſemp mouet' ad nobilius,ſm ꝙ poteſt in vnoquoq;, & ſm ꝙ poteſt recipere vnumquodque:& quia ens eſt melius, q̃ nõ ens, & ens verum, q̃ non verum,& verũ ſecundũ ſpeciem. * Quamuis impoſſibile eſt aliquod ens in iſtis rebus eſſe ſimpli

Natura sẽ p deſyderat quod meliꝰ eſt.

59 Ens verũ ſm indiuiduũ nobilius eſt, q̃ ſm ſpẽ; id. 12.me. c.27. & 1. ph.c. 5.

Impoſſe eſt aliqđ ens ĩ iſtis ſecundum indiuiduum , q̃ ſecundũ ſpeciem. ẽ ſimplr nobile, ꝓp remotio- né a ꝓria cauſa.

* 1. cœ.t.c. 24. & ide Nullꝰ motus corrũpit', & gñatur in cœlo: vt fingũt Aſtronomi.

Cã continuitatis! gñonis, & corruptionis eſt primus motꝰ ſ; cã gñonis & corruptionis eſt motus planetarũ

Cõpſones ſt ſm ma gis, & minus in eadem ſpẽ.

Geciter nobile, propter remotionem à prima cauſa, habēs eſſentiam, & nobilitatem, quare * Deus compleuit diminutionem in iſtis contingentē hoc modo, ſm ꝙ generatio facta eſt continua: quare eſſe poteſt perpetuum in iſtis rebus. Et cauſa iſtius continuationis eſt motꝰ circularis: quapropter & continuatio iſtorum eſt circularis. v.gr. aer generatur ab aqua, & aqua ab aere, & amplius motus ſecundū rectitudinem non habet continuationem, niſi per aſſimilationem ad motum circularem. v. gr. aſcenſus aeris, & deſcenſus aquæ aliquando debet eſſe.

* Deus cōpleuit diminutionē in iſtis contingētē, ſm ꝙ gñō facta eſt continua. idē 2 de Aīa. 34 & 1. cœ. c. 98.

H

Simul autem manifeſtum ex his quod quidam dubitāt, quare vnoquoq; corporum in propriam lato regionem, in infinito tempore non diſtrahuntur corpora. Cauſa enim huius eſt adinuicem tranſitio. ſi enim vnūquodq; maneret in ſua ipſius regione, & non tranſmutareť ab eo, quod propè, iam vtiq; diſtracta fuiſſet. tranſmutantur igitur propter lationem duplicem exiſtentem. quia autem tranſmutā tur, non contingit manere vllū eorum ī vlla regione ordinata. Quod igiť eſt generatio, & corruptio, & propter quam cauſā, & quid generabile, & corruptibile, manifeſtum eſt ex his, quæ dicta ſunt.

I

60 Dixit: Et ex his quidem diſſoluiť quæſtio quorundam, quare non ſegregantur iſta corpora ſimplicia ab inuicem in iſto longiſſimo tempore, ita, ꝙ nullam habeant mixtionē, aut confuſionem, & quæ erunt iſta propria loca. Cauſa enim mixtionis eorum adinuicem & mixtionis locorū adinuicem eſt motus circularis. qui ſi non eſſet, ab eo ſegregarentur, ſed mutantur adinuicē propter motum duplicem orbis decliuis, & motum nonæ ſphæræ. D. Nos autē determinauimus ſuperius cauſam vniuerſalem materialem, & ēt formalem, & nunc determinauim* cauſam tertiam generationis, & corruptionis, & eſt agens.

K

Qm̄ autem neceſſe eſt eſſe aliquod mouens, ſi motus erit, vt dictum eſt prius in alijs: &, ſi sē- L per, ꝙ oportet aliquid ſemper eſſe: &, ſi continuus, vnum, idem, & immobile, & inalterabile, & ingenerabile: &, ſi multi circulares motus, multa quidem, omnia autem quodāmodo eſſe hæc neceſſe ſub vno principio: continuo autem exiſtente tempore, neceſſe motum continuum eſſe, ſi quidem impoſſibile tempus ſine motu eſſe: continui igiť alicuius numerus tempus: circularis ergo, quemadmodum ī his, qui in principio ſermonibus, de M terminatum eſt.

Dicamus ergo &, quia dictū eſt ī 61 alijs, qm̄, ſi motus eſt, neceſſe eſt mouens eſſe, oportet ꝙ, ſi motus continuus eſt, & perpetuus, vt ſit mouēs perpetuum: ergo, ſi motus eſt continuus, ergo mouens. & etiam neceſſe eſt, ſi motus continuus eſt, vt mouens ſit immobile, & vlr non tranſmutabile. motus. n. continuus ęqualis eſt, & non interſectus, quapropter mouens, & motum ſunt intrāſ mutabilia oīno. Et, ſi motus circula

res

A res ſunt plures vno, neceſſe ē vt mouens ſit plus vno: ſed hmōi motus ſunt plures vno: ergo & mouens. Et, quia viſum eſt quod omnia iſta mota aliquo modo mouent eodē motu, & ex motu diurnali, neceſſe eſt vt oīa iſta mouentia contineant ſub eodem mouente. Et, cum manifeſtum eſt de natura temporis ꝙ eſt ꝑpetuum, & continuū: & manifeſtū eſt ꝙ eſt numerus motus continui: neceſſe eſt vt ſit vnicus motus continuus: tempus igitur eſt numerus motus continui: ſed continuum eſt circulare: igitur tempus eſt numerus motus circularis. & totū qui dem hoc viſum eſt in alijs, ſed dictū eſt in hoc loco ad rememorationē.

Tps ē numerꝰ motus continui. Vide prp hoc 4 phy. c. 98. & 101.

B

Continuus autē motus vtrū, quia id, quod mouetur, cōtinuū eſt, an quia id, in quo mouet, vel ut locum dico, aut paſſionem? Manifeſtum itaq; ꝙ, eò ꝙ id, qđ mouet. quomodo. n. continua paſſio, niſi quia res, cui accidit, continua eſt? Si autē & eò ꝙ id, in quo, ſoli loco hoc ī eſt. magnitudinem. n. quandam habet. huC ius aūt quod circulo ſolū continuū. quocirca ipſum ſibi ipſi sē- per continuū eſt. Hoc igitur eſt, quod facit continuū motū, qđ circulo fertur corpus: ipſe autē motus tempus.

62 Dixit: Et conſyderandū eſt de cō tinuatione motus, vtrum ſit, quia ipſum motū eſt continuū, aut perpetuū, aut quia illud, per quod mouet aut in quo mouetur, cōtinuatio accidit, ſ. forma, & locus. Et manifeſtū eſt ꝙ continuatio non inueniť primo, niſi ī magnitudine. &, quia motum habet magnitudinē, neceſſe ē vt continuatio ſit ex motu. diſpoſitio. n. illius, ſ. formæ, non eſt continuatio, niſi quia eſt in continuo. ſed tñ non eſt prohibitum dicere continuū in loco. locꝰ. n. eſt magnitudo: & magnitudo cōtinua prima, ī qua eſt impoſſibile eſſe magis & minus, eſt prima ſphærica: quapropter neceſſe eſt vt ſit illud, quod facit vnū motum continuū, corpus, quod circulariter fertur, & ꝙ iſte motus facit tempus.

D

Continuatio primo non inuenit, niſi in magnitudine. id. 6. phy. c. 4. 5. 7. 39. 72. 88. & 8. ph. 68.

Quo pacto fiat in ipſis rebus conſecutionis, & reuerſionis neceſſitas, ac quo etiam pacto non fiat.

Cap. 3.

E

QVoniā autē in his, quæ continue mouent ſm generationem, aut alterationē, aut oīno tranſmutationē, videmus conſequenter exiſtens & quod generat hoc poſt hoc, vt non deficiat, conſyderandū vtrū eſt aliquid, quod ex neceſſitate erit, an nihil, ſed omnia contingit non facta eſſe.

Dixit: Et, quia tranſmutatio re- 63 rum tranſmutatarū eſt ſm generationē, & corruptionē, & vlr aliquo F modo tranſmutationis eſt ſucceſſiua, & nunquam deficit, ſed ſemp cō tingit hoc poſt hoc, perſcrutandum eſt modo qualiter poteſt eſſe perpetuitas in rebus generatis. etenī principium conſyderationis in hoc eſt, vtrum ſit aliquod generatum, aut nihil generatur neceſſario, ſed omne eſt contingenter.

Quòd. n. quædam manifeſtū Vide com. Zim. eſt. & mox ipſum erit, & ipſum futurū, alterū propter hoc. Qđ enim verū dicere ꝙ erit, oportet

G hoc eſſe quandoq; verum q; eſt. quod autē nunc verū eſt dicere q; futurū eſt, nihil prohibet nō factum eſſe. ambulaturus enim quis non ambulabit.

64 Dicam⁹ ergo q; manifeſtum eſt per ſe,quod quædam ſunt poſſibilia generari, & non generari, qm̄ ſermo in aliquo,quod eſt poſſibile generari,non eſt alius a ſermone eius, quod non eſt,niſi quia quod eſt poſſibile, eſt differens a neceſſe eſſe. Qm̄ illud, quod in futuro neceſſe ē eſſe,verum erit de eodem dicere q;
H neceſſarium eſt eſſe in aliquo tēpore, vt æqualitas noctis, & diei inter duos tropicos.illud autem,quod nō eſt verum dicere in eo eſſe,niſi in tē pore præſenti, non eſt poſſibile vt non ſit.v.g.qm̄, ſi ambulatio poſſibilis eſt in Socrate, poſſibile eſt vt non ambulet.

Omnino autem, qm̄ contingit quædam entium eſſe,& non eſſe, manifeſtum eſt q; & q̄ generantur,ita ſe habebunt, & nō ex neceſſitate hoc erit. Vtrū igitur omnia ſint talia? An non.ſed
I q̄dā neceſſe eſt ſimpliciter fieri.

65 Et,quia manifeſtum eſt q; quædam entium non neceſſario generā tur, quærendum eſt vtrum omnia ſunt ſic,aut ex eis ſunt, quæ neceſſario generantur.

Et eſt,quemadmodum in ipſo eſſe,hęc quidem impoſſibilia non eſſe,hęc autē poſſibilia, ita & circa generationem.vt factas eſſe verſiones neceſſe eſt, & non poſſibile eſt non contingere.

Dicamus ergo q; ſicut in entibus
66 quædam impoſſibilia ſunt priuari ab eſſe, vt neceſſaria, & quędam en- K
tia poſſibilia ſunt priuari ab eſſe, ita eſt in rebus generatis,q; quædā ſunt poſſibilia vt non generentur,& quę dam neceſſario generabuntur, vt in troitus in tropicos:quoniam hoc ne ceſſarium eſt contingere,&impoſſi bile eſt vt non contingat.

Si igitur quod prius neceſſe eſt factum eſſe,& quod poſteri⁹ erit,vt,ſi domus, fundamentū, ſi vero hoc, lutum, nunquid, ſi fundamentū factum eſt, neceſſe & domum factam eſſe? An non amplius, niſi & illud neceſſe ſit L
generatum eſſe ſimpliciter.ſi au tem hoc,neceſſe &,fundamento generato,generatam eſſe domū. ſic enim quod prius, ſe habebat ad poſterius.quare, ſi illud erit, neceſſe illud prius generatū eē. Si igitur neceſſe generatum eſſe poſterius,&quod prius neceſſe. & ſi quod prius, & quod poſte rius igitur neceſſe: ſed non pro pter illud, ſed qm̄ ſuppoſitum erat ex neceſſitate futurum. In quibus igitur poſterius neceſſe eſſe,in his conuertitur, & ſemp M
priori generato,neceſſe eſt gene ratum eſſe poſterius.

Et,cum hoc dictum eſt, quæren- 67
dum eſt in hoc ſm quem motū ma nifeſtum poteſt eſſe neceſſaria ſucceſſio in materia poſſibili. Qm̄ autem hoc erit in rebus,quæ ſunt tantum finitæ,habentes principia, & vl Infinitum dupl.
tima,aut quia ſunt infinitæ: infinita autem ſunt duobus modis,aut in finita ſm circulum, aut infinita re cte: in rebus autem finitis manifeſtum eſt,q; generatio prioris eſt neceſſa-

A ceſſario,quādo fuerit poſtremum. verbi gratia q; fundamentum eſt neceſſarium,ſi domus eſt, & eſſe lapidem,ſi fundamentum eſt.Si ergo in iſtis contingeret q; quando eſſet primum quod accideret poſtremū, ſcilicet ſi fundamentum eſt, domus eſt, tunc oporteret vt ſucceſſio eſſet neceſſaria,& continua in generatio ne iſtorum. ſed manifeſtum eſt q; non eſt neceſſarium quòd fundamentum ſit,niſi domus ſit. Si ergo poſuerimus quòd domus ſit neceſſa rio,oportet neceſſario quòd, ſi do-
B mus ſit,quòd fundamentū ſit. quoniam poſitum eſt quòd,ſi dom⁹ eſt, fundamentum eſt. ſi ergo poſtremum eſt neceſſarium, primum eſt neceſſario: ſed manifeſtum q; primum eſſe non eſt neceſſariū, quoniam contingenter eſt: &, ſi eſt neceſſario,non erit niſi ſecundum hypotheſim.Si ergo domus, quod eſt poſtremum,eſſet neceſſario,contin geret vt eſſet ſemper: ſed poſſibile eſt vt non ſit, quoniam diſpoſitio in eſſe eadem eſt cum diſpoſitione in generatione.

Vide de hac materia diffuſius. 2.ph. t.c. 89. & 90.

Si igitur in infinitum tendat
C ad inferius,non erit neceſſe poſterius hoc generatum eſſe ſimpliciter,ſed neque ex ſuppoſitione. ſemper enim alterum antea neceſſe erit:ideo & illud neceſſe generatum eſſe.quocirca, ſi non eſt principium infiniti, neq; primum erit aliquod, propter qđ neceſſe erit generatum eſſe. At vero neque in terminum habē tibus hoc eſt dicere vere, q; ſimpliciter neceſſe ſit generatum eſſe, vt domum, quando fundamentum generatum fuerit. quā do enim generatum fuerit, niſi D
neceſſe ſemper hoc generari,accidet ſemper eſſe,contingens nō ſemper eſſe.ſed oportet generationi ſemper eſſe, ſi ex neceſſitate eſt ei⁹ generatio. ipſum enim ex neceſſitate, & ſemper ſimul. quod enim eſſe neceſſe, non poſſibile non eſſe.quo circa,ſi eſt ex neceſſitate,ſempiternum eſt:&, ſi ſempiternum eſt,ex neceſſitate.&,ſi generatio igitur ex neceſ E
ſitate, ſempiterna & generatio huius:&,ſi ſempiterna, ex neceſſitate.Si igitur alicuius ex neceſſitate ſimplr generatio ſit, neceſſe circūire, & reuerti. neceſſe.n. eſt aut terminum habere generationem,aut non.&,ſi non,aut in rectum,aut circulo.Horū autem,ſiquidem erit ſempiterna, nō in rectum poſſibile eſt, quia nequaquam eſt principium. neque,ſi inferius,vt in futuris accipiamus,neq; ſuperius, vt in generatis.neceſſe autē eſt eſſe principium,non finita exiſtente, & F
ſempiternam eſſe. ideo neceſſe eſt circulo eſſe. Conuerti igitur neceſſe erit,vt ſi hoc ex neceſſitate eſt,& quod prius ergo.ſed, ſi hoc,& quod poſterius neceſſe generari. & hoc ſemper vtique continue.nihil enim hoc differt dicere per duo,aut multa. In circulari igitur motu,& generatione eſt quod ex neceſſitate ſimpliciter.&ſi circulo neceſſe vnū quodq; generari,& generatū eſſe.&,ſi neceſſe, horum generatio circulo.

G Et,cũ impoſſe eſt eſſe continuita
68 tẽ in habentibus prima poſtrema, manifeſtũ eſt ét ꝙ hoc impoſſe eſt ī rebus præcedentibus ſm rectitudinẽ in infinitũ ſm duo extrema, qm̃ hæc non habent primũ, ex quo ſit neceſſarium vt habeant vltimũ: neque habent vltimũ, ex quo ſit neceſſarium vt habeant primũ: quapp neceſſitas generationis ſucceſſiue non eſt niſi ꝑ circulationẽ. Et hoc neceſſariũ eſt. qm̃ generatio perpetua eſt neceſſaria. neceſſarium aũt eſt æternum: & æternũ mouetur circulariter: & illa generatio æterna neceſſe
H eſt vt habeat principiũ. &, cum habeat principium neceſſario, aut hoc erit, inquantũ habet principiũ ſm rectitudinem, aut ſm circulationẽ. ſed, ſi fuerit ſm rectitudinẽ, neceſſarium eſt aut non eſſe æternum, aut non habere principia. *qm̃ rectũ, qm̃ habet principium, & vltimũ, neceſſario eſt finitũ, & non æternũ. Et, ſi poſuerimus ipſum eſſe infinitũ in duobus extremis, non habebit principiũ. qm̃ infinita non habent principiũ, neq; vltimũ. quapp neceſſariũ eſt, ſi poſuerimus ipſum eẽ ęternũ, & habere principiũ, vt ſit circula
I re, & vt generatio rerũ ſit circularis: &, ſi primũ eſt, vltimũ eſt: &, ſi vltimum eſt, primum eſt. Neceſſariũ ergo, & perpetuum non eſt, niſi in motu circulari, & ī generatione circulari. qm̃ omnia, quæ ſunt in circuitu, ſunt neceſſaria, & econuerſo. & ea, quæ neceſſaria ſunt, mouẽtur in circuitu. Et debes ſcire ꝙ hic ſermo complet illud, quod oſtenſum eſt in Octauo de Naturali auditu, ſ. ꝙ motus eſt ſucceſſiuus, & non deficiens in aliqua hora. nam hoc, qđ dictum eſt hic, cum eo, quod dictũ eſt in illo loco, oſtendit motum eſ- K
ſe æternum.

Hæc itaq; rationabiliter, quoniã perpetuus, & alibi apparuit circulo motus, & qui cœli. quoniam hæc ex neceſſitate generãtur & erunt, quot huius motus ſunt, & quot propter hunc. Si. n. quod circulo mouetur, ſemp̃ aliquid mouet, neceſſe eſt & horũ circularem eẽ motũ. vt ſuperiori latione exiſtente circulari, Sol ſic: qm̃ autem ſic, anni tempora propter hoc circulo generantur & reuertuntur. his autem ita ge L
neratis, omnia ab his.

Et, quia dictum eſt in alijs ꝙ motus æternus, & motus circularis eſt 65
motus cœli, manifeſtum eſt ꝙ motus rerum generatarum, & corruptarum eſt per illos motus, & ex eis. qm̃ ſi illud, quod circulariter mouetur, perpetue moueretur, neceſſe eſſet vt motus rerum tranſmutatarum eſſet motus circularis. Verbi gratia, qm̃ primus eſt motus circularis, oportet etiam vt Sol in orbe decliui moueatur etiã circulariter. &, quia motus ſolis in orbe eſt circularis, oportet vt tempora anni currant circula M
riter. &, quia illa currunt circulariter in circuitu, oportet vt in conſequentia currant circulariter.

Quare ergo hæc qdẽ ita vñr, vt aq̃, & aer circulo gñari: &, ſi nubes erit, oportet & pluere: &, ſi pluet, oportet & nubem eſſe: homines vero, & aĩalia non reuertuntur in ſeipſa, vt rurſus generetur idem: non. n. neceſſe, ſi pr̃ generatus eſt, te generatũ eẽ, ſed, ſi tu, illũ. ī rectũ ãt vr̃ eẽ hæc gene-

A gñatio. Principiũ aũt cõſyderationis rurſus hoc, vtrum ſimiliter omnia reuertuntur, an non: ſed hæc quidem numero, hæc autem ſpecie ſolum. Quorumcunq; igitur incorruptibilis eſt ſubſtantia, quæ mouetur, manifeſtum quòd & numero eadem erunt. motus enim ſequit̃ quod mouetur. Quorumcũq; autem nõ, ſed corruptibilis, neceſſe eſt
B ſpecie, numero aũt non, reuerti. ideo aqua ex aere, & aer ex aqua ſpecie idem, non numero. Si autem & hæc numero, ſed nõ quorum ſubſtantia generatur, exiſtens talis, qualis poteſt nõ eſſe.

70 Sed in hoc etiam conuenit quæſtio. & eſt, cum generatio, accidens ex his, eſt circularis, quare igit̃ quędam ſunt ita, ſcilicet vt, ſi vltimum
C eſt, primum eſt: &, ſi primum eſt, vltimum eſt. verbi gratia, ſi nubes ſunt, pluuia eſt: &, ſi pluuia eſt, nubes ſunt. & in aliquibus non, verbi gratia, quoniam homines, & animalia non reciprocantur in ſe circulariter, ita, quòd indiuidua eorũ reuertantur in idem. neque etiam neceſſariũ eſt, ſi primum eſt, quòd vltimum ſit. quoniam non eſt neceſ- D
ſarium, ſi pater fuerit, quòd iſte filius fuerit futurus. ſed, ſi iſte filius eſt, neceſſarium eſt vt pater ſit. ſed hoc non procedit vſque in infinitum per eſſentiam, ſed per accidens. quoniam, ſi ita eſſet, non eſſet filius, niſi poſt eſſe indiuiduorum infinitorum. &, cum ita eſt, neque ergo primum eſt, ſi vltimum eſt, niſi per accidens, neque vltimum eſt, ſi primum eſt omnino. hoc quidem contingit iſtis ſecũdum quòd videtur, quia recte generantur. Et principium cõſyderationis in his eſt, vtrũ E
ſit aliquid, quod circulariter reuertitur, & ſimiliter, aut quædam circulariter reuertuntur ſecundum ſpeciem. Dicamus ergo quòd omnis ſubſtantia indiuidua, manens incorruptibilis, neceſſario reuertitur ſecundum idem indiuiduum. corruptibilia autem impoſſibile vt reuertantur, niſi ſecundum ſpeciem. verbi gratia, aer generabitur ab aqua, & aqua ab aere, non quòd indiuiduum illius aquæ corruptæ reuer- F
tetur per ſe: quamuis materia eſſet eadem, & agens idem. quoniam, ſi idem agens ex eadem materia faceret lateres, & poſtea corrumperentur, vt faceret alios poſterius, manifeſtum eſt quòd differt primum à præcedentibus.

In indiuiduis ꝓceſſus i infinitũ per accſs. idẽ 5. Phy. cõ. 13. & 1. cœli. 22. & 8. Phy. 15. & 47.

Licet eadẽ ſit mã, idẽ agẽs, ſi tñ pp hoc erit idẽ effect̃ nũero Videcãm. 12. Met. c. 11.

Librorum de Generatione, & Corruptione finis.

AVERROIS
CORDVBENSIS

PARAPHRASIS SVPER LIBRVM DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE ARISTOTELIS,

Vitale Niſſo interprete.

TRACTATVS PRIMVS.

H Intentio.



It Auer. Intendim⁹ in hoc tractatu loq de tribus alterationibus, q̄ ſunt Generatio & Corruptio, & Augmentatio, & Tranſmutatio & Alteratio, & dicere illud, per quod completur vnaquæq; earū alterationū, & qūo completur. qm̄ de alteratione in loco, quæ dr̄ Translatio, iā locutus fuit alio loco. reſtat nūc loqui de iſtis tribus, & ipſe notificat diſpoſitionem vſ̄em omnibus alterabilibus, vt ordo rectus neceſſitat in doctrina, I generationem autē ſimplicē notificat hic perfecte. De generatione aūt compoſitorum notificat hic ſuum genus, & dabit ſua principia eius, & fundamenta. Dicere autē illud, per quod cōplentur omnia generabilia conſimilium partium, eſt in Quarto Meteororū. Et ſil⁹ dicere de motu augmentationis p̄fecte eſt in libro de Anima, & de Animalib⁹, & ipſe hic nititur dare cauſas remotas, vt ſupra fecit. Ordo autem huius libri, poſtponit̄ libro de Cœlo, & mundo. qm̄ ibi declaratū eſt corpa ſimplicia, quæ ſunt ſub ſphæ L ra Lunæ eſſe qnatuor, & q̄ alterant̄ abinuicem, & q̄ generantur abinuicem: nunc aūt vult perſcrutari qūo generātur abinuicem: &, ſi iſta corpora ſunt elementa compoſita, aut vnū eorum, aut magis vno: &, ſi eſt vnū, aut magis vno, vtrum quædā ſint elemēta aliorū, aut ſint in vno gradu ſimplicitatis. ideo appellauit hunc librū, librū de Generatione, & Corruptione. qm̄, licet tractabit hic de motibus augmentationis, & diminutionis, & alterationis, hoc erit in ſecunda intentione, & ſecundum communicationē, quam habent, & dat dr̄iam inter iſtos duos M motus, & motū generationis, & corruptionis. Incipiamus ergo colligére ſermones doctrinabiles huius ſermonis ſecundum ſuum vſum.

Ordo.

De Gñone, & Alteratiōe. de quibus à tex. 1. vſq; ad. 25.

DIcamus igitur q̄ eſſe horum triū motuum manifeſtū eſt: & ſil⁹ q̄ ſint differentes, & alterabiles. quod enim diguū eſt rememorationis in generatione, quo cognoſcitur ab alijs motibus, eſt q̄ generatio eſt p̄ ſubſtantiam, & q̄ eſt de nō ente in ens. Et intendo per non ens, non ens in actu, ſed in potētia, & declaratū

A claratum eſt in Primo Phy. q̄ non ſubſtentatur p̄ ſubiectū huius alterationis, adeo, q̄ ſit vnū demonſtratum in duob⁹ ſuis extremis, vt diſpō eſt in alteratione, & augmētatione.

Antiquorum autē duæ ſunt opiniones. Quidam enim nō ponebat dr̄iam inter generationem per ſubſtantiam, & alterationem per qualitatem, & iſti ſunt dicentes elementum eſſe vnū, & ſimiliter generationem ab eo fieri per raritatē, & denſitatem. Quidam aūt ponebat dr̄iam inter alterationem, & generationē per congregationem, & ſegregatio- B nem, vt diuiſibile, quod nō diuidit̄. iſti autem dicebant alterationē eſſe viſibilem, & non occultam. elemēta enim nō patiuntur: ſi enim paterentur, tunc eſſent compoſita. Ariſto. autem credit q̄ alterationis duę ſint ſpecies, quædam eſt alteratio p̄ ſubſtantiam, quæ dicitur generatio, & corruptio, quædam vero per qualitatem, quæ dicitur qualitas. & cauſa in hoc eſt natura primæ materiæ, & natura diuerſitatis formarum ab accidentibus. ſubiectum enim huius alterationis eſt prima materia &, q̄a eſt denudata à formis, ſequitur vt ſit C æterna: omne enim generatum generatur à corrupto, & generatur ad corruptum. Differentia autem inter alterationem, & augmentationē manifeſta eſt. qm̄ vna eſt per qualitatem, alia vero per quantitatem. & ſimiliter vegetabile mouetur in locum, ſecūdum ſuas partes, & retinet locum maiorem, q̄ habebat, alteratio vero non ita eſt. & in hoc differt augmentatio à generatione, & corruptione. & ſimiliter ſubiectum exiſtens in motu augmētationis eſt forma, vt poſt dicem⁹, ſubiectum vero

motus alterationis eſt aliquod de- D monſtratum, ex eo, q̄ habet materiam, & formā, ſubiectum aūt generationis, & corruptionis eſt prima materia, & ideo non eſt in actu. Et, cum declarata ſit dr̄ia inter eſſe iſtorum motuum, debemus facere ſermonem de motu augmentationis, & dicere per quod augmentatur, & quomodo, ſm ordinem Ariſto.

De Augmētatiōe. de qua à tex. 25. vſq; ad. 43.

DIcamus igitur, q̄ in iſto motu perſcrutari debemus de illis, q̄ habent augmentum, quorum vnū eſt q̄ augmentum augmentatur p̄ omnes ſuas partes, & quilibet punctus ſenſibilis eius reuertitur maior, E & ſimiliter econuerſo diminuitur per omnes ſuas partes. Secūdum autem eſt, q̄ augmentatur, cum peruenerit aliquid ſuper eum ab extrinſeco, quod eſt aqua. dicere aūt aliud ab hoc eſt error, & deceptio in creatione humana. Tertiū eſt, quòd in illo eſt aliquid exiſtens firmum in vna diſpoſitione. Quartum eſt, q̄ illud, quod prouenit ab extrinſeco, non augmentat, niſi cum tranſmutatur, & reuertitur in ſubſtantiam augmentati: cibus enim non augmentat, niſi mutetur in ſanguinem, & ſanguis in carnem, & oſſa. Et, cū F ita ſit, & augmentatum augmentatur per omnem partem eius, & impoſſibile eſt vt illud, quod prouenit ab extrinſeco, trāſeat in omnes partes augmentati: impoſſibile enim corpus tranſire in toto corpore: nullo ergo modo poteſt eſſe in eo iſte motus, niſi per admixtionem, & cōtemplationem, & q̄ illud, quod prouenit ab extrinſeco, trāſmutetur in ſubſtantiā rei admixtæ in eo, in quo eſt augmentatum. Vt, verbi gratia, diſpoſitio eſt in aqua, quæ ē in vaſe,

cum

G cum enim peruenit ſup eam gutta vini manifeſtæ quãtitatis, tunc augmentata ẽ aqua per oẽs ſuas partes, & obſeruat figurã vaſis, & gutta trãſmutatur in ſubſtantiã aquę, & aqua augmentatur per oẽs ſuas partes, nõ ꝙ pars vini tranſeat per oẽs partes aquæ. ſed, cũ illa gutta peruenit ſup aquã, expulſæ ſunt oẽs partes aquæ æqualiter, & augmentatur aqua per oẽs ſuas partes, ex eo, ꝙ obſeruant figuram, cuius retinebat eas. aqua igitur augmentatur per oẽs ſuas partes quodammodo, quodãmodo vero non. ex eo enim, ꝙ obſeruat figurã
H retinentis, non eſt augmentata per oẽs ſuas partes: ex eo vero, ꝙ habet quantitatẽ, augmentatur per vnam partẽ tantũ, quæ eſt illud, quod prouenit ab extrinſeco. Vnde apparet ꝙ augmentatio eſt in forma, non in materia: & dr̃ eſſe in forma ex eo, ꝙ habet quantitatem: appellare enim nos hanc admixtionẽ trãſumptiue eſt, vt dicimus in defiõne admixti. Quòd aũt admixtio non fit ꝓp partes paruas in parte poſterius apparebit. hoc enim nõ eſt in admixtione ꝓp hoc, quod diximus. Augmentatio enim fit ꝓ admixtionem primo
I ꝓ neceſſitatem, ſm ꝙ poſuit natura in membris hominis humiditatem radicalẽ exiſtentẽ in eis, in qua perfundantur membra vt perfunditur filum in oleo. Admixtio enim ẽ in corporibus humidis, quæ feſtinant vniri, vt dicemus in definitione admixti. iſta aũt humiditas, quæ eſt in membris animaliũ, eſt vltima eius, qua admiſcentur cibaria peruenientia ab extrinſeco, & reuertuntur in eum, poſtea vero operatur in ea calor naturalis, vt poſtea dicem⁹, & facit exiſtere carnẽ in carnem, & oſſa in oſſa. Similiter aũt apparet vt diK ſpoſitio ſit in plantis, & omni augmentato. Corruptio aũt, ſiue mors animalium nil aliud eſt, niſi deſtructio huius humiditatis. vnde ꝓp hoc augmẽtatio primo puenit in membra ſimplicia conſimilium partiũ, & ſunt illa, quorũ pars, & totũ ſunt eadem in ſubſtantia, & caro & alia mẽbra ſimplicia. & hoc apparet in manu. manus enim augmentat̃ per augmentationẽ membrorum ſimplicium, quibus componitur, & ſiſt oĩa membra organica. Differentia vero inter iſtũ motum, & motũ generationis eſt ꝙ in motu generatio L nis illud, quod generat̃, eſt aliquid demonſtratũ, & prius non habebat eſſe, niſi in potentia, in generatione aũt augmentationis generatur quędam quantitas demonſtrata, cuius forma non mutatur. v.g. cùm videremus ignẽ ſenſibilem, & augmentatur, cùm ponunt̃ ligna ſuper eũ. iſta vero non dicit̃ generatio totius ignis, ſed dr̃ augmẽtatio per omnes ſuas partes. Ex his igitur, quæ diximus, patet ꝙ illud, quod exiſtit in augmentatione eſt forma, ex qua augmentatur aliquid non ꝓ ſuam materiã. Materia enim impoſſe eſt M vt augmentetur per oẽs ſuas partes, ex eo ꝙ eſt materia: impoſſe ẽ enim corpus tranſire in toto corpore: ſed augmentat̃ aliquid per oẽs ſuas partes, ex eo ꝙ habet formam. Materia aũt mutatur per augmentationem, & diminuitur ꝓ reſolutionẽ: forma vero ſemper exiſtit vno modo, ſicut diſpõ eſt in vmbra arboris cadentis ſuper flumen. ſicut enim illa vmbra exiſtit per ſe vno modo, ſed partes fluminis, ſuper quas cadit vmbra, mutantur, ſiſt diſpoſitio eſt

in

A in forma augmentati cum illo materiali, quod venit ſuper eũ. ſed hoc non poteſt eſſe in omnibus partib⁹ materiæ, niſi poterat forma materialis ſeparari, ſed in quibuſdã partibus eius. Alexan. aũt teſtatur ꝙ in animalibus exiſtunt partes quędã à generatione vſq; ad corruptionem, vt ſigna plagæ, quę remanẽt in longitudine vitæ. Differentia aũt inter Augmentationẽ, & Alimentum eſt ꝙ illud, quod peruenit ab extrinſeco, cùm erit eiuſdem quantitatis illius, quod reſoluitur, dr̃ alimẽtum: cum aũt erit maioris quantitatis, di
B citur augmentatio: cũ vero erit minoris quantitatis, dicitur, morbus, vel reſolutio. Videtur aũt ex dictis de iſto motu ꝙ illud, quod augmẽtat, debet eſſe ex neceſſitate quodam modo oppoſitũ, quodãmodo ſiſſe. oppoſitum aũt, ex eo ꝙ tranſmutatur, ſimile vero, qm̃ recipit formam augmentati, & reuertitur in ipſum. melius autẽ hoc apparebit, cùm locuti erimus de actione, & paſſione. Quare aũt fit iſte motus, & quæ ſit cauſa agẽs, apparebit ĩ libro de Animalibus. Hoc aũt fit per calorem naturalem, & apparet in libro de Plan-
C tis, ꝙ hoc etiã fit per aliquid, cuius calor naturalis aſſimilat̃ calori ſtellarum, & maxime Solis. ſed apparet ſimul & ſemel in animali & planta ꝙ vltimus mouens ſit anima nutritiua, calor vero eſt organum ipſius. Et, quia intẽdit loqui qũo generant̃ compoſita à ſimplicibus: & hoc nõ poteſt compleri niſi per contactum, & actionem, & paſſionem, & admixtionem: non enim inuenit̃ ens magis vno, niſi per admixtionem, vt diſpoſitio eſt in oxymelle compoſito ex melle, & aceto: & admixtio non poteſt fieri, niſi per actionẽ, & paſ- D ſionem: & actio, & paſſio non poteſt fieri, niſi per contactũ: oportet ergo primo ꝑſcrutari de iſtis, & declarare ea, quæ noĩa ſignificant. Incipiam⁹ ergo à ſermone de Contactu.

De Contactu. d quo à tex 43. vſq; ad 46

Dicamus igitur ꝙ eſt duoꝝ corporũ, quorũ contangentes termini ſunt idẽ, & hoc neceſſe eſt vt ſit in rebus habentibus ſitũ. ſed iſte modus contactus non eſt in eo iſta conditio, ſ. vt vnus agat in altero, & patiat̃ ab alio, vt dicimus lineã eſſe contactã à linea circuli. non enim intendimus hic loqui de hoc, ſed intendimus ꝙ quodlibet contangen- E tium, quæ terminamus, agat in aliquod, & patiat̃ ab alio, vt accidit in corporibus naturalibus, quæ cõuertuntur, quorũ materiæ propinquæ ſunt cões, vnitæ, qñ appropinquant̃, & contanguntur in terminis eorũ, ſed non dicunt̃ contangentes, quia vnũ eorum tm̃ agat, & alter patitur, vt diſpõ eſt ĩ ſphæra Lunæ, & ignis, ſed de iſto proprio contactu vero. Contactus enim actionis, & paſſionis relatiue dr̃. & hoc demõſtrat vt vnũquodq; eorum moueat aliud, & patiat̃ ab alio. & ꝓ hoc verificabit̃ vt dicat̃ ꝙ ambo ſunt cõtangẽtia, i. F vnũ contangat aliud. ſm vero aliũ modũ vnũ ſolum contangit aliud. & alterũ non cõtactum eſt ab alio, & dicitur tactus per ſimilitudinem, & eſt in rebus habentibus ſitum, vt dicimus medicina contactat malũ. Hæc igitur eſt ſumma rerũ, quæ dicte ſunt de tactu. & manifeſtũ eſt ꝙ ſermo, declarans idem intentam in hoc, eſt definitio, cùm ſit manifeſta per ſe. Et cùm locuti ſumus de contactu quid ſit, reuertamur igitur loqui de Actione, & Paſſione.

Dicamus

De Agere, & Pati. de qb⁹ à tex. 46. vſque ad 81.

G DIcamus igitur ꝙ agens, & patiens debent eſſe contrarij, & oppoſiti quodammodo, quodãmodo vero ſimiles. Quòd ſint oppoſiti rõ eſt. non quodlibet agit in quolibet, ſiẽ enim non aget in ſimile, aliter enim aliquod tranſmutaret ſuũ eſſe, ſed contrariũ agit in ſuum contrarium. Modus aũt, ex quo ſequit vt ſint ſimiles, eſt, qm̃ vnuſquiſq; recipit actionem ab alio. contrarium enim non recipit ſuũ contrarium, & ideo non conuertit frigidum in calidũ, & calidum in frigidum: ſed ſubiectum eorum conuertit in cali-
H dum, poſtq̃ fuit frigidũ, & frigidũ, poſtq̃ fuit calidum. Et, cũ ita ſit, ſequit vt actio, & paſſio inuenirent in contrarijs. in contrarijs enim cõiunguntur illa duo, quæ accipiunt per cõductionem, ſ. vt quodammodo ſint oppoſita, & quodammodo ſimilia. Quòd ſint ſiñia, ex eo ꝙ ſubiectum propinquũ eorũ eſt vnum. & ideo duo contraria habẽt vnũ genus ſiñr. vnde frigidum non patit à calido, neq; aliquod accidẽs ab aliquo accidente, neq; aliquod accidens pp aliquod accidens, neq; ad aliquod accidens, ſed paſſio inuenit ab oppoſito
I terminato ad oppoſitũ terminatũ, v.g. ab albedine ad nigredinẽ, & à frigiditate ad caliditatẽ, aut ad aliqd mediũ, ſiue neutrum inter eas. Adhuc aũtem neq; actio, & paſſio inueniuntur in rebus, quarum materiæ ſunt diuerſæ, hoc eſt, ꝙ non inueniunt in vnaquaq; re agere, & pati. Corpora enim patiunt ab arte Medicinæ, ſed ars Medicinæ non patit ab eis. mã enim ęgritudinis ſunt humores, mã vero artis Medicinæ eſt anima. & pp hoc ſphæra Lunæ agit in ignẽ, & nõ patitur ab eo. Et ideo dicimus ꝙ, ſi eſſet hic forma agens
K ſine materia, nõ pateretur vllo modo: &, ſi eſſet forma non patiens, vt dicim⁹ de intellectu, neceſſe eſſet, vt eſſet ſine materia. Iſti enim duo ſermones continuant in ſimul. Agens aũt eſt magis proprius, q̃ Mouens. agẽs. n. facit qualitatẽ, quæ tm̃ patit: mouẽs aũt acquirit aliquẽ modum mot⁹, ſiue ſit in loco, vel in alio. Et ex hoc apparet ꝙ nõ in oĩbus modis qualitatis ineſt paſſio, ſed in tertio modo, vt declaratũ eſt in 7. Phy. ſed mouens iſtarũ paſſionũ eſt hmõi, vt calidũ & frigidum, humidum & ſiccum: & quædã ſunt, quæ ſequunt
L agentẽ iſtarum potentiarum, & procedunt ab eis, ſed agens eorũ nõ eſt eiuſcemodi, vt apparet in coloribus, & ſaporibus, & in duritie, & in molitie & ſimilibus. ſed ex hoc non ſequit vt non ſint paſſiones. Quomodo aũt agat agẽs, & qũo recipiat patiens, in hoc loco nil aliud dicimus, niſi ꝙ illud, quod habebat aliquod in potentia, & venit ad illud aliquid ab extrinſeco, conuertitur de potentia in actũ, ſm̃ quod nã̃r habebat.

Antiquorum aũt quidam opinati ſunt ꝙ iſta cauſa paſſiõis nõ eſt magis cauſa per accidens, q̃ ſit per ſ., vn
M de inuenimus quaſdã partes rerum recipiẽtes paſſionẽ magis, q̃ aliæ, vt diſpoſitio eſt in mineris. inueniunt enim quædam venæ, quæ oriunt ab agente, magis recipientes tranſmutationem, q̃ aliæ. & cauſa eſt diſpoſitio quarundam partiũ rei, quæ recipiunt paſſionẽ magis, q̃ aliæ. Opinio vero dicentis ꝙ cauſa paſſionis eſt partes indiuiſibiles intrare ĩ duobus paſſiuis, quę agunt adinuicẽ, iſta opinio fundata eſt ſuper ſermonẽ dicentem corpora indiuiſibilia eſſe,

cuius

A cuius deſtructio declarata eſt in Sexto Phy. Et, cũ dixim⁹ de tactu, & de actione, & paſſione, reuertamur ad mixtionem, & temperationem.

De Mixtione, de qua à tex. 81. vſq; ad finẽ primi tractatus.

DIcamus igit, ꝙ Mixtio non eſt vt vnũquodq; mixtorũ ſit in actu. ſi enim exiſtimarem⁹ hoc, tũc diceret tactus, neq; aliquod eorũ iã fuiſſet corruptum. qm̃ gutta aquæ, qm̃ cadit in vino, non dr̃ ꝙ temperatur cum vino, neq; ꝙ admixta fuit cũ vino: ipſa enim in ſuo toto non corrũpitur, neq; conuertitur in naturam vini. vnde nunq̃ inuenimus
B ꝙ nutrimentũ, perueniens ſup augmentatum, dicat mixtio. neq; mixtio, & tẽperatio non eſt ꝙ vnaquęq; corrũpatur, adeo ꝙ non habeat eẽ, niſi in potẽtia ſimplr, qm̃ exiſtimare hoc eſt generatio, & corruptio. Et, cum mixtio non ſit nulla iſtarũ rerum, ſequitur vt mixtio ſit ꝙ fiat ex vnoquoq; mixtorũ, cum miſcet aliquod in actu, conuertibile in formam vniuſcuiuſq; mixtorũ, ex eò ꝙ vnumquodq; mixtorum exiſtit
C in eo in potẽtia propinqua ad actũ, non in potentia remota ab eo, vt teſtificantur de rebus compoſitis Phyſici, & artificiales. Signum autem ꝙ eſſentia rerum mixtarum, in quo factum eſt ab eis ſit in potentia ꝓpinqua, eſt ꝙ quædam poſſunt ſeparari poſt temperationem, & mixtionẽ: & hoc eſt aut naturaliter, aut artificialiter, vt diſpoſitio eſt in coagulo ſeparans caſeum à ſpecie lactis. Mixtio autem non reſoluit vnũquodq; mixtorum in illo, in quo ſunt partes indiuiſibiles, & deinde propinquantur per coniunctionẽ illarum partium, vel conſtringuntur, ſ. quęlibet pars, quæ accidit ad quamlibet partem, quæ accidit, vt ſunt dicẽtes partem indiuiſibilem. qm̃ hoc eſſet D poſſibile, ſi diuiſio corporis perueniret ad corpora indiuiſibilia, donec reſolueretur. Quòd aũt, ſi mixta reſoluerentur in partes diuiſibiles per ſe, deinde admiſcerent, ſed paucitas earũ faceret latere a ſenſu continuationem terminorum adinuicem, vt multi Antiquorum imaginati ſunt, exiſtimare hoc dicitur in rei veritate cõpoſitio, & non dicitur mixtio, vt ita res ſe habeat per ſe. ſed exiſtimatio huius mixtionis eſt in rei veritate apud hoĩes, & non erit apud aliquẽ, qm̃ ſuus viſus erit magis acutus, vel penetrans, adeo ꝙ nihil erit E hic, quod admiſcet homini, quod ẽ acceptũ, v.g. per penetrationẽ viſus. Ampliusaũt, ſi ita eſſet, non eſſet generatum pp mixtionẽ aliquod conuertibile à foꝛa, & à qualitate in res, quibus admiſcet. v.g. mare, eſſent in eo aqua, aer, terra, & ignis, exiſtentes in actu. ſed componeret ex eis, quia eſſent in eo in actu ęqualr, ſiue ille partes eſſent ſenſibiles, ſiue non. cuius deſtructio manifeſta eſt per ſe.

Et, cum hoc declaratũ ſit de mixtione, ſequitur vt quodlibet duorũ mixtorum agat in aliud, & patiatur ab alio. Illa aũt, quę ſunt hmõi, ſunt F oppoſita, quoꝝ materia propinqua eis eſt vna, vt dictum eſt in cap. de actione, & paſſiõe. Mixtio enim alicuius in ſuo ſimili, non dicitur temperatio, neque mixtio, qm̃ poſt hoc non generat aliud: neq; dicunt eſſe mixta illa, qnorũ mã propinqua eis nõ eſt vna, neq; põt eſſe in eis mixtio. Et ideo nõ dicim⁹ ꝙ artifex, qm̃ tractat artificium, vel factum, admiſceatur cũ facto. Res aũt mixtę non ſolum debent eſſe contrariæ, & habere cæteras conditiones prædictas,

ſed

G sed adhuc debent esse facilis diuisionis in paruas partes, & tunc possunt separari termini earũ. Et ideo oportet vt mixta sint humida. si enim aliquod eorũ esset siccum, nõ possent admisceri, donec liquefieret. &, si simul essent sicca, oporteret necessario vt quædam humiditas cõis esset in eis, vt est in coniunctione ossiũ, qñ conteruntur. &, cũ ita sit, mixtio ergo ẽ vna de illis, quę diuersificant per transmutationem. Illa aũt, in quibus potest esse mixtio, quædã superant quædam fm propinquitatẽ materię cõis eis, & fm remotionem, H adeo ꝙ in quibusdã quantitas mixti non additur pp mixtionem, sed acquirit ex hoc solummodo qualitatem, vt est mixtio pulueris cum argento, vel cũ ære. Sermo aũt declarans temperationẽ perfecte, & qũo fit, & p quod, prolixior est in Quarto libro Meteororum.

TRACTATVS SECVNDVS

LIBRI DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE.

I IN isto Tractatu incępit ꝑscrutari de illis, quæ dicunt Elemẽta corporũ, quæ sint, & quot. Dicam⁹ igitur ꝙ corporũ generabilium, & corruptibiliũ duæ sunt spẽs, corpora simplicia, & composita, & vnumquodq; istorũ cõponitur ex materia, & forma, vt alibi dictũ est. Corpora vero simplicia, materia propinqua eorũ est materia prima, vt declaratũ est. Forma aũt eorum sunt prima opposita, quæ sunt in eis, ſ. graue, & leue, calidũ frigidum, humidum & siccũ. Sed adhuc debent esse facilis diuisionis in paruas partes, & tunc possunt separari termini earũ. Et ideo oportet vt mixta sint humida. si enim aliquod eorũ esset siccum, nõ possent admisceri, donec liquefieret. &, si simul essent sicca, oporteret necessario vt quædam humiditas cõis esset in eis, vt est in coniunctione ossiũ, qñ conteruntur. &, cũ ita sit, mixtio ergo ẽ vna de illis, quę diuersificant per transmutationem. Illa aũt, in quibus potest esse mixtio, quædã superant quædam fm propinquitatẽ materię cõis eis, & fm remotionem, adeo ꝙ in quibusdã quantitas mixti non additur pp mixtionem, sed acquirit ex hoc solummodo qualitatem, vt est mixtio pulueris cum argento, vel cũ ære. Sermo aũt declarans temperationẽ perfecte, & qũo fit, & p quod, prolixior est in Quarto libro Meteororum.

TRACTATVS SECVNDVS

LIBRI DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE.

IN isto Tractatu incępit ꝑscrutari de illis, quæ dicunt Elemẽta corporũ, quæ sint, & quot. Dicam⁹ igitur ꝙ corporũ generabilium, & corruptibiliũ duæ sunt spẽs, corpora simplicia, & composita, & vnumquodq; istorũ cõponitur ex materia, & forma, vt alibi dictũ est. Corpora vero simplicia, materia propinqua eorũ est materia prima, vt declaratũ est. Forma aũt eorum sunt prima opposita, quæ sunt in eis, ſ. graue, & leue, calidũ frigidum, humidum & siccũ. Sed in hoc loco ꝑscrutari debem⁹ K de corporibus cõpositis, quæ sit materia eorũ propinqua, & elementa, & si sint de vno numero istorũ corporũ simpliciũ, aut magis vno. Via aũt ad hoc est scire spẽs primorum conuertibilium, ex quibus sequitur esse conuertibilium cõium omnib⁹ corporibus generabilibus, & corruptibilibus. &, licet ista conuertibilia quædã sint prima, & quædã nõ, narrabimus prima. &, si essent oĩa prima, nos prima narrabimus.

DIcamus igitur ꝙ necesse est vt istæ sint formæ corporum primorũ, ex quibus sunt oẽs spẽs conuertibiliũ in oĩbus corporibus. v.g. oppositæ, quæ inueniuntur in vino, L sunt in genere saporis, oppositæ vero prima in sapore sunt dulcedo, & amaritudo. &, cũ ita sit, oportet vt illud, p quod differat vinum, sit amarum, & dulce. & debem⁹ narrare spęcies conuertibiliũ, & vtrum ꝙ quędam resoluunt in quædam, vel non. Et nos iudicamus ꝙ corpora simplicia, in quibus inueniunt ista cõuertibilia, sint elementa compositorũ. Et iste modus declarationis est demonstratio causæ, & esse, & quasi sit sub secunda specie quartæ speciei de M modis demꝛonis fm Abunaza Alpha. qm̃ A est genus B, & B diuidit G, si posuerimus elementum esse genus istorũ. Dicamus igitur ꝙ contraria existentia in corporibus compositis cõibus omnibus sunt cõuertibilia apparentia sensui tactus, omne enim genus naturale est tangibile. Illa aũt, quæ apparent sensui tactus, sunt Caliditas & Frigiditas, & Humiditas & Siccitas, & Durũ & Molle, & Rarũ & Densum, & Tenue & Spissum, & Pilosum & Lubricũ, & Minutio, & viriditas. Grauitas aũt, & leuitas, licet sint in simplicibus, nõ ex eo, qđ sunt elementa, non enim sunt potentię actiuę, & non passiuę. qm̃ formę, in quibus sunt simplices, si essent elementa, sequeretur ex necessitate, vt essent actiuę, & passiuę, qm̃ essentia composita ex eis fit per mixtionem, vt declaratum est. caliditas vero, & frigiditas, & humiditas, et siccitas, sunt potentię actiuę, & passiuę. & hoc manifestum est ex descriptione eorum. Caliditas. n. est potentia actiua, qm̃ innata est coniungere omnia consimilia, quę sunt eiusdem rationis, & facit ea esse vnita. & hoc apparet in arte Purificatiua, & in alijs artibus. & sequit ex hac actione diuisio rerum non consimilium, & ista actio coniungitur cũ eis propter primum, & quasi fit in secunda intentione, aut per accidens. Frigiditas vero est etiam potentia actiua, qm̃ innata est coniungere consimilia, & non consimilia. & hoc etiam apparet in corporibus, quę congelantur à frigiditate, vt sunt lapides minerales, & niues, & similia. Humiditas autem, & siccitas sunt duę potentię passiuę. Humiditas enim facilis est abstringi ab alio, & difficilis abstringi à se: Siccitas vero per oppositũ, idest ꝙ est difficilis abstringi ab alio, & facilis à se. Cętera vero contraria, quę narrauimus. ſ. durum, & molle, &c. luce clarius apparet ꝙ resoluuntur in eas primas potentias. Durum enim fit ex siccо, & Molle ex humido, & similiter est tenue, & spissum. Tenue. enim. qm̃ est facilius abstringi alijs, vt dicit Arist. ideo fit ex humiditate. & cum ita sit, sequitur vt Spissum fiat ex siccо, et sic de alijs. Similiter autem multa sunt humida per se, & multa, quę humiditas accidit in eis qm̃ aũt humiditas est in superficie rei, & apparet, dicitur miscibilis, qm̃ vero est intrinsece, dicit profundata. Siccitas uero non est necessaria in unoquoq; istorum nominum, sed ęqualiter indigent siccitate, & caliditate, quas diximus. quatuor aũt uirtutes, quę sunt calidum, & frigidum, & humidum, & siccum, licet sint uirtutes actiuę, & passiuæ, non resoluunt in aliquid, neq; quędam in quasdam. Calidum enim nõ fit ex frigido, neq; frigidum ex calido, neq; humidum ex sicco, neq; siccum ex humido. Similiter aũt neq; humidum ex frigido, licet uideatur aer calidus, & humidus, neq, siccum fit ex calido, licet uideatur terra frigida, & sicca.

De Qualitatib⁹ Elementorũ. de qbus à tex. 7. vsq; ad. 16.

ET, cùm ita sit, & ostensum est ꝙ quatuor potentię sunt simpliciores omnibus transmutabilibus, quę sunt in compositis, declaratum est ergo, ꝙ corpora simplicia, q̃ sunt istę uirtutes, sunt formę eorum, & sunt in eis non in actu, & perfectę sunt elementa compositi. Sed, quia in unoquoq; corporum simplicium sunt duæ istarum potentiarum: aliter enim elementa conuerterentur: & etiam impossibile est ut istę potẽtię coniungantur sine quatuor, quę sunt in elementis, ſ. caliditas & siccitas, & caliditas & humiditas, & frigiditas & humiditas, & frigiditas & siccitas: sequitur ex hoc, ut istę quatuor sint formę elementorum, & ꝙ sint tot. Et, cùm declaratum est ꝙ necesse est ut sint quatuor corpora simplicia huiusmodi, ex quib⁹ cõponũtur alia composita: & illud, quod dixit apparet sensui. (Ignis enim est calidus, & siccus. ꝙ sit calidus apparet

De numero Elemẽtorum. de quib⁹ à tex. 16. vsq; ad 24.

ſenſui, ꝙ ſit ſiccus ratio eſt, vt poſterius dicet, ꝙ gelu eſt oppoſitio igni. omnino.n.differunt,& gelu eſt frigidum,& humidum: ignis ergo eſt calidus,& ſiccus. qm̃, ſi non eſſent diuerſa, niſi in vno tantum, ſcin frigiditate, aut caliditate, non eſſent omnino oppoſita. Aer aũt eſt calidus, & humidus, ꝙ ſit humidus paret, qm̃ frigus corrumpit eum. Aqua vero eſt frigida,& humida. frigida, qm̃ calor corrumpit eam,& humida, qm̃ videmus eſſe facilem coniungi ab alio,& facile coniungi à ſe. Terra vero frigida,& ſicca. Et intẽdit ꝙ ignis ſit manifeſtioris caliditatis, & aqua manifeſtioris frigiditatis, quàm terra,& ſimiliter apparet aerẽ eſſe manifeſtioris humiditatis, q̃ aqua, qm̃ eſt facilior coniungi ab alio. neceſſe eſt ergo vt iſta quatuor corpora ſint elementa. Et iſte ſermo componitur ſic. Iſta quatuor corpora ſunt illa, in quibus ſunt prima contraria, & tot ſunt quot illa, quæ generantur ex compoſitione primorum contrariorum: & corpora, in quibus ſunt iſta prima contraria,& tot ſunt quot cõtraria, ſunt elementa. ſequit̃ ex hoc vt iſta corpora ſint elementa, & tot ſint quot ſunt.

Quod oĩa cõpoſita naturalia componũtur ex quatuor elementis. de quo à tex. 49. vſque ad 51.

ET declaratũ eſt, ꝙ iſta quatuor corpora ſunt elementa oĩum cõpoſitorum. Et hoc etiam declaratũ eſt, qm̃ compoſita, quia generantur per quiditatẽ vilioris, in quo eſt terra: apparet n. hoc in terra de animalib⁹, & vegetabilibus, & etiam in mineris: neceſſe eſt vt ſit in eis quędam pars terræ. eſt. n. ĩ loco terræ naturali ter, quod eſt neceſſario medium, aut terra, aut aliquod terreſtre. &, quia terra, ſecundum ꝙ eſt ſicca, non poteſt congregari, neque habere figuram, niſi miſceatur cum ea aqua, neceſſe eſt, vt in omni cõpoſito ſit terra, & aqua, & cùm terra, & aqua ſit in omni compoſito, ſequitur ex hoc eſſe alia contraria, ſcilicet ignis, & aer. &, ſi non, non erit æqualitas, quæ eſt in compoſito, neque erit medietas inter caliditatem, frigiditatem, & humiditatem, & ſiccitatem. Vniuerſaliter aũt diſpoſitio eſt in corporibus naturalibus, vt diſpoſitio eſt in arte, quæ congregat corpora terreſtria. v. g. in arte faciente latera. quẽadmodum. n. latera perficiuntur per aquã, & puluerem, & poſtea decoquitur in igne, adeo, ꝙ ſit firma, ſimiliter eſt diſpoſitio in corporibus naturalib⁹. & hoc apparet perfecte in Quarto Meteo. & declarabitur etiã hic. qm̃ videmus oĩa copoſita reſolui in iſta quatuor ſimplicia, reſoluũtur. n. per agumentationem in aquam, & per corruptionem in terram, & quædã tranſmutant̃ modico motu in ignẽ, vt ſunt ligna humida ſubtilia, quæ cito deuorantur. quidquid. n. reſolui tur in aliquid, eſt cõpoſitum ex eo. & etiã hoc apparet de nutrimento, ſ. de illo, quod innatum eſt nutriti. & magis manifeſtũ eſt in plantis, quoniam nutriuntur per aquam, & terram, & ideo agricola miſcet eas.

Quod cõpoſita generent ex elementis ꝑ miſtionem iam declaratã. de quo à textu 45. vſque ad 49.

ET, cum declaratum ſit ex hoc ſermone, q̃ ſunt elementa, & quot, oportet etiam declarare, ꝙ compoſita ex eis generant̃ per mixtionem iã declaratã. impoſſibile eſt. n. aliquid eſſe in actu magis, quàm aliud in actu, & ꝙ illud tranſmutetur de forma, & quiditate in illa, ex quibus cõponitur, niſi per mixtionem. Vnde non poſſunt dare talem cauſam dicentes elementa iſtorum corporum eſſe partes habentes quantitatem, ſiue

ſiue diuiſibiles, ſiue nõ: qm̃ ſm hoc ſequeretur generationem eſſe compoſitionem, & nulla tranſmutatio ꝑ formam, & quiditatẽ eſſet inter cõpoſitum, & ſua elementa: & ſm hoc ẽt non eſſet generatio per ſe, ſed per accidens. Similiter aũt impoſsibile eſt dare cauſam ſm hanc opinionẽ in multis cõpoſitis, & de tranſmutatione eorum per formã, et quiditatẽ. qm̃ cauſa in hoc eſt tranſmutatio quantitatum elementorũ in cõpoſito, & ſm quod augmentãtur in parte, & diminuunt̃ in parte, & nulla eſt cauſa, quare tranſmutantur formæ corporũ conſimiliũ partiũ, niſi iſta. per quam differt caro ab oſſe, & oĩa corpora conſimilia abinuicẽ. & hoc eſt, qm̃ elementa exiſtunt in compoſito in potẽtia propinqua actui, ideo differt eſſe vniuſcuiuſque eorum in vnoquoq; compoſito ſm propinquitatem, & remotionem eorũ ab actu. & propter hoc quædã cõpoſita ſunt magis ꝓpinqua trãſmutari in ignẽ, & quædam in aquã, aut terrã, aut aerẽ, aut in duo horũ, aut magis duobus. & propter iſtas quantitates mixtionis, quæ ſunt in vnoquoq; horũ inuenimus differentias proprias in vnoquoq; horũ, ſicut eſt extenſio auri, & alię differentiæ corporum conſimilium partium. Sermo autem de generatione conſimilium partium, & dare cauſam in differentijs vniuerſalibus, eſt in Quarto Meteo. Et, cum hoc declaratum ſit de generatione corporum compoſitorum, & declarauimus eorum principia propinqua materialia, nunc conſyderandũ eſt de ſimplici gñatione, .i. de gñatione iſtorũ corporũ ſimpliciũ, quæ gñantur abinuicem, & qũo ſit & quot modis dicatur.

De Gãone Elemẽtorũ mutua. d quà à tex. 24. vſque ad textũ. 30.

DIcamus igitur, ꝙ generatio eorum abinuicẽ apparet ſenſui. & etiam hoc apparet, qm̃ ſunt oppoſita. contraria enim innata ſunt quę dam corrumpere quędam, quando vnum ſuperat alterum. Sed nullum elementum corrumpitur vniuerſaliter, & ỏmnino, propter æqualitatẽ, quę eſt inter ea, & ideo quando dabimus cuidam eorum denſitatem, & difficultatem paſſionis, vt eſt terra, ponitur eſſe parua. cùm vero dabimus cuidam raritatem, & facilitatem paſſionis, dicitur magnum, vt aer. &, ſi non eſſet hoc, corrumperetur, & eſſet terra. Et, cùm manifeſtũ ſit ꝙ generantur abinuicem, vt diximus, manifeſtum eſt etiam per ſe, ꝙ tribus modis accidit. Quorum Vnus eſt facilis, & eſt ꝙ corrumpitur vnũ eorum, in quod eſt propinquius ipſo, vt terra in aquam, & aqua in aerem, & aer in ignem, vel econtrario. & hoc dicitur eſſe facile ipſi, quoniã non indiget iſto modo in generatione eorum abinuicem, magis quàm indigeat corruptione vnius qualitatis, quæ ſit oppoſita ei, & ꝙ augmentetur per aliam qualitatẽ, qm̃ vnum quodque duorũ elementorum propinquorum conuertuntur per vnã qualitatem: verbi gratia, quando ſic citas terrę corrumpitur, & reuertitur humiditas, & augmentatur frigiditas, generatur aqua ſimiliter eſt diſpoſitio aquę cũ aere. cùm. n. corrũpitur frigiditas & augmẽtatur humiditas, generat̃ aer. & ſimiliter eſt diſpoſitio aeris cũ igne, & diſpoſitio ignis cum aere, & aeris cũ aqua, & aquę cũ terra. Modus vero Secundus generationis horum, & difficilis eſt quòd elementa, quæ conuertuntur in duas qualitates ſimul, generãtur

abinuicem . & hoc eſt in elementis, quę non ſunt propinqua, vt ignis ſit aqua,& aer terra.& hoc dicitur eſſe difficile,qm̃ illud, quod corrumpit, oportet vt corrũpat per duasqualitates ſimul,& illud,qđ generat, oportet vt generetur in duas qualitates ſi mul.verbi gratia ignis nõ fiet aqua, donec corrumpetur caliditas, & ſiccitas,& generetur frigiditas & humiditas,& ſimiliter eſt diſpoſitio aeris cum terra. Tertius aũt modus eſt,q̃ vnum generatur ex duobus, & hoc poteſt eſſe in illis,quę conuertuntur in duas qualitates,non in illis, quæ conuertunt in vna tantũ,ſ.quæ ſunt propinquæ. verbi gratia ex igne, & aqua generatur aer,& terra, aer aũt per corruptionem ſiccitatis ignis,& frigiditatis aquæ,terra vero per corruptionem caliditatis ignis,& humiditatis aquæ . & ſimiliter ignis gnatur ex terra, & aere . Flamma.n. vt Ariſt.dicit,eſt calida,& ſicca.q̃ ſit calida apparet ſenſui, q̃ ſit ſicca ratio eſt,vt dicit Ariſt.q̃ flamma eſt fum⁹ accenſus. vapor aũt fit ex terra, & aere. In elemẽtis aũt propinquis nõ poteſt hoc eſſe, qm̃ diuerſificantur in vna qualitate, & conueniunt in alia,vt ignis,& aer. & aqua & terra. Cum autem corrumpitur vna qualitas ex vnoquoque eorum, impoſſibile eſt aliquid generari ex eis . verbi gratia ſi corromperetur ex igne ſiccitas, & ex aere humiditas,& remaneret caliditas tantum. & ſimiliter, ſi corrumperetur ex ambobus caliditas,remanerent duo oppoſita, ſ.ſiccitas,& humiditas, & duo contraria non poſſunt congregari in vno corpore. Et iſte modus generationis eſt difficilior primo,& facilior ſecundo. q̃ ſit facilior ſecundo,ratio eſt, quoniam generatio,& corruptio ſunt in eadem qualitate.quòd ſit difficilior primo,ratio eſt.quoniam iſte mod⁹ generationis fit per corruptionem duarum rerum,quarum vnaquæq; corrũpitur in vna qualitate, & ideo diximus eſſe difficiliorem primo.

ET,cum hoc declaratum ſit de generatione ſimplici, & etiam declaratum ſit de generatione compoſita illud,quod declaratum eſt, debemus nunc perſcrutari de cauſis vniuerſalibus omnium generabilium, & corruptibilium, quæ ſunt vltimæ cauſę.huiuſmodi enim poſſumus dare cauſam vniuſcuiuſque rerum particularium generabilium, & corruptibilium, vt non ſit neceſſe reduplicare vnum in doctrina, vt fecit in libro de Phyſico auditu.ibidem enim dedit cauſas vniuerſales omnium rerum;quarũ ſtatus in natura eſt æqualiter, ſiue ſint ęternę, ſiue generabiles. Dicamus igit̃,q̃ cauſę datę ibi in libro Phyſi. ſunt ipſæmet cauſę generationis,& corruptionis.ibi.n.dixit cauſas eſſe qnatuor,ſ. materialem,formalem, agentem, & finalẽ.Materia aũt prima,quę declarata eſt,ſuum eſſe eſt prima materia oĩbus generabilibus,& corruptibilibus,corporalibus aũt ęterna,de quibus dicimus eſſe materalia , eſt per vnum modũ analogiæ,qm̃ formę, eorum non poſſunt ſeparari , neque corrũpi,vt declaratum eſt in libro de Cœlo,& mundo, ſed ſunt materialia ex eo,quod ſunt ſubiecta tantum. Motor autem eorum tranſmutatur in motu,& recipiunt motum ſecundũ ſubiectum,nonſecundum formam. Forma vero generabilis, & corruptibilis nullum prędicamentum cõtinet eam , ied eſt in vnoquoque entium

De cauſis vltibus rerũ gñabiliũ, & corruptibiliũ de quibus à textu. 51 vſque ad textũ 56.

Idẽ in ſuo proœmio 1. phyſi.

entium particularium, per quod fit ſubſtantia. & ideo declarare ea, per quod propriantur,conſyderari debet in vnaquaq; eorũ. Et,cum ita ſit,debemus perſcrutari de cauſa efficiente vltima generationis, & corruptionis,quæ latuit apud Antiquos, ſicut imaginatus eſt Ariſto.Et conſyderãdum eſt in hoc vtrum ſit eadẽ cauſa finalis,quæ declarata eſt in lib.Phyſicorum. & ſi eſt, vtrum ſit mouens propinquus generationi, aut eſt in medio,ſ.corpus cœleſte. Mouens.n. vniuerſalior eſt agente, qm̃ agens eſt ille,qui innatus eſt, vt per ipſum fieret qualitas in moto . & propter hoc non concedit Ariſto . appellare primum mouentem agentem.Dicamus igitur de generatione ſimplici, quæ eſt generatio elementorum ab inuicem. Apparet.n.agens in hoc eſſe motum localem corporum , quæ mouentur circulariter. &,ſi non,nulla generatio,et corruptio procederet ordinate;& recte, ſed corruptio partium elementorum eſſet impoſſibilis oĩno:ſunt.n. æquales ſm totum, & exiſtunt in ſuis locis naturalibus: nullum eſt.n. hic faciens eas errare, adeo,q̃ quædam proiicerent,quędã non, ęquaſi in virtutib⁹ ſuis. Et ſil' vĩ in gñatione cõpoſitorũ à ſimplicib⁹.elementa.n.licet admiſceant̃,& tẽperent̃, nõ ſufficit pp hoc,vt fieret aliqđ ens ex eis. & hoc eſt eſſentialiter .ſicut ignis,inquãtũ eſt ignis,nõ ſufficit vt fieret ex eo corp⁹ artificiale,niſi artifex formaret,& correxerit eum.&ideo vĩ hic q̃ per motum corporum cœleſtium ſufficit dare formas corporum mineralium cũ elementis,plãtę aũt,& aĩalia videnť indigere alio motore, vt declaratum eſt in hac ſcĩa,vt poſteri⁹ apparebit.

ET,cùm declaratũ ſit hoc de motu locali per circulationẽ, ſequitur vt dicamus,q̃ eſt prior alijs tranſmutationibus . ſed in primo motu nihil eſt vt ſufficiat eſſe cauſam generationis , & corruptionis : illa .n. quæ conuertuntur , cauſę etiam eorum conuertuntur,vnde neceſſe eſt, vt multi motus ſint,& diuerſi.& maxime in motu Solis, ſ. in ſphęra decliui.iſte.n.motus eſt prima cauſa illius,quod generatur, & illius, quod corrumpitur.cũ.n.motus eſt propinquus, eſt cauſa generationis multorum entium.cum vero eſt remotus, eſt cauſa corruptionis multorũ entium.agens autem in quatuor temporibus anni,quę ſunt in hyeme, & eſtate, & autumno , & veŗe, eſt iſte motus agens vero apud Ariſt.in cõtinuationem generationis, & corruptionis eſt iſte primus motus:agens vero in generationem,& corruptionem eſt motus Solis decliuis.

De cauſa perpetuitatis Gñationis , & corruptionis,đ quare, à textu 56 , vſque ad tex. 63.

De actione Stellarũ in hæc inferiora.

Et iſte motus non ſolum eſt in Sole,ſed etiam in Luna,& in alijs ſtellis errantibus, licet Sol videat̃ magis actualiter . qm̃ illud, quod facit Sol per ſuam ambulationem in ſphęra decliui de diuerſitate quatuor temporum,ipſummèt facit quęlibet ſtella per ſuam ambulationẽ in ſua propria ſphęra. quamuis lateat à nobis diuerſitas propria in qualibet ſtella in entibus,quę ſunt apud nos. Apparet ergo per ſermonem vniuerſalem q̃ habent introitum in generatione,& corruptione, adeo q̃ ſi imaginata eſſet deſtructio alicuius motus, aut alicuius ſtellę,ſequeret̃,aut q̃ nõ eſſet perfecta vlla generatio oĩno , aut quod non perficeretur generatio aliquorum entium. quędam.n. entia ſunt propriata per actionem

cuiuslibet ſtellæ. & ideo inuenimus quoſdam homines perſpiciẽtes hoc, quòd diuiſerunt entia ſm ſtellam,et poſuerunt tale ens ſecundum talem naturam ſtellæ, & aliud ens ſm talem naturã ſtellæ. Vniuerſaliter autem dico quòd apparet in iſtis ſtellis quòd patiuntur à motu Solis, ꝙ maxima diuerſitas in tranſmutatione eſt ſecundum;ꝙ ſunt propinquę. & remotæ à Sole. & magis apparet hoc in Luna,Mercurio,Venere.& videtur ꝙ iſta ſit cauſa diuerſitatis earum ſm propinquitatem, & remotionem à Sole,ideſt ꝙ ambulant,aut velociter,aut tarde: & ſpatium medium per dilatationes terminatas à Sole.Et cùm ita videtur de Sole,etde alijs ſtellis, ſequitur ergo vt generet entia,& debilitet ea, & vniuerſaliter propter longitudinem æternitatis eorum ſunt circulationes terminatę ab ambulatione Solis,& aliarũ ſtellarum ſecundum propinquitatem, & remotionem:quoniam iſtæ ſtellę dant vnicuiq; enti ſuam complexionem propriatam. deinde augmentatur, vel diminuitur, ſm quòd naturaliter recipit iſtas duas tranſmutationes,ſ.de propinquitate, aut remotione. & ideo vidimus quædam entia augmentari per circulationes terminatas, ſ.de circulationibus iſtarũ ſtellarum,& ſimiliter diminui quędam enim menſurantur per motũ Solis,quędam vero per motum Lunæ,vt diſpoſitio eſt in homine, qui longo tempore ſtat in matrice. & ſimiliter alia animalia. & non eſt remotum vt quædam entia menſurentur vita eorum per circulationẽ cuiuſdam ſtellæ magis,quàm alterius. & ideo dicimus vitam eſſe terminatam.& hoc fit,quãdo nullum ab extrinſeco venit accidentaliter enti, ſicut eſt corruptio aeris, vel malũ regimen,& multa alia, quæ non ſunt cauſæ naturales corruptionis. Quoniam autem iſti motus ſunt æterni, vt declaratũ eſt, quia motores ſunt ętterni,ſequitur vt generatio,& corruptio ſint æternę.& forte elementa generari abinuicem eſt ętternum, quoniam corpora cœleſtia mouent ea motibus conuertibilibus per propinquitatem, & remotionẽ ſine aliquo medio,vt diſpoſitio eſt in Sole. cùm enim eſt remotus à nobis, eſt cauſa generationis corporum per ſuperationem qualitatis aquæ.cum autem eſt propinquus,eſt cauſa generationis aeris,qm̃ tunc ſuperatur, & propter hoc non poſſumus imaginari corruptionem generationis iſto modo,corpora enim ſunt æterna in indiuiduo;elementa vero in ſpecie, vt declaratum eſt. Et ſimiliter videtur diſpoſitio eſſe in mineralibus, & in multis plantis, & animalibus, quæ non generantur ex ſpermate,& vniuerſaliter in omni, quod in ſuo eſſe non indigeat alio motore magis, q̃ Sol, vel aliæ ſtellæ, quoniam licet indigeant,& eſſent loco propriato, in quo generentur, & eſt ſuperficies terręaut ſequens eam,tamen apparet quòd corpora ſuperiora ſequunt conſeruare iſtum locũ per ſpeciem, licet non ſuperaret aqua.qm̃ eſſe naturale terræ, inquantum eſt grauis, eſt vt ſit ſecundum omnes ſuas partes ſub aqua,quoniam iam declaratum eſt ꝙ hoc eſt conueniens ei. & ex hoc apparet, ꝙ hęc actio ſtellarũ, & maxime ſolis eſt actio eſſentialis.

Vtrum autem ſit hoc neceſſariũ, aut ſit in maiori parte, iſte eſt locus dignus perſcrutatione. Sciemus aũt hoc,

hoc,cum conſyderauerimus in ſpeciebus,quę generantur ex ſpermate, & ſunt illę, quę cum motu corporũ cœleſtium indigẽt alio motore propinquo,vt homo. Dixit.n. Ariſto.in ſecundo de Phyſico auditu hominẽ generari ex Sole,& homine.Et,cum declaratum ſit hoc de iſtis ſpecieb⁹, quę generantur,ſcilicet ꝙ ſunt æternę à parte ante,manifeſtum eſt ergo, ꝙ ſunt incorruptibilia à parte poſt,ſ.qm̃ peruenium ſuper ipſas dãna elementaria, vt corruptio aeris, aut diluuium aquæ ſuper terrã.qm̃, ſi eſſent finitæ,erant in potentia eſſe infinitæ,& iam exiret illud,quod poterat eſſe in actu in tempore præteri to, quod eſt infinitum, & hoc eſſet infinities,& nunc non eſſent.Vniuerſaliter aũt iam declaratum eſt ꝙ impoſſibile eſt vt aliquid ſit æternum in tempore præterito,& corruptibile in tempore futuro, vel econuerſo,ſ. aliquod generatum,eteſſe ętternum. &,cum ita ſit,& declaratum eſt,ꝙ generatio,& corruptio ſunt æternæ,& æternitas in iſtis tranſmutationib⁹, & in alijs tranſmutationibus generabilibus, & corruptibilibus eſt propter ſequentiam, oportet igitur declarare quot modis ſit in eis.

Sol,& homo generant hominé. Idé 2.phy. tẽ cõ.26.

Quo pacto ſit conſecutio in ipſis reb⁹, & reuerſio,& quo pacto nõ. de quo à textu. 67. vſq; ad 70

DIcamus igitur,ꝙ iſta,quæ ſunt poſſibilia eſſe,licet ſit aliquod prius, non ſequitur vt poſterius ſit. verbi gratia, ſi Socrates eſt, non ſequitur quòd Plato ſuus filius ſit. Similiter autem & in rebus artificialibus.cum enim eſt fundamentum, non ſequitur eſſe domum.Sed quando poſterius eſt, neceſſe eſt vt prius ſit. verbi gratia,ſi tu es,ergo tuus pater fuit. cum autem eſt domus,ergo fuit fundamentum, & latera. In rebus autem æternis prior neceſſitat poſteriorem, & poſterior priorem. verbi gratia, ſi tempus hyemale eſt, ergo tempus æſtiuum fuit, & econtrario.&, cum ita ſit,quęrendum eſt vtrum æternitas in rebus poſsibilibus,& ſecutio ſit circulariter, aut recte. Dicamus igitur æternitatem eſſe recte impoſsibile eſſe in duobus extremis,ſcilicet in præterito, & & in futuro. quoniam præteritum, licet neceſſe ſit propter futurum, nõ poſſumus dicere hoc præcedere per ſe in infinitum in tempore præterito,& falſum eſt eſſe per ſe.quoniam ſi rectitudo eſſet in entibus,quæ generantur,eſſet per accidens,& per accidens eſſet,quoniam, ſi eſſet recta, indigeret alijs cauſis, quoniã poſterius indigeret, vt eſſet, cauſis, quæ præcederent ipſum infinities, & poſtea apparebit, quòd dans formas iſtorum entium, quæ generantur, quib⁹ ſunt ſub illo modo,quo ſunt, eſt agens ab extrinſeco, & eſt alius à ſpermatibus: ſperma enim non eſt, niſi inſtrumentum.

Et,cum hoc declaratum ſit,& declaratum eſt, quòd actio agentis eſt infinita,non eſt remotum vt agat in inſtrumentis infinitis actiones infinitas.Si vero poſuerimus illa inſtrumẽta quædam ordinare quædam, hoc eſſet per accidens. Similiter autem impoſſibile eſt vt æternitas cõtinua acciderit eis recte in futuro, neque per ſe,neque per accidens. quoniam ex priore non ſequitur poſterior, vt nos ſupra declarauim⁹.Et,cum hoc ſit impoſſibile,ſequitur vt æternitas iſtarum ſpecierum ſit circulariter, & hoc eſt propter motorem æternũ, qui mouetur circulariter. Cum ergo nubes eſt, pluuia eſt, & ſic, cum pluuia ſit,nubes eſt. Similiter autẽ.

si homo est,est etiam alius homo ab ipso,& erit ali⁹ post ipsum.Sed illud, quod fit ex eis,nō indiget,ut sit, alijs causis ab elementis,s.corporibus cœlestibus.& in isto modo corpora cœlestia sunt sufficienter in ęternitate. illud autem,quod indiget,ut sit,alio principio,ut animalia, & plantę, ut multi existimant, & homo tantum ſm opinionem Arist.apparet ꝙ corpora cœlestia dant sufficiēter illud, quod est sub intellectu, & hoc peruenit eis propter ipsa simul,s. propter corpora cœlestia,& ꝓpter illud principium.sed imaginari hanc generationem circularem in specie est necessarium, in indiuiduo autē est impossibile.impossibile est enim Socratem esse, postquam fuit, adeo, ꝙ sit alio tempore per reciprocationem. unamet enim res nō potest esse,post quam fuit per reciprocationem.qm̄ subiectum unius agens oportet esse unum. cum autem corrūpitur subiectum , de inde fit, sequitur ut sit ſm in numero , & ꝙ positio agentis in ipsis duobus sit una , aut non ponatur,ut dicunt ponentes reciprocationem.isti enim dicunt, ꝙ quando situs,qui iam fuit in tempore , quo fuit Plato,reuertitur in omnibus partibus sphęrę, tunc ipsemet Plato reuertitur.& totum hoc est falsum , & inopinabile,ut dictum est.

Alexandri autē opinio est quòd situs,& dispositiones, q̄ sunt in sphęris in aliqua hora, ꝙ nunquā reuertuntur in indiuiduo. Dicit enim ꝙ, si nos posuerimus stellas omnes in uno puncto sphęrę planetarum, puta ī Ariete,& postea incœperint omnes moueri,s.uelociores,et tardiores non sequitur ut reuerterentur in ipsomet puncto,à quo incœperūt moueri, sed quędā essent circulatę per mensurā alicuius circulationis. verbi gratia ꝙ,cum Sol compleret unū circulum,Luna etiā compleret duodecim circulationes. & sic sequeret᷑ ut situs circuli Solis esset ex unaqua que stellarum.& tunc esset possibile ut omnes reuerterentur ad unum locum.& nos uidimus oppositum. Sol enim diuidit suam sphęram per triginta & sexagintaquinque dies, & quartā , Luna uero per uigintiseptē dies & medietatē,et cū multiplicabim⁹ istos vigintiseptē dies,& medietatē p unū annū,essent triginta & sexaginta quinque & quarta,&,cū ita sit & agens nō reuertit᷑ unū in numero & sīr impoſe esthoc ī materia,declaratū est qn̄ singulare reuertitur oīb⁹ modis.& hoc intendimus declarare.

Sed in isto sermone est quędam adiectio. qm̄ non sequitur ꝙ circul⁹ Lunę non mensurat circulum Solis in diebus,quibus unum non mensurat alium, qm̄ quantitas communis potest esse modica.sed,si ita esset,tūc illud , quod est commune eis, esset quartum diei per necessitatem . Videre autem utrum istę circulationes stellarum sunt communes, aut non est difficile,aut impossibile . hoc .n. fundatur super scire tempus unius circuli eorum cuilibet stellę ſm ueritatē, & hoc impossibile est ad propinquitatē collocatā in aspectu. qđ autē possum⁹ scire est, ꝙ quędam ferè mensurāt quasdā,ut dicunt Astronomi. & qūodocunq; sit, singulare non potest reuerti. Et sic consumatus est liber de Generatione.Deo glorioso , excelsoq; gratias agimus.

Paraphrasis libri de Generatione, & Corruptione finis:

MAR-

MARCI ANTONII ZIMARAE

Solutiones Contradictionum in dictis Aristotelis, & Auerrois.

Super Primo de Generatione, & Corruptione.

ꝛde gene. cōm.14.

Contradictio est primo de generatione & corruptione.commen.14.Ait Auer. causæ gn̄ationis sunt duæ, materia,et mouens.Huius tamen oppositum inuenitur. 2.phy 27.&.28.vbi ponuntur quatuor causæ.similiter. 2.phy.cō 70.dicit ꝙ vbi est materia,ibi sunt omnes causæ.si igitur materia est causa generationis , omnes igitur causæ concurrent,non duæ tantum.Soluit᷑. generatio, vt est motus quidam , est de numero accidentium successiuorum.accidentia aūt,quatenus accidentia sunt,necessario dependent à substātia tanquam à subiecto, sicut scribit Cōm. 4.meta.cō.2.hoc.n commune omnibus est . quia igitur generatio motus quidam est,oportet, ꝙ sit actus mobilis inquantum mobile. tale aūt sibi proprium est generabile inquantum generabile:& hoc est materia. Et ideo generatio, ex parte qua accidēs est,& etiam ex parte, qua tale accidens,requirit subiectum,quod materia est.nam ſm Philosophum. 1.phys. 24. &.11.meta.cap. 5.omnes, qui de natura locuti sunt,in hoc conuenerunt , ꝙ ex nihilo nihil fit . Ex parte aūt, qua generatio est de numero accidentium successiuorum:sumo enim hic generationem pro aggregato ex alteratione prędicta,& subito prouentu formę. 6.physi 59.patet enim ibi,ꝙ sic potest qn̄q; capi:dico,ꝙ sub hac ratione maxime depēdet à motore.nam totum esse talium accidentium , & totum fieri dependet à causa extrinseca , quæ est motor , sicut declarat Commen.12.meta.cō.41.causæ igitur maximę necessarię ad gn̄ationem,vt generatio est motus qui iam, sunt suum subiectū,qđ est necessarium & intimum sibi,& ratione generis,& ratione spēi, & motor,qui sibi intimus est ratione speciei. Accidentia enim permanentia non dependent in esse , & in conseruari à causis extrinsecis , sed sufficit existentia sui subiecti ad hoc , ꝙ talia sint: iuxta illud,corruptis primis substantijs, impossibile est aliquid aliorum permanere. Forma aūt non est intrinseca generationi, vt generatio est motus.quia in aduentu ei⁹ generatio,vt est motus, corrumpitur, iuxta illud Philosophi.1.de generatione tex.cōm. 55.habitibus præsentibus in materia cessāt motus.& Cōmen. 2. de generatione cō. 52. forma cum inuenitur , quiescit transmutatio.qūo ergo potest esse causa transmutationis? Et ideo licet forma sit intrinseca generato,non tn̄ generationis est causa , aut principium . & quia forma & finis generationis idem sunt. 2.physi.cōmen. 70. ideo dicimus, ꝙ finis etiam non est principium ipsius generationis. Sic igitur ex intrinsecis causis materia ex extrinsecis aūt motor generationis causæ sunt necessariæ & principia.generati autem ex intrinsecis magis forma.ex extrinsecis magis finis.generatum.n. completū à sua forma est id quod est, quid quid dicant ālij.motore aūt,cùm sit extrinsecus,nihil eo indiget amplius: maxime loquendo de propinquo motore. ad finē aūt generatæ rei propriæ attributionem necessariam habet, quia frustra esset res generata,si omni actione careret.Et ideo,licet quatuor sint causæ , duæ illarum magis appropriantur generationi , & duæ generato magis.Et ideo bene dixit Cō.hic,ꝙ materia,& motor causæ sunt gn̄ationis. Et iſtud,sicut mihi videtur, occulte sensit Philosoph⁹, & Commen. 2.phy.te.cō. 72.vbi probant Naturalem debere consyderare de materia & motore:quia cognitio generationis non potest perfici,nisi dando has duas causas . Sed contra solutionem istam subtiliter arguit quidam ex præcipuis scholaribus meis Petrus Fides de Maiorica,probando, ꝙ forma est magis intima generationi,q̄ subiectum, aut motor, quia terminus ad quem est de quiditate motus , sicut dicit Cōm. 5.physi. cōm.3.&.48, &.3.physi.cōm. 4.&. 5.physi. cōm. 9. subiectum aūt non videtur esse de quiditate accidentis. 7.meta.sed ponit᷑ tanquā additum. cū igitur forma sit terminus generationis,erit igitur magis causa generationis,q̄ materia, cuius oppositum tu dixisti.Similiter,cùm motor non sit de quiditate motus,sicut efficiens non est de quiditate sui effectus, multo minus igitur motor non erit sic intimus generationi,sicut est finis generationis:qui idem est cū forma sola rōne distincta. Soluitur. terminus, ad quē ipsius motus,ad duo potest comparari , vel ad terminum à quo , vel ad subiectum.

Solutio.

Instantia.

Solutio.

Et

Et primo quidem modo cõsyderauit terminum ad quem Commẽ. 5. phy. cõm. 48. vbi dixit, ꝙ motus non cõstituitur in substantia sua ex termino à quo, quia ille amittitur, sed ex termino ad quem, quia ille acquiritur, & est pars suæ substantiæ. Alio modo potest cõsyderari termin⁹ ad quẽ, vt comparatur ad ipsum subiectum mot⁹, & sic pari ratione potest dici, ꝙ respectiue loquendo, terminus ad quem non est sic de substantia motus sicut subiectum. Ratio est, quia sicut terminus, ad quem acquirit, sic deperditur & entitas motus. & quando terminus ad quem est in acquisito essẽ, tũc est totaliter deperditum esse motus. si igit terminus à quo non dicebatur de substãtia motus, quia ille deperdebatur, multo magis terminus ad quem non erit de substantia motus, cum per talem deperdatur entitas motus in seipso. & hoc comparãdo terminum ad quem ad subiectum motus, sicut dixi. Loquor aũt semper hic de motu pro fluxu, & non pro forma fluente. quia motus profluente forma nõ destruitur per terminum ad quem, sed perficitur: quia taliter sumptus motus non distinguitur à termino ad quem, nisi sicut pater à viro, & vniuersaliter sicut diminutum à perfecto. motor etiam, vt dixi, est totalis causa, à qua dependet in esse, & fieri motus ipse, quia suũ fieri est suum esse. & ideo etiam magis intimatur motui, quàm forma. motus enim est actio motoris in re mota, vt dicitur. 3. physi. 20. & 22. vnde motor cadit in prima defini tione motus latenter: sed eius completa definitio non solum mobile, sed motorem capit: vt dicatur motus est actus motoris in mobili inquantum potentia motum. nam perfectæ definitiones debent dari per omnes causas, sicut patet. 1. phy. ad principiũ. & 8. metaphysi. tex. commen. 12. & 13. quid quid dicat Burleus in hoc, & sequaces. Ad formam igitur argumenti, quando dicebatur, quod terminus ad quem est de substantia motus per Auer. 3. commen. 5. physi. dico, quòd illa tria dicuntur esse de substantia motus ibi, pro quanto ponuntur in definitione motus, scilicet terminus à quo, terminus ad quem, & subiectum. & licet motor poni debeat in definitione completa motus, quia tamen in. 5. physi non declaratur an omne, quod mouetur ab alio mouetur, sed hoc declaratur in. 7. & 8. physic. ideo, sicut mihi videtur, ibi nõ meminit nisi de istis tribus. Si igitur esse de quiditate motus intelligatur id, quod in definitione eius ponit, sic oia prædicta sunt de quiditate eius. si vero tu intelligas esse de quiditate pro illo, quod quiditatem constituit in esse quiditatiuo, & est de intrinseca ratione ei⁹, sicut animal & rationale sunt de quiditate hominis, sic dico ꝙ nec subiectum motus, nec terminus ad quem, nec motor sunt de motus quiditate, quia omnia ista sunt extrinseca ab ipsa quiditate motus, siue quiditas motus sit entitas absoluta, siue entitas respectiua licet. n. habitudo ad terminum sit de quiditate respectus, non tamen terminus. patet igitur qũo, & qualiter dicta nia sunt rationi consona, sicut vides. & nos. 2. hui⁹ super. 52. cõ. confirmabim⁹ ista magis.

Secunda contradi. est in cõ. eodem. Dicit Auer. ꝙ substantia vtriusque mouentis à 1. Philosopho consyderatur. Et ibi fuit oppositum de secundo mouente, quod est mouens motum, & per consequens à Naturali, non à Diuino debet consyderari. Soluit. ꝙ principia substantiæ sensibilis tam generabilis, quàm æternæ, & à Naturali Philosopho, & à Diuino habent consyderari: sed differenter. quia principia, quæ inuestigant à Naturali, inuestigantur vt sunt principia substantiæ sensibilis: principia aũt à Diuino inuestigata, sunt, vt sunt principia substãtiæ, vel entis. entis. n. inquantum ens, & substantiæ inquantum substantiç inuestigant principia, & causæ. 4. & 6. meta vtrobique tex. commen. primi. Et ideo dicit Commẽ. hic, ꝙ duo sunt modi mouentium. quorũ Vnus est quod mouet & non mouetur: & talis motor, vt scribit ipse in. 1. physi. com. vltimo. & 2. physi. 26. & tex. cõ 73. non consyderatur, nisi quantũ ad si est, non autem quantum ad quid est, qa in eo non est principium motus, vt dicitur ibidem. & ideo substantia; & quiditas istius primi mouentis à diuino consyderatur. Sed est aliud primum mouens motum, & est corpus cęleste, quod mouet ista inferiora, & mouetur ab intelligentia. & tale consyderatur à Naturali & à Diuino. à Naturali, inquantum est sensibile & mobile: à Diuino autem, vt est causatum à principijs substantiæ, inquãtum substantia, & entis inquantum ens. Solutio est Auerro. 12. metaphysi. 1. 5. & 6. & 29. commen.

1. de gña. com. 14.

Solutio.

Tertia contradictio est super tex. 22. Dicit Philosophus, ꝙ igni contrariatur aqua. Sed opponebam per authoritatem Philosophi. 2. celi tex. com. 18. vbi habet ꝙ igni contrariatur terra. Sic. n. ibi arguit ignem esse ex hoc. ꝙ terra est. quia si vnum contrariorum

1. de gña. tex. 22.

rum reperiuntur in rerum natura, sequitur ꝙ reperitur & alterum. Sed vni vauum dicitur esse contrariũ. 10. meta. tex. cõm. 14. & 1. cę li tex. cõ. 10. Nisi esset, ꝙ non inconuenit diuersis modis vnum cõtrariari pluribus, aut plura vni, vt dicit Cõmẽ. in. 8. phy. cõ. 62. sic in proposito terra, & ignis dupliciter conci pi possunt. Vno modo inquantum comparantur in qualitatibus localiter motuis, vt sunt grauitas, & leuitas. & quia terra est grauc simpliciter, & ignis est leuis simpliciter, sic maxime contrariãtur ista duo extrema. omnia enim alia elementa habe..t grauitatem præter ignem, & omnia habent leuitatem præter terram, vt dicitur in. 4. cœli te. cõm. 39. Alio modo consyderantur, vt sunt actiua, & passiua. & quia hoc habẽt per qua litates alteratiuas, & quia ignis est calidus, & siccus, & aqua est frigida & humida, sic igni maxime dicitur aqua contrariari, quia contrariatur sibi in ambabus qualitatibus. In libro igit de cœlo, & mundo. in quo agit de elementis, vt sunt partes mundi, quia cõ sistentia mundi consistit in distinctione suarum purarũ partium, cui sunt corpora simplicia, & quia istis debetur locus merito suarum formarum; propter hoc ibi dictum est igni contrariari terram. Sed in libro de generatione & corruptio ne agitur de elementis inquantum elementa sunt, & inquantũ sunt causæ compositorum. & quia elementa non sunt elemẽta, nisi per qualitates actiuas, & passiuas, vt dicit Philosophus in. 2. de generatione, & corruptione. tex. cõ. 7. & 8. nec etiam sunt causæ mixtorum, nisi inquãtum alterantur: mixtio. n. est mixtibilium alteratorum vnio: ideo in hoc loco melius dicitur igni contrariari aquã, ꝙ terram, licet etiam sibi hoc modo contrarietur, sed non maxima contrarietate.

Solutio.

1. de gña. com. 2.

Quarta contradictio est in cõ. 25. Dicit Cõmen. ꝙ partes moti circulariter semper mouentur in eodem loco: ex quo patet, ꝙ non mouentur fm subiectum. Sed hui⁹ oppositum dicit Cõmen. 4. phy. cõmen. 43. cõtra Themistium, vbi vult, ꝙ partes corporis circulariter moti mutant locũ & fm subiectum, & fm formam: totum autem solum fm formam, non fm subiectum. Soluitur. hic intelligit tales partes non mutare locũ, ita ꝙ sint in maiori, aut in minori loco, sicut est in augmento, & diminutione. sed. 4. phy. loquitur de loco absolute.

Solutio.

1. de gña. com. 27.

DE loco aũt, poſitione ſecũdo poſt hunc, primo aũt circa terram, dicamus. Iſte enim locus cõis eſt aquæ, & aeri, & accidentibus circa ſuperiorẽ generationẽ ipſius. ſumendum autẽ & horũ principia, & cauſas oĩum E ſimiliter. Quod igit᷑ eſt, vt mouens, & præcipuum, & primũ principiorũ, circulus eſt, in quo manifeſte Solis latio, diſgregãs, & congregãs, ex eo quia propẽ fit, aut longius, cauſa generationis, & corruptionis eſt. Manẽte autẽ terra, quod circa ipſam eſt humidũ, à radĩs, & ab alia, quæ deſuper eſt, caliditate euaporãs, fertur ſurſum. Cum aũt caliditas, quæ duxit ipſum ſurſum, de relinquit, & illa quidẽ diſperdit᷑ ad ſuperiorẽ locum, hæc autẽ & F extinguitur, propterea ꝙ ſuſpẽditur longius in aerẽ, qui eſt ſup terrã, cogitur iterum vapor infrigidatus, & propter derelictionem caloris, & propter locũ, & fit aqua ex aere: facta autẽ iterũ fertur ad terram. Eſt autẽ quæ quidẽ ex aqua exhalatio, Vapor. quæ autẽ ex aere in aquam, Nubes. Caligo aũt, nebulæ decidentia, eius, quæ in aquã concretionis, quapropter ſignum magis

eſt

G est serenitatis, q̃ aquarũ. est enĩ caligo, veluti nebula sterilis. Fit autẽ circulus iste, imitans Solis circulum. simul enim ille ad latera permutatur, & iste sursum, & deorsum. Oportet autẽ intelligere hunc veluti fluuium, fluere circulariter sursum, & deorsum, cõem aeris, & aquæ. propè enim existente Sole, vaporis sursum fluit fluuius. Cùm aũt elongatur, aquę deorsum. & hoc perenne vult fieri, ſm ordinẽ. Quare, si obscure dicebãt Oceanum
H priores, forte vtiq; hunc fluuiũ dicebãt circulariter fluentẽ circa terrã. Cum autẽ eleuatur humidũ semper propter calidi virtutẽ, & iterum fertur deorsum propter infrigidationẽ ad terrã, propriè nomina passionib⁹ imponuntur, & quibusdã differentijs ipsarum. cùm enim ſm modica feratur, Guttæ, cum autem ſm maiores ptes, Pluuia vocat.

Ex eo autẽ, quod in die euaporat, quantum nõ suspensum fuerit, propter paucitatem sursum
I ducentis ipsum ignis, ad eã, quę eleuatur, aquã, iterum cum deorsum ferat, qñ infrigidatũ fuerit noctu, vocat Ros, & Pruina. Pruina quidem, qñ vapor cõgelatur prius, q̃ in aquã concretus fuerit iterum. fit autẽ hyeme, & magis in hyemalibus locis. Ros autem, cum concretus fuerit in aquã vapor, & neq; sic fuerit tepor, ut exsiccetur sursum ductũ, neq; sic frigus, vt congeletur vapor ipse, propterea q̃ aut locus tepidior, aut anni temp⁹ sit. Fit K enim magis ros in temperie, & in tẽperatis locis, pruina autẽ, sicut dictum est, econtrario. palam enim est q̃ vapor calidior ẽ aqua: habet enim eleuantem adhuc ignẽ. quare amplioris est frigiditatis ipsum cõgelare. Fiunt autẽ ambo serenitate, & trãquillitate, neq; enim eleuabũtur, nõ existente serenitate: neq; coacta esse vtiq; poterũt, vento flante. Signum autẽ est, q̃ fiunt hęc, qa nõ longe suspenditur vapor. in montibus enim non fit pruina. L

Causa autẽ est, vna quidẽ hęc, q̃ sursum ducit ex cauis, & humectis locis. quare, veluti onus portans maius, sursum ducẽs caliditas, q̃ ſm seipsam, nõ potest eleuare ipsum ad multum locũ altitudinis, sed, ppè dimittit iterum. Alia autẽ est, quia diffluit maximè aer, existẽs in altis, qui dissoluit consistentiã talem. Fit Rorẽ flante Austro, autẽ ros vbiq;, australibus, non nõ Borea borealibus, præter q̃ in Ponto. fieri, ꝓtęq; q̃ in Põto. ibi autẽ econtrario. borealibus M enim fit, australibus aũt non fit. Causa autem est silr, sicut q̃ tẽperie quidẽ fit, hyeme aũt non. Auster enim temperiẽ facit, Boreas autẽ hyemẽ. frigidus enim est. quare ex hyeme exhalationis extinguit caliditatẽ. In Ponto aũt Auster quidem non sic facit temperiẽ, vt fiat vapor. Boreas autẽ, propter frigiditatẽ circumobsistens, calidum congregat. quare plus vaporat magis. Sæpe autẽ hoc & in exterioribꝰ

locis

A locis est videre fieri. vaporãt. n. putei borealibꝰ magis, q̃ australibus. sed borealia quidẽ extinguunt, antequã coacta sit aliqua multitudo: in australibꝰ autem finitur cõgregari exhalatio. Ipsa autẽ aqua non congelatur hic, quemadmodum in circa nubes loco. Inde enim tria veniũt corpora, quæ coguntur propter infrigidationem, aqua, & nix, & grando. Horum autẽ duo quidẽ proportionaliter, & propter eas
B dem causas fiũt ijs, quæ inferiꝰ, drĩa ſm magis, & minus, & multitudine, & paucitate. Nix enĩ, & pruina idẽ, & pluuia, & ros. sed illud quidẽ multum, hoc autem paucum est. Pluuia enim ex multo vapore fit, qui ĩfrigidat. Huius autẽ causa ẽ & locus multus, & tempus existens, in quo colligitur, & ex quo. Paucũ autem, Ros. diaria enim est consistentia, & locus paruus. manifestat autẽ generatio, existens velox, & parua multitudo. Simi-
C liter autẽ & pruina, & nix. cum enim congelata est nubes, Nix est: cum autem vapor, Pruina. Quapropter aut tẽporis anni, aut regionis signum est frigidę. nõ enim vtiq; congelaretur, adhuc multa inexistẽte caliditate, si nõ superuinceret frigus. in nube enim adhuc inest multũ calidum, reliduum ignis, qui euaporare fecit ex terra humidũ. Grãdo autẽ ibi quidem fit: in vaporante aũt propinquo terræ hoc deficit. Quẽadmodum enim di- D ximus, ut quidem ibi nix, hic fit pruina, vt autem ibi pluuia, hic ros, vt autem ibi grando, hic nõ contra respõdet simile. causa autem, cum dixerimus de grandine, erit manifesta.

Niuis cæ, gñatio, & accñtia.

Nix & pruina, pluuia & ros idem.

De Grandinis generatione. Cap. 2.

OPortet autẽ accipere simul & accidentia circa generationem ipsius, & quæ nõ seducũt, & quæ videnẽ esse rationabilia. Est enim Grando glacies. congelatur aũt aqua hyeme. Grandines autem fiunt vere quidem, & autumno maxi- E me, deinde & *maturationis fructuum tpe: hyeme autẽ rarius, & qñ minꝰ fuerit frigus. Et vlr fiunt grandines, quidem in temperatioribus locis, niues autẽ in frigidioribus. Inconueniens aũt est & congelari aquã in eo, qui est sursum, loco. neq; enim cõgelatam esse possibile est, antequã facta sit aqua: neq; aquã vllo tẽpore possibile est manere eleuatam. At vero neque sicuti guttæ sursum quidẽ insident propter F paruitatẽ, immorãtes autem in aere (sicuti & in aqua terra, & aurum propter paruitatẽ partium sæpe supnatant) sic in aere aqua. coeuntibus autẽ multis paruis, magnæ deorsum ferũtur guttę. hoc autẽ non contingit fieri in grandine. non enim coalescunt congelata, vti humida. Palam igitur q̃ sursum tãta aqua manlit. non enim vtiq; cõgelata fuisset tanta. His igitur videtur passionis causa esse huius, & gene-

* turdęs

rationis

G rationis,cum expulsa fuerit nubes in superiorem locum,magis existentem frigidum,propterea ꝙ desinunt ibi refractiones radiorum à terra, & veniens illuc aqua congelatur.quapropter & æstate magis,& in tepidis regionibus fieri grandines, quoniam amplius calidum sursum pellit
Grandinē ī sublimi nō fieri. à terra nubes. Accidit autem in valde altis minime fieri grandinem:quamuis oportebat,quem admodum & niuem videm⁹ in altis maxime fieri. Adhuc autē
H sæpe visæ sunt nubes delatæ cū sono multo secus ipsam terram, vt terribile esset audientibus,& videntibus,tanquam futuro aliquo maiori. aliquando autē, & sine sono talibus visis nubibus, grando fit multa,& magnitudine incredibilis,& figuris non rotunda: propterea ꝙ non multo tempore fit latio ipsius, tanquā propè terrā facta congelatione, sed non sicut illi aiunt. At vero necessarium est ab ea,quæ maxime causa est congelationis, ma-
I ximas fieri grandines.glacies.n. grando est. & hoc cuicunq; est manifestum. Magnæ autē sunt, quæ figuris nō rotundæ.hoc autem signum est ꝙ sint congelatę propè terram. quæ enim ferunt eminus, propterea ꝙ ferunt longe,circunfractæ fiunt, & figura rotundæ,& magnitudine minores. Quòd igitur non ex eo,ꝙ expellitur in superiorem locum frigidum,congelatio accidit, palā. Sed quoniam videmus ꝙ fit circumobsistentia calido, & frigi- K
ἀντιπερίστασις do inuicem(quapropter in tepo- *στασις*
ribus frigida sunt inferiora terræ,& tepida in gelu)oportet putare & hoc in eo,qui sursum,fieri loco. Quare in tepidioribus anni temporibus circūobsistentiam passum intus frigidū, propter eam,quæ in circuitu est,caliditatem,aliquando quidem cito aquam ex nube facit,aliquando vero grādinem. quapropter & guttæ multo maiores in tepidis fiunt diebus,q̄s in hyeme,& L
aquæ impetuosiores. impetuosiores enim dicuntur, cum congregatiores. congregatiores autem propter celeritatem cōdensationis. Hoc autē ipsum fit contra,q̄s vt Anaxagoras dicit. Hic Anaxagoras.
enim cùm in frigidū aerem ascēderit,ait hoc pati. Nos aūt,cùm in calidum descenderit,& maximè,cùm maxime. Cum aūt adhuc magis circumobsistentiam passum est intus frigidum ab exteriori calido, aquam cum fecerit congelauit magis, & fit grando. Accidit aūt hoc, cum citius M
fuerit congelatio, q̄s aquæ latio deorsum. Si enim fertur quidē, in tanto aūt tempore, frigiditas aūt vehemens existens in minori congelauit, nihil prohibet sublimem existentem cōgelatam fuisse, si cōgelatio in minori fiat tempore, q̄s quæ deorsum fit latio. Et quanto vtiq;s,ppinquius, & cōgregatior fit congelatio,& aquæ impetuosiores fiūt,& guttæ, & grandines maiores, pro-

pterea

A pterea ꝙ breuī ferantur loco. & non crebræ guttę magnæ cadūt propter eandē causam. Minus autem æstate fit, q̄s vere, & autumno,magis tamē quàm hyeme,quia siccior est aer æstate: in vere autem adhuc humidus: in autumno aūt iam humectatur. fiunt autem aliquādo, vti dictū est, & in maturationis fructuū tempore grādines, propter eandem causam. Confert autem ad huc ad celeritatem congelationis & præcalefactā fuisse aquā,
B citius enim infrigidatur, quapropter multi, cum aquam infrigidare cito voluerint, ad Solem ponunt primo. Et qui circa
Pōti accolatū piscā di ratio. Pontum, cùm in glacie habitacula faciunt ad piscium venationes (venantur enim intercidentes glaciem)aquam calidam arūdinibus circunfundunt, propterea quòd citius cōgelatur. vtuntur enim glacie, tanquam plumbo,vt quiescant arundines. Calida aūt fit cito consistens aqua in regionibus,& temporibus ca-
C lidis. Fiunt autem & circa Arabiam,& Æthiopiā æstatè aquæ, & non hyeme, & hæ impetuosæ, & eadem die sæpe, propter eandem causam. cito enim infrigidantur per circumobsistētiā: quæ fit, propterea quòd calida est regio valde. De pluuia igitur, & rore, & niue, & pruina, & grandine propter quām causam fiunt,& quæ natura ipsorum est,tot dicta sunt,

Caput Quartum Auerrois. D
De his,quæ in inferiori loco,terræ propinquiori generantur, Pluuia scilicet, Niue, Rore, Pruina, & Grandine.

POstq̄ autē locuti fuimus de his, quæ fiunt fm plurimū in locis superioribus, dicamus nunc de eis, quæ fiunt in loco inferiori. Nam vī ꝙ in aere sint duo loca.vnus eorum In aere sī duo loca. est locus superior, & est ille, in quo fiunt cometæ,& flāmæ: alius est,in quo fiūt pluuia,& nix, & pruina,& grādo. Et hic locus, īquo ista fiūt, hēt gradus.in superiori.n. eius parte fit pluuia,& nix,& grādo.in inferiori aūt parte huius fit ros, & pruina. Et ordo istoꝝ locorū apparebit, cū dabim⁹ causas istarū productionum, seu generationū. Et ī primis loquamur de Pluuia, & dicamus ꝙ De Pluuia genus ei⁹ est notū,& est illud, quod generat ex aere. nā non est ibidem aqua in actu.nā ille locus nō est naturalis aquæ, nec est ibi aliq̄d cogēs ipsum remanere illic: sed inuestigatio hic de dispōne ei⁹ est inuestigatio de causis gñationis eius: & de causis, ꝙ gñatio huius ꝓcedit fm rectitudinē,& ordinē determinatum. Et
F hoc ēt declarabit ex rebus,quas præ diximus,& suppositimus. Iam enim dictū est a nobis ꝙ Sol ꝓducit duo genera exhalationum: vnum est calidum, & siccū: & aliud calidum,& humidū. & ipse facit hoc magis in parte, ad quā ascendit. Exemplum huius. cùm ipse ascendit ad septentrionē,excitat has duas exhalatiōes. & sīr facit in parte meridionali, cū fuerit descēdens ad ipsam.& cùm reuoluit a parte, ad quā descendit,sequit de necessitate vt infrigidet ille vapor calidus,& humidus,& maxīe illud.

G illud,qđ fuit de ipſo in loco, in quo non peruenit ad ipſum reflexio radiorum. nam manifeſtum eſt ex iã declaratis ꝙ iſte locus eſt frigidior omnibus locis aeris. nam iã declaratum eſt ꝙ calefactio Solis,& ſtellarꝝ fit per motum,vel per reflexionem. Reflexio autem fit in terra, & illis, quæ ſunt propinqua terræ, pp groſſitudinem corporis eius, & duritiẽ, ſeu ſoliditatem eius.& declaratũ eſt ꝙ hæc reflexio habet finem,ſeu terminum:& in loco vbi deſinit nõ ad uenit de caliditate aliquo mõ. Nam cauſa reflexionis eſt minima quæ,
H cùm non fuerit radius cadens ſuper terram ſm angulum rectũ, vel propè rectum : hoc autẽ eſt in parte,ex qua reuoluitur Sol : cum hoc eſt,ꝙ iſte locus eſt magis remotus à corporibus cœleſtibus, ipſa igitur etiã non poſſunt facere peruenire calidi tatem,quę fit per motum. Et ſignũ huius eſt ꝙ aer,qui eſt in ipſo,nõ vr̃ moueri p motum totius. &,cũ hoc fit ita, & fuit iſte locus magis fortis, vt appareat in eo frigiditas cũ hoc, ꝙ Sol reuoluitur ab ipſo,neceſſariũ eſt vt ſit frigiditas in illa hora dominans in aere in illo loco multũ. nam
I aer,qui eſt ibidem, eſt humidus pp propinquitatẽ huius loci ad terrã. &grauitas aeris humidi accidit ei vt ingroſſetur à frigiditate,& fiat ex ipſo nubes: &,cum intenditur groſſities eius,tranſmutatur ad pluuiam, & deſcendit. ipſe enim pp æqualitatem partium eius ad recipiendũ generationem trãſmutatur multus ex ipſo ſimul. Et oẽ illud, cui aduenit hoc,habet menſuram aliquam, ſm quã conſeruatur ſua forma in aere, donec conſumatur illa nubes,aut remaneat ex ea illud, quod poteſt nõ tranſmutari in aquã, & eſt Caligo. K & ideo eſt ſignũ clarificationis, ſeu ſerenitatis. Et hęc eſt cauſa in hoc,ꝙ ſua deſcenſio non fit ita,ꝙ inter gut tam, & guttam ſit interpolatio magna,neq; tota ſimul,ſed quaſi deſcẽ dit conſequenter. Quod aũt aeri calido humido accidit tale,ſ. ꝙ frigefit,manifeſtum eſt ex eis,quæ apparent in balneis, & in quibuſdã alijs, in quibus fiunt guttę. Declarata igitur eſt ex hoc ſermone cauſa generationis pluuiæ,& ſunt cauſæ,quę ſe habent loco differentiarũ in definitione eius. declarabitur ẽt cum hoc quare ſua generatio eſt ſm circulũ L recte.nam maior pars iſtorũ ſequit̃ à motu Solis, quamuis ẽt apparet ꝙ Luna habet in hoc introitũ paruũ, cum diminuitur lumẽ eius. & ideo multiplicant̃ pluuiæ in illa hora ſm plurimum,i.in fine menſium. nam pp paucitatem luminis eius, accidit aeri ẽt in illa hora frigiditas intenſior cũ hoc, ꝙ illa frigiditas eſt conueniens, vt fiant ex ipſa pluuiæ. Et Quare Luna dr̃ eſſe frigida, & humida. pp hoc dicitur ꝙ natura Lunæ ẽ frigida,& humida. Et ſimile huic vr̃ accidere Soli,cũ eſt cũ aliqua ſtella, ſeu cùm habet certũ aſpectũ ad certam ſtellam,i.ꝙ tunc fit quædã habitudo, ex qua cauſat̃ multitudo pluuiarum,& econuerſo,ſicut dr̃ de cõbuſtione Veneris, & aliarum. Sed cauſa ĩ diuerſitate pluuiæ,ita,ꝙ ſint ex ipſa guttæ magnæ,& ſpiſſę,& alię ſpẽs pluuiæ, eſt diuerſitas diſpõnis ſubiecti,& fortitudo agentis,& debilitas eius. Nam aer,cùm fuit calidus, & humidus recipit poſſibilitatẽ maiorem, & tranſmutat̃ ſtatim ad guttas magnas, ex quib⁹ fit pluuia groſſa,& maxime, cũ fuerint cõtraria,ſ. caliditas, & frigiditas ſimul. ſed cũ non
A non eſt ſm hanc diſpõnem, & eſt in extremo oppoſito,fit ex ipſo pluuia minuta.illud aũt,quod eſt inter hęc duo extrema, eſt mediũ ſm diſpõnem ſubiecti. Sed, ꝙ aer calidus, & humid⁹ magis velociter recipit formam aquę, q̃ frigidus,manifeſtum eſt, qa aquę calidę magis velociter recipiunt frigiditatẽ:& ꝙ aer eſt ſm hanc diſpõnem, hoc etiam declarat per intenſam frigiditatem. Et ideo nõ fiunt pluuię in tpe frigoris,neq; in tpe,in quo flat ventus ſeptentrionalis,ſicut non fiunt in intenſo calore,& ſiccitate aeris. materia enim ea
B rum ceſſat in his duobus tẽporibus. Et aliqñ ſunt multi anni conue-
Propter qđ aliqui anni ſunt hũidi, & aliq; ſicci. nientes vt generetur in eis vapor calidus,& humidus, & fiũt pluuię multæ,& hoc vel propter diſpoſitionem materiæ, vel pp illud, quod accidit elementis ex corporibus cœleſtib⁹, vel ex ambobus,& econtrario etiã, ideſt ꝙ ſunt multi anni ſicci ꝓpter remotionem harummet cauſarũ.

Cauſa autem, propter quam fiunt nubes ſm plurimum ex vapore calido,& humido,eſt, quia eſt cõueniẽs vapor aſcẽdens ex eis ad generatio-
C De Rore. nem pluuiarum:& hoc pp humiditatem eius, & caliditatem. Ros aũt eſt pluuia ſubtilis deſcendens in nocte. & ideo deſcendit die ſereno. Et quaſi agens eius cauſa,quę eſt habẽs habitudinem cauſæ agentis pluuię eſt motus Solis ſub terra, & ſup ipſam.& ideo, cũ fuerit ſuper terram, aſcendat vapor conueniens huic,&, cum occultatur Sol ſub terra, infrigidatur ille vapor,& tranſmutatur, & fit ros. Et locus roris oportet de neceſſitate vt ſit ſub loco pluuiæ. & hoc pp paucitatẽ caliditatis inuentę in materia ei⁹ : & ideo fit generatio eius debilis. Et ſignũ huius eſt hoc, D quod d. Ariſt. ꝙ in cacumine montium altorũ non deſcendit ros, neq; in omnibus quatuor partibus reuolutionis anni,ſed in temporibus cõuenientibus aſcenſioni huius vaporis,& maxime,cùm flant venti accidentes in qualibet terra, & ſunt in maiori parte terrarũ ventі auſtrales,ſeu meridionales. & aliqñ eſt in quibuſdam ciuitatibus ventus flans ex parte propinqua adducens vapo rem propinquum ei, quicũq; vẽtus fuerit.ſed,cùm flat ventus ſeptẽtrionalis,vel venti ſpargẽtes,& deſtruen F tes nubes,definit deſcẽſio eius. Nix De Nive. aũt, & pluuiæ ambæ ſunt vnum. & ſimiliter cauſa efficiens ambarũ eſt vna,& locus. Diuerſificãtur autem ſecundũ plus,& minus. Locus enim niuis, & pluuiæ eſt vnus,& ſimiliter materia eorum : ſed diuerſificantur propter diuerſitatem agentis, ſcilicet frigiditas in intenſione, & remiſſione.nam,cùm non fuit frigus valde intenſum, fit pluuia,cùm autem frigus eſt valde intenſum, congelat vaporem illum diſpoſitum ad recipiendum formam aquæ, antequam ſit cõpleta in omnibus partibus eius natura aquæ, & grauefit per congelationem,& deſcendit,& ideo inuenitur in temporib⁹ frigidis,& in locis frigidis. Pruina autem, mate- De Pruina ria eius, & materia roris eſt vna, & locus amborum eſt vnus, & agens etiam. Sed diuerſificantur per fortitudinẽ agentis, & debilitatem ei⁹. &,cum fuerit frigus remiſſum, fit ros:cum autem fuerit intenſum, cõ gelatur ille vapor, antequam tranſmutet̃,& fit ex ipſo pruina. Gran- De Grãdine dines aũt videntur de diſpoſitione earũ ꝙ ſint aquæ cõgelatę in nube.

G Sed quęritur de diſpõne eius, cur fit ſm plurimũ in autũno, & in vere, & vłr ſm oppoſitam diſpoſitionẽ niuis. Et dicamus, ꝙ cauſam grãdinis eſſe intenſionẽ frigiditatis cõgelantis ipſam, anteq̃ deſcendat inferius, manifeſtũ eſt. ꝙ aũt cauſa eſſe talis frigiditatis in his duobus tẽporibus in aere p ſe naturaliter eſt impoſſibile. ſed, ſi fuerit, oĩno eſt p accidẽs. & hoc eſt, cũ calefit aer, poſtq̃ fuit frigidus, aut frigefit, poſtq̃ fuit calidus. &, vłr, cùm fuerit nubes diuerſarũ partium in caliditate, & frigiditate, accidit frigiditati vniri in H ſe, fugiens à caliditate, & ingredi in profunditate nubis aliqñ. hoc etiam accidit aliqñ caliditati, ſicut apparet de diſpõne eius in terra. &, cùm accidit hoc caliditati, fit ex hoc vnũ genus entium, ſicut tonitrua, & fulgura, ſeu fulmina. cùm aũt hoc accidit frigiditati, fit grando. nã de conſuetudine, ſeu de natura contrarij ẽ fortificari, ita, ꝙ accidit contrario ſuo aliqua corruptio: cum hoc, ꝙ de nã aquæ eſt recipere magis actionẽ frigiditatis, cùm calefit. & ideo, qñ volunt Medici infrigidare aquã velociter, calefaciunt per prius. Et, cùm I hoc ſit ita, accidit nubi infrigidari propter caliditatem præexiſtentem in ipſa, prius q̃ tranſmutetur ad pluuiam. & ideo guttæ pluuiæ deſcendentis cum grandine ſunt magnæ. &, cum frigiditas fuerit intenſior, cõgelatur, antequã deſcendant. & ideo multotiens deſcẽdit pluuia, & grando ſimul propter diuerſitatem partium illius nubis in paucitate frigiditatis, & in intenſione eius. Cauſa aũt diuerſitatis eius in magnitudine, & paruitate ſunt vna harum duarum. Vna earum eſt debilitas diſpoſitionis, ſeu præparationis, & fortitudo eius, & virtus agentis, & debilitas eius. Alia aũt eſt diſtantia loci, in quo fit, ſeu generatur, & propinquitas eius. ipſum enim, cùm fuerit magis remotum, conſumit ipſum aer, & non peruenit ad terram, niſi pars parua, & pp hanc cauſam met illud, quod ex ipſo fit in loco propinquo, habet angulos, cum deſcẽdit. Et hęc eſt ſumma ſermonis de pluuia, & rore, & grandine, & niue, & pruina. K

Cur grando potius in vere, & in autũno generat.

De nã contrarij ẽ fortificari per ſuũ cõtrarium.

SVMMA QVARTA.

De Fluminibus, ac Fontibus. L

De *Fluuiorum, ac Fontium generatione.* *Cap.* 1.

DE ventis aũt, & oĩbus flatibus, adhuc autẽ de fluuñs, & mari dicam⁹, primo et de his cùm prædubitauerimus ad nos ipſos. ſicut enim & de alĩs, ſic et de his nihil accepimus dictũ tale, quod nõ & quilibet vtiq̃ dicat. Sunt aũt quidã, qui aiũt vocatum aerem, motũ quidem, & fluentẽ, Ventum eſſe. conſiſtentem aũt eundem hunc iterũ nubem, & aquã. tanquã eadem natura exiſtente aquæ, & flatus, & ventũ eſſe motũ aeris. Quapropter & eorum, qui ſapienter volunt dicere, quidam vnum aiũt ventum eſſe omnes vẽtos, quia accidit & aerem motum unum, & eundem eſſe omnem: videri autem differre, nihil differentẽ, propter local, vnde fuerit fluens ſemper: ſimiliter dicentes, quẽadmodum vtiq̃ ſi q̃is putet et fluuios M

A fluuios oẽs vnum fluuium eſſe. Quare melius multi dicunt ſine inquiſitione, q̃ qui cum inquiſitione ſic dicunt. Si enim ex vno principio oẽs fluerent, & ibi ſpiritus eodem modo, forte dicerẽt vtiq̃ aliquid, dicentes ſic. ſi autẽ ſimiliter hic, & ibi, palam ꝙ ornate dictũ hoc erit falſum. Quoniam hoc quidem optimam habet conſyderationem, quid eſt vẽtus, & qũo fiẽ, & quid eſt mouens, & vnde principiũ ipſorũ, & vtrum quẽadmodum ex vaſe oporteat accipere fluentẽ ventũ, & eouſq̃ fluere, donec vtiq̃ euacuatum ſit vas, velut ex vtribus emiſſum, aut quemadmodum pictores pingunt, ex ſeipſis principium emittentes. Similiter autẽ & de generatione Fluuiorum videtur quibuſdam ſe habere. Eleuatam enim à Sole aquã, iterum pluentem congregatã ſub terra fluere, vt ex aluo magna, aut oẽs ex vno, aut aliũ ex alio, & non fieri aquam vllã, C ſed collectã ex hyeme in talia rẽceptacula hanc fieri multitudinem fluuiorum. Quapropter & maiores ſemper hyeme fluere, q̃ æſtate. & hos quidẽ eſſe ſemper fluentes, hos autem non ſemper fluentes. quorum enim propter magnitudinem alui multa collecta aqua eſt vt ſufficiat, & non prius conſumatur, q̃ ſuperueniat imber, in hyeme iterum hos quidem ſemper fluẽtes eſſe ſine fine: quibuſcunq̃ autem minora receptacula ſunt, hi, ꝓpter paucitatẽ aquæ exiccantur, antequã ſuperueniat aqua de cœlo, euacuato vaſe. Quamuis manifeſtum eſt ꝙ, ſi quis uelit, cùm fecerit velut receptaculum præoculis quotidianæ aquæ fluenti continue intelligere multitudinem, excedet vtiq̃ magnitudine terræ molem, vel non multũ deficiet quæ ſuſcipitur oĩs fluẽs aqua per annum. Sed palam ꝙ accidunt quidẽ et multa talia in multis locis terræ. Enimuero in conueniens eſt, ſi quis nõ putet propter eandem cauſam aquã ex aere fieri, ꝓp quam quidem ſuper terram, & in terra. quare ſi & ibi, propter frigiditatem cogitur vaporans aer in aquã, & ab ea, quæ ĩ terra frigiditate, idẽ hoc oportet putare accidere, & fieri nõ ſolum ſegregatam aquã in ipſa, & hanc fluere, ſed & fieri continue. Amplius aũt non fiente, ſed exiſtente aqua quotidie, non tale eſſe principium fluuiorũ, veluti ſub terra ſtagna quædam ſegregata, ſicut quidam dicunt, ſed fiłr, ſicut & in eo, qui ẽ ſuper terrã, loco paruę conſiſtũt guttæ, & iterum ipſæ cum alĩs, ac tandem cum multitudine deſcendit pluens aqua, ſic & in terra ex paruis conſtillari primo, et eſſe, velut ſcaturiente in vnum terra, principia fluuiorum. Manifeſtat aũt ipſum opus. Qui. n. aquæ ductus faciũt, ẽ cuniculis, & foſſis cõducunt, quaſi vtiq̃ ſudãte terra ab excelſis. Quapropter et fluxiões fluuiorũ ex mon- D E F

Opĩo Antiquorũ de fluuiorũ gñatione.

Fluuiorũ principia.

*a.l. principia.

G tibus videnť fluẽtes. & plurimi, & maximi fluuñ fluunt ex maximis montibus. Silr aũt & fontes plurimi montibus, et locis altis vicini sunt. in campestribus aũt sine fluuijs pauci fiũt oĩno. Montana enim, & alta loca, velut spongia, super susp̃sa, ſm modica quidem, in multis autẽ locis scaturiunt, & constillant aquã. susc̃ipiunt enim descẽdentis aquę magnam multitudinẽ: (quid enim differt cõcauã, & supinã, aut pronam circunferentiã esse, & curuãr) vtroq; enim modo æqualem molem cõprehendet corporis: & ascendentẽ vaporem infrigidant, & condensant iterum in aquam. quapropter, quemadmodum diximus, maximi fluuiorum ex maximis videntur fluentes montibus. Palam autem est hoc consyderantibus terræ circuitus. hos enim, inquirẽdo à singulis, sic descripserũt, quoscũq; nõ accidit ipsos-

H met vidisse, & dicere. In Asia igitur plurimi ex *Parnaso vocato

I monte videnť fluentes, & maximi fluuñ. Hic aũt mons dr̃ esse maximus omniũ, qui ad orientem hyemalẽ. illi enim qui iam transcenderit hunc, apparet mare, quod extra est, cuius terminꝰ non palam his, qui hinc. Ex hoc igitur fluunt & alĩ fluuñ, & Bactrus, & Choaspes, & Araxes. Ab hoc aũt abscinditur Tanais, pars existẽs, in Męotidem paludem. Fluit aũt & Indus ex ipso, omniũ fluuiorũ fluxio plurima.

Ex Caucaso autem & alĩ fluunt K
multi & ſm multitudinẽ, & ſm magnitudinẽ excedẽtes, & Phasis. Caucasus aũt maximꝰ mons est eorũ, qui ad orientem æstiualem, & multitudine, & altitudine. Signa aũt altitudinis quidẽ, quia videť & à vocatis Profundis, & à nauigãtibus in stagnũ. Insuper illustrantur Sole ipsius summitates vsq; ad tertiã partẽ, nocte, & ab aurora, & iterum à vespera. Multitudinis aũt, quia multas habet sedes, in quibus & L
gentes habitãt multæ, & stagna esse aiũt magna, attamen oẽs sedes esse aiũt manifestas vsq; ad vltimũ verticẽ. Ex Pyrenæo autem, hic aũt est mons ad occidẽtem æquinoctialem in Gallia, fluũt *Ister, & Tartessus, iste quidem extra Columnas, Ister aũt per totam Europam in Pontum Euxinum. Aliorum autem fluuiorũ plurimi ad Vrsam ex montibus *Arcynijs. Hi aũt & altitudine, & multitudine maximi circa locũ hunc sunt. Sub ipsa autẽ Vrsa super vltimã Scythiã quæ vocantur Rhipæ, de quarũ magnitudine sermones, q̃ dicunť, valde sunt fabulosi. Fluunt igiť plurimi, & maximi post Istrum

M uliorũ fluuiorum hinc, vt aiũt.

Similiter aũt & circa Lybiam, hi quidẽ ex Æthiopicis montibus, & Ægon, & Nises. hi autem maximi diuulgatorum & Chremetes vocatus, qui in exterius mare fluit, & Nili fluxus primꝰ ex Argenteo vocato monte.

Caucasus. Phasis. EVROPA Pyrenæus mons. Gallia. *Danubiꝰ Ister. Tartessus. *a.l.Hercynijs. Hercynij montes. Scythia. Rhiphęi montes. AFRICA Æthiopici montes. Ægon. Nyses. Chremetes. Nilus. Argẽteus mons.

Eorũ

A Eorũ aũt, qui circa Græcum locum, Achelous quidẽ ex Pindo, & Inachus hinc. Strymo aũt, & Nestus, & Hebrus, oẽs tres existentes ex Scombro. Multi autẽ fluxus et ex Rhodopẽ sunt. Similiter aũt & alios fluuios inueniet quis vtiq; fluentes. sed testimonij gratia hos diximus: qm̃ & quicunq; ipsorũ fluunt ex paludibus, paludes sub montibꝰ positas esse accidit oẽs ferè, aut sub locis altis ex adductiõe. Quòd

B igitur nõ oportet putare sic fieri principia fluuiorũ, vt ex determinatis aluis, manifestum. Neq; enim vtiq; sufficiens esset locus terræ, vt ita dicã, sicuti neq; nubiũ, si quod est oporteret fluere solũ, & nõ hoc quidẽ recederet, hoc aũt oriretur, sed semper ab existẽte dispensaret. Et sub montibus esse fontes attestatur, propterea q̃, quia confluit ad modicum, & paulatim, ex multis humiditatibus distribuit locus, & fiunt sic fontes fluuiorũ. Verum

C & talia esse loca, habentia multitudinẽ aquæ, veluti stagna, nihil incõueniens est: sed non tãta vt hoc accidat, nihil magis, q̃ si quis putet manifestos eẽ fontes fluuiorũ. ferè enim ex fontibus plurimi fluunt. simile igiť est illos, & hos putare eẽ corpꝰ aquæ totum. Quòd aũt sint tales fauces, & distãtiæ terræ, manifestãt absorpti fluuñ. Accidit aũt hoc in multis locis terræ, vt Peloponesi plurima talia circa Arcadiã sunt. Causa aũt est, quia monto

Græcia. Pindus. Achelous. Inachus. Scombrus Strymon. Nestus. Hebrus. Rhodope. Peloponesus. Arcadia.

D sa existẽs non hẽt effluxus ex alueis in mare. repleta enim loca, & nõ habentia effluxũ, ipsa inueniũt transitũ in profundũ, cogente desup aduẽniente aqua. Circa igitur Græciã parua talia oĩno sunt facta. Sed est sub Cau Græcia. Caucasus.
caso stagnũ, quod vocãt qui ibi mare. hoc enim multis fluuijs, & magnis ingrediẽtibus, nõ habens effluxũ manifestũ, deriuat sub terra, iuxta Coraxos, circa Coraxi.
vocata, pfunda Ponti. hæc autẽ Profunda Ponti.
sunt infinita quædã maris profunditas. nullus enim vnquam, E
qui vrinauerit, potuit terminũ inuenire. Hic aũt longe à terra ferè ad trecẽta stadia potabilem ponunt aquã ad multũ locũ, nõ aũt continue, sed in tres partes. Et circa Ligusticam noñ minor Liguria.
Rhodano absorbetur quidẽ fluuius, & iterũ egreditur ſm aliũ Rhodanꝰ.
locum. Rhodanus autẽ fluuius est nauibus transmeabilis.

De permutatione, & vicissitudine aquarum, & continentis:
Et de Diluuijs. Cap. 2.

F NOn semper aũt eadẽ loca terrę neq; aquosa sũt, neq; arida, sed pmutanť ſm fluuiorũ generationes, & defectus. Quapropter & quæ sunt circa continentẽ permutantur, & quæ circa mare. & non semp hæc quidem terra, hæc aũt mare perseuerãt omni tempore, sed fit mare quidem, vbi arida, vbi aũt nũc mare, hic iterum terra. ſm quendam tñ ordinem putare oportet hoc fieri, & circuitũ.

G Principium aũt horum, & cauſa eſt q̃ & terræ interiora, ſicuti corpora plantarũ, & animaliũ ſtatũ habent, & ſenectutem. Sed iſtis quidẽ non ſm partem hæc accidit pati, ſed ſimul totũ in ſtatu eſſe, & decrementũ pati neceſſarium eſt. terræ aũt hoc fit ſm partẽ, propter frigus, & calidita tem. Hęc igitur & creſcũt, & minuuntur, propter Solem, & circumlationẽ. propter hęc autẽ & virtutẽ partes terræ accipiũt differentẽ. Quare aliquandiu aquoH ſa poſſunt p̃manere, deinde exiccantur, & ſeneſcunt iterũ. Alia aũt loca viuificantur, & aquoſa fiunt ſm partẽ. Neceſſe autẽ eſt, cũ loca fiunt ſicciora, fontes deleri. his autem accidentibus, fluuios primo qdẽ ex magnis paruos, deinde tandem fieri ſiccos. Cum aũt fluuia tranſmutãtur, & hinc quidẽ delent, in alĩs aũt proportionalr generant, permutari mare. vbi enim excitatus à fluuĩs ſuperabũdauit, abſcedẽs, aridã facere neceſſarium eſt. vbi I aũt fluxionibus abũdans exiccabatur, affuſum iterũ hic ſtagnare. Sed propterea, q̃ fit oĩs naturalis circa terrã generatio p̃ ſucceſſionẽ, & in tẽporibus longiſſimis ad noſtrã vitã, latent hæc facta: & prius omniũ gentiũ interitus fiunt, & corruptiones, q̃ memoretur horũ permutatio à principio ad finẽ. Maximæ igit corruptiones fiunt, & citiſſimæ in prælĩs, aliæ autẽ morbis, hæ aũt ſterilitatib⁹, & in his, hæ qui dem magnæ, hæ autem ſm modicum, vt lateant talium gentiũ etiã trãſmigrationes. propterea q̃ hi quidẽ derelinquunt regiones, hi autem permanẽt vſq̃ ad hoc, donec vtiq̃ nõ amplius poſſit alere regio multitudinẽ vllã. A prima igitur deſertione ad vltimã, par eſt fieri longa tpa, ita vt nullus meminerit, ſed ſaluatis adhuc his, q̃ ſunt ſuperſtites, obliuionẽ factã eſſe propter temporis multitudinẽ. Eodem autẽ modo oportet putare & habitationes latere, qñ primum factæ I ſunt gentibus ſingulis in permutatis, & factis ſiccis ex paludoſis, & aquoſis. etenim hic paulatim in multo fit tpe incremẽtũ, vt nõ ſit memoria qui primi, & qñ, & qualiter ſe habẽtib⁹ locis, venerũt. Vt accidit & circa Ægyptum. Etenim hic locus ſemper ſiccior vr̃ fieri, & tota regio fluuĩ adaggeratio eẽ Nili. propterea aũt, q̃ paulatim ex ſiccatis paludibus propinqua inhabitata ſunt, ex tpis longitudine ablatum eſt principiũ. Videntur igit M & ora omnia, excepto vno Canobico, manufacta, & nõ fluuĩ exiſtentia. Et antiquitus Ægyptus, Thebæ vocatæ. Indicat autem & Homerus, ſic recens exiſtens (vt ita dicã) ad tales permutationes. illi⁹ enim loci facit mẽtionem, tanquam nondũ Memphi exiſtẽte, aut omnino, aut nõ tanta, Hoc autem par eſt ſic accidere. ĩferiora enim loca ſuperioribus poſterius habitata fuere,

Annes qũo arefcant.

Ægyptus.

Oſtia Nili Canobicũ

Thebæ

Homerus

Memphis

Paludoſa

A Paludoſa enim ad amplius tp̃s neceſſariũ eſt eſſe propinquiora adaggerationi, propterea q̃ ſtagnant in vltimis ſemper magis. permutatur aũt hoc, & iterum apte hẽt: cũ enim deſiccantur loca veniunt ad bene habendum. Quę aũt prius bene tẽperata, cũ ſuperexſiccãtur, tunc fiunt deteriora. quod quidẽ accidit Græciæ, & circa Argiuorũ, & Mycenæorũ regionẽ. Troicorũ enim tpe Argia quidẽ, quia paludoſa erat, paucos poterat alere. Mycenæa aũt bene habebat: quapropter honoratior erat. nunc autẽ contrariũ, propter dictam cãm.

Græcia
Argia
Mycenæa
Troiani

B hæc enim inutilis facta eſt, & ſic ca prorſus: illius aũt ea, quæ tũc, propterea q̃ ſtagnabãt, inutilia erant, nũc vtilia facta ſunt. Sicut igitur in hoc loco accidit, exiſtẽte paruo, idẽ oportet putare hoc accidere & circa magna loca, & regiones totas. Qui igitur reſpiciunt ad modicũ, cauſam putãt taliũ eſſe paſſionũ totius mutationem, tanquã generato cœlo. quapropter et mare minus fieri aiũt, tanquã q̃ exicceẽ, quia plura loca apparent hoc paſſa nũc, C q̃ prius. Eſt aũt horum hoc quidem verũ, illud aũt non uerum. Plura enim ſunt, q̃ prius aquoſa, nunc aũt continens fiunt. Verũm & cõtrariũ. in multa enim loca conſyderantes inueniemus ſupueniſſe mare. Sed huius cauſam nõ mundi generationẽ putare oportet. ridiculũ enim eſt pp paruas, & momẽtaneas permutatiões mouere ipſum totũ. D terræ aũt moles, ac magnitudo nihil oĩno eſt ad totum cœlum. Sed omniũ horũ cauſam exiſtimare oportet, quia fit per tpa finita, vt in tẽporibus, quæ ſm annum, hyems, ſic circuitu quodã magno magna hyems, & exceſſus imbriũ. Hic aũt non ſemper ſm eadẽ loca. ſed quẽadmodum quod vocaẽ ſub Deucalione diluuiũ. Etenim hic circa Græcũ locũ factus fuit maxime, & hui⁹ circa Græciã antiquã. hæc autẽ eſt circa Dodonẽ, & Acheloum. E iſte. n. multis in locis Fluxiones pmutauit. habitabãt enim Selli hic, & qui vocabãtur tunc qdẽ Græci, nũc aũt Hellenes. Cũm igit fiat talis exceſſus imbrium, putare oportet ad multũ tẽpus ſufficere. & ſicut nũc eius, quod eſt fluuiorũ, hos quidẽ eſſe ſemper fluentes, hos aũt non, hi quidem aiunt cauſam eſſe magnitudinẽ ſub terra hiatuum, nos aũt magnitudinẽ altorum locorũ, & ſpiſſitudinem, & frigiditatẽ ipſorũ: iſta enim plurimã & ſuſcipiũt aquã, & operiunt, & faciunt. Quibuſcũq̃ aũt paruæ ſuſpenſæ ſunt montiũ cõſiſtentiæ, aut laxæ, & lapidoſæ, & argilloſæ: hæc prædeficere ſic putare oportet, in quib⁹ vtiq̃ facta fuerit talis humidi latio, vt ſemper fluẽtes fiãt humiditates locorũ magis. tpe autẽ hæc ſicca apparent fieri magis, altera aũt minus, q̃ aquoſa ſunt, donec ueniat iterũ deſcenſus circuitus eiuſdẽ.

Deucalion.

Græcia antiqua.

Dodone.
Achelous.
Selli.
Græci.
Hellenes.

F

G Quoniam aũt neceſſe eſt, totius quidẽ fieri quandã permutationem, non tñ generationẽ, & corruptionẽ, ſiquidem maneat totum, neceſſe eſt quẽadmodum nos dicimus non eadẽ ſemp loca humida eſſe mari, & fluuijs, & ſicca. Manifeſtat aũt id, quod fit. quos enim dicim⁹ Antiquiſſimos eſſe hominũ Ægyptios, horũ regio tota facta vr̃, & eſſe fluuij opus, et hoc ſm regionem ipſam aſpicienti manifeſtũ eſt. Et quæ circa Rubrũ mare argu
H mentũ ſufficiens. hoc enim Regum aliquis tentauit perfodere. non enim paruas vtiq; haberet ipſius vtilitates, ſi fieret nauigabilis totus locus. Dicitur autem primus Seſoſtris conatus fuiſſe Antiquorũ, ſed ĩuenit mare, exiſtens altius terra. quapropter & ille primo, & Darius poſterius ceſſauit fodere, vt nõ corrũpere tur fluxus fluuij, cõmiſto mari. Manifeſtũ eſt igit̃ q; mare vnũ hæc oĩa, continuũ erãt. Quapro
I pter & quæ circa Libyã Ammoniam regionẽ humiliora videntur, & profundiora p̃ter rõnem inferioris regionis. palam enim q; adaggeratiõe facta, facta ſunt ſtagna, & continens. tpe aũt facto, derelicta & ſtagnãs aqua deſiccata, eſt iã annihilata. At vero & quæ ſunt circa Mæotidem paludẽ creuerunt alluuione fluuiorũ tantũ, vt multo minores magnitudine naues nũc innatẽt ad quæſtũ, q̃ anno ſexageſimo. Quare ex hoc facile ẽ ratiocinari q;, & primo vt multa ſtagnorũ, K ita & hæc opus eſt fluuiorũ. & tandẽ neceſſe eſt totũ fieri ſiccũ. Adhuc autẽ Boſphorus ſemper Boſphor⁹. quidẽ fluit, propterea q; adaggeraf̃. Et eſt adhuc hęc oculis videre quo accidũt modo. Qñ enim ab Aſia interceptionẽ faciebat * litus. fluxus, quod erat poſterius, ſtagnũ factũ fuit, paruum primo deinde exiceatum fuit. poſt hoc aũt alia ab hac interceptio, et ſta * litus. gnũ ab hoc, et hoc ſemp fiĩr ſic accidit. Hoc aũt facto ſępe, neceſ L ſe tpe procedente veluti fluuiũ fieri, tandem aũt & hunc ſiccũ.

Manifeſtum igitur, qm̃ temp⁹ non deficit, & totũ eſt ętternum, q; neq; Tanais, neq; Nilus ſemp Tanaĩs. Nilus. fluxit, ſed erat aliqñ ſiccus loc⁹, vnde fluunt. opus enim ipſorũ habet terminum, tempus autẽ non habet. Similiter aũt hoc & in alĳs fluuijs congruet dicere. At vero, ſi quidem fluuij fiunt, & corrumpuntur, & nõ ſemper eadem loca terrę ſunt aquoſa, & M mare neceſſe eſt permutari ſiĩr. mari autẽ hæc quidem deſerente, hæc autẽ ſupergrediente ſemper, manifeſtum eſt q; totius terræ non ſemper eadem, hæc quidem ſunt mare, hæc autẽ continens, ſed permutantur tpe oĩa. Cur igitur terrę non ſemper eadem aut continens fiunt, aut nauigabilia, & propter quam cauſam hæc accidunt, dictum eſt. ſimiliter autem & propter quid fluuiorum, hi quidem ſemper fluentes ſunt, hi autem non.

Caput

A *Caput Quintum Auerrois.*
De Fluminibus, & Fontibus.

Poſtea aũt procedit loquendo de fluminibus, & mari, & ventis. Sed ipſe loquitur hic de his quæſitis perfecte de fluminibus tm̃, quia ipſe complebit ſermonẽ de reliquis duobus quæſitis in Secundo libro. Et p̃ cedamus in hoc ſm ordinem eius, & dicamus q; aquæ, quæ inuenitur in terra, ſunt duæ ſpẽs, vna earũ ſub terra, reliquæ, autem ſupra terram. Et q̃libet harũ ſpẽrũ vel fluit, vel ſtat. Aquę aũt ſtantes multotiens fiunt, ſeu ſunt ex aquis pluuię, qñ accidit
B illis locis vt remaneant aq̃ cadentes in eis pp duritiẽ, ſeu cõpactionẽ corporũ eorũ, ſicut eſt diſpõ in loco cõpacto, & concauo, repleto aquis. Et iã inuenit̃ hęc ſpẽs aquarũ ſm gñationẽ ex aere, qui eſt infra, ſeu intra terrã, cùm adiuuabit̃ p locũ conueniẽtẽ huic ſm diſpõnem cõuenientẽ ei ſupra terrã. Sed accidit talibus aquis vt non ſint fluentes pp debilitatem impulſionis earũ, & pp planitiẽ loci gñonis earũ: & impoſſ̃ ẽ q; ſit locus earũ, in quo gñant̃ altior loco, a quo exeũt. Et ſignũ ſup hoc, q; iſtę aq̃, ſ. q̃ gñant̃, cùm exeunt, nõ
C exiccant̃. Sed aq̃ fluẽtes fiunt ſm plurimũ ſm gñationẽ cõtinuã, & p̃ductionẽ non ceſſantẽ, & maxime flumina magna. & ideo accidit eis vt remaneat fluxus corũ multo maiori tpe, q̃ ſit vita hoĩs. Et impoſſ̃ eſt vt ſint ĩ terra aq̃ in actu, ex quib⁹ fluũt iſta oĩa flumina ita magno tpe, neq; ex vna hyeme ad aliã, & maxime in annis ſiccis. Nã illa loca eſſent de neceſſitate maiora multũ, q̃ illud, qđ vr̃ ex terra, vel q̃ pars terrę diſcoopta. & ẽt, ſi non eſſent loca maiora, accideret terræ multotiens profunda-
D tio. Nõ tñ eſt impoſſ̃ vt ſint ĩ terra loca adiuuatiua p̃ ſuas magnitudines ĩ cõtinuitate fluxus, & multitudine eius, & maxime in tpe hyemis, & ĩ illo, qđ ẽ p̃pinquũ hyemi. Et loca cõueniẽtia tali gñoni cõtinuę ſunt montes. & iõ erũpunt flumina magna a mõtib⁹. Et cã h⁹ ẽ. nã montes hñt ſimul multa coadiuuãtia huic. ex eis eſt, quia in mõtibus magnis oĩ bus alĳs locis eſt humiditas, & frigiditas pp altitudinẽ eorũ, & p̃pinquitatẽ eorũ ad locũ frigidũ, in quo generant̃ pluuiæ: & ẽt pp groſſitiẽ, ſeu cõpactionẽ eorũ nõ reſoluit̃ humefactio, ſeu roratio, neq; humiditas q̃ E ẽ in ipſis. & pp frigiditatẽ, q̃ inuenit̃ in eis ſp ab extra, accidit ne ſint ĩ ipſis aq̃ ſp, ſicut accidit in corpibus aĩa liũ in tpe frigoris, & caliditas intrinſeca reſoluit hũiditates exiſtẽtes ibidẽ, & rorationes, & tranſmutat ipſas ad aerẽ calidũ, & aſcendit ad ſupiora illius, &, cũ aſcendit, trãſmutat̃ aqua pp groſſitudinẽ partis ſupioris, & frigiditatem eius, ſicut accidit hoc in balneis hoc aũt fit in cauernis, ſeu ſciſſuris illorũ mõtiũ, & ĩ locis diſpoſitis aduenire tale accñs, ſiſſe eius, q; fit ĩ ĩſtrumentis factis, vt deſcendãt guttatim ex eis aq̃ p̃ cooperimenta F eorũ. Cũ aũt multiplicant̃ hæ aq̃, & q̃dã earũ expellunt quaſdam, erumpunt flumina, & aliqñ hę aquæ fluẽtes ſunt ex aquis pluuię, & ſunt flumina, quę fluunt in tpe hyemis, & ĩ tpe propinquo huic, & poſtea ceſſant: & aliqñ aſſociant̃ quibuſdam fluminibus duę harum cauſarum. Et in hoc completur Primus liber.

Capitis vltimi libri huius expoſitionẽ, vide in Secundo libro in fine Primi capitis Auerrois, ibi, Cauſa autem in hoc.

Ariſt.

Meteoro logicorum

ARISTOTELIS METEOROLOGICORVM

LIBER SECVNDVS,

Cum Auer. media Expoſi.

SVMMAE LIBRI.

In prima tractat de Mari. In Secunda de Ventis. In Tertia de Terrę motu. In Quarta de Coruſcatione, & Tonitruo.

Summæ Primæ.

De Maris generatiõe, & eſſentia, Antiquorũ opinionesac earũ confutationes. Et cur ipſum fluere videatur. Cap. 1.

DE Mari aũt, & quæ natura ipſius, & propter quam cauſam eſt ſalſa tanta aquæ multitudo, adhuc aũt de ea, quæ a principio, generatione dicam⁹. Antiqui igitur, & verſantes circa Theologias faciunt ipſius fontes, vt ipſis ſint principia, & radices terrę, & maris. Magis tragicum enim ſic, & venerabilius exiſtimauerũt forte eſſe quod dicitur, tanquã magna quædam hæc pars toti⁹ exiſtens, & reliquum cœlum totũ circa hunc locum conſiſtere, & huius gratia, † {tanq̃ exiſtẽtẽ} honoratiſſimum, & principiũ. Sapientiores autem humana ſapientia faciunt ipſius generationem. Eſſe enim primo humidũ oẽm locũ, qui circa terram eſt: a Sole autẽ cum exiccatur, quod quidem euaporauit, ſpiritus, & verſiones Solis, & Lunæ aiũt facere, reliquũ autẽ mare eſſe. qua propter, & minus exſiccari putant, & tãdem fore aliqñ totum ſiccum. Quidam aũt ipſorũ aiũt cùm calefiet a Sole terra, veluti ſudorem fieri. quapropter & ſalſum eſſe. etenĩ ſudor ſalſus. Quidam aũt ſalſedinis cauſam terrã eſſe aiunt. quemadmodum. n. & quæ per cinerẽ colatur aqua ſalſa fit, eodẽ modo & hoc ſalſum eſſe, miſta ipſi tali terra. Quòd igitur fontes maris impoſſibile ſit eſſe, per exiſtentia iam conſyderare oportet. Aquarum enim quæ circa terram ſunt, hę quidẽ fluxibiles exiſtunt, hę autem ſtabiles. Fluxibiles igitur oẽs, fontanæ. De fontibus autẽ dixim⁹ prius, q̃ oportet intelligere, non tanq̃ q̃ ex vaſe diſpenſet̃ principium eſſe fontem, ſed ad quod ſemper fiens, & confluens occurrit primum. Stabilium aũt hæ quidem collectitiæ & ſubſidentes, veluti paludoſæ, & quæcunque ſunt ſtagnales, multitudine & paucitate differentes, hæ autẽ fontanæ, hæ autẽ omnes manufactæ. dico autẽ veluti puteales vocatę: omniũ enim oportet ſuperius fontem eſſe fluxu. quapropter hæ quidem ſpontaneæ fluunt, fontanæ, & fluuiales: hæ autẽ arte indigent operante. Differentiæ igitur tot, & tales aquarum ſunt. His autẽ ſic determinatis, impoſſibile eſt fontes eſſe maris. in neutro enim horũ generũ poſſe eſt eſſe ipſum. neq̃. n. efflu-

Hęſiodi opio de origine maris.

ta. l. putãt

Liber Secundus 422

efluxibile eſt, neq̃ manufactũ. fontanæ aũt oẽs horũ alterũ paſſæ ſunt, ſpontaneã aũt ſtabilẽ tãtam multitudinem nullã videmus q̃ fontana fiat. Adhuc autẽ plura ſunt maria adinuicẽ, quæ non cõmiſcentur ſm vllũ locũ. quorũ Rubrũ quidẽ videt̃ ſm modicum cõicãs cum eo mari, quod extra columnas eſt. Hyrcanicum aũt, & Caſpium, & ſeparata ab hoc, & circumhabita ta in circuitu. quare non vtique laterent fontes, ſi ſm aliquem locum ipſorũ eſſent. Fluẽs autem mare vĩ ſm anguſtias, ſicubi, pter adiacentem terram in modicum ex magno coarctatur pelago, propterea q̃ libratur huc, & illuc ſępe. Hoc autem in magna multitudine maris immani feſtũ eſt. qua aũt propter anguſtiam terræ modicũ obtinet locũ, neceſſarium eſt eam, q̃ in lato eſt, modicam librationem ibi apparere magnã. Quod aũt intra Herculeas columnas eſt, totũ ſm terræ concauitatẽ fluit, & fluuiorum multitudinẽ. Męotis enim in Pontum fluit: iſte autẽ in Ægæum. oĩa aũt præter hæc, maria minus faciunt hoc euidẽter. Illis aũt & propter fluuiorũ multitudinẽ accidit hoc (plures enim fluuñ in Euxinũ fluunt, & Mæotin, q̃ in ampliorẽ regionẽ ipſius) & propter breuitatẽ profunditatis. Semper enim adhuc profundius vĩ eſſe mare, & Męotide quidẽ Pontus, hoc autem Ægæum, Ægæo aũt Siculũ. Sardonicũ autem, & Tyrrhenicum profundiſſima ſunt oĩum. Quæ aũt extra columnas ſunt, breuia quidem propter lutũ, ſine flatu aũt ſunt, vt in cõcauo, mari exiſtente. Sicut igitur & ſm partẽ ex altis fluuñ apparẽt fluere, ſic & totius terrę ex altioribus, quę ad Vrſam, flux⁹ ſit plurim⁹, quare hæc quidem pp effuſionẽ nõ profunda, hæc aũt extra maria, profunda magis. De eo autẽ, q̃ eſt, ea, quæ ad Vrſam ſunt, eẽ terræ alta, ſignum quoddam eſt & hoc, multos perſuaſos eſſe Antiquorũ Meteorologorum Solem non ferri ſub terra, ſed circa terram, & locũ hunc. obſcurari autem, & facere noctem, propterea q̃ alta ſit ad Vrſam terra. Quod igitur neq̃ fontes poſſibile ſit eſſe maris, & propter quam cãm ſic videtur fluere, talia, & tot nobis dicta ſunt.

Mare Rubrum. Columnę Herculis. Mare Hyrcanum. Caſpium.

Mæotis. Pontus. Ægęum. Siculum.

Tyrrhenicum. Sardonicum.

De Maris eſſentia, & loco: Et cur a fluminibus in ipſum ingredientibus, non redd atur maius: Nõnullarũq; abſurdarũ opinionũ deriſio, ac confutatio. Cap. 2.

DE generatione autẽ eius, ſi factum eſt, & de ſapore, quæ cauſa ſit ſalſedinis, & amaritudinis, dicendum. Cauſa igit̃, quæ fecit priores putare mare principiũ eſſe, & corpus totius aquæ, hęc eſt. Videbit̃ enim rõnabile, eſſe corpus toti⁹ aquæ, ſicut & aliorũ elementorũ eſt congregata moles, & principium propter multitudinem, vnde

G vnde transmutatur cum partiſ, & miſcetur aliſs. vt ignis quidē in ſuperioribus locis: aeris autē multitudo, quæ poſt ignis locū: terræ autem corpus, circa quod hæc omnia poſita ſunt manifeſte. quare palam eſt ꝙ ſm eandē rationem & de aqua neceſſe eſt quęrere. Tale autem nullū aliud corpus videtur poſitum totum ſimul, ſicut & aliorū elementorū, prēter maris magnitudinē. quod enim fluuiorum, neq; totum ſimul, neq; ſtabile, ſed vt fa
H ctum ſemper videtur quotidie. Ex hac itaq; dubitatione principium humidorum, & oīs aquæ putatum eſt eſſe mare. quapropter & fluuios non ſolum ī hoc, ſed & ex hoc aiunt quidam fluere. colatum enim fieri, quod ſalſum eſt, potabile. Opponitur autem altera ad hanc opinionē dubitatio, cur non eſt conſiſtens aqua hæc potabilis, ſiquidē principium eſt totius aquę, ſed falſa. Cauſa autem, ſimul & huius dubitationis ſolutio erit, & de ma-
I ri primam accipere exiſtimationē neceſſarium recte. Aqua. n. circa terram extenſa, ſicuti circa hanc aeris ſphæra, & circa hanc quæ dicitur ignis (hic enim eſt omnium vltimus, ſiue vt plurimi dicunt, ſiue vt nos) lato autē Sole hoc modo, & propterea permutatione, & generatiōe, & corruptione exiſtente, quod quidē ſubtiliſſimū eſt, & dulciſſimū ſurſum ducit per ſingulos dies, & fertur, cū diſgregatur, & euaporat in ſuperiorem locum, ibi K autem rurſum coactum ꝓpter ſrigidationem deorſum fertur iterum ad terram. & hoc ſemper vult facere natura ſic, vt dictum eſt prius. Quapropter & deridē diſunt omnes, quicunque priorum exiſtimauerunt Solem alihumido. Et propter hoc quidā etiam aiunt facere verſiones ipſum. non. n. ſemper poſſe eadem loca exhibere ipſi alimētum. neceſſarium autem eſſe hoc accidere circa ipſum, aut corrumpi. etenim manifeſtum ignem, quā L diu habuerit alimentum, tādiu viuere. humidum autem igni eſſe alimentum ſolum, tanquam pertingat vſq; ad Solem quod ſurſum ducitur humidi, aut aſcēſus talis ſit, qualis quidem facte flammæ, propter quam ſignum accipientes ſic & de Sole putauerunt. Hoc autem non eſt ſimile. Flāma enim propter continuū humidum, & ſiccum, quæ permutantur, fit, & non alitur. non enim eadem exiſtens, permanet vllo tempore, vt ita dicam. Cir- M ca Solem autem impoſſibile eſt hoc accidere. qm̄, ſi alitur quidē eodem modo, ſicut illi quidem dicunt, palam ꝙ & Sol non ſolum, ſicut ait Heraclitus, nouus Heraclit⁹ quotidie eſt, ſed ſemper nouus continue. Adhuc autem quæ a Sole fit eleuatio humidi ſimilis ē calefactis aquis ab igne. Si igitur neque ſucceſus alitur ignis, neq; Solē par erat exiſtimare, ēt ſi omnē calefaciēs euaporare fecerit

A verit aquā. Inconueniens autem & ſolum curaſſe de Sole, aliorū autem aſtrorum ipſos negligere ſalutem, tantorū & multitudine, & magnitudine exiſtētiū. Idem autem accidit & his irrationabile, & dicentibus primo humida exiſtente terra, & mundo, qui eſt circa terrā, a Sole calefacto, aerem factū eſſe, & totum cœlum augmentatū, & hoc ſtarus exhibere, & verſiones ipſius facere. Aperte enim ſemper ſurſum ductam videmus deſcende
B re iterum aquā, & ſi non per annū reddatur, & per ſingulas regiones ſimiliter. ſed in aliquib⁹ ordinatis temporibus redditur omne acceptum, velut neq; ꝙ alantur ſuperiora, neque hic quidem maneat aer iam poſt generationem, hic autē fiat, & corrūpatur iterū in aquā, ſed ſimiliter totū diſſoluatur, & conſiſtat iterū in aquam. Potabile igitur, & dulce propter leuitatem ſurſum ducitur omne, ſalſum aūt ſubſi-
H dus eſt, congelans vaporantem aerē, nubes cogit: quia autē loco Apelioticus eſt, habet multam materiā, & vaporem, quem propellit. Sereni autem ſunt Aparctias, Thraſcias, Argeſtes. cauſa autē dicta eſt prius. Coruſcationes autē faciunt maxime & hi, & Meſe. ꝙa enim depropè flant, frigidi ſunt, propter frigidū autem fulguratio fit. ſegregaſ enī, coeuntibus nubibus. Quapropter, & quidā horum eorūdem grandinoſi ſunt. cito enim cōgelant. Procelloſi autē fiunt, autūno quidem maxime, deinde vere, & maxīe Aparctias, & Thraſcias. & Argeſtes. Cauſa autē eſt, quia procellæ fiūt maxime, qñ, alīs flantibus, irruūt alīs: iſti autem maxime irruunt, alīs flantibus. cauſa aūt dicta eſt & huiꝰ prius. Eteſiæ autē gyrant habitantibꝰ circa occidentē ex Aparctiīs in Thraſcias, Argeſtas, & Zephyros (Aparctias enim Zephyrus eſt) incipientes quidem ab vrſa, terminantes autem ad eos, qui longe, His autē, qui ad orientē, gyrant vſq; ad Apelioten, De vētis igitur, & de ea, quę à principio, generatione ipſorū, & ſubſtātia, & de accidentibus paſſionibus, & cōiter, & circa vnūquenq; tot nobis dicta ſint.

I

K

L

M

Eteſiæ.

Caput Secundum Auerrois.

De *Ventis.*

VEnti famoſi ſunt Quatuor, Orientalis. & eſt ille, qui flat ex parte orientis. Et Occidentalis: & eſt ille, qui flat ex parte occidentis verſus orientē. Et ventus Septentrionalis, & eſt ille, qui flat ex parte poli arctici, i. ſeptentrionalis. Et ventus Auſtralis, ſeu meridionalis: & eſt ille, q flat ad oppoſitū illius. Et flant inter hos ventos alij venti, qui vocantur arabice declinantes, quia ipſi declinant a ventis famoſis. Et numerus horū ventorum, vt nos inuenimus in translatione textus huius libri attributi Ariſto. ſunt octo venti: duo eorū inter orientalem, & meridionalē: vnus eorū magis propinquus orientali, reliquus magis ꝓpinquus meridionali. duo ēt inter orientalē, & ſeptentrionalem: vnus eorū magis propinquus orientali, & alius magis propinquus ſeptētrionali: & duo inter occidentalem, & ſeptentrionalem: vnus eorū magis propinquus ad occidentalem: & alius magis propinquus ad ſeptentrionalem, & erit ſm hoc numerus ventorum duodecim vēti. Sed, ſm ꝙ inuenim⁹ Alex. dicere de hoc, ipſi ſunt vndecim vēti: octo ex eis flant oēs: duo ex duabus extremitatibus, vnus tranſuerſalis lineæ diuidentis circulum, & ſunt venti orientalis verus, & ventus meridionalis:

A ridionalis: & oppoſiti eis, & ex duabus partibus oriētis, & occidētis duo venti quilibet eorū opponit alteri. ſed illi, qui ſunt pręter hos octo non ſunt oppoſiti. cognoſcere autē qui iſtorū duorū ſermonū eſt verus eſt ꝓ ſenſum cū longitudine inſpectionis. Et vī, ſi ſit ita, ſicut dictū eſt, vt ſit cauſa in eſſe horū ventorum ſm hunc numerū diuerſitas partis cœli in virtute cum propinquitate Solis, & remotione eius. Quid aūt ſit Ventus dicā. Eſt enim exhalationes fumoſæ motæ circulariter, ſeu ſm circuitū circa terrā. Nam iā declaratū eſt ꝙ vapor aſcēdens à terra eſt duarum ſpecierū: vna eſt vapor humidus: alia aūt exhalatio fumoſa. Vapor aūt humidus fit ex ipſo pluuia, ex exhalatione aūt fumoſa fiūt vēti. nā materiæ entium oppoſitorū, ſeu contrariorū debent eſſe contrariæ, ſeu oppoſitæ. Quòd aūt pluuię ponātur ventis vī ex hoc, quia vēti quieſcunt, cum dominant pluuiæ: & ſiſſ minorant pluuiæ, & ceſſant, cum dominantur venti. Et cauſa in hoc eſt, quia materiæ iſtorū ſunt diuerſæ, & ideo multiplicantur vēti in annis ſiccis, & minorat in annis pluuioſis. Inuenitur tñ quodlibet iſtorꝰ augmentare aliud aliqñ ꝓ accidens. Nam terra accidit ei, cum madefit ꝓ pluuias, & poſtea expandit ſup ipſam Sol, vt aſcēdat ex ipſa exhalatio fumoſa multa, ſicut eſt diſpō in lignis viridibus, cum ponuntur ſuper ignem. & ſimiliter ēt accidit ventis mouere vapores humidos ex locis multis, & cōgregare ipſos ad vnū locum, & maxime in vēto auſtrali, & ingroſſantur vapores, & fit ex eis pluuia, ſicut narratur hoc accidere multotiens in terris Æthiopiæ.

Definitio venti.

1 Materiæ entiū oppoſitorū, ſeu cōtrariorū debent eſſe oppoſitæ, ſiue cōtrariæ. Idem 8. phy. cō. 46.

Cœ. Gen. Met. cū cō. Auer.

Signū aūt in hoc, ꝙ vētus fit ex exhalatione fumoſa ē velocitas, & acuitas motus eius. nā velocitas, & acuitas in motu inuenit exhalationi calidæ, & ſiccæ. hoc ēt vī ex operatione eius. nam ſua operatio ſemp eſt ſiccitas, & econtrario opatio pluuię.

Poſtq̄ autem locuti ſumus de genere ventoꝝ, loquamur nūc de cauſa, pp quam circundant circa terrā, & exhalatio fumoſa de conſuetudine, ſeu natura eſt aſcendere ſuperi⁹. Quòd aūt venti circūdant circa terram vī ex motu nebularū in eis ſm circulum. ſi enim procederent ſm lineam rectā, non transferrent nubes de ſuo loco ad aliū locum ſm circulum: & nō eſſet diſtātia eius in hora motionis, ſeu translationis ex oībus locis diſtātia vna. Cauſa aūt in hoc eſt, quia exhalatio calida, cū aſcēdit ſuperi⁹, occurrit loco frigido, & humido, & accidit ei humefieri, & infrigidari aliqua frigiditate, & cauſat inclinatio ad inferius, & ſunt impedientes, ſiue diuerſæ inclinationes, inuentę in ipſa, ſ. grauitas, & leuitas. & ſequit de neceſſitate vt moueatur ex hoc motu circulari. & hoc eſt, qa motus circularis non eſt remotus à motu naturali cuiuslibet illarū exhalationū oppoſitarum, ſ. grauis, & leuis, ſicut eſt remotus vnus motus oppoſitus compari eius, & ꝓ oppoſitionem eius ab ipſo mouet ad latꝰ.

Et ſignificat hoc illud, quod inuenitur cuilibet elementorum pręter terrā ex receptione huius motus, & ex velocitate tranſmutationis ad ipſum. & eſt iſte motus circularis nō oīno neceſſarius, ſeu coactus elemētis, neq; naturalis. & iā locuti ſumus de hoc in libro Cœli, & Mundi. Et hęc pars fumoſa leuis, quia nō domi

Quòd venti mouentur circulariter circa terrā, & ꝓpꝓ qd.

Motꝰ circularis cō petit omnē elnto pter terrā, et nō ē nāturalis, neque violentus, ſ3 neuter. Idē. 3. Gœ. cō. 20.

G natur ſuper partẽ humidam, vt moueat ipſam ſm lineam rectã, mouet ipſam circulariter. nam illa pars fumoſa facilius recipit hoc. & hæc eſt magna cauſa dominans in circulatione ventorũ. Et ſignum huius eſt ꝙ venti multiplicant ex ſuperiori. & ideo nubes, ſeu vapores præcedũt generationẽ ventorum, & vſq; mutatio in aere. & hoc ſciunt nautæ, volentes pronoſticare generationẽ vẽtorum. Ille aũt, qui putauit ꝙ aliquando cauſa circulationis harũ exhalationũ eſt, quia, cùm aſcendit ſuperius, & occurrit aeri moto circula
H riter per motum totius, recipit inclinationẽ ab ipſo, & voluitur circulariter, dixit impoſſibile. Nã illud, qđ peruenit ex exhalationibus aſcẽdentibus ad illum aerẽ motum circulariter, mouetur p motum eius p ipſum, ſeu cum ipſo admiſcetur ſuo proceſſu. nã talis exhalatio dignior eſt qualibet, recipere motũ totius. & manifeſtũ eſt ꝙ illud, quod eſt ſm hanc diſpoſitionem, non eſt ventus. nam maximũ cœlum mouetur ab oriẽte ad occidentem ſolum. & etiã motus ventorum non eſſet ita fortis, ſicut dicitur per teſtimonium.
I nã cauſa fortitudinis, & velocitatis eſt eſſe cõtrarietatis in ipſo: ſicut eſt diſpõ in ventis, qui ſunt cauſa tonitrui, & fulminis, quæ fiũt ex nubib⁹. & aliqñ fit hoc ex aſcenſione vnius exhalationis apud deſcenſionem vaporis, ſeu exhalationis humefactæ, & frigefactæ. & fit ex hac prohibitione talis ſpẽs ſpeciei motus, ſ. ſm
De cã flatus vẽtor in diuerſis regionib⁹ & tpibus anni. circulũ. Iſte eſt ſermo in dando definitiones ventorum ſimpliciter, & quiditates eorum. De cauſa aũt in flatu aliquorum ventorũ in aliquo tpe anni, & aliquorum in alio, & differentijs, p quas appropriatur quilibet vẽtus ex vẽtis famoſis quatuor, ſ. orientalis, & occidentalis, & merridionalis, & ſeptentrionalis, nos complebimus ſermonem. Et dicam⁹ ꝙ venti nõ fiunt ſm plurimum in tpe caliditatis intenſæ, neq; frigiditatis intenſæ. nam frigiditas intẽſa de ſua conſuetudine, ſeu natura eſt ingroſſare faciem terræ, & prohiberẽ aſcẽſionem exhalationis fumoſæ, & vſq; non eſt de conſuetudine eius producere ipſam. Caliditas autem intenſa facit in facie terræ ſimile cõbuſtioni, & conſumitur, ſeu diſſoluitur pp hoc ſubſtãtia exhalationis fumoſę. L
In alijs autẽ temporibus, præter hęc duo, multiplicatur flatus ventorũ. & propter hanc cauſam inueniunt magis ventus ſeptentrionalis, & auſtralis: quia ipſi fiũt à locis, qui ſunt ex duabus partibus circulationis Solis æſtualis, & hyemalis. Sed ventus orientalis, vel occidẽtalis raro flant: & maxime illi, qui ex eis, fiunt ſub vna circulationum: & hoc propter caliditatem, quæ eſt ibidem. Cauſa autẽ in flatu venti auſtralis eſt manifeſtum, ꝙ cauſa huius eſt motus Solis in ſuo circulo obliquo. Cur M
autem ſunt vẽti meridionales, flantes poſt remotionem Solis à ſua circulatione, ſeu reuolutione hyemali poſt ſexaginta dies, & flant ſeptentrionales poſt remotionem Solis à parte oppoſita æſtiuali poſt viginti dies, cauſa in hoc eſt, quia Sol, cùm fuerit i loco propinquo magis parti ſeptẽtrionali, liquefacit niues, & flumina, & vniuerſaliter humiditates, quæ ſunt in hac parte, & fiunt venti ſeptentrionales, niſi ꝙ Sol non facit hanc actionẽ minus viginti diebus, vel propè ſecundum plurimũ.

Ratio

A Ratio aũt ſuper hoc eſt, quia nos videmus aerẽ eſſe calidiorẽ poſt remotionẽ Solis ab iſto loco propinquo, magis q̃ ſit in tpe, in quo eſt in loco magis propinquo, cùm hoc, ꝙ calefactio non eſt intenſior pp minorẽ reflexionem, ſeu maiorẽ oppoſitionẽ. Et cauſa in hoc nihil aliud eſt, niſi diſpõ, ſeu præparatio aeris. nam operatio maior in hoc non eſt pp agens magis forte tm̃, ſed etiam ex parte paſſi, ſeu recipiẽtis.* & ideo non eſt impoſſe vt agẽs debile faciat in vnomet loco actionẽ maiorem actione agentis fortis: & hoc pp diuerſitatem ſubiecti in diſpõne, ſeu pręparatione. † Cùm aũt hoc ſit ita, põt quis dicere, cur flant venti ſeptẽtrionales poſt remotionem Solis à ſua circulatione æſtiuali in viginti diebus, & meridionales poſt remotionẽ ei⁹ à circulatione, ſeu ſolſtitio hyemali in ſexaginta dieb⁹. & cauſa in hoc eſt vna: & habitudo Solis ad ſeptentrionem, & meridiem eſt vna habitudo in latitudine, & diſtantia.

*Nõ ẽ impoſſe vt agens debile faciat in vnomet loco actionẽ maiorẽ actione agẽtis fortis: & hoc pp diuerſitatẽ ſubiecti in diſpõne, & ꝓparatiõe
†Queſitũ.

Et dicam⁹ ꝙ vr̃ vt cauſa in hoc ſit, quia ventus meridionalis, qui generatur ibidem in loco ſimili, in quo generaſ ex ipſo ventus ſeptentrio-
C nalis, nõ aduenit nobis in principio tpis, in quo generatur pp nimiam diſtantiã. nam ipſe in illa hora eſt debilis, ſed poſt hoc fortificatur. nã actio caloris erit ibidem fortior. & ideo apparet poſt remotionẽ Solis à circulatione hyemali in tpe maiori, q̃ ſit tempus, in quo apparet ſeptẽtrionalis. nam locus, ex quo generaſ ventus iſte, eſt propinquior nobis.

Solutio. Prima cã.

Vel dicamus ꝙ cauſa in hoc eſt ꝙ locus, ex quo generatur ventus meridionalis, non eſt habitudo ſua ad circulationẽ hyemalẽ, ſicut eſt habitudo diſtantiæ loci, ex quo generaſ D
ſeptentrionalis ad declinationẽ, ſeu circuitum æſtiualem, i. ꝙ locus flationis meridionalis eſt magis remotus à declinatione hyemali, q̃ eſt locus flatus ſeptentrionalis à declinatione æſtiuali. & erit tps, in quo cale fit ille locus, poſtq̃ peruenit Sol in circuitu hyemali, lõgius tpe, in quo calefit locus flatus ſeptẽtrionalis, cũ Sol eſt in oppoſito æſtiuali. Et in- Docũ.
telligo hic per calefactionem, calefactionẽ conuenientem flatui ventorum. non enim p quãlibet caliditatem accidentẽ generantur venti. & hæc cauſa eſt illa, q̃ dicta eſt in quibuſdam traductionibus, attributis quibuſdã expoſitoribus. & vr̃ vt ſit cauſa in hoc coniunctio quarũ cauſarum ſimul. Sed in hoc ſermone Dubium.
accidit difficultas non parua. nam Ariſt. videt ꝙ illud, qđ eſt ſub ęquinoctiali nõ eſt habitabile pp dominium caliditatis ibidẽ, & eſt verũ, & firmũ, ſicut declarabitur poſtea ex ſermone noſtro. Et, cũ hoc ſit ita, non eſt poſſe vt flet ventus ex parte meridionali ſimili parti ſeptentrionali, ex qua flat apud nos ventus ſeptentrionalis, i. ex loco, qui eſt inter circuitũ hyemalẽ, & polũ meridionalem. & hoc pp fortitudinem caloris, qui eſt ſub ęquinoctiali. Nã ventus, qui flat ex illa parte, morieſ de neceſſitate, anteq̃ perueniat ad nos. &, cùm hoc ſit neceſſariũ, nõ remãſit niſi vt ſit loc⁹ flat⁹ auſtralis apud nos ex loco, qui eſt ſub circuitu ęſtiuali. nã Sol, cùm fuerit in circuitu hyemali, infrigidaſ ille locus, & humefit. &, cũ appropinquauit ei Sol, cùm redit, liquefacit, ſiue reſoluit illam humiditatem, & cauſatur ventus auſtralis. cùm aũt peruenit in cir

Solutio. Nota hic, vñ flat vẽtus auſtralis ſ; Ari. negantem ſub æquinoctiali eſſe habitationem. F

Sđa cã.

G cuitu æſtiuali, ceſſant pp fortitudinem caloris. & iſte ſermo inuenitur in quibuſdã textib⁹ attributis Alex. & eſt verũ, Deo volente. Sed dñæ, quibus diſtinguunt venti quatuor, pręter iſtã ꝙ vnus veniat ab hac parte, alius ab alia parte, ſunt, qa auſtralis eſt calidus, & humidus, ſeptẽtrionalis frigidus, & ſiccus, oriẽtalis medius p reſpectum horũ duorum, & occidentalis ẽt, ſed ipſe eſt magis declinãs ad humiditatẽ. ſed aſſignatio cauſæ huius ẽ ꝙ auſtralis, dicit Ariſ. venit ex parte alta terræ, & deſcẽdit à terra ſm deſcenſum vaporũ. Et, ſi
H non eſſet hoc, eſſet conueniens vt eſſet iſte ventus ſiccus pp caliditatem illius loci, niſi eſſent ibidem multæ aquæ. ſed frigiditas venti ſeptentrionalis, & ſiccitas eius manifeſtat ꝙ ipſe flat ex deſertis ſiccis, & ex locis de
Quare ps orientalis calidior ẽ occidẽtali preſſis, ſeu non altis. Venti autem orientales putatur de his ꝙ ſunt calidiores ventis occidentalibus, quia pars orientalis eſt calidior parte occidentali. Et iam difficile fuit hominibus aſſignare cauſam huius. ipſi enim putauerunt ꝙ habitudo Solis ſup terrã in oriente, & occidente eſt vna habitudo. Et nos conſyderabi-
I mus de hoc. & dicamus ꝙ Sol, cùm fuerit in parte orientali, eſt illud, qđ cadit ex lineis illuſtrantibus, ſeu radiantibus ſuper illã partẽ terræ ſm angulos rectos, vel propinquos ad rectos. & hoc eſt neceſſarium pp rotunditatem terræ. Caſus aũt earum in parte occidentali, donec Sol continuatur in tpe orientali eſt ſm angulos dilatatos, donec diuidat Sol arcũ ſuum in medio diei: & eſt habitatio Solis ad duas partes vna habitudo: & poſtea eſt habitudo Solis ad partẽ occidentalem in medietate vltima diei, habitudo eius in medie K
tate prima ad partẽ orientalẽ. &, qa hoĩes viderunt hanc habitudinem ſimilẽ, non potuerunt dare cauſam huius, & negauerunt eſſe. Sed illi, Prima cã.
qui affirmant hoc eſſe, putãt ꝙ pars orientalis orizontis eſt calidior. & vr, ſi hoc ſit ita, vt cauſa in hoc ſit, quare ſoluit ſtatim ſuper illã partẽ, & attingit illam partẽ continue fortius, q̃ attingit prius p caliditatem illius, pp cauſam, quã diximus, & patitur pp hoc hæc pars paſſione multa, & pp hoc recipit caliditatẽ fortiorem. &, quia in parte occidentali accidit hoc aliquid poſt aliqd, & pau- L
latine, donec acquirat rem fortẽ, ex hoc fit in ipſa diſpõ aliqua, ita vt nõ patiatur hac paſſione, qua paſſa eſt pars orientalis, neq; calefit ſm caliditatem illius. Quòd aũt ſimile huiꝰ accidit rebus oppoſitis manifeſtum eſt. & ideo non venit æſtas poſt hyemem, donec mediet inter iſta ver, propterea quia entia tunc occurrũt calori, ita vt corrũpat ipſa. Et ſignificat ſup hoc illud, quod accidit in quibuſdam annis p aduentũ caliditatis, & frigiditatis repente de ægritudinibus, & malis. & hoc eſt cauſa in hoc eſſe, ſi teſtimoniũ ſit verũ, & M
eſt cauſa poſſibilis: ſed ꝙ accidat ex fortitudine huiꝰ ſermonis dare cauſam, & eſſe ſimul eſt remotum. Et Alia cã.
ẽt poſſe eſt dare cãm huius per aliũ modũ. nam declaratũ eſt ꝙ cœlum habet dextrũ, & ꝙ pars cœli, in qua ſit dextrũ, eſt fortior alia parte. &, cùm hoc ſit ita, erit calefactio in parte, quæ eſt p tranſuerſum oppoſita, ſeu in parte correſpõdente illi parti p motum fortiorem, & attingit ipſam etiã pars orientalis. & coniunguntur in hoc hæ duæ ſpẽs calefactionis,

A nis, prima, quæ eſt p refractionẽ, ſecunda p motum: & hi duo ſunt duo modi calefactionis ſtellarũ, ſm ꝙ declaratũ eſt. Illud aũt, quod dr, ꝙ ciuitas longior eſt calidior terra, cuiꝰ longitudo eſt breuior. & fortè cauſa in hoc eſt, ſi teſtimoniũ ſit verũ, qa illæ partes ſunt propè partem correſpondentẽ dextro cœli, & appropinquant ei. &, ſicut dr ꝙ pars dextra illius eſt fortioris actionis, ita dr ꝙ ps terræ correſpondens huic patiẽt magis. &, ſi non dicas hoc, neſcio quid dicendum ſit de hoc. Et opinat vt ſit hęc cauſa prædominans in hoc, ꝙ
B ventus orientalis eſt calidus. & hoc, quod dixi, adhuc non videtur cauſa manifeſta in hoc. nam Sol ſtat ſup medietatem orientalem ſex horis, ſicut ſtat ſuper medietatem occidentalem: ſed eſt aſcenſus eius ſup medietatẽ orientalem, poſtq̃ calefecit ipſam vna hora, vel duabus. & hoc, cũ appropinquat ad aſcẽſionem: & ſic iam calefecit ipſam ſeptẽ horis, vel octo, ſex ſup terram, & vna, vel duabꝰ ſub terra ſed, cùm Sol iuit ad occaſum ab orizonte occidẽtali, nõ recipit vtilitatem ille orizon per caliditatem, quæ ſit ex ipſo poſt occa-
C ſum per vnam horã, vel duas. quia hæc calefactio ſit, cùm iam frigefactus eſt orizon occidentalis pp occaſum Solis ab ipſo. ſed caliditas, quæ fit ante aſcẽſum eſt ecõtrario huius, ideſt quia tunc augmentatur caliditas per caliditatem, quæ fit poſt aſcẽſionem ſed caliditas, quæ eſt poſt occaſum, non poteſt reſiſtere frigiditati, quæ eſt poſt occaſum, & à fortiori non addit caliditatem.

In eodem medio, vbi loquitur de ventis, dicit, Sed aſcendens, ſ. vapor ex parte meridionali, eſt minor vapore aſcendenti ab orientalibus, & D
occidentalibus, & eſt ſub ipſo vapore in groſſitudine: & ideo non multum tranſmutat in aqua, ſed ipſe vt plurimũ fit ventus, anteq̃ fiat aqua. Inquit Et pp hanc cauſam fiunt vẽti in partibus ſeptentrionis, & meridiei magis, q̃ ſint in partibus orientis, & occidẽtis. & hæc eſt cauſa, quã inuenim⁹ in textu, qui peruenit ad nos ex verbis Ariſto. ponens ꝙ duæ partes meridiei, & ſeptẽtrionis multiplicantur in eis venti magis, q̃ in duabus partibus, ſ. orientis, & occidentis. Sed id, quod inuenimus in E
expoſitione Alexan. in hoc libro, eſt cauſa contraria huic cauſæ. nã ipſe dicit ꝙ cauſa paucitatis flatus ventorum ab oriente, & occidente eſt ſiccitas dominans ſup illa ſoca: propterea quia Sol vadit ſuper ea, & cõburit ipſa, & exparguntur vapores, qui illic ſunt, & diſſoluuntur, antequam tranſmutentur ad ventũ, propter augmentum caloris. & duæ partes ſeptentrionis ſcilicet, & meridiei ſunt humidiores iſtis duabus. nam pluuiæ ſunt in ipſis magis: & de natura corporis humidi eſt aſcendere ex ipſo vapor magis, ſicut eſt diſpoſitio in lineis humidis. nam ſubſtan F
tia calida, & ſicca, quæ aſcendit ex ipſo cùm cõburitur, maior eſt ſubſtantia, quæ aſcẽdit ex lignis ſiccis.

Duo igitur hi ſermones cõueniũt. ꝙ Sol calefacit orientales, pluſquã facit in duabus partibus ſeptentrionis, & meridiei: & differũt in eo, qđ cõſequitur ex iſto. nam in primo dicitur ꝙ multitudo caloris ſequit ex ipſo multitudo vaporum, & ſpiſſitudo eorum, & ex paucitate caloris ſequitur paucitas vaporum, & ſubtilitas eorum. In ſecundo aũt dicit ꝙ

G ex intentione caloris, ſequit augmẽtum diſſolutionis, & deſitio, ſeu abſciſſio vaporũ, & ex paucitate caloris ſequit aſcenſio vaporũ, & multitudo eorũ. & tu ſcis ꝙ intenſio caloris, & remiſſio illius producit quãlibet harũ duarũ operationum contrariarũ. & hoc redit ad diuerſitatẽ ſubiecti, & habitudinẽ agẽtis ad ipſum. nã ſubiectũ, cum ſit humidũ, ſ. ꝙ humiditas dñatur ſuper ipſum, & non dñatur potẽtia agentis ſup ipſum in fine dñationis, ſ. calefacientis, & hoc in radice proportionis, ſeu habitudinis, quæ eſt inter ipſa, ſeq́, H cùm appropinquat hoc agens huic paſſo appropinquatione certa, vt reſoluat ex ipſo vapor paucus hũidus: &, cùm remouet ab ipſo diſtãtia certa, vt reſoluat ab ipſo vapor multus ſubtilis: &, cùm fuerit habitudo, ſeu proportio agentis ad paſſum maior hac habitudine, & habitudo paſſi ad ip̃m minor, oportet de neceſſitate, qñ appropinquat ſibi agens, vt exiccet ipſum, & cõſumet id, quod ꝓducit ex ipſo: &, cũ eſt remotum, reſoluit ad ipſum multũ vaporem. Et, ſi nos ſciremus vere ꝓportionẽ caloris Solis à terra, quæ ꝓportio ſit de I his duabus proportionib⁹, tũc ſciremus quis horũ ſermonũ eſt verus p demſonem dantem cãm, & eſſe ſiſ: ſed, quia nos nõ ſcimus hãc proportionẽ, oportet ĩueſtigare vnãquãq; harũ duarũ cauſarũ ex rebus poſterioribus, quæ apparẽt oculis. &, ſi in partibus oriẽtalibus, & occidẽtalib⁹ multiplicantur pluuiæ magis, q̃ in alijs duab⁹ partibus ſeptẽtrionis, ſ. & meridiei, tunc eſt cauſa dicta in textu attributo Ariſto. &, ſi diſpoſitio ẽ oppoſito modo, cauſa eſt dicta in libro Alexã. & hoc totum, ſi id, quod apparet oculis, in paucitate flatus vẽ K torum, & multitudine eorũ ex his partibus ſit ſicut poſuit. nam nos videmus in oriẽte, & occidente in iſta prouincia noſtra, ſ. in Andoloſia, ſi non magis flant, q̃ in ſeptẽtrione, & meridie, nõ minus. & videmus ẽt in oriente, & occidente cõgregari nebulas, & ꝓducere pluuiã in oriente, & medietate occidentali de hac inſula, ſeu ꝓuincia, in oriẽtali aũt in medietate orientali illius. Et forte hoc accidit in iſta inſula pp ſitũ maris verſus eã, & quia ipſam circundat. Et erit hoc, quod dr̃, hoc ẽ id, quod L inueniẽ in pluribus locis habitabili bus terrę, ſ. in terra ſeptẽtrionali, vel in terris naturalibus in calore: & sũt terræ, quæ ſunt in medio ſm longitudinẽ, & latitudinẽ, vt terræ Grẽcorum, & propinquæ eis, terra aũt noſtra hæc, & ſi ſit cõueniẽs terris Græcorũ in latitudine, eſt breuior ipſa in longitudine, terræ autẽ Iſrael, & Babylonię ſunt ſtrictiores terris Grẽcorum in latitudine. latitudines aũt magis faciunt in diuerſitate terrarum, q̃ longitudines. Et ideo nos vi demus hanc terram noſtram magis propinquã in ſua natura terris Grẽcorum, q̃ terræ Babyloniæ. Clima aũt æquale, ſeu contemperatum eſt quintũ, vt inquit Galenus, nõ quartum, vt crediderũt multi homines. Signum aũt huius eſt, ꝙ illic inueniuntur complexiones æquales magis. Signum autem forte ſuper complexiones eſt color, & capilli. Color aũt æqualis eſt albus, & clarus: capillus autem æqualis eſt magis propinquus ad illum, qui eſt quaſi medius inter planitiem, & criſpitudinẽ, ſeu ad planum, q̃ ad criſpitudinem. eſſe aũt huius coloris, & capilli paruni inueniẽ

Latitudines magis faciũt i diuerſitate terrarũ, q̃ longitudines. M

A inuenitur in terra Arabum: & ideo vocãt albũ rubeum. terræ aũt Babyloniæ ſunt medię ad terras Arabũ, ſ. ꝙ color brunus dominatur ſup eos hoĩes, ſicut eſt diſpõ Arabũ. illę aũt color ĩ capillis inuenitur nãr, ſ. magis in hominib⁹ climatis quinti, qñ non coniunguntur cũ gentibus extraneis, ſed cum habitantibus extraneis, q̃ habitant illic de propinquo. ſed, cùm prolongauerit tempus in iſtis hominibus, tũc redit natura eorum ad naturam illorum hominũ illius climatis: ſicut accidit filijs Arabum, & Barbarorũ in terra Andolo B ſiæ, ſ. ꝙ ipſi conuerſi ſunt ad naturã gẽtis proprię illi terrę, ideo multipli catę ſunt ĩ eis ſcĩę. & iã exiuimus ab illo, in quo fuim⁹, nũc redeamus ad id, in quo fuimus ex verbis ſapiẽtis.

Item in eodẽ Secundo, vbi loquit de vento ſeptentrionali, ac meridionali, & de hoc loco, à quo flat, dicit I media ſua expoſitione hæc verba. Inquit Et iam locuti fuimus in productione flatus ſeptẽtrionalis, & q̃d ſit ex illa parte de ventis poſt cõplementum æſtatis, & hyemis: & iam oportet ĩueſtigare quid ſit cauſa in hoc. Et dicamus ꝙ in hyeme deſi C nit, ſeu deficit materia venti pp dominium frigoris in parte ſeptentrionali, &, cùm appropinquat Sol ſibi. & hoc, cum trãſiuit hyems, & incœpit ver, appropinquat Sol terræ: &, cùm reſoluit niues, quæ ſunt illic, & facit aſcendere ex terra vapores, fit ex eis ventus ſeptẽtrionalis frigid⁹. Sed flatus huius poſt æſtatem cauſa in hoc eſt ꝙ fortitudo caloris in parte æſtatis facit definere materiã illius, & conſumit ipſam. & cùm fuerit poſt tempus æſtatis, & infrigidatus aer aliquali frigiditate, retinent vapores, qui ſunt in terra pp illã fri- D giditatem. cùm autem multiplicant emittuntur, ſeu aſcendunt: propterea quia non eſt adhuc tñ frigus, ꝙ prohibeat emiſſionem vaporũ multorum ex eis: & non eſt etiã illic tantus calor, qui diſſoluere, & cõſumere eos poſſit. Et cauſa in hoc, quod dixit, eſt ꝙ Solis appropinquatio, & remotio in his duab⁹ diſpoſitionib⁹ in parte ſeptẽtrionali eſt eadem, ſeu ſimilis appropinquatio. quaſi igitur ipſa agit in his duobus temporibus in parte ſeptentrionali ſm eandem appropinquationẽ calorem proportionabilẽ generationi ventorũ: ſed E quia fuit id, quod ſequit ex diſtãtia illius, frigus fuit hic quaſi agens per accidens. Inquit Et pp has duas cauſas incipit flatus ſeptentrionalis in principio veris, & autũni p̃ter alios ventos. ita inuenimus hanc quęſtionem ĩ verbis Ariſt. quæ peruenerũt ad nos. Sed in libro Alexan. inueniẽ loco huius alia quæſtio. & eſt, cur ſeptentrionalis flat poſt remotionem Solis à ſolſtitio ęſtiuali, ſeu à reuolutione æſtiuali multotiens, & quaſi cõiunctæ: & hoc poſt viginti noctes à remotione Solis à ſolſtitio æſtiuali, & meridionalis flat nõ coniun F ctæ poſt receſſũ Solis à ſolſtitio hyemali: & hoc poſt ſeptuagita noctes. Et dictũ eſt illic in reſpõſione hui⁹ quæſtionis ꝙ cauſa in hoc ſunt duæ cauſæ: vna earũ eſt ꝙ pars meridionalis remotior ẽ ex habitatione noſtra, q̃ pars ſeptẽtrionalis, ex quo habitatio noſtra eſt in quarta ſeptentrionali: & vẽtus meridionalis non peruenit ad nos, niſi qñ fortificabat operatio eius pp fortitudinem operationis Solis in illis partibus: & hoc poſt ſeptuaginta dies. nam pars, cui

III iiii appro-

G appropinquat Sol, apparet de dispositione illius ꝙ ipsa fortiter calefit post recessum Solis. & hoc pp fortitudinē passionis recipientis, non pp fortitudinem agentis. sed pars meridionalis pp propinquitatem eius ad nos, flat super nos ventus septentrionalis à principio apparitionis actionis Solis in illa parte, ſ. resoluendo nues, & faciendo ascēdere vapores siccos frigidos. & ideo fuit ventus septentrionalis frigidus, & siccus: & apparet iste ventus post viginti dies à reuolutione æstiuali. Secunda aũt causa est, ꝙ ipsi putauerunt ꝙ locus, H ex quo generat' ventus meridionalis, remotior est à solstitio hyemali, q̃ sit locus, ex quo producit' ventus septētrionalis à solstitio æstiuali. Et hæc causa data, si posuerimus ꝙ locus generationis meridionalis ē in eo, quod est post reuolutionē hyemalem versus meridiē, vt putatur hoc ex verbis eorũ de locis generationis ventorũ, & fm ꝙ inuenimus hoc declarasse quosdã expositores, nullam habet rationē, neq; notũ est p sensum, & est dictum tm̃, sine ratione, I nam magis vr̃ vt sint loci flatus ventorũ ex duabus partibus reuolutionum sitis in propinquitate, & reuolutione, nisi illic accideret aliquod accidens propter materiam.

Sed prima causa est dignior, seu cõuenientior vt sit causa in augmẽto, seu fortitudine vẽti, q̃ sit in eius paucitate. & hoc, quia iã declaratum est de dispõne venti ꝙ assimilantur fluminibꝰ, ſ. ꝙ quanto magis remouent' à principijs eorum, sunt maiores p id, quod congregatur, seu adiungit' eis ex vaporibus simile eis: & quod apparet necessariũ, est vt flatꝰ duorum ventorum oppositorũ sit in vna eadem hora ex duab causis K diuersis. &, si sit ventus septentrionalis, qui erat in principio veris, causa eius est caliditas, igitur sequit' vt, si sit ventus meridionalis, qui flat in ista hora, causa eius est frigiditas, q̃ accidit parti meridionali, ſ. post remotionē hyemalē. &, si sit ventus septentrionalis, qui flat in principio autũni, causa eius est frigiditas, vt dictũ est. meridionalis igit', qui flat in hac hora, causa eiꝰ est calor, ſ. in parte meridionali. hęc est dispõ ventorum contrariorũ, seu oppositorũ in vno tpe. Et, cùm hoc sit ita, venti igitur oppositarũ partiũ, qui flant L in tẽporibus diuersis, si ipsi sint proportionales, ſ. ꝙ distantia ab eorum ab æquinoctiali, seu à tpe æq noctij, est vna distãtia, oportet vt sit causa eorũ vna in specie: nisi accideret illi aliquod accidens pp materiã. & fm hoc, si fit ventus septentrionalis, & agens illius post viginti dies à remotione æstiuali ē calor, oportet vt sit agens meridionalis de hac eadē specie, ſ. calor, & vt sit ĩ illa hora, ſ. in hora cõsimili. sed vẽti oppositi, q̃ flant in tẽporibus diuersis, non proportionabiles, ſ. quorũ initiũ flatus sunt M horæ diuersæ, iã oportet vt sint causæ eorum diuersæ, vel pp agens, ſ. vel pp calorem, & frigus, vel ꝓpter locum, ſ. propter diuersitatem partium terræ in propinquitate à locis aduentus Solis. &, cùm hoc sit ita. & ventus meridionalis flat post remotionē hyemalem septuaginta dies, & septentrionalis post reuolutionē æstiualē, sequit' igitur, vt sint causæ eorum diuersæ, vel agens, vel recipiens. Et, si esset declaratum ꝙ impossibile est vt sit causa incipiẽdi flatus vẽti meridionalis in hac hora. ſ. agens,

Venti assimilant' fluminibꝰ, ꝙ quãto magis remoueantur à principijs eorũ, maiores fiũt.

A agens, diuersa a causa flatus venti septentrionalis in illa hora dicta etiã, & impossibile est vt agens, & recipiens sint diuersa fm magis, & minus, esset necesse vt sit locus diuersus in ꝓpinquitate, & remotione a Sole, sicut dictum est, vel erit causa distantiæ loci a nobis. sed, cùm hoc nõ fuerit declaratũ, possibile est vt, si venti meridionales generati in illa hora, sunt causa frigoris, quod inuenitur in parte meridionali, ex qua generatur ventus ante augmentum caloris Solis, & maxime quia hæc hora est ꝓpinqua principio horæ veris: & iam de-
B claratum est ꝙ vẽtus meridionalis, qui flat in hac hora, vt dicit Aristo. causa illius est calor: oportet igit' vt, si sit ventus oppositus ei factus ĩ hac hora, causa illius sit frigiditas: & ipse est meridionalis vernalis. sed ventus, qui flat, postq̃ cõpleuerit remotio æstiualis per viginti dies, cã eius est calor, vt dictum est: & ipsa est diuersæ proportionis, seu habitudinis à vento septentrionali, qui fit ĩ principio autumni, si posuerimus ipsum alium à vento autumnali septẽtrionali. sed, si ipse fuerit positus ẽsse vẽtus autumnalis meridionalis. iã igit'
C sequitur, vt sit causa eius frigiditas: &, si est alius, possibile est vt causa illius sit calor, vel locus propter hunc locum. & in hoc, vt vides, est ambiguitas magna, & inquisitio profunda. Et causa diuersitatis, seu difficultatis est difficultas cognitionis harũ horarum à visu, & verificationis eorum propter nimiam cõfusionem, & diuersitatem, quæ accidit his rebꝰ propter materiam. Et magis verisimile apparet, cùm concesserimus loca flatus esse similia, vt sit ventus septentrionalis, qui flat post viginti dies à recessu æstiuali præter ventũ D autumnalem meridionalem, pp distantiam illius, ꝙ est inter ea, & ꝙ sit ventus meridionalis, qui flat post septuaginta dies a recessu Solis à solstitio æstiuali: & cur non flat etiam ventus autumnalis septentrionalis ante principium autumni per viginti dies, sicut flat meridionalis ante ver. Sequitur igitur contra nos difficultas prima, quæ sequebatur cõtra Antiquos. Sed possibile est dicere ꝙ cã in hoc est, ꝙ duo venti producuntur à cã frigida, & pars meridionalis velocius recipit frigiditatem, q̃ caliditatem, propter paucitatem stellarum, E quæ sunt in parte meridionali, & altitudine partis meridionalis, si habitabilis de terra est hæc pars. velocius igitur introducitur frigiditas illic, q̃ sit hic viginti diebus, propter calefactionem, sicut tu inuenis ventum septentrionalem produci post remotionem æstiualem per viginti dies propter calorem etiam a calore huius loci, & frigiditate illius. Sed ꝙ ventus meridionalis vernalis sit à causa frigida manifestũ est, ex quo ventus septentrionalis, qui flat in illa hora, est à causa calida. & hoc est manifestum, propterea quia Sol va F dit versus partem septentrionalem, & redit à meridionali. & ideo sequitur apud me vt sit ventus meridionalis vernalis, cum redit Sol a parte meridionali, non cum vadit ad ipsam, sicut est dispositio in vento septentrionali autumnali: & vt sit ventus septentrionalis, qui apparet post viginti dies, cùm Sol declinat ad septentrionem, non cùm redit ab illa parte, e contrario dispositionis in vẽto autumnali septentrionali. & hoc, si concesserimus ꝙ sunt duo venti

&

G & puto ꝙ Antiqui hoc concedunt: nã iſte vẽtus apud ipſos fit à calore, & ventus autumnalis à frigore. &, ſi conceſſerimus ꝙ duo vẽti ſunt vn⁹, iam poſſibile eſt dicere ꝙ principiũ diſpoſitionis huius venti eſt à calore, poſtea aũt generatio eius eſt à frigore, præter hoc, quod deſinent illi, qui ſunt inter hos duos vẽtos. & erit hęc cauſa in hoc, ꝙ antecedit iſte vẽtus ſeptẽtrionalis quinquaginta diebus ſuper ventũ meridionalem vernalem. & totũ hoc verificatur, poſtq̃ non generatur ventus ſub reuolutione Solis, & ꝙ ventus meridionalis vadit in his locis, & non deſinit,
H & procedit ad partem ſeptentrionalem. &, ſi poſuerim⁹ hos duos diuerſos ventos eſſe a temporib⁹ frigidis, poſſibile eſſet nobis adducere cãm huius ex hoc, ꝙ nos poſuerimus de calore partis ſeptẽtrionalis, & frigore meridionalis, cum conſeruatione ſimilitudinis locorum flatus. nã res diuerſæ differunt vel propter agẽs, vel propter recipiens. agens aũt vel differt in ſpecie, vel ſm magis, & minus: & ſi⁹ patiens vel differt ſm magis, & minus, vel in ſpecie. Sed Alex. credit ꝙ loca flat⁹ meridionalis ſũt ſolſtitium, ſeu reuolutio æſtualis.
I & ſm hoc iam verificabitur in quibuſdam terris ſeptentrionalibus vt ſit Sol, cum fuerit i reuolutione hyemali remotior ab iſto loco ab eis, ſicut fuerit in oppoſito æſtiuali à loco generationis ſeptentrionalis. & hoc, cum fuerit poſita generatio ſeptentrionalis à fine terræ habitabilis, ſicut ponimus generationẽ eius, ſ. meridionalis à principio terræ habitabilis. ſed ponere generationem meridionalis à principio terræ habitabilis eſt difficile, propterea quia ip-

Res diuerſæ dicunt vl pp agens, vel pp recipiens.

ſi iã conuenerunt ꝙ non generatur K
ventus ſub reuolutionibus ſolarib⁹ propter calorem illorũ locorum. & ſm hoc non erit in primo climate ventus meridionalis, ſed eſt in parte, quæ eſt poſt primum. nam ab ipſo generatur. Vel dicam⁹ ꝙ iam generatur ventus in parte, in qua non eſt poſſibilis habitatio. & iam prolõgauimus multũ in hoc quæſito magis, q̃ conueniens fuit: & redeamus ad id, ĩ quo fuim⁹ ex verbis ſapiẽtis.

Item circa materiam de vẽtis dicit. Et proprietas vẽti meridionalis eſt ꝙ ipſe commouet nubes, & congregat ipſas, & cõiungit partes illi⁹: L
& proprietas venti ſeptẽtrionalis eſt ꝙ ipſe deſtruit ipſas, & ſeparat partes illarum. Et cauſa in hoc eſt, quia vẽtus meridionalis pp tortuoſitatem, flatus eius eſt ſicut linea, cuius extrema ſunt arcuata, &, cum ipſe flat, ingreditur in partibus nubis, & cõgregat ipſam, & coniunguntur quædã ei⁹ partes cum quibuſdam, & inſpiſſat ipſam, & ingroſſat ſuum corpus: ſed ventus ſeptẽtrionalis eſt recti flatus, & propter hoc ſegregat nubes, & ſeparat quaſdam earũ à quibuſdã. vult dicere, vt puto, ꝙ tortuoſitas, ſeu arcuoſitas vento meridionali ac M
cidit ſibi propter diſtantiam flatus eius, & rectitudo ſeptentrionali ineſt propter propinquitatem flatus eius. nam ventus, propterea quia de ſua natura eſt reuoluere circa terrã & ineſt ex ſphærica, ſequitur ꝙ quã to magis flat⁹ eſt remotus, magis appropinquatur arcuitati, & eſt maioris multitudinis circulationis, & accidit ei retinere nubem per ſphęrã, ſeu circulum, quem facit, i. ꝙ nubes congregantur conuexo eius, & non ſpargitur & ingroſſatur, & congregatur,

De ꝓprietatibus vẽtorum.

A gatur, donec ex ipſa fit aqua: ſed ſeptentrionalis propter propinquitatem flatus eius, via eius, ſeu proceſſus eius appropinquat lineæ rectę, & expellit nubes, & nõ retinet eas. Hęc ſunt verba Commentatoris in media expoſitione.

De locis terræ habitabilib⁹

ET, poſtq̃ declaratum eſt hoc, dicendum eſt de locis habitabilib⁹ terrę. Et dicamus ꝙ menſura, quæ accepta eſt per ſenſum, & rationem mathematicam ex parte habitabili in hac parte ſeptentrionali, eſt min⁹ ſexta parte terræ, & ẽ quaſi ſeptima.
B Ipſi. n. traxerunt longitudinem huius loci, cùm conſyderauerunt eclipſes lunares ĩ quibuſdam terris oriẽtalibus, & occidentalibus, & non in uenerunt ipſas antecedere in terris orientalibus, & eſſe poſteriores ĩ occidentalibus magis, q̃ duodecim horis: & hoc in longitudine centum octuaginta partium ex partibus, ſm quas cœlum eſt tercentum ſexaginta partes. Latitudinem autem huius perceperunt per hoc, ꝙ finis terrarum, in quibus fuit poſſibile eis ire in parte auſtrali, eſt illud, quod eſt remotum ab æquinoctiali per treſdecim partes, & vnum fragmẽtum, ſeu minutum: & finis terrarũ in parte ſeptentrionis eſt illud, quod eſt re
C motum ab æquinoctiali. p ſexaginta partes. nam putauerunt ꝙ maria prohibent illas in his duabus partibus. & hæc eſt menſura, quæ pcepta eſt per ſenſum de diſpoſitione terræ habitabilis. Et debemus conſyderare de illo, quod eſt poſſibile de hoc per rationem, & de illo, quod nõ eſt poſſibile. & dicamus ꝙ Ariſ. & ſecta Peripateticorum putant ꝙ locus, in quo eſt poſſibilis habitatio in terra ex parte Solis eſt illud, quod eſt circa duas partes circuitus eius in duabus partibus eius, ſ. ſeptentrionali, & meridionali: & ꝙ illud, quod eſt ſub æquinoctiali, & propè ipſum, impoſſibile eſt habitatio in eo, propter dominium caloris. Et etiam putant ꝙ illud, quod eſt remotum à circuitu Solis ad duas partes, ſ. meridionalẽ, & ſeptentrionalem eſt inhabitabile ꝓpter dominium frigiditatis. Pto lemæus autem, & ſequẽtes ipſum ex Mathematicis putãt, ꝙ habitatio eſt poſſibilis ſub æquinoctiali ad illud, quod excedit ex parte meridionali ſm menſuram, quæ non vadit ad ipſam, depreſſio Solis, ſeu oppoſitum augis. & eſt locus, quem vocant viã combuſtam. Auicẽna autem iam ſecutus eſt eos in hac opinione, & vidit ꝙ ille locus, ſ. qui eſt ſub æquinoctiali, eſt magis temperatus, ſeu medius omnibus climatibus, & putauit ꝙ ſermo Peripateticorum eſt cõtrarius ſenſui, & rationi. Nos autem cõ ſyderabimus de hoc, ſm ꝙ eſt poſſibile nobis ex parte rei, ſeu ſm rẽ, de qua conſyderatur. & hoc ſm propoſitiones, quas habemus de hoc. Et dicamus ꝙ iam declaratum eſt ꝙ cauſa caliditatis eſt propinquitas Solis verſus directum capitis: & ꝙ cauſa F
propinqua in hoc, eſt caſus linearũ radialiũ ſuper angulos rectos, aut q̃ appropinquant rectis, quia tunc fit reflexio fortior: & ꝙ exceſſus climatum in fortitudine caloris, & debilitate eius propter exceſſum eorũ, eſt in his angulis. Nam illæ terræ, quæ ſunt propinquiores ad partem meridionalem, anguli cauſati in eis à lineis radialibus, cũ ſit Sol in circuitu æſtuali, ſunt propinquiores rectis, donec ſint in terris, ĩ quibus ſol vadit directe ſup capita earũ, illi ãguli

Opio Ari. de locis terrę habitabilibus.

Opio Ptolemęi, & Auicen.

Auer. opi. pro Ariſt.

D

E

directi

G directi. & hæc eſt terra calidior ſm iſtum modum, ſ. ſm modũ reflexionis. Et, cùm hoc ſit ita, videtur eſſe poſſibile, vt ſit habitatio ſub æquinoctiali. nam nos videmus multas terras habitatas, in quibus vadit Sol ſuper capita eorum. Sed iſta inquiſitio, ſeu inductio non dat veritatem. Et nos dicamus φ, cùm fuerit diſpoſitio, ſicut diximus de cauſa intenſæ caliditatis, & debilitatis eī in climatibus diuerſis, ita erit de habitationibus. Et hoc videtur ſenſui. nam clima magis temperatum homini, & pluribus aīalibus, & plantis eſt clima
H Quartum, & Quintum: & hoc ex parte caliditatis, cuius cauſa eſt reflexio: & quod eſt præter iſta duo climata in parte meridionali eſt magna caliditas, in parte autem ſeptentrionali eſt magna frigiditas. Et, ſi non eſt hic cauſa in intenſione caloris, & debilitate eius in climatibus diuerſis, niſi anguli, quos cauſant illæ lineę radiales, manifeſtum eſt φ ſub æquinoctiali poteſt eſſe habitatio, ſed non temperata, vt dicit Aui. ſed ſm modum, ſm quem eſt habitata in climate, in quo Sol vadit directe ſuper capita eorum. nam habitantia
I in illis terris ſunt vitæ breuis de neceſſitate, & vt plurimũ non ſunt naturalia. Sed, ſi ſit hic alia cauſa ex parte materiæ, per quam augmentatur caliditas ſub æquinoctiali augmento valde magno, non erit poſſibile vt ſit illa pars habitata. Et hanc cauſam neſciuit aliquis eorum, qui putant φ habitatio in illis locis eſt poſſibilis. Nos autem conſyderauimus de hoc, & dicamus φ apparet manifeſte φ caliditas maior eſt in qualibet terra ex terris diuerſorũ climatum in tempore æſtatis poſt remotionem Solis à circuitu, ſeu ſolſtitio K æſtiuali: & hoc ex parte paſſi, & recipientis, & non ex parte agentis, ſicut declaratum eſt ante. nam continuatio huius caloris in terris temperatis, ſeu propinquis tẽperamento durat poſt remotionẽ Solis circa tres menſes. & hoc in terra noſtra, ſ. Hiſpania, & in illis, quæ ſunt propè ipſam in latitudine. Aliæ autem ciuitates, ſeu terræ præter iſtas, ſi ſunt verſus partem meridionalem, inueniẽ in eis hæc caliditas tempore longiori hoc tempore dicto, quod eſt circa tres menſes. & hoc, quia ſm fortitudinem caloris in terris diuerſis, fit re L ceptio ī aere maior de caliditate Solis, & retinet ipſum ſm ſuam formã per tempus magis longum. &, cùm hoc ſit ita, ſequitur de neceſſitate φ terræ, quarum latitudo eſt propinqua vt ſit in medio latitudinis harũ terrarum temperatarũ, & ſunt terrę, in quibus vadit Sol directe capitibꝰ eorum, vt in ſolſtitio æſtiuali, vt ſit calor in eis in tempore æſtatis ꝓpè duplum reſpectu caloris inuenti in iſtis terris, & erit permanentia eius poſt declinationem Solis propè duplum illius menſuræ, ſeu permanen
M tiæ: & hoc quaſi per ſex menſes, vel quinq;. & hoc cognoſcunt per ſenſum homines, qui viderũt hoc. Sed ego vidi terram, cuius latitudo eſt quaſi triginta, & eſt remanentia caloris in ea poſt declinationem Solis circa quatuor menſes & hoc non pcipitur ſenſu tãtum, ſed poſſibile eſt peruenire ad hoc per rationem. Et, cùm conſyderabimus in hoc toto, ſequitur de neceſſitate vt in terris, quarum vmbræ cadunt meridionales, ſit tempus caloris apud eos ꝓpè illios quatuor menſes: & eſt tempus, in

A in quo cadũt vmbræ auſtrales, & calor earũ de neceſſitate eſt fortior. & ſimiliter ſequitur, cùm cadũt vmbræ ſeptentrionales. Et, cùm hoc ſit ita, erit caliditas de neceſſitate ſub æquinoctiali continua æqualiter in toto anno, vel propinqua continuæ æqualiter. & non eſſet ibidem tanq̃ vna reuolutio in fine caliditatis, nõ quatuor. Nam in tempore, in quo eſt conſuetudo aeris remoueri à caliditate, de neceſſitate deſcendit ſup ipſum motor, qui fecit ipſum acquirere eam: & cõſeruatur propter hoc caliditas ibidem, propterea quia Sol
B non remouetur à directo capitum eorum plus, q̃ per tres mẽſes. Et manifeſtum eſt φ in tali loco impoſſibile eſt permanere plantas, & aīalia. nam conſeruatio animalis, & plantæ eſt per quatuor reuolutiones, ſeu circuitiones anni: quia ſunt compoſitę ex contrarijs, ex quibus componuntur. & talia loca, ſi imaginaueri-mus in eis eſſe reuolutiones, ſeu circuitiones, eſſent octo. & hoc totum eſt contrarium diſpoſitioni naturali. Declarata eſt igitur ex hoc veri ficatio vię, ſm quam proceſſit Ariſ. Nam, ſicut inueniuntur in parte ſe
C ptentrionali propter frigiditatem, ita oportet vt ſit in parte meridionali propter caliditatem. Et hoc ſequitur ex ſermone vniuerſali, qui eſt φ, cum inuenitur vnum contrarium in fine, ſeu ī extremo, oportet vt ſit reliquum contrarium in illo fine: & quia eſt hic quædam terra nõ habitata propter frigiditatem, & medium æquale, eſt neceſſarium vt ſit hic alia extremitas non habitabilis propter calorem. &, ſi non, non eſſet æqualitas, ſeu temperamentũ in medio. &, cùm inuentum ſit vnum extremum, & medium, de neceſſitate D oportet vt ſit aliud extremum. &, ſi non, non eſſet hic medium, ſeu contemperamentũ. Et conueniens eſt vt vnum cõtrariorum corrũpat reliquum. & ſi ſit hic terra magnæ frigiditatis, & congelationis, vt ſit hic etiam terra magnæ caliditatis, & inflammationis. Et videtur φ ſuper hanc directionem ſuſtentatur Ariſ. in hoc loco. & ideo dicit φ cã producens intenſam frigiditatem, ſeu congelatiuam eſt natura illius loci propter remotionẽ Solis ab ipſo: ſicut cauſa fortitudinis intenſionis caloris, & inflammationis igneæ eſt na- E tura illius loci cum propinquitate Solis. Propinquitas igit Solis apud nos, & diſtantia eius ſunt in his terris conſeruantes, & æqualizantes mirabilem intenſionem duarum illarũ ſpecierum. Nam, ſicut cauſa frigiditatis congelatiuæ apud nos, eſt natura loci frigidi cum remotione Solis, ita eſt neceſſarium vt ſit cauſa caliditatis, & fortitudinis inflãmationis propinquitas Solis, & natura illius loci. Sed propinquitas Solis, & diſtantia eius videtur de diſpoſitione earum φ ſint cauſa in apparẽtia vniusduorum contrariorum, & in F contemperantia eorum cũ æqualitate. Et hæc differentia eſt vera. & iam dixit Ariſt. hunc locũ in multis locis. illud autem, quod dixerunt alij præter ipſum de hoc, eſt phantaſticum ſimpr. Aequalitas autem no Obijcit tacitæ obiectioni. ctis, & diei, quæ inuenitur ibidẽ, videtur φ non habet menſuram ſenſibilem in diminutione caloris per reſpectum ad cauſas, quas numerauimus. Et teſtificatur ſuper hoc. nam terra, cuius dies eſt longior, & frigidior, q̃ ſit diſpoſitio per morã, quæ in

Cũ inuenit vnũ cõtrariũ in fine oportet ẽt aliud reperiri.

G accidit Soli in capite duorum ſolſtitiorum,ſeu circuitu,videtur vt ſit cã in habitatione multorũ locorũ, de quib⁹ dr in primo climate illud, qd accidit eis ex frigiditate pp altitudinẽ eorũ,aut depreſſionem,& vlr pp materiã,non pp cauſam agentem. Sed nos, cùm poſuerimus rem eſſe ita, vt declaratum eſt in diſpoſitione Solis,ſequitur vt ſint loca, in quibus poſſibilis ſit habitatio ſm iſtum modũ in duabus partibus circuitus Solis,ſ.ſeptentrionalis,& meridionalis. Et hoc iã dictũ eſt ab Ariſt. nam ipſe affirmat vt ſit alia habitatio in
H quarta meridionali, ſimilis quartæ habitabilis ſeptentrionalis.&,ſi ecẽtricũ Solis hẽt diuerſitatẽ ſenſatam, erit latitudo partis habitabilis ex parte meridionali propinquior polo meridionali,& remotior à circuitu Solis,oppoſito modo,q̃ res ſe hẽt in parte ſeptentrionali.

Sed ſm hoc ſequeret vt ſit habitatio in his duab⁹ partibus in quatuor partibus ſub terra,& ſup ipſam. Nã ſiccitas harũ partiũ, ſm ꝙ primo aſpectu vr,eſt pp Solẽ: habitudo aũt ei⁹ eſt ad has quatuor partes vna habitudo,ſed,ſi poſuerimus hoc ita,eſ-
I ſet magis conueniens vt inueniatur ſiccitas,& dñium entis terrei, in eo ꝙ eſt ſub circuitibus Solis pp fortitudinẽ caloris ibidẽ. &, cùm hoc poſitum ſit ita,ſequit vt ſit maior pars terræ diſcooperta: nec eẽt diameter aquæ maior diametro terræ,ſed erit minor,aut æqualis eis. Hoc aũt eſt contra ſenſum,& rationem. Sẽſum aũt,quia vr ꝙ pars aquę,cùm ſit terra,redit ad minorem quantitatem: & econtrario in diſpoſitione aeris
Eſſta hñt cum aqua. Rationem etiam, quia iã æqualitatẽ declaratũ eſt ꝙ elementa ſunt æqua-
lia ſm ſuas totalitates, & ideo habẽt K
permanentiam,& perpetuitatem. ſ. ſuas totalitates. Idẽ. 2. ph. com. 77.
Aequalitas autem poſſibile eſt vt ſit inter elementum ſubtile rarũ faciliter paſſibile,& inter groſſum difficulter paſſibile,cùm ſit tarum multæ quantitatis, & maioris corporis: & ideo oportet de neceſſitate vt ſit iam diameter aquæ multo maior diametro terræ, cùm imaginati fuerimus aquam rotundam ſolidã. Et, cum hoc ſit ita,aquæ debent natare in maiori parte eius. nam hæc eſt diſpoſitio naturalis eius. & videtur ſecundum hoc,vt non ſit habitata ex
quatuor quartis terræ,niſi hæc pars L
eſt vt ſit locus rerum generabilium & corruptibilium, de quorũ natura eſt vt ſit ſuper terram iſte locus. Et ſm hoc non eſt cauſa in eſſe ſiccitatis in hac parte Sol tm̃, ſed cum illo cùm adiungitur ei ex caliditate multitudinis ſtellarum fixarum in hac parte. nam maior pars ſtellarum, vt videtur,eſt in hac parte, quam videmus,& erit in parte meridionali ſm plurimum aqua ſuper ipſam:& ſimiliter,quod eſt ſub ſolſtitijs circuitibus,quamuis caliditas ſit ibidẽ fortior. Sed eſt exiccatio Solis in parte ſeptentrionali operatio propria So M
lis,cùm contemperatur per caliditatem harum ſtellarum, nõ ſm ꝙ Sol tm̃,ſ.quia fortificatur ſiccitas eius,ſicut eſt diſpoſitio in calore cordis. quia,cùm contemperatur per frigiditatem cerebri, facit acquirere ſenſum.& hęc eſt cauſa in hoc ꝙ iſte locus eſt æternus ſm ſpeciem, vt declaratum eſt. & iſte eſt ſermo de locis terræ,in quibus poſſis eſt habitatio, ſm ꝙ dicit ratio.

Circa loca habitabilia,inquit, iã Diuiſio locorũ terrę in habita-
oportet dicere loca terrę habitabilis ex

A ex quo iam diximus ventos, & loca bilia,& in inhabitabilia. flatus eorũ. Et dicamus ꝙ diuiditur primo in duas partes: vna earũ eſt habitabilis, alia autem inhabitabilis.ſed pars inhabitabilis diuidit in duas partes intenſi caloris pp aſpectũ Solis in ipſa directũ, & hęc pars eſt pars meridionalis propter intenſam accenſionem,& caliditatẽ, quæ eſt illic: accenſio autem,& calefactio fiunt,cùm multum Sol accendit aerem,& inflãmat ipſum. ſed alia pars eſt intenſio frigoris propter remotionẽ Solis ab ipſa:& hæc eſt pars ſe
ſtræ. Remanſit autem ſuper nos de diſpoſitione eius loqui de coloribus apparentibus in ea. Sed quod debemus prius dicere de hoc eſt ꝙ ſpecula parua nõ ducunt ſimilitudinem, ſeu figuram rei, & ducunt colorem eius. Et deo non apparet figura Solis in illa nube, in qua eſt color: & ẽt, ſi apparet in hoc ſimilitudo eius, apparet coniuncta ĩ circuitu arcus. nã reflexio in corpore cõuexo ab vno ſpeculo, ſeu apparentia ad vnũ aſpiciens eſt magis, q̃ per vnum pũctũ.
Et ideo apparet vnum corpus in ſimilibus ſpeculis multæ apparentiæ, F
ſeu ſimilitudines coniunctæ. & hoc totum declaratum eſt in Perſpectiua. Ibidem ẽt apparet ꝙ ſpecula clarorum colorum ducunt colorẽ rei ſicut eſt: non clara aũt ducunt colorem rei: & iam admiſcetur per colores eorum ſpecies admixtionis, & apparet ei color medius, ſicut eſt diſpoſitio in colore vere commixto. hoc autem non ſolum accidit, cùm fuerit ſpeculum non terſum, & politũ, ſed ẽt, cùm fuerit ſm multã diſtãtiã, & aſpiciẽs ad ipſum eſt debilis viſus.

G nam debilitas apprehenſionis facit apparere in re viſa turbidinē,& obſcuritatem,quāuis non ſit ita.& hoc totū manifeſtum eſt per ſenſum.Et, cùm hoc ſit ita poſitū,dico ꝙ radius Solis cùm reflectitur ab illa nube,& cauſat illam apparentiam, vel ſpeculum,manifeſtū eſt,quod illi colores fiunt ex admixtione radij Solis, cū color illius ſpeculi,ſiue eſt in ſpeculo color,aut apparet in eo propter diſtantiā eius à viſu, aut per has duas res ſimul. Et,cùm declaratū eſt hoc, manifeſtū eſt ꝙ radius, qui illuminat in ſpeculis turbidis, & admixtus
H eſt color eius cum colore,& non poteſt viſus diſtinguere inter illa.&qđ cauſat in ſenſu ſpēs colorum ſm mē ſuram illius admixtionis ex eis eſt pauonaceus,& ex eis croceus,& viridis,ſeu poralis,& alij ab his. Subrubeus aūt,& pauonaceus ambo ſunt vna ſpecies:ſed diuerſificantur ī magis,& minꝰ. nam Pauonaceus nigredo in eo eſt maior, quam ſit in ſubrubeo. Croceus autē producit̄ ex admixtione albedinis,& paucæ nigredinis.Poralis aūt, ſeu viridis ex admixtione crocei,& nigri. & hoc totum manifeſtum eſt ſenſu. Et, cùm
I declaratum eſt hoc videt̄ ꝙ colores ordinati ī iride ſunt huius generis. ſed debemꝰ cum hoc complere cauſam horum colorum in iride,& apparet ꝙ color ſubrubeus iridis interioris eſt propinquior lucido, quā viridis,& viridis quam pauonaceꝰ, cum fuerit lucidum exiens à ſphæricitate nubis.& hoc videtur ex eis, q̄ declarata ſunt in libro.13. Euclidis. &,ſi ſint iſti colores diuerſificati per additionem nigredinis,& multitudinē,& paucitatē luminis tm̄, iā cauſa apparet de hoc, & erit maior apparens pauonaceus,quia ipſe eſt ꝓ-
K pinquior lucido:&pp illud ēt,quod cadit à radio ſuper arcum maiorē eſt maius. Medius autem eſt viridis, propterea quia ipſe eſt magis diſtās q̄ maior,& radius cadens ſuper ipſum etiam eſt maior: ſed arcus minor, ꝓpterea quia eſt remotior ab iſtis,& magis niger apparet pauonaceus.& etiā propterea quia radij cadentes ſuper ipſum ſunt pauciores. & hoc eſt,quod apparet ex dictis ex poſitorum,quorū libri peruenerūt ad nos. Et iam Auicē.carpit eos ſup hoc,& dixit:Sed fratres noſtri Peripateticorū nihil dixerunt de diſpoſi
L tione ordinis colorum,nam ipſe putauit quod viridis diuerſificatur à ſubrubeo,& pauonaceo. Et iſte homo nihil dicit de hac re,ſed tm̄ dubitat ſup eos.& ſine dubio hæc reprehenſio magis vere redit ad Ariſt.nā ipſe fuit princeps Peripateticorum. Nos autem conſyderemus de hoc ſecundū conſuetudinē noſtram, & dicamus quod Ariſt. declarauit ꝙ iſte color viridis eſt medius inter ſubrubeum,& pauonaceū. Medium autē dicit̄ ſm duas ſpecies. Vnum eorum ſm veritatem,& prius,& eſt mediū inter duo contraria,cuius eſſe conſiſtit in complexione duarum extremitatum , & ipſum ſm quiditatem eſt diuerſum à duabus extremitatibus. Secundum aūt dicitur ſimilitudinarie,& ſm poſteriꝰ, & eſt mediū inter duo contraria ſm quantitatē tantum,ſed diuerſificatur à duobus extremis ſecundū magis, & minus. & magis conueniens eſt vt verbum Ariſt. hic intelligatur de primo cū hoc,quod color viridis ē ex hac ſpecie prima , de qua dicitur medium prius. Et, cum hoc ſit ita,color viridis

Auic.contra peripateticos.

Defenſio Ariſt. per Auerroi.

Media eſt ſm duas ſpēs, vide M idem.6. phy.12.

A dis,qui apparet in iride eſt de neceſſitate productus inter croceitatem ſubrubei,&nigredinem pauonacei. Et ſignum in hoc, ꝙ croceus inueni tur ſubrubeo, eſt quia iam apparet aliqñ iſte color in iride medius ītēr ſubrubeum,& viridem.Iam igit̄ videtur ex hoc ſermone qnod hæc intentio,quæ habet̄ ex manifeſto verborum Ariſt.eſt illud met,quod apparet in eſſe.& ideo dicit Ariſ. ꝙ eſt compoſitus ex duobus : & quod pictores non poſſunt facere ſiſe huic propter diminutionem artis à natura.Et,ſi hoc voluerunt expoſitores,
B quorum verba peruenerunt ad nos, ſed diminuta fuit intellectio huius vel propter translationem , vel propter aliam cauſam,verum eſt : &, ſi voluerunt illam aliam intentionē, iam declinauerunt ab intentione Ariſt.expreſſe.&, quomodocunque ſit, Auic.debebat extrahere Ariſt. à numero Peripateticorum,&non dicere ſermonem ſic abſolute. Cur autem colores in iride exteriori ſunt oppoſito modo ordini colorum iridis interioris,ſ.illi, qui ſunt in extremitatibus eorum, eſt propterea,qa circulatio minor huius iridis eſt ꝓ-
C pinquior nobis,quam maior:& apparentia colorum in hac iride eſt p cauſam propinquitatis , & remotionis à viſu , non per cauſam propinquitatis Solis,& diſtantiæ eius,ſicut eſt in iride prima.nam puncto reflexionis accidunt duæ res oppoſitæ, & eſt quod propinquior ex eis ad Solē eſt remotior à viſu, & econtra, ſ. ꝙ propinquior ex eis ad viſum eſt remotio a lucido. Iris autem interior, propter propinquitatem eius à reflexione,eſt diuerſitas in propinquitate viſus minus maior q̄ diuerſitas in diſtantia lucidi:ſed in exteriori pro D pter magnitudinem eius res eſt oppoſito modo. Cur autem non apparent ex eis plures duabus , hoc eſt propter vnam duarum rerum . Nā iam declaratum eſt in Perſpectiua ꝙ impoſſibile eſt vt ſint in vna ſuperficie,niſi duæ de his iridibus, vel qa nubes nō eſt diſpoſitio eius profunditatis,vt fiat in ipſa tertia iris, vel quia,ſi fiat,non apparet. Nam non in quacunq; reflexione cauſatur apparentia,neq; in quacunq; propinquitate,& diſtātia,ſed in angulis determinatis,& in diſtātia determinata.& hoc per reflexionem ad virtutē E lucidi,& debilitatem eius, & groſſitudinem nubis,ex qua reflectitur radius,& ſubtilitatem eius , & diſtātiā aſpicientis ab hoc, & propinquitatē eius. Dictum igitur eſt à nobis de Halo,& de Iride:&cauſas diſpoſitionum apparentium in eis dedimus ſm intellectum noſtrum.

Poſtea autem dicit Commentator in illo loco , ponendo verba philoſophi iſta. Hæc ſunt res famoſæ de iride,& de columna: ſed cauſę eorum eſt vna in genere: & hæc eſt refractio , quæ accidit radio Solis ab aqua ſuper parietem,ſuper quē non F cadit radius Solis directe. Dicit: Et hoc, ꝙ dixit, ꝙ cauſa iridis eſt apparentia, manifeſtum eſt per ſe. nam hæc apparentia accidit nobis, cùm ſumus inter lucidum , & corpus, à quo fit refractio . & declaratum eſt in Mathematicis,quòd hæc apparētia accidit,cum fit centrum lucidi, & centrum ſphæræ nubis, & punctꝰ viſus,ſeu viſionis ſuper vnam lineā, & fuerit centrū nubis in medio pūcti viſionis, & centri lucidi, & fuit viſus propinquior nubis,quàm ip-

G se sit centrum nubis. nam impoſſe
est vt sint trianguli, quos facit refra-
ctio, æquales, nisi cùm fuerit basis eo
rum vna: sed fuit necesse vt sit cen-
trum nubis inter centrum lucidi, &
punctus visus, seu visionis: quia an-
guli reflexionis, propterea ꝙ sunt
æquales, oportet vt circundent cum
diametro p angulos æquales, ſ. dia-
meter superficiei nubis sphæricæ: sed
etiã fuit necesse vt sit superficies, ex
qua fit refractio sphærica: quia im-
possibilis ẽ refractio à circuitu sphæ
ræ ad vnũ locũ, nisi in corpore con
cauo: propterea quia trianguli refra
H ctionis stantes super superficiem, ex
qua refranguntur super angulos re-
ctos, si esset superficies, in qua est cir
cuitus refractionis æqualis, nõ eẽnt
trianguli cõmunicantes in basi, ita
vt sit refractio finita a puncto ab il-
la basi, quæ est punctus visionis. & si
militer acciderit, si eẽt superficies cõ
uexa. hoc autem, quod adiunxim⁹,
est id, quod declaratũ est de hac ap-
parentia in Perspectiua, & non est
de hac scientia.

Item in eadẽ media dicit Et, post-
quàm narrauimus causam iridis, &
quomodo fit, necesse est nobis dice-
I re quare est hoc, ꝙ nunquam appa-
ret magis q̃ medietas circuli, sed ap-
paret vel medietas circuli, vel min⁹.
Inquit: Et dicam ꝙ causa in hoc est
ꝙ, cùm irradiatur de nube ex radio
Solis, cùm videtur hæc apparentia,
est medietas circuli tm̃. vult dicere,
cùm fuerit Sol super hemisphæriũ,
propterea quia hoc cẽtrum cadit in
hoc loco iter nostrum visum, & nu
bem disposita ad hanc apparẽtiã,
ſ supra lineam egredientem, proce-
dentem ad tria puncta, centrum su
perficiei nubis, & punctum visus, seu vi
sionis, & punctum centri circuli iri- K
dis. & iste locus est, à quo prouenit
reflexio. &, cũ posuerimus ꝙ hæc re
flexio est in ipso, & ꝙ Sol iã fuit val
de eleuatus super hemisphęriũ, sicut
si imaginati fuerimus reflexionem
per se remanentem, & Sol iam fuit
altus, accidit parti lineæ dictæ. i. quę
est inter visum nostrum, & nubem,
esse sub hemisphærio, & similiter cẽ
tro sphæræ radij, & apparebit tunc
de iride minus medietate circuli. cũ
igitur ascendit Sol, definit apparen
tia circuli, seu sphæræ: quia tota in-
greditur sub hemisphærio. & ideo
non apparet iste circulus ī meridie, L
& maxime apud solſtitium æstiuale
pp magnitudinem arcus altitudinis
in illa hora. Sed in hoc, quod dixit, Dubium.
accidit quędam difficultas. Nam de
claratum est ī Mathematicis, ꝙ pos
sibile est vt sit hæc reflexio: ex qua
producit hæc Iris secundũ tres sit⁹.
Vnus eorũ est situs, quem dixit Ari
sto. & est, vt sit centrũ circuli reflexionis ĩter visum, & superficiẽ sphæ
ræ nubis. Et secundus situs est, vt sit
punctus visus idẽ cum centro huius
met circuli. Et situs tertius est, vt sit
casus centri circuli reflexionis inter
centrum nubis, & visus: & hoc, quã- M
do sol eleuat sup hemisphæriũ, pos-
sibile est apparere in hoc loco circu
lus totalis, vel maior pars eius. quo-
modo igitur dicit Aris. ꝙ non appa
ret de iride nisi medietas circuli, vel
minus? Et dicamus ꝙ videtur ꝙ Solutio.
hæc apparentia nõ contingit à qua-
cunq; reflexione accidenti. nam re-
flexio diuersificatur secundũ forti-
tudinem, & debilitatem. sed fit hæc
apparentia in angulo, seu parte de-
terminatæ quantitatis ex angulis re
flexionis. Et signum in hoc est, ꝙ
isti

A isti colores semper apparẽt fm vnã
disposition em, non differentes fm
magis, & minus. &, si producerent⁹ ꝙ
quacũq; reflexione accideret radi
Solis a nube ad visum, ſ. ex anguli
diuersis, diuersificarent⁹ colores eius
fm magis, & minus: apparentia aũt,
& occultatio non differt in qualita-
te, seu fm qualitatem. Et hanc rem
iam declarauit ipsam Arist. cùm di-
xit, ꝙ hæc apparentia nõ contingit
in propinquitate Solis valde. Et, cũ
hoc sit ita, etiam nõ contingit ī ma-
gna distantia à Sole, sed contingit
B cum distantia determinata, & refle-
xione determinata, ſ. determinatæ
quantitatis: & ideo colores illius nõ
diuersificantur. Et, cùm hoc sit ita,
sequitur vt non appareat de iride ni
si medietas circuli, vel minus. & hoc
vel semper, vel in pluribus. &, si val-
de raro apparet magis q̃ medietas
circuli, vel circulus, hoc est per acci-
dens in speculo, ex quo fit hæc reflexio. & videtur vt sint colores in ista
iride fm diuersitatem colorũ, quæ
sunt in iride assueta, ſin apparentia,
& occultatione. Et dixi hoc: quia di
xit mihi aliquis, in quo confido, ex
C maioribus sociorum nostrorũ, ꝙ ip
se vidit iridem in aliqua hora circu
lũ completũ, vel quasi completum.

Et per hoc, ꝙ diximus de assigna
tione causæ, est sermo in figura eius
naturalis, & si non sermo de figura,
in eo ꝙ figura, ſ. quomodo causat⁹ à
reflexione, est manifestus. & noluit
Arist. admiscere has duas intentio-
nes, vt declaratum est. hoc igitur ip
se hic consyderauit eius, fm ꝙ propriũ est, seu fm ꝙ appropriatur sciẽ-
tiæ Naturali: & ideo fuit difficile A-
uenetam dare causam in hoc. Inqt:
Et iam diximus numerum colorũ
iridis in eo ꝙ dictum fuit, & dixim⁹ D
ꝙ fm plurimum sunt tres, Vineus,
& Viridis, & Pauonaceus. fortasse
apparet color inter tres vineũ, & vi-
ridẽ, & est Citrinus, seu Zeferane⁹.
color autem vineus est extrinsecus
eorum: postea sequitur ipsum viri-
dis: postea sequitur viridẽ pauona-
ceus. Inquit: Et causa in hoc est, ꝙ
color extrinsecus, seu exterior ẽ ma
gis lucid⁹, quia irradiatio Solis mul
tiplicatur ī hoc arcu magis, quia est
propinquior Soli, & maioris circu-
lationis. sed sequeretur fm assigna-
tionem huius causæ, vt sit vltim⁹ ar
cus minus lucidus medio, si posueri E
mus corpus, seu colorem medium
produci à lumine, & colore nubis.
& vt̃ videtur ꝙ arcus primus, & vlti
mus differunt fm magis & minus:
sed viridis est medium inter eos. &
ideo oportet dicere de istis duobus
aliquid, an ꝙ ipse producit secundũ
sensum inter albedinem vinei, seu
subrubei, & nigredinem pauonacei,
absq; hoc sit diuersitas coloris eius
causa, ꝙ id, quod radiatur à Sole, seu
id, super quod radiat Sol, est minus
q̃ id, quod radiat figuram exterio-
rem. nam sequeretur secundũ hanc
causam, vt sit id, quod radiat supra F
vltimam minus id, quod radiat su-
pra medium: & dispositio non est
ita. Et ideo contradicit Auicenna in
causis colorum iridis secundum hãc
causam expositoribus, & dicit ꝙ cau
sa viriditatis nõ est admixtio lumi-
nis ī nigredine nubis. nam id, quod
sequitur ex hac admixtione, est co-
lor rubeus, quamuis diuersificetur
secundum magis, & minus. sic est di
spositio in primo colore iridis, & vl-
timo. sed color medius, qui est viri-
dis, causatur ex admixtione coloris

G albi cum colore nigro: & iſte color albus, qui cauſatur illic, cauſatur propter guttas aquæ cadentis, ſeu fluentis. &, cùm admiſcetur albedo huius coloris cum nigredine nubis producitur viriditas inter ipſos, nam aqua multotiens recipit hunc colorem.

Et videtur vt ſit hæc opinio Ariſto. Nam ipſe iam dixit in prædictis ꝙ color albus cauſatur a guttis aquæ. & videt vt cauſa huius ſint iſta duo ſimul. & ideo etiam declarauit ī alio loco, ꝙ cauſa huius medij eſt admixtio. & vr, cùm poſuerimus ſpeculū eſſe ſimile in qualitate, difficile eſt

H dare cauſam diuerſitatis colorū in iride. & cùm poſuerimus ipſum diuerſum, facile eſt hoc. ſed, cùm ſint iſti colores ordinati, difficile eſt dare cauſam, propter quam iſte ordo eſt neceſſarius ī diuerſitate eorum, ſ. in hoc, ꝙ ipſi permanēt ſemper ſecundum vnum ordinē: & maxime, qñ nos voluerimus congregare de hoc inter id, quod apparet in iſta iride, & in iride ſecunda, q̄ apparet cū ipſa in quibuſdam horis, nam ordo colorū in hac iride ſentit fm ordinē

I contrarium in iride prima, ſ. ꝙ ſentitur, ſeu apprehēditur in ipſis ꝙ color pauonaceus obſcurus, & extrinſecus, & ſubrube⁹ eſt vltimus intrinſecus, ſeu interior: ſed medius inter ipſos eſt fm vnam diſpoſitionem in duabus iridibus ſimul. Et ideo videtur ꝙ medium inter eos ſit vel res cōplexionata, ſeu compoſita inter duas extremitates, vel ꝙ ſit color et⁹ diuerſus a colore duarum extremitatū, ſ. vt ſit aqueitas dominans ſup ipſum, velut ſint hæ duæ res ſimul. Et vr ꝙ vmbra habet introitum in productione colorum, & maxime viridis, ſ. ꝙ producuntur ex complexione, ſeu compoſitione obſcuritatis vmbræ, & albedine fluxus aquæ, & vmbra cauſatur poſterius a ſuperficie prima. & ideo vt dicit fluxu, in fluxu, ſeu caſu aquarū, quarū pars ſit in vmbra, & pars in Sole, apparēt colores diuerſi. Inquit: Sed iris, quæ apparet in nocte à Luna, non eſt ſicut illa, quæ apparet in Sole. nam ipſa apparet decliuior ad albedinem. & cauſa in hoc eſt obſcuritas noctis. nā ignis, vt putatur, apparet albior in loco obſcuro, q̄ ipſe apparet in loco lucido, ita vt inueni mus in iſto textu. Et hoc indiget conſyderatione. & magis veriſimile K L eſt, vt ſit cauſa in albedine eius debilitas luminis Lunæ, & dealbatio luminis iridis.

De *Parelio, & Virgis. Cap.* 5.

EAſdem autem dictis cauſas exiſtimandū & de Pa*relio, & Virgis. Fit enim Parelius quidem, refracto viſu ad Solem. Virgę autem, propter ea ꝙ incidit talis exiſtens viſus, qualem dixim⁹ ſemper fieri, cū propè Solem exiſtentibus nubibus, ab aliquo refrāgitur humi- M dorum ad nubem. Videnē. n. ipſæ quidem incoloratæ nubes ſecundum rectū aſpectū intuentibus: in aqua autem Virgis plena nubes. veruntamen tunc quidē in aqua videtur color nubis eē: in virgis autem intra ipſam nubem. Fit autē hoc, cùm inęqualis fuerit nubis conſiſtentia, & hac quidem ſpiſſa, hac autē rara, & hac quidem magis aquoſa, hac aūt minus. refracto. n. viſu

* παρήλιον Iuxta Sol. Iteratus Sol.

A ſu ad Solē, figura quidē non vr. Color aūt, quia in inæquali apparet fulgidus, & albus Sol, ad quem refractus eſt viſus, hic qui dē puniceus vr, hic aūt viridis, aut flauus. differt. n. nihil ꝑ talia videre, aut a talibus refractum. vtroq;. n. modo apparet colore ſimile. quare, ſi & illo modo puniceum, & iſto. Virgæ igit fiūt, propter inæqualitatem ſpeculi, non figura, ſed colore: Parelius autem, cum q̄; maxime æqualis fuerit aer, & ipiſſus ſit r. quapro-

B pter apparet albus: æqualitas. n. ſpeculi facit vnum imaginis colorē. refractio aūt ſimul totius viſus, propterea ꝙ ſimul incidit ad ſolem à ſpiſſa exiſtente caligine, & nondū quidem exiſtente aqua, propè aūt aquam, colorē, qui in Sole ineſt, apparere facit, ſicut fracto ab ære polito, ꝑpter ſpiſsitudinem. quare, qm̄ color Solis albus eſt, & Parelius appa ret albus. Propter hoc idem au tem magis aquæ ſignū eſt Parelius, q̄; Virgę. magis. n. ſignificat

Parelio certior pluuiæ index, quam virgæ.

C aerem efficaciter ſe habere ad generationem aquæ. Auſtralis autem Boreali magis: quia magis auſtralis aer in aquam permutatur, q̄; qui ad Vrſam. Fiunt aūt, ſicut diximus, & circa occaſus, & circa ortus, & neq; deſuper, neq; deſubter, ſed ex lateribus & Virgę, & Parelij: & neq; propè Solem valde, neq; longe penit⁹. Propè. n. exiſtentē Sol diſſoluet conſiſtentiam: longe aūt exiſtente viſus non rerfangeē, a paruo enim ſpeculo longe protēſus debilis fit. quapropter & Areæ nō fiunt ex oppoſito ſolis. Surſum igitur ſi fiat, & propè, diſſoluet Sol. ſi aūt longe, minor viſus exiſtens, q̄; vt faciat refractionē, nō incidet. In latere aūt ſub Sole eſt tñ diſtare ſpeculum, vt neq; Sol diſſoluat, viſuſq; totus ſimul veniat. quia ad terram cùm fertur, non pertingit, tanquam quod ꝑ immenſum feratur. Sub Sole au tē nō fit, propterea ꝙ prope terram diſſoluit vtiq; a Sole. ſurſū aūt in medio cœli viſus diſper- E gitur. Et omnino, neq; ex latere in medio cœli fit. viſus. n. nō ad terram fertur. quare paucus pertingit ad ſpeculum, & refractus fit omnino debilis. Quæcunque igitur opera accidit exhibere ſegregationem in locis ñs, q̄ ſuper terram, tanta ferè ſunt, & talia.

Caput Quartum Auerrois.
De Solibus, & Baculis.

SOles autem, qui apparent in noſtris lateribus Solis fm figuram Solis, & diſpoſitionem eius, fiunt ēt a reflexione radij Solis ex ſpeculis, q̄ F ſunt fm diſpoſitionem, & ſitum, fm quem eſt poſſibile vt fiat hæc apparentia: & hoc cognoſcetur propinque ab illo, qui vidit nos, & ſcit illa, quæ hic ſcripſimus. Baculi etiam, q̄ apparent propè Solem, cauſa in coloribus, qui apparent in eis, eſt ipſamet cauſa in coloribus iridis. Hæc autem duo ſigna ego nunq̄ vidi: & non memoro ea niſi fm ꝙ iudicant de his verba Philoſophi, ſcilicet Soles, & Baculos.

G SVMMA TERTIA.

De his, quæ in terrę partibus inclusa generantur.



Væcunq; autem in ipsa terra, inclusa terræ partibus operatur, dicendum. Facit enim duas differẽtias corporum, propterea ꝙ duplex natura est & hæc, quemadmodum & in sublimi. Duæ enim sunt exhalationes, illa quidem vaporosa, hæc autem fumosa, vt diximus. duæ autem & species eorum, quæ in
H terra fiunt. nam hęc quidem fossibilia, illa autem metallica. Sicca igitur exhalatio, igniens facit fossibilia omnia, vt lapidum genera ineliquabilia, & Sandaracam, & Ochram, & Minium, & Sulsur & alia talia. Plurima aũt fossibilium sunt, hęc quidẽ puluis coloratus, illa autem lapis ex tali consistẽtia factus, velut Cinnabari. Exhalationis autem vaporosæ, quęcunq; metallica sũt, & sunt aut fusilia, aut ductilia,
I vt ferrum, aurum, æs. Facit aũt hęc omnia exhalatio vaporosa, cùm includitur, & maxime ĩ lapidib⁹ propter siccitatẽ in vnũ coarctatur, & concrescit, velut ros, aut pruina, cum excreta fuerit. hic autem, antequam excreta fuerit, generantur hęc. Quapropter hęc sunt quidẽ vt aqua, sunt autem vt non. potentia. n. materia aquę erat, est autem nõ amplius. Neque ex aqua facta pter quandam passionem, sicut humores. neque enim sic fit, hoc quidem æs, illud autem aurum: K
sed antequam fiant, concreta ex halatione, singula horum sunt. Quapropter & igniuntur omnia, & terram habent. siccam. n. habent exhalationem. Aurũ autem solum non ignitur. Cõmuniter igitur dictum est de omnibus his, sigillatim autem consyderandum intendentibus circa vnumquo dq; genus. Aurum non vri.

AVERROIS SVMMA IN QVARTVM LIB. L METEOROLOGICORVM.



Via intentio sua propria fuit loqui de eo, quod accidit ex duobus vaporibus, s. sicco, & humido, cùm fiunt intra terram de generationibus, & sunt metalla, & postea loquetur de plantis, & animalibus. Et vniuersaliter, propterea quia intẽtio sua fuit loqui de corporibus homogeneis, quæ componũtur ex elementis prima compositione, & narrare differentias vniuersales eorum. M
Et iam declaratum est de dispositione horum corporum in libro Generationis, & Corruptionis quòd sunt composita ex quatuor elementis famosis, & quòd hæc quatuor sunt elementa per virtutes actiuas, & passiuas eorum: Declaratum est etiam ibidem quòd virtutes actiuæ sunt caliditas, & frigiditas, passiuæ autem humiditas, & siccitas: & quòd generatio istorum corporum homogeneorum est per admixtionem 2. de Gñone, & Corruptione. 49. & 50.

A nem illorum elementorum: Ipse autem nunc vult memorare species operationum virtutum actiuarum in his corporib⁹ homogeneis, & species virtutum passiuarum, quę sunt in eis, quasi dr̃iæ, & formæ. & narrat qũo est habitudo earum in generatione ad virtutes actiuas, s. qũo attribuunt congelatio v. g. & liquefactio caliditati & frigiditati, & q̃ sunt corpora, quib⁹ euenit aliqua ex speciebus harum virtutum passiuarum.
2. de Gen. t. c. 8. ET incœpit prius in rememoratione illius, quod declaratum est
B in libro de Generatione, & Corruptione, s. ꝙ virtutes, per quas elemẽta sunt elẽta, sunt hæ virtutes quattuor, s. caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, & ꝙ reliquæ dispones, productæ in rebus generabilibus, & corruptibilibus, attribuunt his quatuor virtutibus tm̃: & hoc primo, & per se. Et testificatur in hoc, ꝙ caliditas, & frigiditas sint potẽtiæ actiuæ in cõpositis, illud, quod apparet ex operationibus earũ in eis de congregatione, & diuisione, & retentione, & determinatione receptionis figuræ, & alijs ex operationibus eaꝝ. Qualitatũ primarũ q̃ actiuæ, & q̃ passiuæ dicant. de qua re in prio textu
Et significat etiam ꝙ humiditas, &
C siccitas sunt virtutes passiuæ illud, quod vr̃ de eis, ꝙ sunt recipiẽtes has operationes à calido, & frigido. Et dicamus ꝙ de proprietate caloris ẽ coniungere homogenea cõuenientia, & retinere ipsa: frigiditatis autẽ proprietas est cõiungere inæqualia, & retinere ea: sicut de ꝓprietate humiditatis est vt sit facilis retineri ab alio, & obediens recipere passionem absq; hoc, ꝙ retineat formam, quã recipit, aut habeat retentionẽ ex se: & appropriatur siccitati ꝙ ipsa difficulter retinet ab alio, retinetur autẽ ex se, tenens formam, quam habẽt. D

Sed esse istorũ corporum in corporibus compositis, vel compositorum, ex parte humiditatis, & siccitatis est manifestum. Nam apparet de dispõne eorum, ꝙ ipsa recipiunt terminum, & figuram ꝓp humiditatẽ, & retinent ipsam ꝓpter siccitatem. Digressio, qua q̃rit quõ prędictæ definitiones verificant in ipsis simplicibus.
Quomodo aũt attribuũtur istę potentiæ passiuæ ad simplicia, sm ꝙ sunt simplicia, & quæ est intẽtio difficultatis passibilitatis in eis, & facilitatis, ita vt sit conueniens esse illius, quod acceptũ fuit in definitionibus eorum in omnibus corporibus simplicibus, & compositis, indiget consyderatione. Nam ignis est siccus, & nõ difficulter retinetur ab alio: imo videmus ipsum multotiens fieri in ipso figuram sm figuram continentis ipsum. & vr̃ nõ inueniuntur elemẽta simplicia difficilia recipere retentionem, & figurã à caliditate, & frigiditate ꝓp siccitatem, neq; facilitas receptionis inest eis ꝓp humiditatem. nam non est de consuetudine eorũ, seu de natura, ipsa existentia simplicia retineri quædã à quibusdam, neq; habere figurã, & firmitatem, sed inuenitur in eis similis passio à potentijs actiuis, sm ꝙ componuntur, & admiscẽtur, & generant. & corrũpuntur. Et dicamus ꝙ intentio facilitatis passionis in corporibus istis humidis est obediẽtia eorum ad recipiendum augmẽtum in quãtitate, & diminutione. nã aqua, & aer vr̃ de dispositione eorũ ꝙ ingrossantur, & mollia sunt ꝓp calorem, & frigus. Mollefactio autẽ, & grossitudo nihil aliud est, nisi augmentũ quãtitatis, & diminutio ei⁹. Mollefactionem aũt cõsequit̃ subtilitas: duritiẽ aũt cõseq̃t grossitudo. E F

Intentio

G Intentio aũt ſubtilitatis,& groſſitudinis eſt facilitas ſeparationis formę à mã,& difficultas eius.nam corpora ſubtilia faciliter corrũpuntur, groſſa aũt econtrario huius. Groſſitudo autẽ aeris eſt, cùm appropinquatur naturæ aquę: ſed groſſitudo aquę eſt cùm appropinquat natura terræ:ſicut eſt diſpõ in niue. Molle factio aũt amborum eſt per oppoſitum huius. & ideo terra, quia eſt in fine duritiei,ſeu cõpactionis,& groſſitudinis,non põt recipere quantitatem minorẽ. &,quia ignis etiam eſt in fine mollefactionis, & ſubtilitatis, non recipit quantitatẽ maiorẽ.

Corpora ſubtilia faciliter corrumpunt.

Idẽ de terra,& igne. 2. de Aĩa. cõ. 97.

H Et videtur dici ꝙ hæc eſt intentio difficultatis paſſionis in his corporibus ſimplicib⁹, & facilitatis eius,quę eſt cauſa in facilitate receptionis cõpoſitorum in recipiendo figurã, & terminũ, & in difficultate illius, ita ꝙ ſunt dr̃iæ inuentæ in eis cauſa eorum,quæ inueniunt̃ in eis in cõpoſitis:ſicut declaratũ eſt in libro de Generatione, & Corruptione. Et iam egreſſi ſumus ab illo,in quo fuim⁹. nam hæc inquiſitio de diſpoſitione elementorum magis videtur ꝙ eſſe debet in illo libro.

I De opõnibus primarũ qualitatũ. de qb⁹ a prio tex. vſq; ad. 28

REdeamus ad quod fuimus, & dicamus ꝙ,cùm poſuerim⁹ ꝙ generatio fit per actionẽ virtutum actiuarũ, & paſſionem paſſiuarum, manifeſtũ eſt ꝙ generatio inueniť, cùm dominatæ ſint virtutes actiuæ ſup paſſiuas, & duxerunt eas ad formam. & corruptio eſt p oppoſitum huius, ideſt cùm dominatæ ſint virtutes paſſiuæ ſuper virtutes actiuas conſeruantes,& deficit forma generati. Et hoc apparet conſyderãdo. Nam iſtæ virtutes actiuæ ducunt illas paſſiuas virtutes, vt ponãt eas ſm diſpoſitionem , ſm quã ſit poſſibile K eis recipere formã diuerſam ab eis in ſpecie. & dũ continuat illa forma conſeruans illas potẽtias paſſiuas in diſpõne, ſm quam conſuetudo eo ꝙ eſt retinere formam, remanet generatum.cum aũt debilitata ſit forma à conſeruatione illius diſpoſitionis, quæ eſt in materia,diſponitur materia ad recipiendum aliam formã, & corrumpitur prima forma. Diſpoſitio aũt materiæ eſt de neceſſitate pp mutationẽ non conuenientem accidentem formæ,quæ eſt in mataria. Et forma,quæ eſt mã, ſm ꝙ ipſa eſt forma complexionalis, proueniens L à virtutibus actiuis,quod eſt de neceſſitate vel calor, vel frigus, vel ambo.ſed declarabitur ferè ꝙ eſt caliditas.nam eſſe generationis eſt à caliditate.nam cõmixtio non poteſt eẽ niſi per ipſam : generatio aũt nõ eſt niſi per complexionẽ, & mixtionẽ, ſicut declaratum eſt. &, ſi frigiditas habet introitũ in generationẽ, hoc eſt aliquo modo . Et, cũ hoc ſit ita, forma tranſmutans materiã ad recipiendum aliquã formam,& ſeparare faciens primã,eſt de neceſſitate calor.ſed tñ reſpectu corporis corrupti eſt extraneus, & putrefactio, reſpectu aũt generati ex ipſo eſt nãlis. M

Calor eſt duplex,nãlis, & extraneus.

Duplex cá putrefactionis prima & p ſe: & ſecundaria: & quaſi p accidens.

Iam igitur declaratũ eſt ex hoc ꝙ calor eſt duplex, naturalis, & extraneus:& ꝙ generatio fit p calorẽ naturalẽ, corruptio aũt per extraneũ.

Cauſa aũt productionis huius caloris extranei in re eſt vna duarum rerum. Vna earũ,quæ eſt per ſe, & ẽ calor extrinſecus,cùm fuerit nõ cõueniẽs calor in naturali , nam frigefacit ipſum, & diſſoluit ipſum , & iõ videtur putrefactio multiplicari in ęſtate. Efficiens aũt huius ſecũdaria intẽtione

A intentione eſt frigiditas caloris naturalis,& congelatio eius. nã cùm ipſe fuerit debilis, non potens congregare materiã , & dominari ſup ipſam, putrefit materia: ſicut vr̃ hoc accidere corporibus mortuorũ,& ſenum, & vr̃ in reb⁹ inanimatis frigefactis.

Quõ hũiditas cã ſit putrefactionis.

Et multotiens accidit hoc materiæ pp humiditatem.& hoc pp facilitatem paſſionis eius ab extrinſecis, & pp eius debilitatem in retinẽdo formam. Et ideo dixit Hippocrates, & alij Medici ꝙ cauſa putrefactionis eſt caliditas,& humiditas.& hoc, quia ipſi non diſtinxerunt illud,qđ

B eſt per ſe,ab illo,quod eſt per accñs.

Et poſtq̃ declaratum eſt ꝙ generatio fit p calorem naturalem, & corruptio p extraneum,& per frigiditatem,& declaratũ eſt quõ fit calor extraneus,conſyderãdum eſt de actionibus vniuſcuiuſq; horũ trium,ſ.caloris naturalis, & extranei,& frigiditatis. Et dicamus ꝙ,caloris naturalis operatio in rebus paſſibilibus, de quarũ conſuetudine eſt procedere ad perfectionẽ, eſt prima decoctio: & poſtea alia decoctio , & eſt qñ apparet in re quædam corrugatio,ſeu maturatio,& poſtea digeſtio.Nam

C vr̃ ꝙ digeſtio ẽ perfectio generati, pp actionẽ caloris naturalis in materia conuenienti. & hæc pfectio eſt in ipſa forma,& natura. Et hoc totum videtur p conſyderationem , & inquirendo in rebus naturalibus, & artificialibus. Nam vr̃ ex iam dictis ꝙ generatio non fit,niſi p admixtionem,& complexionẽ:admixtio autem,& cõplexio fiunt per decoctionem:decoctio vero fit p calorem naturalem:& aduentus formæ cõplexionalis in materia eſt pfectio operationis caloris:& hoc vocatur digeſtio. hoc aũt impoſſe eſt quin præce D dat ipſum corrugatio . Et hoc totũ apparet in generatione animaliũ,& plantarum, & nutricatione eorum, & augmentatione.Nam ſm modũ, ſm quem fit augmentatio augmentabilis,& nutricatio eius,fit generatio eius. & inter hæc nõ eſt dr̃ia, niſi quia augmentatio,& nutricatio eſt generatio in tpe. altera aũt eſt generatio in forma, & in ſpecie. Et hoc etiã apparet. Nam res decoctæ ſunt res complexionabiles,ſeu admixtæ, habentes humiditatẽ. res enim ſimplices,ſicut aqua , nõ decoquuntur: neque res ſiccæ,ſicut terra. Et deco- E ctio in talibus rebus euenit eis,cum habent ſtabilitatem,& groſſitudinẽ corporis.& hoc in eis,de quarũ conſuetudine eſt admiſceri,& coniũgi. & diſſoluitur ex eis illud,quod non eſt de ſua conſuetudine decoqui:ſicut apparet hoc accidere in ægritudinibus in hora, in qua recipiũt corrugationem, ſeu maturationem:& hoc totũ eſt æquale, ſeu conueniẽs ei,quod acceptum eſt in definitione opationis caloris naturalis. Declaratũ igitur eſt quæ ſit operatio caloris naturalis in generationib⁹ : & ꝙ F ipſæ nõ complentur niſi cum ipſo.

Quæ ſit caloris extranei opatio prima.

Caloris aũt extranei operatio prima,& per ſe in rebus, in quibus ẽ calor extraneus, eſt cùm dominat̃ ſup illas in decoctio, vel combuſtio . Nã de conſuetudine , ſeu natura caloris extranei eſt extinguere naturalẽ , & reſoluere humiditates ſubiectas ei: & accendunt̃ illæ res , & comburũt, ſicut accidit hoc in febribus,quę vocantur cõbuſtiuæ. Aliqñ autem calor extraneus,cũ ſit debilis, facit indecoctionẽ , & corruptionem, ſicut accidit in febribus phlegmaticis putridis,

G tridis,& multotiens in fine febrium combuſtiuarũ. Sed hæc operatio in eſt ei p accidens, pp debilitatem caloris naturalis,& dominium frigiditatis. Frigiditas autẽ, operatio ſua primo, & p ſe,& in eo ꝙ frigiditas, eſt priuatio operationis caloris naturalis,& eſt indecoctio, & corruptio cibi. indecoctio aũt opponitur corrugationi corruptio aũt cibi digeſtioni. & ſiſt, cùm dominatur operatio eius, ceſſat generatio: vel eſt cauſa in corruptione, ſicut eſt diſpõ in ſenibus. & hoc totũ manifeſtum eſt per ſe,& clarum conſyderando. Sed frigiditas & ſi operatio ſua per ſe, & H primo eſt in corruptione, tñ ipſa ẽt videtur coadiuuare calori naturali in generatione aliquo modo. & hęc ſecundaria intẽtione. Nam quicũq; calor accidẽs eſt naturalis vnicuiq; enti, ſed calor determinatus enti determinato. Calor aũt diuerſificatur in augmẽto,& diminutione, ſeu intenſione,& remiſſione: additio aũt, & diminutio inuenitur in eo, ſm ꝙ admiſcet̃ ei ex frigiditate: ipſa enim coæquat ipſum, ita vt ſit conueniẽs enti, cui ipſe eſt calor naturalis. Et ẽt I lorem generati, neexhalet, ſeu vapo ret: nã hoc eſt de conſuetudine eiꝰ: & facit eum redire intra generatũ. Et pp hoc, digeſtio hominum morantium in terris frigidis eſt melior digeſtione hominũ morantium in terris calidis: & fit fortior digeſtio ĩ hyeme, q̃ in æſtate. Apparet etiam alio modo. Na resartificiales aſſimilantur rebus naturalibus: & apparet ꝙ in rebus artificialibus ſunt quędã operationes, quæ perfici nõ poſſũt, niſi vtendo his duabus virtutibus. Nam faber, verbi gratia, cum facere vult ſecurim, aut aliud, non eſt poſ- K ſibile ei hoc, niſi calefaciat ferrũ in igne, ita vt reddat̃ molle, vt ſit ei poſſibile recipere figurã. ſed mollities, eueniẽs ei ab operatione caloris, opponitur ei, quod ipſe intendit de duritie eius vt incidat. & ideo ponit ip ſum in aquã, poſtq̃ compleuit figuram eius, donec ſit durum. Intentio ergo quæſita de his inſtrĩs non completur p caliditatem ſolam, ſed p frigiditatem: ſed tñ, ſicut dicimus, ſm modũ coæquationis. Et ſiſt huius Medici faciunt; cùm adminiſtrant aquas frigidas volendo exire apud partẽ vltimam balnei. Et hoc ideo, L quia intentio eorũ prima eſt remouere ſuperfluitates vltimæ digeſtionis, & illud, quod retinet̃ in porоſitatibus cutis illius, ſeu ſorditiem. cũ hoc tñ ponunt ſuam intentionẽ, vt non diſſoluant calorem naturalem. Hæc aũt intentio non cõpletur, niſi faciendo has duas res ſimul. Et ſm hanc viam eſt cõgelatio, ſeu ingroſſatio in arte decoctionis. nã hoc cõplet corrugationẽ, & diſtinguit partes rei coctæ, donec aſcendat oleum verbi gratia, & deſcẽdat inferius res aquoſa. &, cùm hoc ſit ita in reb⁹ artificialibus, manifeſtũ eſt ꝙ reb⁹ na M turalibus magis conuenit hoc. Et hæc eſt cauſa, ꝙ inueniuntur in corpore animalis caloris diuerſi, ſicut calor ſenſitiuus, verbi gratia mordicatiuus ſed hoc magis perfecte declarabimus, cùm cõſyderabimus de diſpõne animaliũ, ſi Deus voluerit.

Iam igitur dictæ ſunt ſpẽs virtutũ actiuarum, & quæ ſunt operationes earum in gen rationibus. De ſpẽbus virtutum paſſiuatũ. de qbus a textu. 12. vſq; ad 48

NVnc aũt loquẽdum eſt de ſpẽciebus virtutũ paſſiuarum. Et dicam⁹ ꝙ humiditas, & ſiccitas, vt iã

in

A in definitionibus eorũ dictum eſt, ſunt principia qualitatũ paſſiuarũ. Impoſſibile nanq; eſt rem, quæ admiſcetur, pati, niſi pp humiditatẽ, & retinere formam illius paſſionis, niſi p ſiccitatẽ. Nam humiditas, cũ admixta ſit ſiccitati, recipit ſiccitas terminum, & figurã, & ſiccitas, cùm admixta ſit humiditati, ipſa habet firmitatẽ, & retinet figuram, & terminum: ſicut apparet in arte figulorum. Et ex hoc apparet ꝙ aqua, & terra dominant̃ in generatione corporum homogeneorum: & ideo inueniuntur ſemper in his duobus ele B mentis: propterea quia aer, & ſi ſit humidus, ipſe non admiſcet̃ terræ, ſicut admiſcetur aqua cũ ipſa. Et, cùm hoc ſit ita, & declaratum eſt ꝙ virtutes paſſiuæ ſunt hæc duæ virtutes, procedendũ eſt ad numerũ eaꝝ, & ad aſſignationẽ cauſarum harum in cõpoſitis ex parte, i. ex parte virtutũ actiuarum. Et dicamus ꝙ corpora homogenea diuerſificãtur coloribus, ſaporib⁹, & odore, & vſr in ſenſibilibus quinq; ſenſuum. diuerſificantur ẽt in ſignis, in paſſionib⁹, quæ appropriant̃ eis: ſicut congelatio, ſeu coagulatio, & abſciſſio, & re- C liqua: & hæc ſunt formæ eorũ, quæ ſe habent de iſtis ſicut dr̃iæ. Et hæ dr̃iæ famoſe de eis ſunt circa decem & octo. Quædam enim ſunt congelabilia, & non congelabilia. Quædã liquefactibilia, & nõ liquefactibilia. Quædam miſcibilia, & quædam nõ miſcibilia. Quædam mollia, & quędam nõ mollia. Quædã paſtabilia, & quædã non. Quædam inſeparabilia, & quædã ſeparabilia. Quædam cõpreſſibilia, & quædã non. Quædã expreſſibilia, & quædã non. Et quędam latificabilia, & quædam non.

Impoſſe ẽ ré, q̃ admiſcet̃, pati niſi pp humiditatẽ. Idem 1. de Gen. c. 3 8. & 1. c. 85.

Et quædã extenſibilia, & quędã nõ. D Et quædam flexibilia, & quædã nõ. Quædam frãgibilia in duas partes, & quædã non. Quædam minutim frangibilia, & quædã non. Quędam ſciſſibilia, & quædã non. Quædam inſciſſibilia, & quędam non. Quædam cõbuſtibilia, & quædam non. Quædam fumoſibilia, ſeu vaporabilia, & quædam non. Et loquamur primo de congelatione, & liquefactione. & quia cõgelatio, ſeu coagulatio eſt quædam ſiccitas, & liquefactio q̃dã humiditas, debemus prius loqui de eis. Et apparet ꝙ ſiccitas accidit rebus, de quarũ conſuetudine E eſt exiccari à caliditate, & frigiditate. & ita apparet etiam ꝙ res liquefiunt à duobus his. & nos debemus conſyderare de hoc. Et dicamus ꝙ ſiccitas producitur à calore primo, & p ſe. nam de conſuetudine, ſeu natura caloris eſt conſumere humiditatem aqueam, quæ eſt in admixto, ita vt domine⁹ aqua, & accidat ei ſiccitas. Et cauſa in hoc eſt, quia humiditas aquæ, propterea quia eſt coniuncta in radice ſuę generationis cũ frigiditate, & de natura caloris ẽ cor rumpere frigiditatẽ, ſequitur de neceſſitate vt corrumpat humiditatẽ F aquæ, & exiccet ipſam. Quòd autẽ frigiditas facit ſiccitatem locũ habet conſyderationis. Nam ſua operatio prima, & p ſe eſt humiditas. Et cauſa etiam in hoc eſt, quia humiditas aquea de natura ei⁹ eſt aſſociari cũ ea frigiditatẽ, ſequitur de neceſſitate, cùm dominat̃ forma frigiditatis in re, de cuius conſuetudine eſt recipere humiditatẽ, vt humefiat: &, cũ fortificatur hæc, fit aqua. Sed veritas de hoc eſt ꝙ non quælibet frigiditas facit hoc, ſed frigiditas, quæ eſt

Quõ frigiditas igreſſum hẽat i gñatiõe.

Primꝰ modus.

Secundus modus.

Vide idẽ 8. Ph. c. 4.

Quõ exiccatio attribuat̃ calori, & frigori.

Quõ frigiditas faciat ſiccitatem.

in

G in materia humida, & eſt frigiditas aquea. frigiditas aũt, quæ eſt in materia ſicca, ſua operatio prima, & p ſe eſt ſiccitas. nã agẽs, in eo ꝙ agẽs, agit in paſſum, ita ꝙ faciat ipſum ſimile ei in ſpecie, & forma. Iam igit̃ declaratum eſt ex hoc, ꝙ frigiditas eſt ſm duas ſpecies, frigiditas aquea, & frigiditas terrea: & declaratum eſt ex hoc ꝙ frigiditas terrea exiccat p ſe, ſicut de conſuetudine caliditatis igneæ eſt facere hoc: frigiditas aũt, quæ eſt in materia humida, non eſt poſſibile vt exiccet, niſi per accidẽs.

Et accidit calori, qui eſt in corpo- H re, in quo dominabitur poſtea frigiditas, ingredi in profunditate eius, & agere humiditate ſua, donec corrumpatur, & putrefiat: & iam diſſoluit humiditatem corporis, & exiccatur illa humiditas, & dominatur in eo ſiccitas. Et manifeſtum eſt ꝙ ſimilem operationẽ huic operationi, quæ eſt per accidẽs, cõmunicant in ea duæ ſpecies frigiditatis, ſ. aquea, & terrea. Iam ergo declaratũ eſt ex hoc ſermone qũo ſiccitas attribuat̃ his virtutib⁹ actiuis. Quomodo au- I tem attribuitur humefactio duob⁹ apparebit ex hoc modo. habitudo enim eius ad frigiditatem eſt per ſe nota ſm ea, quæ iã diximus. Sed habitudo eius ad calorem, ſecũdum ꝙ ipſa ẽ humiditas aquea, impoſſibile eſt hoc de ipſo per ſe: ſed per accidẽs hoc eſt poſſibile, ſicut diximus de frigiditate ꝙ ipſa exiccat, cùm dixim⁹ ꝙ exſiccat per accidens, ideſt ꝙ accidit ex ipſo ſiccitas, cùm ipſa eſt cauſa in eſſe caloris intra compoſitum, & incarceratione eius in ipſo, ita ꝙ inuenietur ſiccitas. Ita dicim⁹ hic, ꝙ calor agit humefactionem p hoc, ꝙ habet operationem in inuẽtione cauſæ humefactionis per ſe. nam de K conſuetudine caloris eſt tranſmutare partes ſiccas cõgelatas, ſeu ingroſſatas rei ad vaporem humidum, vel omnes, vel quaſdam, & congregare cum hoc frigiditatem inter compoſitum: & tranſmutantur illæ partes in aquam velociter. &, ſi prouenit operatio ad corpus compoſitum in omnes eius partes, fluit, & diſtillat: &, ſi prouenit in quaſdam eius partes, mollificat̃, & humefit. Et, poſtquam declaratum eſt ex hoc ſermone qualiter attribuitur humiditas, & ſiccitas in corporibus cõpoſitis homogeneis, debemus nos trãſferre in L ſermone de cõgelatione, ſeu coagulatione, & alijs. Et manifeſtum eſt ꝙ quædam corpora ingroſſantur, ſeu congelantur à frigido, ſicut ferrum, & æs: & quædam coagulantur à calido, ſicut ſal, & fictile. Et quædam eorum, quæ coagulantur per calidum, liquefiũt per frigidum, ſicut ſal, & quædam non, ſicut fictile: & ſimiliter quædam congelantur à frigido, & liquefiunt à calido, ſicut ferrum, & quædam non, ſicut multi lapides minerales. Et ſimiliter videtur ꝙ quẽdam horum corporum non coagulantur ab aliquo iſtorũ, M ſed ingroſſantur ab aliquo iſtorũ, vel à caliditate, ſicut ſperma, vel à frigiditate, ſicut lutum, & quædam iſtorum ingroſſantur à duobus, ſicut pix: nam ipſa ingroſſatur à calido, & à frigido. Et quædam res nõ cõgelantur à frigido, donec ingroſſentur à calido, & congelentur à frigido, ſicut vinum coctum: & quædam res à numero iſtorum congelantur, ſeu coagulantur, ſicut ſeroſitas lactis. illa autem, quæ liquefiũt, quædam ſunt, quæ fluunt, & ſtillãt, ſicut

Quo humefactio attribuat̃ caliditati, & frigiditati.

A ſicut cera, & alia quædam mollificantur tantum, ſicut cornua, & alia. & nos dicem⁹ de cauſa vniuſcuiuſq; harum differentiarum oppoſitarũ: & quæ corpora appropriantur vnicuiq; earum. Sed congelatio horũ corporum, quæ congelantur à caliditate, & à frigiditate, manifeſta eſt ex eis, quæ iam dicta ſunt, loquẽdo de ſiccitate. & hoc, quia cauſa congelationis de neceſſitate eſt ſiccitas, & iã diximus quomodo accidit à duobus illis, ſ. à caliditate, & à frigiditate. Et etiam cauſa liquefactionis manifeſta eſt per iam dicta, cùm li- B quæfactio ſit quædam humiditas. & iam diximus de hoc. Sed quæ corpora congelantur à calido, ſi congelatio, ſeu coinſpiſſatio debet vocari congelatio, ſunt illa corpora, in quibus terra eſt mag s q̃ humiditas, ſicut fictibile, & ſal nitrum: illa autẽ, quæ congelantur à frigiditate, non ſequit̃ de neceſſitate vt ſit terra magis dominans in eis. & ideo res quædam, quæ congelantur à frigido, liquefiũt à calido, & fiunt aqua, itaq; ꝙ dicitur ꝙ de natura frigiditatis ẽ cõgelare liquefactum. Sed terra eſt magis dominans in eis, quæ non li- C quefiunt à calido, ſed mollificantur tantum: vel in eis, quæ non mollificantur, & à fortiori ꝙ nõ liquefiũt: ſicut multi lapides minerales. Et poſtquam declaratum eſt de rebus, quæ coagulantur à calido, & congelantur à frigido, iam remãſit ſuper nos dicere cur quædam, congelata, ſeu coagulata à calido, liquefiunt à frigido: & quædam, quæ congelant̃ à frigido, liquefiũt à calido: quibuſdam autem accidit oppoſitũ huius. Dicamus autem ꝙ illud, quod coagulatur à calido, & eſt de conſuetu- D dine frigidi liquefacere illud, aut illud, quod cõgelatur à frigido, & de conſuetudine calidi eſt liquefacere illud, res in hoc eſt manifeſta. nã de conſuetudine contrarij ſemper eſt facere oppoſitum actioni eius contrarij. Sed cur in quibuſdam talib⁹ hoc non poteſt fieri, eſt propter materiam tantum. nam hic ſunt res coagulatæ à frigido, poſtq̃ egit in ipſa etiam caliditas: &, cùm agit frigiditas in ea, & redit caliditas in profunditatem eorum, donec liquefiũt, & iam exiccata eſt humiditas eorum, & non remanet in eis, niſi pars terrea, ſicut diximus in vna cauſarum, E qua frigiditas exſiccat. Adueniente aũt caliditate poſtea in eis non põt eas humefacere. nã nõ poſſunt produci in eis partes aereæ, diſpoſitæ vt fiant aquæ. & ita etiã ſunt hic res coagulatæ à calido, quas aqua non poteſt liquefacere pp fortitudinẽ ſiccitatis, & ſtricturam pororum eorũ, & vniuerſaliter propter difficultatẽ eorum ad recipiendum humiditatem, ſicut fictile coctũ: ipſum enim non liquefit in aqua, niſi cùm fuerit diminute coctum, aut non coctum.

In eis, q̃ ſi liquefiũt a calo, terra magis dominat̃.

Declaratum igitur eſt ex hoc ſermone quæ eſt cauſa congelationis, F & liquefactionis, & quæ corpa ſunt cõgelabilia, & diſſolubilia: & quare quædam, quæ congelat frigus, liquefacit calor, & quædam nõ: & quẽdã quæ coagulat calor, liquefacit frig⁹, & quædam non. Cauſa aũt ingroſſationis quorundam iſtorũ corpor̃ ſunt etiam caliditas, & frigiditas: ſed caliditatis operatio eſt per ſe tantũ. Nã ingroſſatio nihil aliud eſt, niſi admixtio partium terreſtrium cum aqueis, vel aerearum cum aqueis. Et contemperantur cum eis tota cõ-

tẽpe-

G temperatione, seu complexione per decoctionē, donec sit aggregatū ex eis habēs firmitatē, & grossitudinē: sed non peruenit ad terminū congelationis: nam elementū aquæ in eis est magis, q̄ sit in cōgelato. Exemplum illius, quod ingrossatur à calido, pp admixtionem partium aerearum cū aqueis, est sicut butyrum, & sperma. Exēplum aūt illius, quod ingrossatur à calido pp admixtionem partiū terrestrium cum aqueis est sicut lac coctum. sed illud, quod ingrossatur pp admixtionē elemēti aquei cum terreo, manifestum est.

H nam ingrossatio est aliqua congelatio, seu coagulatio. coagulatio aūt, in eo quod coagulatio, fit in genere partium terrestrium, & exiccatione elementi aquei. Sed illud, de quo oportet cōsyderare, est ingrossatio, quæ fit pp aquam, & aerem. nā aer, quia est subtilior aqua, impossē est imaginari ingrossationē pp admixtionem eius cum aqua, intantum ꝙ quidā putauerunt ꝙ hoc tm̄ apparet sensui nō vere. Et ipse errauit in hoc. nam vī ꝙ butyrū habet firmitatem corporis, & inuenitur fm dispositionē retinentem figuram. &

I quod apparet de hoc, cū nos posueri mus radices, quę iam dictæ sunt, est ꝙ istæ res, & si fit elementū aeris, & aquæ, quę dominat̄ super illas, firmitas tm̄, quæ est in eis, est de necessitate pp illud, quod admisceatur cū eis ex partibus terrestribus, quā uis sint paucæ in eis. ipsę enim sunt causę in grossationis primo, & p se. sed tamē elementū terreum paucū, quod admiscetur cū elemento aqueo multo solū non prouenit ex hoc coagulatio, neq; grossitudo. nam caliditas exsiccat illud elementū aqueum, & consumit ipsum, anteq̄ admiscētur K ille partes terræ in eo ad mixtione, ex qua contemperātur, seu complexionantur oēs, ita vt sit eis firmitas. sed, cum admiscetur cum elemento aqueo elementū aereum multū, & cōplexionant̄ complexione tali, ꝙ non pōt calor separare ea, aut difficile est separare ea, & fuerunt ibidē partes terræ paucæ, ex hoc ē talis species ingrossationis. nam calori, qui est contēperans elementū terreum in eo, cū elemento aqueo, non accidit dissoluere aquā totam ante admixtionē terræ cum ipso. nā aqueū est admixtū cum aereo, & complexionatū cum eo: & calor contemperat, seu cōplexionat illud totum ter reum cū aqueo, & aereo, & decoqt ea, donec habēt firmitatē aliquam. & fm hunc modum debemus intelligere īgrossationē ex aere, & aqua, non ꝙ sit aer materia per se, sed fm modum, quē diximus. sed attribuūt ingrossationē ex his reb⁹ ad aereū, & aqueum, cùm ipsa sint dominantia sup eas. & accidētia, quæ accidūt in his corporeis homogeneis, attribuuntur prædominanti in eis ex elementis. Iā igitur declaratū sit quæ est habitudo ingrossationis cum ca M lore, & q̄ sunt res, quæ ingrossant̄.

Sed quō fit ingrossatio à frigiditate, hoc est duobus modis. vnus eorū per se, alius aūt per accidens. Per se aūt est, cùm transmutant̄ partes aereæ in re, quę ingrossatur ad aqueā, & fit grossum propter hāc causam. Hoc aūt accidit ī reb⁹ aereis aqueis fortis vnionis, sicut oleū. sed reliquę Quō īgrossatio cauſet̄ p se à frigore, & in quibus rebus. res aereæ, in quibus non est conglutinatio, neq; sunt fortis vnionis, accidit eis à frigiditate oppositū huiꝰ, ideſt frigiditas dissoluit ex eis illud,

quod

Quid ē coagulatio. Et cōsyderata dīa inter eā, & iter ingrossationem.

I naſcuntur, quęque ipſa ambiũt. Plantarum item aliæ arbores ſunt, alię inter arbores & herbas mediæ, & frutices dicũtur. aliæ herbæ ſunt, aliæ olera. Et plantę fere omnes ſub hæc nomina cadũt. Sunt item arbores, quę è ſua radice ſtipitem habẽt, & naſcuntur ex eo rami multi vt oleæ, & fici. aliæ non habent. Sunt & plantæ inter arbores & herbas minutas mediæ, quæ frutices dicuntur, in radicibus ſuis multos ramos habẽtes, vt quæ K dicuntur virgulta, & rubus. Olera ſunt, quæ multos ſtipites habent ex vna radice, & ramos multos, vt ruta, & caulis, & eiuſ modi. Sunt & herbæ, quæ ſtipitem è radice ſua non habent, ſed folia mox producunt. Quædam omni anno naſcuntur, & areſcunt, vt triticum & ſimilia. Neque poſſumus hæc omnia noſſe, niſi per ſimilitudines, & exempla, ac deſcriptiones. Quæ L dam herbæ in duo extrema declinant, vt olus, quod regium dicitur. Aliæ ſunt, quæ eædem & herbæ dicuntur, & olera. Aliæ per initia dum naſcuntur ſpicarum formam videntur habere, poſtmodũ in arbores euadunt, velut benteli Arabicæ, & quod helioſcopion dicitur. Myrtus quoq;, & malus, ac pyrus ſylueſtris, & eiuſmodi reliquæ arbores ſub hoc genere continẽtur, è quibus multi ſuperflui ſunt ſtipites è radicibus earum nati, M eòque determinare illas operæ pretium eſt, vt exemplum præſtent, & ratiocinationem. neq; enim omniũ definitiones ſunt perſcrutandę. Plantarum quoq; alia domeſtica eſt, alia hortẽſis, & alia ſylueſtris. Ad quem modum vero pyros & alias eiuſmodi plantarum ſpecies, ſylueſtres appellare conſueuimus, quia culturam nullam acceperunt. Rurſus plantarum alię fructum faciunt, alię nõ faciunt, veluti ſalices, et nonnulla quercuũ ſpecies.

A ſpecies. Quædam oleum faciũt, quędam non. & aliæ folia producunt, aliæ non. & aliarum folia decidere ſolent, aliarum non ſolent. Et de diuerſitate plantarum in magnitudine & paruitate, in pulchritudine & deformitate, bonitate fructuum ac malitia multa dicere licet. Item arbores ſylueſtres magis fructificant, q̃ hortenſes, ſed hortenſiũ fructus meliores ſunt, q̃ ſylueſtrium. Et aliæ plantarum in locis ſiccis naſcuntur, quædam in

B mari, in fluminibus aliæ, quædam in mari rubro. Item nonnullæ in locis quibuſdam magnæ fiunt, in locis alĩs paruæ. Et aliæ in fluminum ripis naſcuntur, aliæ in ſtagnis. Et quæ in locis ſiccis naſcuntur, aliæ naſcuntur in mõtibus, aliæ in planitie. & aliæ in locis ariditſimis viuunt, vt in regione Aethyopum, & illic melius proueniũt, q̃ alibi. & quædam in locis altis viuunt, quædam contra. & quædam in locis humidis vi-

C uunt, quædam in aridis, aliæ in vtriſq;, vt ſalix. Plantæ igiť magnam diuerſitatem habent pro locorum differẽtĩs: quapropter horum quoq; differentiæ ſunt inſpiciendę. Plantarum itidem aliæ terræ ita affixæ ſunt, vt ſeparari ab ea nolint, aliæ in meliora loca transferri poſſunt. Eodem modo fructuum alĩ meliores ſunt in vno loco q̃ in alio. Et quarundã plantarum folia aſpera ſunt, quarũdam lenia. Et alia rum folia ſunt parua, aliarũ ſciſ D ſa, vt vitis, & ficuum. Aliarum multas fiſſuras habẽt, vt pinus folia. Quædam totæ cortex ſunt medianus. Et quædam nodos habent, velut cannæ: quædam ſpinas, vt ramus. Quædam multos ramos habent, vt morus ſylueſtris: quædam hæc non habent. Et alię multas differentias habent alias, ſicut ex quibus, pdeunt ſurculi, & ex alĩs non. id quod non aliunde, q̃ è differen tia radicum prouenit. Quędam E vnam tantum radicem habent, vt ſquilla. hæc è ſolo naſcitur, & rare procedit, quia in inferi⁹ dilatando ſeſe, & progreſſa magis Sole diſcernitur. cùm enim acceſſerit, auget illam Sol. Idẽq; ſurculos ex inſernis elicit. Succorum quoq; qui in fructibus ſunt, alĩ potabiles ſunt, velut vuarum ſuccus, & malorũ granatorum, & multorum aliorũ: quorundam non ſunt potabiles. Et aliorum vnctuoſi ſunt, F vt oliuæ ſuccus, & nucis, & pinei. quidam non ſunt. Aliorum item dulces mellei, vt dactylorum & ficuum. alĩ calidi & acuti, vt origani, & ſinapis. alĩ amari, vt abſinthĩ, & centaurĩ. Quidam fructuum compoſiti ex carne ſunt, & oſſe, & grano, ac pruna. alĩ è carne & grano, vt cucumeres: quidam ex humore & granis, vt malagranata. Et alĩ corticem foris habent, carnem intus, vt poma, pyra. quidam carnem foris,

G os intus. Sunt quoq; alĩ, quibus ſtatim ſemen fit cum tegumento, quo operiuntur, vt dactyli, & amygdala. quidam nõ tales ſunt. Et fructus alĩ edendo ſunt, & per accidens non edẽdo ſunt. & alĩ fructus nobis nõ ſunt edendo, alĩs vero ſunt, velut hyoſcyamus, & helleborus, quæ hominibus ſunt venena, coturnicibus vero alimentum. Item fructuum alĩ in ſiliquis ſunt, veluti fabæ grana: alĩ in
H tegumentis, & veluti telis, vt triticum viſitur & cæteri: alĩ in carne, vt dactylorum fructus: quidam velut in caſis multis, & tela, ac teſtis, vt ſunt nuces. Et quidam cito matureſcũt, vt mora, ceraſa: alĩ tarde, vt fructus agreſtes aut omnes, aut plerique. Et aliq plantarum cito producunt folia, ac fructus, aliæ tarde. Et earum quædam hyemem cõ ſequuntur, priuſquam matureſcant. Colores præterea & fructuum & florum, & quæ illis in
I naſcuntur operimentorum, admodum diuerſi ſunt. Et plantę quædam totę ſunt virides: quædam ad nigredinem vergunt: aliæ ad albedinem, ad rubedinẽ aliæ, ob calorem adurentem, eũ, qui partibus terreis cõmixtus eſt, aerem. Item figuræ fructuũ, ſi fuerint ſylueſtres, differentes habent poſitiones. neq; .n. omnes ſunt angulares, neq; linea recta omnes ſunt. Arborum præterea aromaticarum, aliarum radix aromatica eſt, aliarum cortex, quarundam flos, quarundã K
lignum, aliarum vero partes omnes ſunt aromaticæ, vt balſami. Arbores rurſus, aliæ è ſemine naſcuntur, aliæ ex ſeſe ipſis. Et alię è radice euelluntur, & tranſplantantur aliæ è ſtipite, aliæ è ramis, vel è ſemine. Quædam per ſe paulatim extenduntur, quædam in terra. Quædam plantãtur in arboribus. vt quæ inſerũtur. Eſt autem inſitio melior ſimilium in ſimilia. eſt & a- L
lia quoq; proportio, per quam optima cõmittuntur diſſimilia, velut mali cum pyris, in ſimilibus velut ficus cum ficu, & vitis in vitem, & amygdalus cũ amygdalo. eſt & alia inſitio in generibus diuerſis, velut artemiſiæ in artemiſiam ſylueſtrẽ, & oleæ ſatiuæ in ſylueſtrẽ oleã, & mori in arbores multas. Itẽ M
arborum ſylueſtrium in hortẽſes. Et nulla planta ſemen producit ſimile ſemini, a quo eſt orta. quædam .n. melius faciunt ſemen, quædam peius. Et è quibuſdam malis ſeminibus arbores bonæ proueniunt, vt ex amygdalis amaris, & malis granatis acidis. Quarundam arborum ſemen, cùm fuerint debiles, deficit, velut pini, & palmæ. Et non prouenit facile è ſemine malo arbor bona, nec è bono ſemine mala arbor. Verum in animali multoties contingit, vt è malo bonum naſcatur, & contra quoque. Arbor præterea, dum corticem habet duram ad

modum,

A modum, ſterilis fit: & ſi ſcindat radix ei⁹: & fiſſuræ illius immittatur lapis, iterum fiet fertilis. In palmis quoq;, ſi folia, vel foliorum puluis, vel palmę maſculinæ cortex foliis fœmellę palmę apponantur, vt cohœreant, citò matureſcẽt eius fructus, caſuſq; eorum prohibebitur. Diſcernitur q; maſculus à fœmella, quia prius pullulant eius folia, ſuntq; minora q̃ illius. itidẽ è fragrantia diſcernũtur. Alicubi vero ex
B aliquo horum, vel ex omnibus iſtud contingit. Quòd ſi forte ex odore maſculi abduxerit quippiam ventus ad fœmellam, ſic quoq; matureſcẽt ipſius fruct⁹, quemadmodum cùm folia maſculi ex illa fuerint ſuſpenſa. Ficus quoq; ſylueſtres per terram expanſæ ficubus hortẽſibus cõferunt. Eodem modo balauſtia oleis conducunt, q̃ vna plantantur. Rurſus plantarum nonnullæ in aliam ſpeciem trãſmutantur, veluti nux, dũ ſenuerit.
C Sic dicunt q; calamentũ in mentam vertatur, & tragium item abſciſſum, & iuxta mare plantatum, ſi ſymbrium fiat. Triticũ quoq;, & linum tranſmutari in aliam ſpeciem aiunt. Belenium vero quod pernitioſum eſt, in Perſia natum, in Ægyptũ tranſplantatum, & Paleſtinam, fit edendo. Amygdala quoque, & mala granata ſuã malitiam per culturam amittunt. Et mala granata ſtercore porcino radicibus iniecto, & aqua dulci frigida ri- D
gata, meliora redduntur. Sed amygdali clauis confixæ, gummi per multum tempus ſtillantes, meliores reddũtur. multę q; ſylueſtres plantæ per hoc artificium hortenſes fiunt. Locus vero, & cultura terræ huic rei conferunt plurimum, maxime anni tempus, quo quæ plantãtur magis indigẽt. E plantarum plures in vere plantãtur, in hyeme paucæ, & autũno, pauciſſimæ eſtate poſt ortum caniculæ. Nam in paucis locis eiuſmodi plantatio fit, & nuſquã niſi Romæ, & per- E
raro eo tempore. In Ægypto nõ fit plantatio niſi per annum ſemel. Arborum aliæ è radicibus ſuis folia producunt, aliæ è gemmis, aut è ligno ſuo. quædã prope terram, quædam longe, quędam in medio. Et aliæ ſemel in anno fructum ferũt, aliæ ſępius, ſed non matureſcunt fructus earum ſed crudi manent. Quædã multũ ſunt fertiles, multo tempore, vt ficus. quædam altero quoq; anno fructum ferunt, alte
ro reficiuntur velut oleæ, licet F
multos ramos producant, quibus velantur, quædã per iuuentam fertiliores ſunt q̃ per ſenectam aliæ contra, vt amygdali, pyri, populi. Differentia quoq; ſylueſtrium plantarum, & hortenſium per maſculos diſcernit̃, & fœmellas, vbi quæq; ipſarum per proprietatem, quæ eis ineſt, cognita fuerit. nã maſculus ſpiſſior ẽ, ac durior plurimis ramis abũdans, minus humectus, cele

rior

rior in maturationem, habetq; folia differentia, & ſurculos. fœmella vero oĩa hæc minus hẽt. Oportet igitur, vbi hæc cognouerimus, rurſus coniecturam facere, quo pacto cognoſcamus genera per ſe, & arbores itidem. Et eodem modo in herbis, quo pacto accipienda ſint, quæ dixerũt de hiſce Antiqui. quomodo inſpectis eorum libris, quos ſcripſere, perſcrutari queam⁹ medullam harum rerũ iquiſitione cõpendioſa, ideſt vt cõſyderemus herbas oleares, & herbas, quę ſolum ſemen habent, & quæ auxilium præſtãt, & medicinales, & mortiferas plantas. Eodem modo arbores vnà cum herbis. Sed & ad cognoſcendas cauſas, ipſarum generationẽ inquirere debemus, & quare nõnullæ in quibuſdam locis naſcantur, in quibuſdam non. Item plantationes earum, & radices, & ſuccorum differentias. atq; odorum, & lactis, & gũmi bonitatem & malitiam cuiusq;, ac durationẽ. quã ob cauſam aliarum fructus durent, aliarum non. Item cur quarundam fructus citò, quarundã tarde. Et inquirẽdæ plantarum proprietates, & radicum maxime, vt quo pacto aliarum fruct⁹ molles fiũt, aliarum nequaquã. Et quo pacto quidam venerem prouocent, quidam ſomnum, alĩ etiam interficiant, & multas differentias alias. Item quo modo aliarum fructus lac generãt, aliarum minime.

ARISTOTELIS DE PLANTIS LIBER SECVNDVS.

De *Plantarum Generatione*, Cap. 1.

ARbor tres vires habet, primam ẽ genere terræ, alteram ex aquæ genere, tertiã ex ignis genere. A terra enim fixio plantæ eſt. ab aqua coagulatio. ab igne fixionis vnio. videmus multa ex his in fictilibus quoque. Sunt enim in illis tria, lutum, quod eſt tanquam cementum fictilis: deinde aqua, qua vniuntur fictilia: poſtremum ignis, qui partes illius congregat, donec per ipſa abſoluatur eius generatio. Manifeſtatio itaq; totius illorum coniunctionis ab igne eſt. nam raritas ineſt fictilibus ſecundũ ſuas partes. &, cùm vſſerit illas ignis, finitur humoris materia, & conglutinantur limi partes, prouenitq; ſiccitas in loco humidi. & propter victoriam ſequitur in omni animali, & planta, ac metallo, concocta. Eſt enim concoctio, quãdo humor, & calor prorium terminum conſequunt. Id autem in cõcoctione lapidis, & metallorum manifeſtum eſt, in animali vero & planta non ita. nam eorum partes nõ ita in vnum compactæ ſunt, vt in lapidib⁹, & quia ab his profluuiũ quoddã

In Quarto Meteorologicorũ.

quoddam prodit. E metallis, ac lapidibus non exit profluuium quodpiam, neq; ſudor, quia partes earum non ſunt raræ, idcirco nihil ab ipſis exit, vt ab animali & planta excrementa quædam exeunt. Neq; alius quiſpiam prę terquàm à raritate fit exitus. In quo enim raritas non eſt, ab eo nihil prorſus exit. idcirco ſolidum eſt, in quod augeri quidpiam nõ poteſt. Quod enim poteſt augeri, loco indiget, in quo dilatetur, finiaturq;. Lapides autem, & teſtæ, ac talia vniuſmodi ſemper ſunt, & neque augentur neque extẽduntur. Rurſus plantæ ſecundo modo ineſt motus, & attractio, quæuis eſt è terra humorem attrahens. & eſt in attractione mot⁹, qui ad locum tendit, & finitur quodam modo concoctio. idcirco vt plurimum herbæ minutæ in vna hora diei vnius generantur. Id in animali non fit. materia enim in animalibus per ſe, & ſeparata ẽ. neque eſt concoctio, niſi in vſu maxime & hæc fit. At plantæ materia illi vicina eſt. & idcirco celerior eſt huius generatio. Nam ſcitur autem & creſcit, quod ſubtile in ea eſt, citius quàm quod ſpiſſum. ſpiſſum enim multi iugis indiget virib⁹, tum propter diuerſitatem ſuæ figurę, tum ob diſtantiam inter ſe partium ipſius. Vnde velocior quoque eſt plantæ generatio, propter tenuitatem alterius ad alterum, & celerior profectio. Partes plantarum vt plurimũ raræ ſunt, quia calor humorẽ ad extrema plantæ trahit, ſpargiturq; nutriens materia per omnes ipſarum partes. quod autem ſupereſt, effunditur. Quemadmodum autem in balneis calor humorẽ trahit, & in vaporem conuertit, qui eluatus, quando ſuperfluus fuerit, in guttas vertitur: ſic in animalibus quoque, ac plantis ſuperfluitates ab infernis ad ſuperna aſcendunt, & è ſupernis ad inferna deſcendunt. Eodẽ quoq; modo fluuĩ, qui ſub terra ſunt, è montibus generantur. Horum enim materia ſunt pluuię, & vbi auctæ fuerint aquæ, & intus in anguſtias redactæ, fit ex eis vapor copioſus, qui propter compreſſionem intus factam, terram ſcindit, quo modo fontes, ac flumina apparent, quæ prius non apparebãt, ſed occulebant. Verum cauſas generationis fontium, ac fluuiorum, in libro noſtro de Sublimibus expoſuim⁹: quo loco oſtendimus, quòd & terręmotus ſæpenumero fontes oſtendit, & flumina, quæ prius non apparuerant, ſciſſa ſcilicet terra per vapores. Sæpe quoq; fontes, ac flumina cõiuncta fuiſſe deprehendimus, facto terræmotu. ſed iſtud plantæ non contingit, quia aer per raritatẽ partium eius eſt. Eiuſdem quoq; ſignum eſt, q; terręmotus in locis arenoſis non fit, ſed in denſis, ac duris, qualia ſunt aquarũ loca, & mõtiũ. Siquidẽ in talib⁹ locis terræ-

In ſecũdo Meteorologicorũ.

G terræmotus cõtingunt, ꝙ aqua
fit ſolida, vt & lapides quoque,
aeris autem calidi natura ſit ob
ſuam lenitatem aſcendere. cùm
ergo eiꝰ partes coierint, inualue
rintq́, impellunt locũ, vnde va-
por mox violenter erumpit. ꝙ
ſi locus rarus fuiſſet, non ita pro
rupiſſet vapor, ſed vt ĩ arena fit,
è qua ipſa quoq́ vapor egredit,
ſed paulatim, eaq́ propter terræ-
motus nullus tum editur. Id igi
tur in nullis corporibus, quæ ſo
lida ſunt, fieri ſolet, ſcilicet ut aer
H paulatim exeat. ſed cõgregatus
per ſuas partes, terrã ipſam pro-
ſcindere annixus valet: quę ſanè
terræmotus in corporibus ſoli-
dis cauſa eſt. In partibus itaque
plantæ, & animalis terræmotus
non fit, in alĩs omnibus fit, &
multoties, ſic in fictilibus, & n
nitro, & metallis reliquis. Sed in
quo corpore multa raritas fue-
rit, aſcendere conſueuit vapor.
ſubleuat enim ipſum aer. Multo
ties id videmus, dum aurum in
aquã proĩcimus, aut aliud quip
I piam graue, quod fundum petit
ſtatim. Et rurſum ſi lignũ proĩ-
ciatur rarũ, aut paruum, ſuper-
natat, neq́ petit fundum. Vnde
non propter folia fundum non
petit, quod ſæpe fundum petere
ſolet lignum, nec propter graui
tatẽ: ſed quia aliud ſolidum eſt
ac denſum, aliud rarum. Quod
itaq́ rarum eſt, prorſus fundum
petere non ſolet. Hebenus vero,
& quæ illi ſunt vicina, fundum
petunt, quia in illis pauca eſt ra-
ritas, neq́ aer in illis eſt, qui ea K
attollere poſſit. Merguntur aũt,
fundũq́ petunt, quia partes eo-
rum multum denſæ ſunt, & ſoli
dæ. Sed oleũ omne, & folia om-
nia ſupernatant aquæ, id, quod
oſtẽdimus iam. Nouimus enim
humorem illis ineſſe, & calorẽ:
& quod humoris cõſuetudo eſt
aquæ partibus adhæreſcere. ca-
lor autem humidum aſcendere
facit, quod quidem partes con-
ſequitur. Et aquę mos eſt, vt om
nia ad ſuam ſuperficiem eleuet.
Aeris ſuperficiei mos eſt, vt ip- L
ſum aſcẽdere faciat. Ipſius vero
ſuperficiem aqua non conſcen-
dit, quia tota ipſius ſuperficies
cum aeris ſuperficie eſt vna. Id-
circo oleum quoq́ ſupra aquã
aſcẽdit. Sũt & lapides, qui aquæ
ſupernatant, vt pumex, & ſimi-
les, propter inanitatem ſcilicet,
quæ in eis maior eſt, q̃ ipſarum
partes. Vnde aeris locus maior
eſt loco corporis terræ. aquę enĩ
natura eſt ſupra terram aſcende
re, vt aeris ſuper aquam. Aeris
itaq́ in lapide incluſi natura ſu- M
per aquam aſcendit, vt aeri toti
iungatur. vnũquoq́ enim ſuũ
attrahit ſimile, ſequiturq́ partis
natura toti, cum quo iungitur.
Si ergo ſaxum aliquod leue ſit,
mergitur eiꝰ medietas in aquã,
altera ſupernatabit. ꝙ maior ſit
qui ipſo continetur aer, q̃ lapi-
dis pars reliqua. ea propter ar-
bores omnes talibus lapidibus
ſunt grauiores. Qui ĩ aqua ſunt
lapides è forti vndarũ colliſione
fiunt.

A fiunt. Nam primum ſpuma fit,
mox coagulatur hęc in molem,
lactis vnctuoſo non abſimilem.
Dũ vero vnda arenæ alliditur,
cõgregat arena hanc, veluti vn-
ctuoſitatem ſpumæ, & deſiccat
illam maris ſiccitas cum multa
ſalſedine, quo modo partes are-
næ coguntur, temporeq́ proce-
dente lapides fiunt. Significatio
vero, ꝙ mare per ſeſe arenam fa
ciat, ea eſt, ꝙ terræ omnes guſtu
dulces non ſunt. Cùm igitur in
ea ſteterit aqua, prohibebit aer
B ne ipſam alteret. Cæterum diu-
tius immorante loco eidẽ aqua,
cùm hanc ſibi ſimilem efficere
aer non poſſit: excellent enim in
ipſa terræ partes, quę ſalſæ ſunt:
neceſſe eſt plus excalfacta pau-
latim, ambo lutum efficiant na
tiuum. Id ipſum in dulcibus flu
uius fieri non poteſt, quia in illis
ſiccitas terræ obtinuit, & aut cõ
uertit aquam in ſuam ſpeciem,
vel vicinam illi hanc reddit, &
alterationem vtrunq́ ſuſcipit.
Duriorem quoq́ efficiens terræ
C durities, ꝓ facultate ſcilicet pro-
priæ fixionis, aquæ ſubſtãtiam,
lutum in partes exiguas diui-
dit. quapropter terra mari vici-
na arenoſa eſt. Sic campi, dũ nõ
habent quod à Sole eos operiat,
& ab aqua dulci procul abſunt.
ſiccat enim Sol dulcis humidi-
tatis partes, remanetq́ quod de
genere terræ eſt. & quia Sol in
eo loco non tecto perſeuerauit,
ſeparãtur luti partes, & inde are
na fit. Huius rei ſignum eſt, ꝙ,
cùm in huiuſmodi loco in pro- D
fundũ foderimus. inueniemus
lutum natiuum, & eritis arenæ
radix. nec arena fiet, niſi per acci
dens. Contingit autẽ iſtud, quia
motus Solis illic moreĩ diutius,
& ab aquis dulcibus longa di-
ſtantia eſt. Eodem modo de ſal-
ſedine aquarum maris eſt intel-
ligendum. radix enim aquarum
omnium dulcis eſt, nec accidit
eis ſalſedo aliter q̃ modo prædi
cto. Et ſignum ſenſatum hoc eſt,
ꝙ terra ſub aqua, aqua vero ſup
terra neceſſario, & naturaliter E
eſt. indeq́ proprius aquæ conti
git vt elementum ſit q̃ terræ.
Arbitrati vero ſunt quidam ꝙ
commune omnium elementum
ſit, quæ plurima eſt aqua: eſt au-
tem plurimum aqua maris: qua
re aquarum quoq́ omnium ele
mentum id eſſe exiſtimatũ fuit.
Porrò aqua per naturam ſuper
terram eminet, & tenuior ea eſt,
ac per iſtud oſtẽdimus ꝙ aqua
dulcis omnino leuior ſit, q̃ ſalſa.
Accipiamꝰ itaq́ duo vaſa æqua
lia, ponamusq́ in illis aquã dul- F
cem, & ſalſam, poſtea ſumpto
ouo in aquam dulcem ponamꝰ,
& ſubmergetur illico. poſtmo-
dum in aquam ſalſam ponatur,
& ſupernatabit. Aſcendit ergo
ſuper partes aquæ ſalſæ, quia nõ
ita diſiunctæ ſunt, vt aquæ dul-
cis partes. hæ enim, ob tenuita-
tem, pondus iſtud ſuſtinere nõ
poterunt: illæ vero, ob craſſitiẽ,
poſſunt. eaq́ propter fundum
nõ petit quod illi fuerit iniectũ.

Sic

G Sic naturaliter in mari mortuo non mergitur animal, neque gignitur, quia vincit ĩ eo ſiccitas: vt neq; in alia quæcunq; formæ terræ propior eſt. Patet inde, q̃ aqua craſſior ſub tenuiore eſt. nam craſſa è genere terræ eſt, tenuis aũt, & rara de genere aeris.
41 & ideo aqua dulcis aquis omnibus ſupereminet. eſt enim à terra cæteris omnibus remotior. Iam igitur ſciuim⁹, q̃ aqua, quę à terra remotiſſima eſt, naturalis eſt: & q̃ dulcis maritimã ex-
H cedit. naturalem itaq; illam eſſe hoc ſigno certum eſt, ac neceſſarium. Naſcitur autẽ ſal in lacunis quoq;, quib⁹ aqua dulcis ſalſa fit. Superat autẽ terræ ſalſedo illam ſalſedinẽ. in illa enim aer incluſus remanet, in hac nõ ita. & idcirco non omnino eſt illud terræ corpus dulcedine aliqua modis oĩbus participãs: licet ex aqua hoc genus ſit, quæ è terra tanquã ſudor exit. Eodem modo cognoſcere debemus, q̃ herbæ, earumq; ſpecies nõ aliunde
I q̃ę è compoſitione ſunt, nõ è materia ſimplici, ſed vt ſalſedo ex aqua maris, & ſubſtantia arenæ eſt. Vapores enim aſcẽdentes, cũ fuerint coagulati, amplecti poſſunt cauſam herbarũ ſubſtãtiæ. excidit enim aer eò, & locum rore madefacit, prouenięq; ex eo, virtute ſtellarum ſcilicet, illorũ ſeminũ ſpecies. Sed materia neceſſaria aqua eſt, quamuis dr̃ia ſit in aquæ genere. Quod enim aſcẽdit, aliud q̃ aqua dulcis non eſt. ſalſa aũt grauior eſt, nec vna k cum dulci aſcendit. quod autem aſcendit, id tenuius ex aqua eſt. quod cùm attractũ ab aere fuerit, attenuatur magisq; aſcẽdit. & inde fontes fiunt, ac flumina in montibus, & per longa ſpatia decurrunt. Et ſignum huiuſce ẽ pituita, & ſanguis ad cerebrum aſcendens. Vt enim ex alimento vna cũ vaporibus aſcẽdit quippiam, ita in aquis oĩbus. etenim ſalſæ aquæ non nihil vna cũ eo aſcendit, quod calor in aeris naturam ſiccarit, qui ſupra aquam L dulcem omnem ac ſalſam exquiſite eſt. Cuius rei exemplum in balneis fæpenumero deprehendimus. Nam, cùm aquã dulcem oppreſſerit calor, attenuabũtur partes eius, aſcẽditq; vapor, qui in fundo balnei erat, & recedũt denſæ partes ſalſedinis. neq; enĩ ex aeris ſunt genere, vt ſequant vaporẽ, qui vnus poſt alium ſurſum pergit. Cùm itaq; multi acceſſerint, abſorbet eos tectum. inde cogũtur, ſpiſſanturq;, & re
M dit deorſum guttatim ſtillans aquã dulcis. Sic in omnibus balneis ſalſis aqua dulcis ẽ. In aqua itaq; ſalſa naſcentes herbæ non debent eſſe pleną ob ſiccitatem. Etenim planta duobus indiget, materia ſcilicet, & loco naturæ ſuæ conuenienti. Cùm itaq; hæc ambo adfuerint, prouenit plãta. vbi vero deprehẽderimus materiem à temperamento eſſe remotiſſimã, inanis eſt. nã impedimẽto eſt vt ſit locus nõ temperat⁹.

Ita

A Ita ferè non inuenitur planta in niue. licet in ea viſa ſit nonnunquã prouenisſe, vt & animalia quædam, præcipue lumbrici. hi enim in niue gignuntur, & flomus, & herbæ amaræ omnes. Sed nix nõ exĩt, pgreſſum hũc, niſi alia quoq; cauſa illi iuncta ſit. Et hoc eſt, quia nix deſcendit nonnunquam fumo ſimilis, & congelat ventus illã, aſtringitq; aer. Eſt tamen raritas inter partes ei⁹, retinetur enim in ipſa aeris aliqua pars calida, manetq;
B de ea putrida aquã. Cùm igitur aer incluſus, fuerit multę amplitudinis, affueritq; Sol, erumpit aer in niue comprehenſus, apparebitq; humiditas putrida, quæ cum calore Solis coagulabitur. ad quẽ modum herbę quædam naſcuntur. Quòd ſi locus fuerit opertus, non fient in eo plantæ, aut ſine folĩs fient: receſſit enim inde terræ tẽperies, quæ eiuſdẽ cũ illa generis eſt. Inde fit vt flores, & folia ĩ herbis minutis mix
C tim reperiantur in locis tẽperatis aere, & aqua. in alĩs, quæ talia non ſunt, veluti in plãtis, quę per niuẽ naſcuntur rari ſunt flores, & folia. Eodẽ modo in locis multum ſalſis, ac ſiccis ferè non apparẽt plantæ, quia eiuſmodi loca, à temperamento longe abſunt. minuitur enim terra, à qua longe abſunt humor, & calor, q̃ aquæ dulcis ſunt propria. Fit autem q̃nq; terra dulcis mortua, & tum nõ naſcuntur mox in ea plantę, ſed ĩ calidis locis, vbi dul
D cis aqua eſt, & calor multus, pro uenit concoctio è partibus duabus, tum ex loci diſpõne, tum ex aere in eo exiſtẽte. concoctio vero aeris è calore ſolis eſt, qui calor in eo loco eſt. Inde montes quoq; humores attrahunt, & adiuuat illos aeris caliditas, acceleratq; concoctio. & idcirco plantæ vt plurimũ in montibus naſcunt. In arenis, vt ante dixim⁹, ſalſedo vincit, remanentq; inter arenæ partes raritates ad inuicẽ ſimiles. Sol igitur virtutẽ nõ ha
E bet vt continuationẽ ſubſtantię in iſtis efficiat, idcirco in arenis ferè non fiunt plantæ. q̃ ſi fiant, tum nõ iuxta ſpecies proprias, ac differentes, ſed ad inuicẽ ſimiles fiunt. Quæ vero per ſuperficiẽ aquæ naſcuntur plantæ, non aliũde q̃ è craſſitie aquæ fiunt. Nã dũ calor aquã attigerit, quæ curſum nõ habẽt, quò moueaſ, prouenit ſuper ea quiddã nubi ſimile, parũq; aeris continet, ac putreſcit humor ille, attrahitq; ipſum calor, qui p ſuperficiem
F aquæ eſt expanſus. hinc planta fit. radicẽ vero nõ habẽt. nam in duris terræ partib⁹ fixæ ſunt radices. neq; folia hẽt. nã à tẽperie multũ abeſt: & neq; partes ipſi⁹ inter ſe cohęrent. Hęc planta ad ſimilitudinẽ foliorũ naſcit. Quę vero è terra naſcunt plãtæ, quia terrę partes cõpactę ſunt, ipſarũ quoq; partes neceſſario ſunt tales. Quæ itaq; in terra cõcreſcũt plantę, è putrefactione in hũido loco, & halituoſo facta naſcunt.

nam

G nam putredines aerē occupant. & dum pluuiæ frequentes fiūt, ac venti, Sol apparere illas facit, & ad ſiccitatem, coagulationēq; cogit: & terræ ſiccitas radices earum facit. inde plantæ fiunt. ac fungi, & tubera, ac ſimilia. Hæc aūt omnia in locis proportione calidis fiunt. nam calor aquam in interioribus terræ cōcoquit, detinetq; illum Sol. Fit igitur uapor, cōtingitq; inde in plantam alteratio. Eodem modo in locis calidis omnibus vt plurimum
H abſoluitur plantæ artificiū. Loca vero frigida, quamuis hæc ſimile quandoq; faciant, tamē ex contrario. Nam aer frigidus calorem deorſum comprimit, cogitq; ipſius partes, & locus elixationē patitur cum humiditate, quæ in eo preſens eſt. abſumpto deinde, deſiccatoq; humore ſuperfluo finditur locus, & prodit ex eo planta. In dulcibus autem locis, in quibus non admodum ſeparatur aqua, cū aer terræ incluſus fuerit exiccatus, humidi-
I tasq; aquæ concreuerit, aerq; in interioribus aquę mānſerit, prodeunt plantæ, vt nenuphar medicum, & ſpecies herbarum minutarum, quæ eodem modo naſcuntur, aliæ multę. verum non ſunt erectæ, quia radices earum per terræ ſuperficiem tantūmodo hærent. In locis quoq; quib⁹ aqua calida currit, multoties plātæ naſcuntur, quia aquæ caliditas vapores attrahit recentes in terra. frigida vero hūoris aquei natura ſubtus manet, coagulaturq; aer i eo humore. & vbi cō coctus fuerit aeris calor, rurſus in eo planta fit, ſed non niſi per longū tempus. Herbæ vero puſillæ, quæ i aquis ſulphureis apparent, tum fiunt, cùm venti vehementer flauerint, cōtrariosq; flat⁹ fecerint, excitatusq; fuerit, qui in eis eſt, aer, & calefactus locus ſit, excitatusq; inde ignis fuerit, poſtmodum naſcatur, quod in fundo eſt, auripigmentum, quod è fæce aeris deſcēdit, attra
K hiturq; ignis cum putredine. id enim auripigmentum eſt. Tum enim ex eo planta fit. & non habent multa folia hę, vt añ quoq; diximus, quia temperies ab his abeſt, pcul. quæ vero fert. alumna arbor eſt, et in locis calidis naſcitur, ac leuibus & altis, maxime vero i climate tertio, & quarto. Item quæ vicinum quiddam alimento edit arbor, ea naſcitur in locis excelſis, ac frigidis. Idcirco frequentes ſunt ſpecies in locis eiuſmodi, ob humorū attrac-
M tionem, & temperiem è calore Solis, ac diebus vernis naſcentē. Ita quoq; lutum natiuum plantas pingues ſtatim producit. nā cōſtrictio humoris eius in locis dulcibus fit, vt p̄diximus. Planta itidem, quæ in ſolidis lapidibus naſcitur, longo tempore cōtingit. qui enim in illis comprehenſus aer eſt, aſcendere nititur. dum autē viam non inuenit ob lapidis fortitudinem, redit, ſeq; ipſum aer calefacit, & humorē,

qui

A qui in lapidib⁹ eſt, reliquum trahit ſurſum, exitq; vapor cū humore illo, cum partium lapidis minimarū reſolutione. Etenim frequēs mos lapidib⁹ eſt, vt eos Sol iuuet per ſuam cōcoctionē. & ad hunc modum ex illis plantа fit, quæ non aſcendit, ſi non propinqua terrę vel humori fuerit. nam plantæ ſubſtantia terra indiget, & aqua, atq; aere. Conſyderetur itaq; planta. &, ſi prope Solem fuerit, naſcetur celeriter. ſi vero ad occaſū Sol ſit, tar-
B dabitur. Et planta, cùm in ea excellat aqua, retinebit aerem, nec permittet eā aſcendere: & ita nō nutrietur plāta. Eodem modo. qñ ſiccitas obtinuerit, vertitur calor naturalis ad extrema, & vias obturat, p̄ quas aquæ meatus erant: & inde non nutritur plāta. In vniuerſum aūt quęuis planta quatuor quibuſdā indiget, ſemine terminato, loco conueniēte, aqua moderata, aere cō ſimili. Cùm itaq; omnia hęc perfecta fuerint, naſcitur planta, &
C creſcit. cp̄ ſi abſceſſerint, imbecilior, pro abſceſſu ſcilicet, planta fit. Item quæ in altis montibus prouenit plāta, ſi fuerit ſpecies, perfectior erit, & aptior ad medicinā. Fructus aūt ad cōcoctionem durior vt plurimū nō alit. Loca uero à Sole remota nō ſunt multarū plantarū productiua, Similiter, dum Sol longitudinē diei motu ſuo addit, & humorē vicerit, non habet planta producendi fructus, & folia facultates.

Quid aūt de plantis ſtatuendū, D quæ in locis aquoſis naſcuntur? In his dum aqua quieuerit, fit veluti fæx, nec eſt vis in aere, vt aquæ partes attenuet. detinetur enim in terræ interioribus aer, prohibetq; aquæ craſſitiem aſcēdere. cp̄ ſi vētus ingruat in locū illū, & conſtringatur terra, reprimatq; ſe aer incluſus, & coagulet ventus humorē illum, prouenient ex ea humiditate plantæ, nō multū in figura, & forma differentes, ob perſeuerantiā ſcilicet, & craſſitudinē aquæ, & So- E lis calorē è ſupernis incūbentē. Rurſus de plantis, quæ in locis humidis ſunt, & quarū ſuperficies in ſuperficie terræ apparet vireſcens, id dico, cp̄ in locis illis exigua ſit raritas. Cùm itaq; Sol incidens illius humiditatē mouerit, locumq; motu ſuo excalfecerit, calore itidē in interiora terræ cōpreſſo: id, quod non accidit in quibus locis planta nō habet vnde creſcat: humorq; ſua expāſione ſit diffuſus, tum fum⁹ F fit ſup terra, veluti tela vireſcēs, & inde planta gigniť non habēs folia, ê genere ſcilicet plantarū, quæ per ſuperficiem aquarū viſuntur. Eſt autem maior cp̄ illa, quia propior terræ eſt, licet aſcēdere, & extendi non poſſit. Sępe quoq; in plantis planta alia naſcitur, nō eiuſdē ſpeciei, & ſimilitudinis abſq; radice. Id ita fieri ſolet, dū plāta ſpinarum pluriū in pingui aqua mouerit ſe. aperiunť enim partes eius tum, hau

G ritq; Sol ipſius putredines, & cō coctionem præſtat ei, & natura ſua in locū putridum auxilium ſuppeditat cum calore tempera to: & inde ita creſcit planta, vt ſi la ſuper totam extendi videant. Hoc propriū plantis eſt multas ſpinas habentibus. ſic itaq; lino zoſtis gigni ſolet, & quæ huic ſi miles ſunt cęteræ. Herbę autem oēs, & quicquid ſuper terra creſcit, & in terra, ex aliquo quinq; iſtorū prouenit: & ſunt, ſemen, aquę humor, locus idoneus, aer, H & plātatio. & hæc quinq; veluti radices plantarum ſunt.

De Partium, & Accidentium generatione in ipſis plantis. Cap. 2.

TRiplex itidem arborū fœcunditas eſt. aut enim fructus producūt ante folia, vel vnà cū foliȝs, vel poſt folia. Eſt quoq; planta, quę radicē nō habet aut folia. Et eſt, quæ ſtipitem habet ſine fructu, et folio, vt chryſocomos, aut chryſitis. ſed quę fructū ante folia producūt, multam habent vnctuoſitatem. I Cùm itaq; concoxerit eā calor, qui naturalis plantę eſt, accelerat eius maturatio, roborat urq;, ac deferueſcit ī ramis plātę, prohibetq; humorē, ne ex eo aſcendat: & inde procedunt fructus, ac folia. In plātis aūt, quę citius folia producūt quid ſtatuendū eſt: effect⁹ humorū multi erūt. Cùm itaq; Solis calor aquę partes diſpergere cœperit, ſurſum trahit Sol illius humoris partes, & tardat maturatio, quia fruct⁹ cōcoctio non aliunde q̄ ē coagu K latione eſt, & p̄cedunt folia fructus, copioſi humoris appoſitione. Multoties vero accidit ei vn ctuoſitas, vbi humor, q in planta eſt, cōcoctionē acceperit, aſcēderitq; ab ea vapor denſus, quē aer cū ſole trahat. Tum enim ex humore illo pinguedo, et fruct⁹, & folia prodeunt eadem expoſitione. Priſci autem ſapiētes folia oīa fructus eſſe aſſerebāt. Sciendum igit eſt, q dū humor tātus eſt vt nō matureſcat, nec coagu letur pp aeris explicationem, & L tractionis ſtudium, à Sole, tum humor, in quē nō perfecta cōcoctio eſt, in folia alterat, quę aliā intentionē p̄ter humoris attractionem nō habent, & vt operimentū fructib⁹ ſint à Solis vehementia. Non igit ita neceſſe ē vt folia ſint, quēadmodum fruct⁹. humor enim aſcēdens, & alteratus, is folia eſt, vt diximus. Eodē modo in oliuis iudiciū eſt, quæ ſępe fructu ſuo priuant. Cum. n. natura concoctionē abſoluerit, aſcēdit primo pręnuitate id, M quod non maturuerit. & eſt humor ille folia: cōcoctio vero flos eſt. Cū aūt maturuerit altero anno, fruct⁹ naſcunt, & ad finē exibit materia ſm locū. qui in eis ē. Spinę vero eodē modo è genere plantę ſunt, nō tñ eiuſdē naturę. Alio itaq; quod in plāta raritas eſt, & in principio naturę eius decoctio eſt, & aſcēdit humor frigidus, & cū ea parua diſcretio raritatē illā peruadēs. facit itaq;

Sol

A Sol illā coagulari, & inde ſpinæ fiunt. Et idcirco earū forma pyramidalis eſt. incipiēs enim earum baſis à gracili in craſſitudinem, p̄cedit. Id aūt fit, quia aer paulatim p̄ plantā extēſus, partes eius auget cū extenſione materiæ. Eodē modo omnis arbor, vel planta fit, cuius caput fuerit pyramidale. Color aūt vireſcēs res communiſſima in arboribꝰ eſſe debet. Videmꝰ enim, q̄ quēadmodum cōmunis eſt albedo intꝰ, ita viriditas foris. & ideſt, B quia materia vtuntur propinquiore, ac magis concocta. oportet ergo vt ſit viriditas in plātis oībus, quia materiæ attrahunt, & lignum arboris rarificāt, breuemq; calor concoctionē facit, remanetq; humor illic quiſpiā, foris apparēs. & id eſt viriditas in plantis, niſi maior inſit cōcoctio. Debet aūt media eſſe in foliȝs, & in lignis poteſtate. Viriditas aūt nō corrumpit, ſi humor in illa ſit, qui de genere terræ ē. ex ambobus igit hiſce color viC ridis fit. Huius ſignū eſt, q̄ cortices arboris, cùm aruerint, denigrātur, intus aūt albi ſunt. in arboribus itaq; inter duos colores viridis color fit p̄ ipſarū ſuperficiem. Figurarū autē plantæ tres modi ſunt. quædā enim ſurſum prodeunt, quædā deorſum, quędam inter hæc mō medio. Quæ igitur ſurſum tendūt cauſam habent, quia natura ipſarū in meditullio apparet, attrahitq; calorem, & cōprimit in ſeſe aera, qui inter raritates ipſius eſt. in pyra D midē veræ exeunt, ſicut ignis in materia, ppria ī pyramidē tolli, & leuari ſolet. Quæ aūt deorſū tendūt, earū meatus coguntur. cū enim cōcocta materia fuerit, inſpiſſat aquæ materia, in qua plātæ medulla eſt, indeq; ſubtile ſurſum procedit, vertiturq; humor ad partes illas deorſum. mouet enim ipſum grauitas eius. Quæ vero inter has mediæ ſunt plantæ, ita habēt. attenuat humor, quia tēperiei natura cōcoctioni vicina eſt, & ſunt meatus E medij, tenditq; materia et ſurſū, & deorſum. Eſt aūt prima cōcoctio ſub plāta. Secūda in medulla, quæ à terra exit: eſt & in media plāta. Poſtmodū diuiſio fit, quę à ſecūda, non prima concoctione fit. Tertia vero cōcoctio in aīali eſt, quæ ſanè nō aliunde q̄ ob diuerſitatē membrorū, & diſtantiā naturarū inter ſe fieri ſolet. Sed plātæ vicinæ adinuicē ſunt, & ideo in locis multis abūdant. Vt plurimū vero plantarū F materia deorſum tendit. Figuræ itaq; plantarū in quātitate, & natura ſeminū ſunt. Flores autem plantarū, & fructus in aq̄s ſunt, & materȝs. Poſitus itaq; eſt motus primus in oībus animalibꝰ, & maturatio quoq;: neque recedunt inde aīalia oīa. ſed in plāta prima concoctio eſt, deinde maturatio iuxta nutrimētū ipſorū. Quælibet itaq; arbor aſcendit ſemp, doneç cōpleatur. cauſa vero eſt, q̄ a cuiuslibet aīalis lōgitu

G do latitudini ſuę propinqua eſt. in planta vero longe abeſt, quia radix eius, ignis ſcilicet, & aqua in aſcenſum feſtinant, vt planta fabriceť. Diuerſitas vero plantæ in ramis eſt, de ſuperflua raritate. Cùm.n. compreſſi humores fuerint, calefit natura, & in concoctionem feſtinat, & inde rami formantur, & apparent folia, vt p̄diximus. Arborū aũt folia cadere ſolent ob fluxibilitatē velocis raritatis. cùm.n. concocta aqua fuerit cùm materia, H in pyramidem tollitur, poſtmodũ gracilia fiũt. & qñ apparuerit materia per concoctionē abſoluta, tum obturantur penitus extrema meatuum ſuperius: vnde, cũ folia materiã nõ habeant, ſiccanť & decidunt. ꝙ ſi contrà q̄ diximus contingat, non cadit planta in foliorum ſuorum priuationē. Cùm aũt plantam frigus vicerit, calefacit eã incluſa illi caliditas, & manifeſtatio frigoris foris fit per ipſius extrema. inde folia glauca fiunt, neq; cadũt, vt in oleis, ac myrtis, ſimili I buſq;. Sed, cũ habuerint arbores, vel plantæ virtutē vehemẽter attrahẽtē, fructus quoq; vnà editur, id, quod fit, quia natura cõcoctione per ſucceſſionē crebra vtitur, & per vnãquãq; cõcoctionē fructũ multũ producit. Et ideo q̄dã plãtę ſępe in anno fructificãt. Plãta vero, q̄ veluti natura aquæ eſt, vix fructificat pp dñiũ humiditatis ſuę, & meatuũ amplitudinẽ, fluxibilitatēq; radicũ. Cùm aũt calor in- K calueriť, acceleratur eius concoctio, & attenuaťr humor, coagulaturq;. Et iſtud inueniť in herbis minutis oĩbus, & in quibuſdã oleribus. Color aũt venetus in terris vehemẽter calidis fieri conſueuit. & eſt in talibus exiguus fructus ex humore, ꝙ meatus anguſti ſint. Dum itaq; natura concoctionē molitur, non habẽtẽ humorẽ, qui materię ſufficiat, fient tum meatus anguſti. Vertiť itaq; concoctio, conti- L nentẽq; eam calor facit, vt videtur, tum inter albedinem, & nigredinẽ color medius. Et, cùm iſtud hoc pacto fiat, tum lignũ in nigredinẽ properat, & quicquid colori veneto fuerit vicinũ. Iſtud videre licet ab hebeno, & vlmo. Eaq;, ꝓpter in aqua hebenus mergiť, quia partes eiꝰ cõpactæ ſunt, & meatus anguſti, nec illos aer ingrediť. Qd̄ vero è lignis albis mergitur, ꝓpter anguſtiam meatuũ erit, & humorẽ ſuperfluũ, qui ipſos obtu- M rat, vt non exeat aer. Flos è ſubtili materia tantũ eſt, cùm cõcoctio incipit, et ideo fructũ in plãtis præcedit, vt oſtẽdimus. Indidem cãm quoq; docuimus, ob q̄ plantæ folia prius producant, q̄ fructus. Qui vero in plãta ſtrictos meatus habẽte color fit, ſub ceruleo eſt. & qñ partes eius cõprimũtur, in albedinem declinat. cùm fuerit mediocritas, glaucus erit. Quòd aũt plantę q̄dã flores non habeãt, vt plurimũ

A rimum fit ob diuerſitatẽ ſuarũ partium, & ſubtilitatẽ ipſarũ, aſperitatẽq;, & craſſitiem. Flores aũt nõ habent ficus, palma, & ſimiles. Planta vero, q̄ craſſos habet cortices, pro extenſione humoris, & caloris impulſione extenditur. & hoc in picea eſt, & palma. Sed planta, quę lac emittit, in medio ipſum habet. Et eſt calor ſubtus fortis, B manetq; illic vnctuoſitas. Cùm itaq; calor ille concoctionem in cœperit, vertetur vnctuoſitas in humorẽ, ꝓprium, & coagulat ipſum parua coagulatione. & dum locus calefit, humor fit vnctuoſus, lacti ſimilis, leuaturq; vapor ab humore trahente lac iſtud ad extrema, retinetq; humor calorem apparẽtẽ, & ita lac iſtud cogitur. natura.n. caloris eſt, vti lac coagulet. Qualecunque vero lac ſit, multam coagu- C lationem accipit, cùm frigus in arbore apparuerit. coactum.n. mox è proprio loco exit, & inde gũmi naſcitur. Gũmi vero calidum ſtillando procedit. Vbi igitur aerem contigerit, coagulatur, & defluit in loco temperato, & aquę ſimile eſt. Aliud vero funditur, & coagulaťr, quo modo lapides, & conchæ. quod vero guttatim manat, in forma ſua manens, tale fit, qualis eſt q̄ ꝓpolida dicũt. quod aũt alteratur, vt lapis, id valde frigidũ apparet, facitq; calor ipſum tale. cùm aũt per frigidam conſtitutionẽ manauerit, in lapidẽ abit.

Arborũ quædam hyeme alerã D tur, & qñq; virides ſunt, qñq; glaucæ. Et non corrumpuntur nec earum folia, nec fructus. Nã arbores, quibus hoc accidit, ſupra colorem craſſum habent, in radicibus humorem tenuem. vnde in progreſſu anni retinet humor illum colorem ꝓpter aeris frigiditatem. Et, qñ acceſſerit calor ad frigus, impellitcalor humiditatẽ foras vnà cum colore, quo arboris ſuperficiem E tinxerat. dũ vero rurſus frigiditas, & ſiccitas ad actionẽ vertuntur, & humor calorem detinet, tum color glaucus apparet. Fructus vero amarus fit, dũ calor, & humor non ſunt in cõcoctione completi. nam frigus, & ſiccitas perfectionem prohibẽt, & vertuntur ita fructus in amaritudinem. huius ſignum eſt, qd̄ amarum in ignem miſſum dulceſcit. Arbores aũt, quę in F aqua acida naſcuntur, fructum dulcem faciũt, quia acor trahit cum calore Solis id, quod proprię qualitatis eſt. & hoc frigus eſt, & ſiccitas. Inde humores exigui quidã dulces intus remanent, calefitq; arboris vẽter, qñ ſuper eo Sol ꝓſeuerauerit. Hoc modo ſuccus, qui in fructu eſt aſtringens parumper fit. Et qñ plus concoctus fuerit, diſſoluet paulatim acor, donec abſumať, & dulcedo appareat. erit itaq; fructus dulcis, folia aũt eius, & extrema acida. Cùm aũt perfecta magis fuerit maturitas, erit

amarus

G amarus fructus. & hoc eſt, ppter abundantem calorẽ cum humore pauco. abſoluit nanq; humor facitq; fructus calorem aſcendere, eritq; amarus fructus tũ. Fiũt autem & nuclei pyramidis forma, propter attractionem caloris, & abundantem frigiditatẽ, humiditatemq; intus ſitã, quæ è genere ſunt aquæ acidę. Manet enim humor in medio, inſpiſſanturq; medium, & gracilia fiunt extrema. Arbores autem, q̃ in terris temperatis fiunt matura-
H tionem accelerant ante dies vernales. Nam dum calor prope tẽperiem fuerit, & humor manifeſtus, aerq; clarus, nec egeat fructus multo calore in concoctione, accelerabit tũ ei⁹ maturatio, & ante dies vernales prouenit. In omnib⁹ itaq; arboribus, cum primum plantę fuerint, excellit amaritudo, vel ſapor aſtringẽs. Cauſa eſt, q̃ humor, dũ per extrema illarum fuerit, loca, quæ in medio arborum ſunt, conco-
I quit, è quibus materia quoque fructuum eſt: vnde ſiccitas procedit & humorem conſequitur, fitq; concoctio acida, vel amara ita prima, vel aſtringente ſapore. Cauſa eſt, quia cum calore, & K humore concoctio eſt. & cum humor, vel ſiccitas caloremvicerit, erit inde fructus initio nõ bene concoctus. Idcirco generatio fructuũ in principio abſque dulcedine eſt. Myrobalanorum vero arborum fructus, cùm initio apparuerint, dulces ſunt. cõmuniter autem aſtringente ſapore ſunt. Cauſa vero eſt, q̃ arbor iporum raros habet ramos. In hora concoctionis autem, cũ meatus ampli fuerint, ſequitur calor humorem, & maturat fructum, L & in principio dulces ſunt. poſt modum conſequenter per raritatem meatus ſuos arbor contrahit, vincitq; frigiditas, & ſiccitas, calorem, & humorem: vnde fructus in aſtringentem ſaporẽ alteratur. vincitq; Sol rurſus cũ calore, per attractionem ſuperfluę ſiccitatis in illo ſemine, quod in ſuperficie arborum eſt, vincitq; frigus ſiccitatem, & erit fructus vehementer aſtringentis ſaporis. inde rurſus ſurſum aſcendit M naturalis calor, iuuatq; ipm Solis calor foris, vincentq; calor, et ſiccitas, & fructus amari fiunt.

Librorum de Plantis finis.